Notes du mont Royal

www.notesdumontroyal.com

Cette œuvre est hébergée sur « *Notes du mont Royal* » dans le cadre d'un exposé gratuit sur la littérature.


SOURCE DES IMAGES

Google Livres

LUCIANI
SAMOSATENSIS
OPERA.

GRAECE ET LATINE.

In Tres Tomos distributa.



P. Langé fecit.

ΛΟΥΚΙΑΝΟΥ ΣΑΜΟΣΑΤΕΩΣ ΑΠΑΝΤΑ.

LUCIANI SAMOSATENSIS OPERA.

CUM NOVA VERSIONE
TIBER. HEMSTERHUSII, & IO. MATTHIAE GESNERI,
GRAECIS SCHOLIIS, AC NOTIS
omnium proximae editionis Commentatorum, additis
Io. Brodaei, Io. Iensii, Lud. Kusteri, Lamb. Bosii,
Hor. Vitringae, Ioan. de la Faye, Ed. Leedes,
aliisque ineditis, ac praecipue
MOSIS SOLANI & I. M. GESNERI.

TOMUS I.


Cujus priorem partem summo studio curavit & illustravit
TIBERIUS HEMSTERHUSIUS.
Ceteras inde partes ordinavit, notasque suas adjecit
IOANNES FREDERICUS REITZIUS.



AMSTELODAMI,
Sumptibus JACOBI WETSTENII.
CIↃ IↃ CC XLIII.







MARIAE THERESIAE,

DEI GRATIA

HUNGARIAE, BOHEMIAE, DALMATIAE,

CROATIAE, SLAVONIAEQUE &c. REGINAE,

ARCHIDUCI AUSTRIAE, DUCI BURGUNDIAE, BRABANTIAE,
MEDIOLANI, STYRIAE, CARINTHIAE, CARNIOLIAE,
MANTUAE, PARMAE ET PLACENTIAE, LIMBURGIAE,
LUCEMBURGIAE, GELDRIAE, WURTEMBERGAE,
SUPERIORIS ET INFERIORIS SILESIAE,
PRINCIPI SUEVIAE ET TRANSYLVANIAE, MARCHIONI SACRI
ROMANI IMPERII, BURGOVIAE, MORAVIAE,
SUPERIORIS ET INFERIORIS LUSATIAE,

CO-

DEDICATIO.

COMITI HABSPURGI, FLANDRIAE, TYROLIS, FERRETIS;
KYBURGI, GORITIAE, GRADISCAE ET ARTHESIAE,
COMITI NAMURCI, DOMINAE MARCHIAE SLAVONICAE,
PORTUS NAONIS, SALINARUM ET MECHLINIAE &c.
NUPTAE LOTHARINGIAE ET BARRI DUCI,
MAGNAE DUCI HETRURIAE &c.

SERENISSIMA AC POTENTISSIMA REGINA.

NON indignabere, AUGUSTISSIMA PRINCEPS, ſi maximas Tuas expeditiones & illuſtriſſima facta, quibus univerſae Europae oculos men-

mentesque in Te convertis, aliquantum interpellare audeam, MAJESTATI TUAE hoc opus dedicando atque obferendo tam insigni tutela ac praesidio tanto dignius, quanto magis idem a pluribus retro saeculis communi harum elegantiarum peritorum suffragio est comprobatum.

Cui enim id meliore jure consecrare fas esset, quam Principi, cujus ingenii ac scientiae magnitudo praecelso respondet Potentissimae gentis stemmati, quo ut nemini es secunda, ita animi magnitudine, virtute & constantia adeo anteis, ut nihil reperiatur eorum, quae vel a celebratissimis praeteritorum saeculorum Heroinis memorabilia gesta sunt, quod TECUM, Reginarum Praestantissima, Tuisque rebus gestis componi queat: Principi inquam, quae ad imperandum nata solis suis dotibus ac regnandi facultate & benignitate regnum per se administrat, cujus fortitudo invictaque constantia Heroibus, quotquot sera posteritas progignet, imitandum praebebit exemplar.

TUUM hoc, AUGUSTA, Regnum maxime

no-

notabilem hujus aevi aeram constituet, Augustaeque Tuae Domui immortalem gloriam conciliabit: venerantur TE foederati, amant subditi, admiratur omnis, qua patet, terrarum orbis, laudesque ac prospera vota undique in TE derivas; hanc igitur da supplicanti veniam, ut in tanta TIBI certatim sua studia significantium turba non postremus numerer, qui devotionem meam testantia prodam indicia.

Editio haec, quam obferre ausus sum, fructus est laboris viginti annorum, magnaeque curae & sumptuum: Complurium eruditorum meditationibus ditata prodit, nihilque est neglectum, quo castigatissima exiret & splendidissima. Unum tamen ei deerat decus, TUUM, POTENTISSIMA REGINA, praesidium, quo munita lucem felicius adspiceret omni jam splendore cumulata; eo quidem Auctor iste non videtur indignus, tanta pollens foecundi ingenii facultate, ac dicendi facilitate, ut plerorumque priscorum philosophorum tectam sub sordido palliolo superbiam, malosque mores & pugnantes inter se sententias, absurdasque vulgi de Diis opiniones falsae riden-

dendo acrius traducat ac refutet, quam ventoſi illi, quos odit, Sophiſtae, & clamoſi Rhetores, ſubtilibus & anxie quaeſitis argumentis valerent.

Sed mitto operis praeſtantiam pluribus enarrare; Tua, SERENISSIMA REGINA, perſpicacia, ut primum oculos in id conjicere vacabit, id ipſum dijudicabit ſolidius.

Utinam vere Regium Tuum, POTENTISSIMA REGINA, exemplum omnibus Principibus parem ad ſcientias & literarum ſtudia amorem inſpiret, parem ad promovendas artes, & ad nobilem illam aemulationem provocandos cives, induſtriam, quae ad regni ipſius proſperitatem haud leve habet momentum!

Quantam vero ſubditis pariter ac vicinis ſibi licet praeſagire felicitatem, quando glorioſis REGINAE fortiſſimae armis ſolio firmato, ac, divino honorificae pacis beneficio, tranquillitate in cunctis Ejusdem ditionibus revocata, MAJESTATIS ipſius poteſtas ad populi tantum felicitatem dirigetur, ad Leges tuendas, tranquillitatem publicam conſervan-

dam, virtutis & eruditionis amorem in dies magis inflammandum, ad salutem denique omnium & singulorum, quotquot sub tutelae suae clipeum recipere dignabitur!

Adventus temporis tam beati summa ardentissimorum ac maxime sincerorum meorum est votorum, quae pro TUA, AUGUSTISSIMA REGINA, incolumitate, quam in perlongam annorum seriem producat summum Numen, nuncupare nullum diem praetermitto, quaeque ut devotissimae meae reverentiae ac submissionis pignus clementissime recipias, supplico,

REGIAE MAIESTATIS TUAE

cliens devotissimus
atque humillimus,

IACOBUS WETSTEIN.

IOANNIS FREDERICI REITZII
PRAEFATIO.

NIMIS diu exſpectationem tuam, amice Lector, remorata eſt eſt haec Luciani editio; nimis inquam diu in editorum operarumque manibus haeſit opus ab tot annis deſideratum, ab tot annis jam inchoatum, & forſan numquam ad exitum perducendum, niſi quis tandem inventus fuiſſet, qui rupta mora miſſisque ambagibus vi quadam, atque impetu Lucianum capite in partu difficili haerentem in lucem protrahere adgrederetur. Quum enim anno 1720. ejus edendi curam in ſe recepiſſet clariſſ. TIBERIUS HEMSTERHUSIUS, & ab anno 1730. quo praelum exerceri coepit, ad annum 1736. ad ſextam circiter totius operis partem perveniſſet, id eſt ad initium Dialogi *de Sacrificiis*, Tom. I. pag. 525. veriti bibliopolae Wetſtenii ne inſignes jam factae ad comparanda undique ſubſidia impenſae ſibi perirent, & ut ſtadium vitae ſuae editorisque ſufficeret; ſi reliquae quinque partes eadem temporis ratione procederent, alium diſquirere coeperunt, qui tarditatem hanc feſtinando compenſaret. Verum quum poſt varios conatus, intermiſſo interim per complures menſes commentandi labore, & quieſcente praelo, nondum inveniretur quisquam, cui per alias occupationes liceret, aut qui telam ab tanto artifice, (quantus re vera eſt HEMSTERHUSIUS) exorſam detexendam, idque ne conceſſo quidem ad praeparandum ſpatio, recipere auderet, famam reveritus, ne Atlanti illi priori impar, tantum onus minus firmis humeris ſuſtuliſſe diceretur; adeo enim adcurate atque erudite HEMSTERH. pertractavit omnia, ut nihil deſideraretur, ſi ei opus ad finem perducere licuiſſet, aut libuiſſet, quem ego Zeuxidi pictori comparo, qui teſte *Plutarcho* in Πολυφιλ. T. 2. p. m. 94. culpatus, quod tarde pingeret, reſpondit, quia in multum tempus ea vellet durare: tandem itur ad me, cui vel juſtiores erant detrectandi cauſſae, quam aliis; ſi enim occupationes ſpectes, nemo iis me magis eſt obrutus; ſi vires, id eſt ingenii facultates, doctrinaeque adparatum, ad priorem editorem compoſita conſideres, nemo illorum quos ad ſubeundas has vices ſollicitatos ſcio, me erat infirmior; quare & ego tergiverſabar initio, utramque iſtam excuſationis cauſſam ſerio praetexens, nec praeterea lubenti, ani-

animo ad opus edendum acceſſurus, ad quod nihil fere praeparati haberem; quodque meo conſilio in lucem emittere numquam deſtinaſſem. Sed mea me vicit aliis obſequendi nimia facilitas, & gloriae contemtio minus de ſucceſſu ſollicita, ſatisque jam a bibliopolis comparatum adeſſe ſubſidiorum videbam, ex quibus in ordinem redactis haud levis fieret novarum commentationum & emendationum acceſſio, quae hanc editionem prioribus omnibus redderet meliorem, etſi ego verbum de meo addidiſſem nullum. Cumque novae verſionis adornandae curam in ſe recepiſſet Clar. IOAN. MATTH. GESNERUS, cujus diligentia & ſumma in omni literarum genere eruditio notior eſt quam ut me praecone indigeat, isque ſuas etiam adnotationes additurus eſſet, dimidia me laboris parte ſublevatum ſentiebam; & cum ſpectatae diligentiae doctrinaeque Vir, MOSES DU SOUL (ſive SOLANUS, ut ipſe ſe ſcribere amat) ſatis diu in emaculando Luciano occupatus notas ſuas ad eum plane deſcriptas ac praelo paratas reliquiſſet, vel hoc nomine egregie commendabilem futuram cernebam editionem, ſi ſolis horum duorum, GESNERI ac SOLANI acceſſionibus ditatam emitterem.

His conſideratis, cetera coepi perveſtigare adminicula, quae mihi a *Jacobo Wetſtenio*, ejusque ſocio ac fratre per adfinitatem juncto, *Gulielmo Smith* tradebantur, medio fere anno 1737, comperique ſatis ſupereſſe moleſtiae in iis in ordinem redigendis ac deſcribendis, nec fieri poſſe, ut ſine ulla addita animadverſione aut commentatione iis uterer. Non tamen me deterruit labor ille, quo me eo celerius defungi poſſe confidebam, quod in legendis Luciani ſcriptis non plane hoſpes eram, ut ex crebris ejusdem locis, quos in notis a me adductos & inter ſe comparatos videbis, patebit. Satius igitur duxi editionem ea quam tempus permittebat diligentia promovere, quam nimia ſollicitudine ſingula perveſtigandi diutius premere.

Et quamvis Lector non ſoleat rogare, *quam cito*, ſed *quam bene?* neceſſarium tamen hic eſt commemorare quam parum temporis ad haec deproperanda mihi fuerit conceſſum; adeo ut interdum ne ſpatium quidem ſupereſſet ad excutienda excerpta mea literaria, ex quibus aliorum auctorum teſtimonia ad confirmandas nonnullas emendationes facientia producere potuiſſem; dato enim ſex tantum hebdomadarum ad aliquot plagulas praelo praeparandas ſpatio, operam deinde bibliopolis addixi ea lege, ut haud interrupto ſcribendi labore tantum quotidie penſi abſolverem, quantum haud impiger typotheta continuata opera typis deſcribere valeret, id quod fideliter, quantum in me fuit, praeſtiti, atque ita quinque annorum ſpatio opus ad finem perduxi. Omnia enim ad Luciani corpus pertinentia typis jam deſcripta fuere menſe Octobri 1742. ſed Indices complures, quibus priores Edd. carebant, adjiciendi, novam injecere properanti moram, atque effecere ut non prius publicari potuerint.

Jam quibus copiis inſtructus & quomodo iis uſus fuerim, B. L. accipe. Editiones Luciani adhibui principes haſce. *Florentinam* primam omnium, anni 1496. Graecam, in forma majore. Haec etſi ab typographicis vitiis non eſt immunis, in veſtigiis tamen priſcae lectionis ſervandis tantum alias praecel-

rellit, ut Codicis Manuſcripti vicem praeſtare queat. Hanc licet *Solanus* totam contulerit, ego tamen aeque ac reliquas ſaepiſſime inſpexi, ac de novo conſului.

Sequebatur *Aldina* prima, & ea Graeca, plura habens vitia typogr. in forma majore, Venetiis excuſa, an. 1503. quam utendam liberaliſſime conceſſit Clar. WESSELINGIUS in edendo *Diod. Siculo* ſtrenue occupatus; ejus margini adſcriptae erant manu antiqua varietates potiſſimum Ed. Florentinae, ſed & aliae, quas ex Codd. excerptas eſſe nullus dubito, tum quia varietatibus aliorum codicum interdum conveniunt, tum quia depravatas etiam lectiones exhibet, nusquam alibi a me detectas, quod non factum fuiſſe credo, ſi conjecturae tantum illae forent lectionis emendandae.

Hagenoanam primam anni 1526. ita contuli, ut in corrigendis operarum noſtrarum ſpecimenibus modo hanc, modo alteram, qua Cl. *Geſnerus* in conficienda verſione uſus erat, ejuſque ſphalmata plurimum correxerat, fratre optimo & collega *J. H. Reitzio* praelegente, ducem ſequerer, exceptis iis locis, quae vel ex Codd. vel manifeſta ex neceſſitate mutare inſtitui, de quibus mox pluribus agam.

Dein plurimum omnium uſus ſum *Juntina* Graeca, Venetiis anno 1535. excuſa, 2. tomis in forma quam octavam vocamus, quaeque Florentinae parum inferior, licet interdum interpolata, ut videre eſt in nott. T. I. p. 356. In hujus margine *Solanus* omnes a ſe collectas varietates tam Codicum Mſſ. quam decem & nonnumquam plurium editionum, diligenter & nitide conſignaverat; ſed charactere adeo minuto, ut aciem oculorum diutius inhaerentis lectoris obtunderent. Quibus autem Codicibus ille uſus fuerit, & quo ſcribendi compendio iidem aeque ac editiones in notis & variantibus Lectionibus adlegatae deſignentur, ad finem hujus praefationis indicabimus.

Porro ad manus habui *Baſilienſem* utramque, ſimiliter mere Graecam, duobus quamque tomis in forma octava conſtantem, quarum prior anno 1545, altera 1555. prodiit. De poſteriore illa verum quidem eſt quod *Solanus* prodit, eam ita coeco ductu veſtigia primae ſecutam, ut vitia etiam typographica prioris expreſſerit. Non tamen id adeo ſemper verum, quin aliquot locis meliorem etiam lectionem altera *Baſil.* prae priore exhibeat. Ex. c. In *Bis Acc.* c. 1. ἀκκεκώφωται recte dedit altera illa, quum prior male cum aliis ἀκκεκώφηται. In *Philopſ.* c. 36. f. p. 378. Edit. noſtrae ἐπαιτλεῖν bene *Baſ.* 2. ubi ἐπαιτπλεῖν male *Baſ.* 1. In *Dem. Enc.* c. 44. λαμβάνεσιν recte altera, λαμβάνει prave prior. Item in *Soloec.* init. *Baſ.* 2. bene ἐπιτάμνειν, quum prior male ἐπιτάμνεσθαι. Alibi vero etiam a priore receſſit, ut in *Icarom.* c. 28. ubi in verſ. Hom. εἶχε prior habuerat, altera ἔχε dedit, utraque male. Generaliter autem adfirmari poteſt, ſecundam iſtam prioris vitia auxiſſe; veluti quum in *Bis Acc.* c. 12. ἀκούοντι recte *B1.* haberet, altera ἀκούων τι prave expreſſit, ne pluribus Lectori moleſtus ſim. Quare miratus ego, cur *Solanus* tamen alteram longe ſaepius adleget quam priorem, potius habui plurimis in locis conſulere priorem; non enim id agimus, ut vitioſas potiſſimum lectiones conqui-

quirendo, earum notandarum copia editionem exornari credamus, sed ut ex optimae notae libris & Edd. probas lectiones eruamus (quamquam vitiosas etiam non omittendas duximus)

Basil. quartam anni 1619. nanciſci non contigit. Tertiam vero *ibid.* anno 1563. ap. Henricum Petri editam Graeco-Latinam, cum nott. Cognati & Sambuci ſerius nactus ſum, quam ut ea adjuvari potuerim; nec multum opus erat. Cognati enim ex Pariſina inſeruimus, & in Sambuci puerilibus notis perpauca tantum lectu digna invenias.

Praeterea adhibuimus *Francofurtanam* anni 1546. mere quoque Graecam, duobus in forma minore tomis, comprehenſam, nec vitiis typographicis deſtitutam, nec multum ſingularium lectionum exhibentem, non tamen ad inſtitutum noſtrum plane inutilem, ut ex indicatis varr. lectt. adparet.

Tum non negleximus *Salmurienſem* Benedicti Graeco Latinam omnibus notam, duobus in octavo tomis eodem anno 1619. quo Baſilienſis quarta, excuſam. De hac Salmurienſi Benedictus in praefatione adfirmat; „ ſe Graecum contextum vel ex collatione variorum & antiquorum codicum, vel ex „ proprio judicio emendaſſe". Et quamvis mallem indicaſſet ubi Codd. ducibus, ubi ſolo judicio uſus fuerit, verum tamen eſſe deprehendi, nonnulla probe ab ipſo emendata, quae & mihi fuere imitanda, ut ſuis locis in notis indicabitur. A Vitiis certe typotheticis ita ſuam purgavit editionem Benedictus, ut plurima antiquiorum errata ſuſtulerit; licet ad veram lectionem ex Mſſ. reſtituendam minus operae mihi videatur impendiſſe.

Pariſinam denique Bourdelotii Graeco-Latinam, anni 1615. forma, quam in Folio dicimus, & in qua Solanus nonnulla emendarat, ſuasque paragraphorum ſive capitum diviſiones addiderat, ita adhibuimus, ut, exemplo Cl. Hemſterhuſii, ad ejus contextum, emendatis, quantum potuimus, emendandis, typothetas noſtram editionem deſcribere curaverimus. Notas vero Marcilii, Cognati & Bourdelotii textui ibid. non ſubjectas, ſed calci adnexas, exſcribere inde coactus fui.

Noviſſimam tandem Amſtelodamenſem omnium vitioſiſſimam Cl. *Graevii* editionem eo potius conſilio adhibui, ut ejus & Cl. *Gronovii* notas inde excerperem, quam ut ex Graeco ejus contextu aliquid utilitatis ſperarem, qui ita negligenter eſt habitus, ut non modo ex Codd. qui ibid. indicantur, nihil in eo ſit reſtitutum, ſed mendis typographicis Latina Graecaque ſcateant, maxime in notis & Scholiaſte. Id tamen boni habuit, quod Cl. Hemſterh. in ejus marg. quaedam adpinxerat quae de conſulendo *Dukero* ad Thucyd. *Daviſ.* ad Cic. & *L. Bos* in Obſ. Crit. monerent, unde & ea notis noſtris inſerui, monitoris nomine addito, niſi ubi forte idem per me jam notaſſem.

Nunc de ceteris adminiculis, & quid laboris exhauriendum habuerim, quidve eo praeſtiterim, mihi docendus es. Ex *Brodaei miſcell.* quas in Lampadem criticam retulit Gruterus, plurima quoque inſerui, etſi levia ſaepe ſunt, & ita vitioſe in illa crebris ubique naevis obfuſcata face expreſſa, ut ad auctoris mentem potius quam ad id quod literis expreſſum legitur, ſaepe reſpi-

ſpiciendum fuerit : dandum tamen hoc omnium quos novi primo Luciani commentatori fuit, ut ejus adnotata plerumque perbrevia, & contextum interdum bene emendantia repeterentur ; quare ea tantum omiſi, quae nimis puerilia videbantur, ut quando ad verbum πέπονθα monet, id eſſe a πάσχω, vel ἀλγαρεὶς, a ἀλγαρέω, & ſimilis farinae ; interdum & ea, quae aliud agens in Luciano emendat ; ſed quae nimis diſperſa conquirere non potui.

Tum etiam communicatae mecum fuere notae manu ſcriptae *Fr. Gujeti*, ex quibus *Aeg. Menagium* ſua omnia hauſiſſe mihi perſuadeo, ita ad verbum eadem ubique habet quae *Gujetus*, quo defuncto forſan nactus eſt exemplar Luciani in cujus marginem *Guj.* breves ſuas commentationes & conjecturas conjecerat, quas deinde deſcribens auxit. Sunt enim *Gujeti* illae notulae aliquanto plures quam quas *Menagius* dedit ; & veterem fuiſſe popularium hujus querelam, quod ex aliis ſua deſumere amaret, vid. in *Miſcell. novis Lipſ.* quae in forma minore prodiere anno 1742. vol. 1. pag. 122. Item *Lamberti Bos*, *Horat. Vitringae*, & paucae *Maturini Veyſſierii La Croze*, quae omnes rurſus a me deſcribendae non modo erant, aeque ac *Solani* illae ſupra jam commemoratae, ſed & quaerendum quo pertinerent ; cum quisque fere alia Luciani editione uſus aliam paginam adlegaret, & *Solan.* notas etiam ſuas ad *Juntinae* paginas adcommodaſſet. *La Crozii* autem commentationes ſerius nactus, a Tom. 2. demum inſerere coepi, ceteras Addendis adjecturus, niſi easdem obſervatt. ab aliis jam occupatas deprehendero. Notas *J. H. Maji* ad Macrobios, & *Er. Schmidii* ad Tragopodagram unde hauſerim, ad initium eorum Dialogorum indicavi. In hoc vero negotio plurimum temporis abſumendum fuit, ut in omnium notis prolata Luciani teſtimonia, tam diverſis paginis indicata jam ad paragraphorum ſive capitum noſtrorum numeros aptarem, id quod aliquot millies contigiſſe facile credes, ubi Cl. *Jenſii* notam, quae eſt T. 2. p. 481. ſive ad *Imag.* c. 22. conſideraveris, in qua ſola Lucianus advocatur plus centies & quadragies ; *Solanus* quidem Lucianum adlegans ſaepius capitum numeros a ſe inſtitutos quam paginarum expreſſit ; ſed quum Cl. *Hemſt.* ad medium usque Tomi I. capita aliter diſpeſcuit, in notis tamen *Solani* numeros eorum non mutavit, accidet interdum, ut id jam aliquot paragraphis ulterius quaerendum ſit, quod *Solanus* in anterioribus inveniri ſcripſit. E. c. quando ex T. I. adfert *Nigrin.* c. 10. id jam ex diviſione Hemſterhuſiana eſt c. vel §. 17. Totum enim *Nigrinum Solanus* diſtribuerat in capita 23. *Hemſt.* in 38. Nos vero dialogos omnes ſequentes a Dial. *de Sacrif.* ad fin. tomi ult. ex mente *Solani* diſpeſcuimus, ne opus eſſet ſingulas adlegationes mutare, quod in iis facere coacti ſumus quae partem illam priorem ſpectabant, exceptis forſan aliquot locis per feſtinationem mutare neglectis, quae Lector tamen hac ratione indicata facilius inveniet.

In hiſce tamen interdum ſublevatus ſum juvenum praeſtantiſſimorum opera, primum *Theodori Woertmanni*, qui olim gymnaſii noſtri coryphaeus, jam in cauſſarum patronis eximium tenet locum, procedente tempore principem etiam obtenturus. Hoc vero gravioribus negotiis occupato idem auxi-

lium

lium mihi partitis vicibus praestitere *Regnerus Henricus Siblink*, & is Juris Doctor ex meritis nuper renuntiatus, nec non *Jacobus Gobius*, eodem honore brevi forsan mactandus. His itaque discipulis olim primariis ac dulcissimis, nunc amicis optimis, hoc nomine quantas possum gratias ago.

Ex Clar. IOAN. IENSII Lectionibus Lucianeis inserui omnia, resectis tantum paucis excursionibus ad Lucianum non plane spectantibus, atque in compendium redactis Luciani verbis ab eo longiore serie productis, quae repeti nihil opus erat, quum textui Lucianeo jam subjectae sint illae observationes, ex quo nexus verborum peti potest. Ut autem egregiam illius de me optime meriti viri in Luciano emaculando operam magni facio, literarumque peritiam in ea juventute qua illas Lectt. conscripsit, admiror, ita ipse non aegre feret, ubi bis terve tamen ab ipso dissensero, sed pari humanitate mihi & alibi per festinationem lapso ignoscet.

Variantium autem Lectionum sat amplum catalogum ab *Solano* in Ed. Juntinam, ut supra monui, collatum, totum describere lectorique exhibere, interdum & alias ab eo omissas addere, non sum veritus, ut adpareret quanta diligentia editionum codicumque collatio sit instituta. Interdum tamen nimis manifesto vitiosa qui meri tantum errores typothetarum esse adparebant, quaeque nec *Sol.* notarat, omittere satius duxi, ut quando *Junt.* in *Jov. Trag.* c. 30. habet ϖρίποδα pro τρίποδα, vel cum in *Abdic.* c. 23. f. eadem ridicule exhibet ἰατρῖς pro ἰατροῖς. Alibi ον pro μόν, ubi manifestum est μ tantum inter imprimendum excidisse, vel ubi *Hag.* 2. in *Bis Acc.* c. 2. θεσπότης pro δεσπότης, & ib. c. 31. τολμόντων pro τολμώντων, & similibus. Etsi enim non sum in eorum sententia qui nihil utilitatis ex collectione variantium lectionum exspectant, eosque ad praefationem Lucani a summo literatore *P. Burmanno*, & ad praefat. *Montefalconii*, quam bibliothecae Coslejanae praemisit, ablegare, quam hic multa super his disputare malo, satis enim uterque earum necessitatem commendavit; modum tamen aliquem servari posse in iis notandis, probe intelligo; plus enim ex uno antiquo & adcurate scripto codice ad emendationem auctoris denuo edendi profici, quam ex decem aliis vitiosis sive codd. sive edd. nemo negaverit. Quumque *Solanus* plus millies adscripserit † *Fl.* vel † *Edd.* id est nihil mutare Florentinam vel Editiones ceteras, sed cum vulgata lectione convenire, nihil opus credidi id ubique addere, quia ex varietatum silentio satis patebit Edd. consentire. Qui autem etiam sine codicum ope se omnia sanare posse contendunt, sua fruantur felicitate. Mihi certe mira videntur dicta Cl. *Heumanni*, qui in Poecile *nimis servilem operam* vocat, *ex Codicibus corrigere*; quod iis nihil opus sit, ubi rem ingenio perficere possis. Et ut facile largiar, ingeniosiorem esse illum, qui sua sponte invenit emendationem, quam qui ex libris tantum eandem describit; ita tamen mihi largietur vicissim, ingenii quidem acumine posse excogitari quid auctor dicere potuerit, non semper quid re vera dixerit; qui tamen veterum scripta recudendi primarius est finis. quin & in Codd. tales saepe numero e-

men-

mendationes invenias, de quibus vel acutiſſimus Criticus ne quidem cogitaſſet umquam.

Ceterum omnino cum eodem & Cl. *Gronovio* ſentio, inutiles fere eſſe tot repetitas auctorum edd. & Codd. collationes, ſi ſemper emendanda & ſananda haec vel illa verba clames, corruptas interim lectiones ubique ſerves, nihilque in contextu usquam mutare audeas. Quare & ego mediam quandam viam inter audaciam ac timiditatem nimiam ſectari ſtudui, in contextum ſaepe recipiens quae vel in Codd. inveni vulgatae multo praeſtantiora, vel quae neceſſitas etiam ſine librorum auctoritate mutare juſſit, id quod Cl. noſter *Weſſeling.* etiam in D. Siculo facere inſtituit; E. gr. L. XI. c. 46. vſ. 8. ἔργῳ πεῖραν εἰληφὼς in textum recipiens ſine auctoritate, pro vulgato ἐγὼ &c. idque & alibi recte faciens. Sed ut de noſtris emendationibus Lector eo melius judicet, nonnulla hic adponam ex iis quae audaciora videbuntur, at parva literarum imo unius literae, ſyllabae, accentusque mutatione verum ſenſum auctori reddunt.

Ita T. I. *pro Lapſu* c. 8. Καρδιανὸς praeeunte *Sol.* dedi, contra Codd. & Edd. quae Σαρδιανός. De *Merced. Cond.* c. 30. med. conſentientibus commentatoribus hoc dedi, ut θέλω pro θέλῃ reciperem, quia res ipſa clamabat, verbum primae perſonae requiri.

Εἴκοσι ἔτη ſimili confidentia cum eodem edidi in *Hermot.* c. 59. f. pro abſurdo vulgato εἰκὸς ἔτι.

Ἄφευκτον in ἄφυκτον mutavi paullo poſt, ſine Codd. & Edd. auctoritate, ſed exemplis Luciani.

Αὐτῆ bis dedi pro αὐτῇ, in T. 2. *Quom. Hiſt.* c. 62. ac ſaepiſſime alibi, quoties opus erat, nihil in his fidem librorum exſpectans. Ὀνομάζων excudi curavi pro ὀνομάσων, ex emendatione neceſſaria *Jenſii*, in *Quom. Hiſt.* c. 41.

Ἐπιπολῶν juſſu *Geſneri* ib. c. 57. pro ἔτι πόλεων.

Ἁπάντων ὧν ἐγὼ εἶδον dedi ſine auctoritate librorum, pro vulgata Edd. lectione, ἅπαντα· ὧν ἐγὼ εἶδον. T. II. 1. *Ver. Hiſt.* c. 40. etſi verſionem ad vulgatam compoſitam intactam reliqui.

Αὐτὸς μὴ ἀγνοεῖν edidi in 2. *Ver. Hiſt.* c. 20. ex uno *Pell.* invitis ceteris, quia ſenſus id poſtulabat.

Ζῶν ἔτι non extimui edere ſine auctoritate, pro abſurdo ζῶντι, praeeunte *Sol.* in *Tyran.* c. 1.

Αἰτιᾷ item pro αἴτια, *Abdicat.* c. 21. ejusdem Tomi II.

Γὰρ omiſſum inſerui jubente *Solano*, ſine alia auctoritate, ib. *Salt.* c. 75. f.

Ἡ τ' τῆ Βριαίως excudi juſſi in *Imag.* c. 8. f. pro vulgato ἢ τῇ - - ut Latina verſio congrueret, quam Cl. *Geſn.* ſic optime dederat.

Καλλίῳ δὲ ᾧ ἐρασμιωτέραν ψυχὴν σκέπουσα neceſſario repoſui *ibid.* c. 22. pro καλλίων ᾧ ἐρασμιωτέρα ψυχὴν σκέπουσα.

Αὖθις inſerui ex uno Cod. O. *Jov. Conf.* c. 3. ubi Lector judicet, anne ſic longe melius procedat oratio?

Πεπαρώθηται admiſi ſine auctoritate, pro πεπαρώπται, *ib.* c. 14.

Ἐπὶ τῷ συμφέροντι ex uno L. recepi, quia res ipsa clamat, quum Edd. male ὅτι τὸ συμφέροντι. *ibid.* c. 19.

Conjunctionem τε ejeci in ἄλλως τ' οὐδὲ φιλόπονος ὤν, & in sensum oppositum versionem necessario mutavi ib. *Gall.* c. 29. med.

Δεδιότας pro δεδιότες expressi sine alia auctoritate, quam quia προϊόντας & ἀποκλείοντας proxime connectitur, in *Parasit.* c. 55.

Distinctionem mutavi in *Bis Accus.* c. 16. quae erat: καλαδόμενος, ἔωθεν εἰς ἑσπέραν μεθύων ἀεὶ, ἢ κραιπαλῶν, comma prius tollens & ante μεθύων collocans, quia μεθύων jam habebat suum adverbium temporis. Sed & alias distinctionem non raro immutavi, praecipue editionis *Juntinae* innumera illa commata, quorum magnam partem *Sol.* jam deleverat, saepe rejiciens, interdum etiam trajiciens, quando necessitas id flagitabat, quod nemo culpabit, qui norit in hisce plenam fere editorum esse libertatem.

Μελλήσας exarari curavi, pro μελήσας praeeunte *Gesnero*, distinctioneque mutata etiam δὲ pro ἢ dedi Tom. III. in *Rhet. Praec.* c. 18. p. 20. init.

Συνηλίσθησαν dedi pro συνηυλ-- eod. T. III. *Philops.* c. 12.

Ἐπικλυσθῆναι revocasse pro vulgato ἐπικλεισθῆναι religioni non duxi, consensui doctorum virorum magis quam libris obsecutus eod. *Philops.* c. 36. f.

Βορρᾶν *ventum boream* feci ex βορὰν *escam*, quod licet in omnibus legeretur, audacter mutavi in *Hipp.* c. 7.

Ὑπὸ τῶ δρομέων γίγνεσθαι exhibui sine ulla auctor. pro vulgato ὅτι τῶν — idque tamen necessario, quia ὅτι jam praecesserat, vid. *Calumn.* c. 12.

Δράματος ἀγωνευὴ restitui pro πράγματος ἀγωνευὴ, in *Mort. Per.* c. 3.

Τοῦτο quod vulgabatur, diremi in τοῦ τὸ sine Codd. sed belle monente Fabro, *ibid.* c. 20.

Συνεξελέξαντο scribere non dubitavi, quum omnes male haberent συνεξελλέξαντο, in *Epist. Sat.* c. 28. med. *Ibid.* συγκεκαπυμμύσαι jubente *Solano* reposui pro vulgato συγκεκομμύσαι.

Ἐπ' ἴσης ἀξίας jussu *Gesneri*, sine auctoritate librorum, pro vulgato ὅτίσης ἀξίως in *Demosth. Enc.* c. 10.

Καλὸν γὰρ κρησφύγετον θάνατος rescripsi contra libros, qui θάνατον absurde; nam ὅτι intelligitur, *ibid.* c. 46.

Εὐσχήμως etiam restitui pro εὐσχημόνως, ut metro Euripideo consulerem *ibid.* c. 47.

Notabilem recepi correctionem, οὐδὲν χεῖρον reponens ex Cod. L. in *Cyn.* c. 4. pro οὐδὲ εἰ χεῖρον ἔχουσιν, quod ridicule etiam olim vertebatur in Parisinae p. 1103. *At non possent, seu sese melius seu deterius haberent, officium suum praestare?*

Ἔκλαυσε δακρυρρόων reposui, pro ἔκλυσε δακρ. in *Philopatr.* c. 6. suasu *Solani*, etsi invitis libris. *Ibid.* c. 9. τε inserto versui consultum, & c. 10. λόχμια receptum pro δόχμια.

Tandem in *Tragopod.* versu 41. ἄτλω cum *Gesnero* scripsi sine alia auctoritate, pro αὐτήν. quia metrum Anacreonticum ac sensus ita postulant.

Ubi vero major erat mutatio facienda, non usus sum pari audacia, ut quando in *Hermot.* c. 77. elegantissima conjectura *Solanus* ἔξω τῆ ὁδῆ ἐστι rescripserat, pro vulgato ἔξω τ ὁδῆ ἐσμεν, idque deleta vulgata lectione jam contextui inseruerat, ego id tamen non admisi, ne modestiae fines egrederer. Quare etiam abstinui manum, ubi vulgata tolerabilem praestabat sensum, etsi melior poterat excogitari, aut a viris doctis probabilior erat proposita.

Haec igitur speciminis loco sufficiant; cetera enim ex Codd. vel antiquioribus Edd. emendata satis, spero, se probabunt, suntque ea haud pauca, ita ut adfirmare non dubitem, mille fere locis jam aliter legi, quam ante.

Versionem Cl. *Gesneri* rarissime mutavi, nisi in levioribus ac manifestis, quae vel ipsum sic reddi velle facile credebam, non quod supra illum sapere mihi persuadebam; sed quod is eadem non habens subsidia, aut ad vulgatam lect. tantum adcommodavit interpretationem, aut eam mancam vertendo adjuvit: alias intactam servavi, etiam ubi a Graeco contextu, qualis is nunc est, differret, ubi videlicet ratio ex variantibus lectt. vel notis adparet, uti T. III. in *Rhet. Praec.* c. 2. p. 3. f. *anhelantes* ab ἐκπνους relictum est in versione, licet ἐκείνους jam legamus, quia in notis id defendit.

Accentuum curam quantam potui, habui, ut ad Grammaticorum placita revocarentur, ubi in Edd. ab iis erat recessum; quod non raro contingit. Ita & encliticorum tonum ad Grammaticos canones restituere laboravi, quorum ii mihi videntur rectius sentire, qui duos accentus acutos in syllabis contiguis non admittunt, nolentes scribi λόγός τις, sed λόγος τις, nec ἄλλῳ τινι, sed ἄλλῳ τινὶ, nec patientes praepositionis accentum sequente enclitica mutari, sed jubentes σοὶ σοῦ scribere, non σοί σου. Verum postea animadvertens Edd. antiquissimas, interdum & Codd. persaepe tamen ita duos acutos jungere, encliticarum autem accentum semper in praepositionem trajicere, quoties opus est, idque Cl. *Hemsterhusium* etiam secutum, qui e. c. in *Necyom.* §. 4. edidit ὥστέ μοι, ibid. §. 6. σοί τινος. Rursus §. 10. ἄλλό τι & ἐκ τινος, ac saepissime alibi; ideo deinde etiam in praepositionibus a simili scriptura non adeo sollicite abstinui, quamvis prius institutum servarim, ne umquam ἄλλό τι scriberem, nisi forte per incuriam ita remanserit. Sed quid his minutiis lectorem detineo?

Placet super hisce sententia *Joan. Wallis*, qui in praef. ad Claud. Ptolem. Harmon. bene monet, alia minutiora esse quam ut semper notentur. „ Idem„ que dicendum de vocum encliticarum accentu vel retento, vel inclinato, „ vel penitus amisso; puta δέ ἐστι, vel δὲ ἐστι, vel δ' ἐστι, & quae sunt hujus„ modi: qua in re tum plurimum variant Codd. tum magnam sibi solent scri„ ptores (scribas dicere ego malim) licentiam indulgere, seu pingendi, seu „ non pingendi; & sic, aut secus. Ego itaque in tantillo negotio (praeser„ tim nisi emphaseos ratio hoc aut illud suadeat) codices ubi consentiunt, se„ quor; ubi differunt, arbitrio utor meo; neque admodum sollicite, ne ni„ mis curiosus videar in re nihili: permisso interim aliis judicio suo, si quan„ do secus factum malint.

Cum itaque & ego viderem Scholiasten Luciani accentum in ἔφη & φησὶ fere perpetuo retinere, hunc ei morem plerumque relinquere satius habui.

„ Idem intellige, pergit *Wallis* de vocibus, quae nunc conjunctim, nunc „ separatim scribi solent, & quidem pro cujusque arbitrio: ut ὥς τε ὥστε, οὐκ „ ἔτι οὐκέτι, οὐδ' ὅλως οὐδόλως, μὴ δὲ μηδέ, μόνον οὐ μονονοὺ, τοὶ γὰρ ἦν τοιγαροῦν, ἐφ' ὅσον „ ἐφόσον, ἐξ ἀρχῆς ἐξαρχῆς, ἐφ' ἑξῆς ἐφεξῆς, ὅν τινα ἤν ὁντινοῦν, τοῦτ' ἔστι τουτέστι, „ δι' ὃ διὸ, γ' ἤν γοῦν, & multis aliis.

Addo ἤμενον, quod *Fl.* in Luciano ἠμενῶν, & similia, quae in variantibus semper notasse inane fuisset. Inter μὴ δὲ autem & μηδὲ volui initio observare differentiam; sed comperi deinde id esse ἀδύνατον, cum aliae Edd. id perpetuo connectant, aliae perpetuo disjungant, aliae promiscue utantur; quare Parisinae scripturam in eo plerumque retineri sum passus, quae fere semper μηδὲ, ubi *J.* & *H.* μὴ δὲ, licet & *Fl.* id persaepe sejungat. Addere possem ἐπιμήκιστον, quod jungunt Edd. sed *Fl.* separat, vid. quae *Hemsterh.* ad *D. Mort.* VI. 5. notat. Item ἀμᾶτῆτο quod *J.* amat, ac ταὐτὸν & ἐπιπλέον. Sed quo major in his diligentia, eo minus forsan utilitatis. Sic τ' ἄλλα *Junt.* fere semper, *Fl.* vero & pleraeque τ' ἄλλα. Eadem κωλύει τὲ, & κύειν τὲ, cum tamen in οἷός τε, in ἡδονήν τε accentum particulae adimat. Ita & *Rhodomanni* editio D. Siculi τὲ ubique accentu insignit. Nos vero τε etiam in κωλύει τε & similibus accentu privavimus ex accuratiorum Grammaticorum praeceptis.

Commentatoribus autem suam servavi orthographiam, interdum & vitia, maxime *Bourdelotio*, quod & *Hemsterh.* feciisse video, ut ejus incuria adpareret. Quare ne putes me omnia illorum probare, quae non refutavi, quaeve post descripta demum typis folia detexi, E. gr. quando T. 2. in *Demon.* c. 30. *Solanus* in contextu ἡδὲ μέγα nihil immutans, in notis tamen scribit ἡδὲν μέγα, ut alia mittam.

Scholiasten vero totum manu describere iunus coacti, quia plurima erant emendanda, quae Cl. *Clericus* non correxerat, plurima longe alio ordine collocanda, & integra scholia persaepe ad alios dialogos referenda, ad quod tamen Doct. *Solani* diligentia viam jam munierat, singula numeris distinguendo, & varias lectt. ex Codd. Anglicis adjiciendo, atque utrumque *Vossianum* codicem conferendo, quem & ipse oculis subjicere volui; sed bis frustra aditu ad Mss. bibliothecae Leidanae expetito, non tanti duxi, ut tertium iter eodem susciperem. Cetera typothetica vitia, quibus immanem in modum scatebant illa ab *Clerico* edita Scholia, quantum licuit, sustuli, interdum & pauca quaedam corrupta ex conjectura emendavi; sed restant & alia nondum sana, quae festinatio non sivit attingere, neque tanti est iste Scholiastes, ut cura adeo exquisita dignus sit. Mirere tamen qui *Clericus* in epistola ad *Graevium*, quam huic praefationi subjungam, de sua cura majora praedicet quam praestitit.

Sed nec nostra Scholiorum nec Luciani editio ab mendis est libera; etsi enim ab Viro perito sedulo est correcta, ante quam ad me specimina transmitterentur, tamen arte nulla caveri potest, quin aliqua resideant, vel quae nostram

ſtram legentium aciem effugere, vel quae operae negligunt, quantumvis corrigas; id quod eo facilius contingit, quando praelum alia in urbe exercetur, quo factum eſt, ut ſemel tantum perluſtrare mihi quamque plagulam licuerit; hoc tamen adfirmare audeo, vel minus typographicarum mendarum jam in contextu Luciani inventum iri, quam in Edd. aliarum ulla. Quare Lector non tam reſpiciet quot forſan remanſerint, quam quot ſublata ſint, pro tribus enim rurſus admiſſis, contra vel triginta eſſe emendata deprehendet.

In commentationibus autem meis interdum a me erratum, aut, ſi mavis, peccatum eſſe mea culpa, ſed per properationem, jam deprehendi; quare in Addendis potiſſima corrigam, ſi modo & ad ea ſubjungenda tempus concedatur; quod ſi non ſuperfuerit, Lector veniam dabit in aliam occaſionem & ea rejicienti quae ſubinde in notis promiſi adcuratius in Addendis excutere.

Luciani vitam promiſerat *Solanus*; nec dubitabam quin eam jam confecerit, quum ab anno 1720. quo ſe ſuas ad Lucianum notas typographo tradidiſſe, ſcriptum reliquit, vel ſaltem ab anno 1723. quo additamenta etiam quibus eas auxit, ad finem ſe perduxiſſe teſtatur, ſatis ſpatii ad id praeſtandum habuiſſe videtur; decennio enim & amplius ſupervixit: ſpem deinde quoque fecit peritiſſimus omnis elegantioris literaturae *Hemſterhuſius*, ſe illam vitam conſcripturum; quod cum per alias occupationes facere prohiberetur, & Clar. noſter *Geſnerus* eamdem ſpem feciſſet; hinc ego minus de ea concinnanda ſollicitus excerpere atque colligere ex ipſo Luciano neglexi, quae illuc ſpectant; tamen quae ex eodem aliisque corradere per tempus licebit, Lectori exhibere, quam neceſſariam hanc provinciam plane deſerere malo.

Indices Graecos tres incredibili labore ac patientia, (continent enim ſupra quinquaginta locorum indicatorum millia) confecit frater dulciſſimus *Carolus Conradus Reitzius* Gorinchemiani gymnaſ. rector, quorum duos adjecimus, primum Scholiorum & Variantium quarumdam Lectionum; Notarum alterum. Tertium omnium verborum ac phraſium, tam locupletem, ut adnecti tertio Luciani tomo non potuerit, retinere coactus ſum. Et quia praecipua tamen in notarum indice ſatis quoque amplo, occurrunt, confidimus Lectorem hisce duobus contentum fore, eoque magis, quum priores Edd. nullo Graeco Indice, praeterquam ſolo Dialogorum, ſint donatae. Quum vero copioſiſſimus ille tertius Index jam plane confectus ſit, promiſit bibliopola ſe eum quoque ſtatim praelo ſubjecturum, ut primum ſenſerit eum eruditorum votis expeti. Ego vero, qui nullus dubito, quin deſiderio plurimorum reſpondeat iſtud opus, vel meo periculo illum ſeorſum edi curabo, ubi Wetſtenius noſter hanc aleam ſubire gravabitur, & quidem eadem forma, qua haec volumina, faciamque ut Lexici Lucianei vicem praeſtare queat, indicata via, qua, etſi ad noſtram potiſſimum editionem eſt aptatus ac deſtinatus, non adeo magno negotio etiam ad alias editiones uſui eſſe queat; hunc enim majore cura quam reliquos compoſitum eſſe novi.

In indicandis autem Luciani locis, non ſolum paginarum numerum, ut vulgo fit, Indices hi commonſtrabunt; ſed & Dialogorum paragraphos ſive ca-

capita ſimul addita reperies, ut numquam fruſtra ſis quaeſiturus; nam ſi forte in exprimendo altero numero erratum ſit ab operis, alter tamen tibi locum commonſtrabit.

Ut igitur ego fratri immortales gratias ago habeoque, quod mea gratia moleſtum hunc laborem ſubierit, nihil reveritus ignobilis, ut nonnullis audit, hujus operae exprobrationem, ita & benevolus Lector ſua ſtudia hac ope adjuta gratus adgnoſcet, & utriusque conatibus benigno judicio favebit. Vale. Dabam Trajecti ad Rhen. ipſis Kalend. Martiis, anni CIↃ IↃ CC XLIII.

Etſi mox ſubjungam notata *Solani*, de Scripturae compendiis quibus Editiones & Codices in Variantt. Lectt. deſignantur, tamen & hic monendus es, Literis quadratis Codices Manuſcriptos, currentibus vero, typis vulgatas editiones notari; exempli cauſſa P. ſignificat Poli Cardinalis vel Perizonii collationes ex Cod. ſed *P.* obliquius exaratum, editionem Pariſinam; W. Codicem Wittianum, *W.* edit. Wechelianam; quam deinde potius per *Wech.* indicavi; ſed tam raro occurrit ejus mentio, contra tam frequenter W. Codex, commemoratur, ut confuſio non ſit metuenda. B. Barocciānum Codicem, *B*1. edit. Baſil. primam, & ſic deinceps, ut in catalogo ſequente fuſius exponitur. At ſi penes me ſtetiſſet, potius integris ſyllabis haec expreſſiſſem, *Par. Baſ.* &c. ſcribendo, quam unica tantum litera, quod brevitas iſta negotium faceſſit & corrigenti & lectori; ſed quia ſic coeptum erat, non licuit mihi ab iſto more recedere; cum tamen viderem Solanum in Ed. Hagenoana varietates Florentinae ſola litera *F.* deſignaſſe, idque & Hemſterhuſium ſic expreſſiſſe, usque ad medium Tomi primi: at in Juntina eumdem Solanum, in qua longe plures varietates adleverat, *Fl.* pinxiſſe pro Florentina, & *Fr.* pro Francofurtana, id ſedulo deinde ſic diſtinxi. Cumque idem dubium poſſit oriri ex ſola litera *A.* ſitne Aldina an Amſtelodama intelligenda; licet per *A. Amſtelodamam* denotat Hemſt. & Solanus plerumque *Ald.* ad priorem illam denotandam, ſcripſerit, tamen interdum in eo ab ipſo erratum deprehendi; quare & hoc poſtea diſtinxi integras ſyllabas exprimens, niſi ubi numerus 1. 2. additur, ut *A*1, *A*2. ſatis patet *Aldinam* intelligendam, quia *Amſt.* non bis eſt excuſa. Ita varietates *Aldinae primae Weſſelinganae* ſemper ſic notantur, marg. *A*1*W.*

MO-

MOSIS SOLANI
SYLLABUS NOTARUM.

m. 1. mendoſe.
2. (poſt numerum) *mediam paginam* ſignificat.
i. *initio paginae.*
f. *finem, ſub finem.*
— Deeſt (At cum litterae ſubjicitur, nihil in reliqua voce mutatum eſſe, notat.
E. vel EE. Editiones tunc ad manum.
Edd. (*Fl. Ald. Fr. P. J.*) vel *reliquae editiones.*
Bı. Baſil. 1. in *erratis* ſeu potius variis lectionibus.
Coll. *Collectanea Galaei.*
W. *Wittianus Codex Mſ. a Jenſio collatus.*
M. *Marcianus Codex Mſ.* (qui olim Wittianus) *a me in his conſultus.*
P. *Poli* (Card.) cujus collatio penes Perizonium.
Ex. *Excerpta* penes Perizonium ex Ed. Flor. *cum Codice Poli collata.* i. e. Edit. Fl.
L. *Longolii excerpta* ex Codd. Mſſ. penes eumdem Perizonium; ſunt autem hi collati cum edit. Ald.
W. *Wecheli editio* quorumdam opuſculorum Luciani.
r. Recte.
V. Mſ. *Codex Vaticanus* in his locis a Cl. Joh. Maſſon collatus. In Scholiis Codex Voſſianus.
O. Mſ. *Oxonienſis* vel Ox.
marg. *Ald. W.* margo Aldinae primae Weſſelingii, de qua in praef. plura I. F. Reitz.

CATALOGUS
Commentatorum Luciani, ſecundum ordinem aetatis.

Joannes Brodaeus. deſignatur *J. Br.*
Gilbertus Cognatus. . . . *G. C.*
Joannes Bourdelotius. . . . *J. B.*
Theodorus Marcilius. . . *Th. M.*
Lambertus Barlaeus. . . . *L. B.*
Jacobus Palmerius a Grentemeshil. . . . . *J. P. a G.*
Tanaquillus Faber. . . . . *T. F.*
Franciſcus Gujetus. . . . *F. G.*
Aegidius Menagius. . . *AE. M.*
Adolphus Vorſtius. . . . *A. V.*
Jacobus Tollius. . . . . *J. T.*
Joannes Georgius Graevius. *J. G. G.*
Jacobus Gronovius. . . . *J. G.*
Joannes Clericus. . . . *J. Cler.*
Joannes Jenſius. . . . . *J. J.*
Ludovicus Kuſterus. . . . *L. K.*
Lambertus Boſius. . . . . *L. B.*
Horatius Vitringa. . . . . *H. V.*
Jo. de la Faye. . . . *J. de la F.*
Eduardus Leedes. . . . . *E. L.*
Moſes du Soul, (ſive Solanus) *M. du S.*
Maturin. Veyſſi. la Croze. *M. V. la Cr.*
Tiberius Hemſterhuſius. . . *T. H.*
Joannes Matthias Geſnerus. *J. M. G.*
Joannes Fredericus Reitzius. *J. F. R.*

***

M. DU

M. DU SOUL, *sive* SOLANI *monita.*

EDITIONES LUCIANI, quibus usi sumus:

Anno 1496. Florentina Graeca, quam totam cum hac contuli. designatur in Var. Lect. nota *Fl.* vel *F.*
1503. Aldina 1. Graeca. notatur *Ald.* vel *A1.*
1522. Ald. 2. Gr. designatur *A2.*
1526. Hagenoana 1. Gr. insignitur *H.*
1535. Juntina Gr. scribitur *J.*
—— Hag. 2. Gr. *H2.*
1545. Basileensis 1. Gr. *B1.*
1546. Francofurtana Gr. *Fr.*
1550. Veneta 2. Gr. *V2.*
1555. Bas. 2. Gr. (Bas. 1. ne correctis quidem mendis in indice notatis exprimit.) *B2.*
1563. Basil. tertia, *B3.*
1615. Parisina Graeco Latina. *P.*
1619. Salmurienſis Graeco Lat. *S.*
—— Basil. 4. Gr. Lat.
1687. Amstelod. Gr. Lat. *Amst.* & *A.*

CODICES COLLATI.

O. vel B. Baroccianus vel Oxonienſis Codex Mſ.
I. Codex Mſ. Bar. (N°. LVI.) continet hoſce Luciani libros.

Διαϐ.	fol. 132.
Καλαπλ.	136.
Συμπ.	142.
Ἰκαρ. (deeſt folium unum aut alterum)	147.
Ῥητ. (capite truncatus NB. in Catal. omiſſus)	152.
Προμ. ἐν Λόγ.	154.
Εὐχ.	155.
Ἔρωτες (de induſtria omiſſa hic plurima)	162.
Ζ. τρ. (deeſt folium unum)	164.
Ζ. ἐλ. (non integer)	171.
Δικ. (pars tantum)	173.
Ἀναϐ.	174.

II. —— (N°. 136.) continet tantum dialogos aliquot *Mort.* cum *Jud. Dearum* & uno *Marino.*
III. Bodlejanus N°. E. 2. 16. *Dialogos Mortuorum* non plures *quinque.*

I. IENSIUS.

I. [Nobiliſſ. Joh. de Witt dedit mihi anno 1698. Codicem quorundam Luciani opuſculorum Manuſcriptum, quem contuli, & reperi eum eſſe ſatis antiquum. 1°. numquam litera ι ſubſcribitur, ſed pone apponitur. Tum vocabula γῆν, ὅταν, ἐπειδὰν &c. ubique diſtinctim erant ſcripta, ut γ' ἢν ὅτ' ἂν ἐπεὶ δ' ἂν &c. Tum ζῷα non ζῶα. πρώην non πρώην. Littera B. ſcripta eſt υ. nullae usquam diſtinctae erant dialogorum perſonae ipſis perſonarum nominibus; ſed duo tantum puncta (:) exeunte qualibet perſona, erant picta. Denique ſcholia ad marginem, ſed ita minutis & abolitis litteris, ut minima pars eaque vix legi potuerit.].

Opuſcula Mſſ. erant haec

Πρ. λ.	Ἀρμ.	Εὐν.	Ἐρω.	Ἡσιοδ.	De hoc ipſo Codice vide plura a me initio vol. 2. annotata
Μισθ.	Σκυ.	Ἀστρ.	Υ. εἰκ.	Συρ.	
Ἀ. μισθ.	Συγγρ.		Γυμν.		
Πτα.	Ὀρχ.		Ἀποφρ.		
Ἑρμ.	Αεξ.		Δις.		

Omnia quae ex illo Mſ. Cod. in Jenſiano codice erant annotata, in hunc meum a me ſub nota W, transſumpta ſunt. *M. du Soul.* 1707.

II. [Excerpta codicis Reginaldi Poli Cardinalis tit. Iſ. Nirei & Achillei Archiepiſcopi Cantuarienſis, anno MDLVII.] (ad παρασ. usque; caetera manca.)

III. [Excerpta ex Chriſtophori Longolii Luciano (ap. Ald. MDIII.) cum Mſſ. collato. MDL.]

De Codice MARCIANO.

Codex eſt membranaceus in folio, ut vocant, qui ex libris Cardinalis Seripandi olim fuiſſe teſtem habet ejus manum. Alibi etiam Chalcopyli Conſtantinopolitani fuiſſe, ſcriptum eſt.

Ex Italia advexiſſe credo virum Nob. Joh. de Wit; quo defuncto, emtus eſt a viro nob. D°. van der Mark, qui eum nunc Ultrajecti poſſidet. Codicem hunc Mſ. nunc vir egregius, Lucianique ſtudioſſimus Bridges J. C. Anglus 1722.

Scriptus eſt elegantiſſime, nullis literarum, niſi una aut altera voce, compendiis; ut θ--ς, πν. & αν--ς, pro θεὸς, πνεῦμα, ἄνθρωπος. Littera β. in textu hac fere forma pingitur ϐ. in ſcholiis vero figura β conſtanter adhibetur; unde patet recentioris eſſe aevi.

Continet autem opuſcula Luciani ſequentia; hoc ordine.

1. Πτα. ἀκέφαλον	eſt	8. Μισθ.	ξη'.	15. Ἔρωτ.	οη'.
2. ἀ. μισθ.	ξ'.	9. Γυμν.	ξθ'.	16. Ὑ. εἰκ.	οθ'.
3. Αρμ.	ξα'.	10. Συρ.	ο'.	17. Ἀποφρ.	οε'.
4. Ἡσ.	ξϛ'.	11. Ὀρχ.	οα'.	18. Ἑρμ.	οϛ'.
5. Σκυ.	ξγ'.	12. Λεξ.	οϐ'.	19. Πρ. λ.	οζ'.
6. Συγγρ.	ξδ'.	13. Εὐν.			
7. Δικ.	ξε'.	14. Ἀστρ.			

Quibus opuſculis adſcripti ſunt quos hic vides numeri. Unde liquet LVIII. titulos ab initio periiſſe; ſummamque, ſi a fine integer cenſeatur, fuiſſe libellorum LXXVII. qui numerus, rejectis ſpuriis, cum noſtris Codicibus ſatis conſtat, in quibus LXXXI. cum nothis inveniuntur.

Quaterna folia erant, niſi quod, lacerato folio uno, primo tria tantum inveniuntur. Quaternario autem cuique inſcriptus numerus Graecus, indicat amiſſos a capite quaterniones XLVI. & XLVII. in folium unum; incipit autem Codex, non ab initio libelli *de Lapſu* &c. ſed ab his in eo verbis, τὸ ὠδεῖον ἢ προσαγορεύσεως, quae in Junt. editione p. 312. occurrunt. Deſinit, ſerie continua quaternionum, cum LXIII.

Ex 63. quaternionibus.
deme 46. qui periere.
habebis 17. quaterniones ſuperſtites.
qui ducti in 16. paginas cujusque quaternionis,
efficiunt. 102.
17.
272. pag.
aufer 4. pag. laceratas,
habebis 268. paginas, quibus codex nunc conſtat.

Conſtiterat autem, cum integer eſſet a capite, mille & 8. paginis; qui numerus ex 63. quaternionibus in 16. paginas ductus conficitur.

Ego ratione inita comperio 268. illas quibus nunc conſtat Codex, efficere 312. Junt. editionis paginas 1008. quibus integer conſtabat, efficiebant 1173. qui numerus vera ſumma (1274.) 101. paginis diſtat; quibus aut a fine multatum codicem cenſeas oportet, aut in eo non exſtitiſſe ſpuria quaedam, numero IV. quibus & titulorum numeri diſtant, ut ſupra monitum eſt.

Contuli ego poſt Cl. Jenſium { Συγγρ. μισθ. γυμν. } integros

in quibus paucula a viro doctiſſimo omiſſa obſervavi, in reliquis, quia feſtinabam, ea tantum loca conſului, quae mihi negotium faceſſebant.

Scho-

Scholia quamvis sint aliquando evanida; alicubi etiam vitiato codice, nulla ope legi possint; & abscissis multis marginibus, non habeantur omnia, plerumque tamen cum Vossianis conveniunt, aut cum ineditis Galaeanis.

Paucula tamen etiam in eis nova a me quam potui diligentissime, sunt descripta, praeloque cum reliquis parata 1707. *M. du S.*

INDEX ALPHABETICUS
VARIORUM LUCIANI TRACTATUUM,

Quem verbis dimidiatis exhibeo, quia sic adlegari solet in notis SOLANI.

(Αἰρ.) vel Ἑρμ. p. 315.
Ἀλεκτρ. Tom. II. 702.
Ἀλεξ. II. 207.
Ἀλκ. I. 176.
Ἀκαχ. v. Γυμν. II. 883.
Ἀναβ. I. 570.
Ἀπαιδ. III. 99.
Ἀποκ. II. 159.
Ἀποφρ. III. 161.
Ἄρμ. I. 850.
Ἀστρολ. II. 360.
Β. ῥητ. I. 540.
Γυμν. 263.
Δημ. III. 490.
Δημων. II. 374.
Διαβ. III. 125.
Θ. ἀσφαλ. I. 204.
Ἐν. δ. I. 291.
Νεκ. δ. I. 328.
Ἑτ. Δ. III. 280. & 469.
Δικ. II. 791.
Δ. Φων. I. 83.
Διον. III. 74.
Διψ. III. 234.
Δραπ. III. 365.
Εἰκ. II. 458.
ὑ. εἰκ. II. 484.
Ἐκκλ. III. 527.
Ἐνυπν. I. 1.
Ἐπισκ. I. 487.
Ἐπιστ. κρον. III. 401.
Ἑρμ. I. 739.
Ἐρωτ. II. 397.
Ἑτ. Δ. (vid. Δ.)
Εὐν. II. 350.
Εὐχ. III. 247.
Ζ. ἑλ. II. 626.
Ζ. Τρ. II. 642.
Ζευξ. I. 838.
Ἡλεκτρ. III. 87.
Ἡρακ. III. 82.
Ἡροδ. I. 831.
Ἡσ. III. 240.
Θ. Δ. I. 204.
Θυσ. I. 525.
Ἰκαρ. II. 751.
Ἱππ. III. 66.
Ἰχ. a. II. 70.
Ἰχ. b. II. 104.
Καλαπλ. I. 620.
Κρον. III. 385.
Κρονοσ. III. 393.
Κυν. III. 539.
Λεξ. II. 317.
Μακρ. III. 208.
Μισθ. I. 651.
ἀ. Μισθ. I. 704.
Μυια. III. 91.
Νεκ. I. 455.
Νερ. III. 636.
Νιγρ. I. 37.
Οἰκ. III. 190.
Ὀν. II. 567.
Ὀρχ. II. 265.
Παρασ. II. 836.
Πατρ. III. 229.
Πεντ. II. 922.
Περ. III. 325.
Πρ. λ. I. 23.
Προμ. I. 185.
Πται. I. 724.
Ῥητ. III. 1.
Σκυ. I. 859.
Σολ. III. 552.
Συγγρ. II. 1.
Συμπ. III. 418.
Συρ. III. 451.
Τιμ. I. 98.
Τοξ. II. 507.
Τραγ. III. 643.
Τυρ. II. 141.
Φαλ. a. II. 187.
Φαλ. b. II. 201.
Φιλοπ. III. 584.
Φιλοψ. III. 29.
Χαριδ. III. 618.
Ψευδ. III. 552.
Ὠκυπ. III. 664.

ALPHAB. Ἑταιρ. Διαλ.

Α. 299.
Γλ. III. 280.
Δ. ἰβ. 301.
— 319.
Ι. 310.
Κ. 289.
— 292.
— 322.
Λ. 315.
Μ. 281.
— 284.
— 286.
— 295.
Τ. 308.
Χ. 303.

Codices Vaticani Mſſ. quos inſpexit Vir Cl. JOH. MASSON.

V. 1. perg. fol. n°. 90. videtur XI. ſeculi. Incipit a Φαλ. α. fol. 5. (quatuor primis foliis chartaceis manu recentiſſima) ordo opuſculorum in eo Codice hic eſt.

Φαλ. α. β.
γ. Ἱππ.
δ. Διον.
ε. Ἡρ.
ϛ. Ἡλ.
ζ. μυια.
η. Νιγρ.
ϑ. Δημων.
ι. οἰκ.
V. 2. πατρ.
κ. Μακροϐ.
ἰϛ. α. β. paucis Schol.
Δϛϐ.
δ. Φων.
Συμπ.
ψευδος.
καϐαπλ.
Ζ. ἐλ.
Ζ. τρ.
Ἀλεκϐρ.
Προμ.
Ἰκαρ.
Τιμ.
ἐπισκ.
β. πρ.
ἀναϐ.
δ. κατ.
Θυς.
ἀπαιδ.
ἐνυπν.
πϑμσ.

φιλοψ.
V. 2. νεκ. δ. 7.
{ εν. δ. 19.
{ ετ. δ. 7.
{ γυμν. &c.
Deinde in quibusdam aliis ab hoc diſcrepat.
ϑ. κρ.
μιαϑ.
γυμν.
νεκ.
ὀν.
Ἀλεξ.
εἰκ.
Συρ.
Ὀρχ.
λεξ.
εὐν.
ἀϛρ.
ἐρ.
ϗποφρ.
ϑ. ἐκκ.
τυρ.
ϗποκ.
Περ.
Ταξ.
Δημ.
συγϛρ.
διψ.
Κρον.

Ηροδ.
Ζευξ.
πτ.
ἀ. μιαϑ.
Ἀρμ.
Ηϛ.
Σκυθ.
Τραγ.
Ερμ.
πρ. λ.
ἀλκ.
εὐχ.
ὠκ.
* προς Αριϛείδην.
Κυν.
νεκρ. δ.
ἐν. δ.
ϑ. δ.
Deſunt igitur:
ἐτ. δ.
δραπ.
υ. εἰκ.
Νερ.
παλρ.
πενθ.
ῥητ.
Φιλοπ.
& χαριδ.

Novus autem unus libellus hic comparet, qui προς Αριϛειδην ſtellula notatus in laterculo conſpicuus eſt.

In Codice f. 34. leguntur haec verba Εγω Ἀλεξανδ. Ἐπισκοπος Νικαιας ὁ κα-

τα

τα Βιθυνιαν μετα Ιακωβυ τῦ φιλατυ ἀδελφυ ϗ μιτροπολιτῦ Λαριϱσης. Eadem manu ac cetera. f. 45. Idem nomen, sed cum alio conjunctum, sc. μετα Θεοδωρυ Ψαχόνυ τῦ ἡμιν ὑπηρετυντος. F. 122. ad marginem nota haec reperitur: Εγω Αλεξανδ. ὁπισκοπος Νικαιας ϗ ἐν Βιθυνια μετα Ιακωβυ τῦ ὁμοψυχυ ἀδελφυ ϗ μι ἀριεϱησης τῦ πρωτ μ. τ κατα δρομ. τ Βυλγαριων, ἰδωσαντ' ἀναλωμασιν ἀναϛησαντ' κ'κο'ς μεν αὐτη κ'κ τοις κτημασι δόντος πλείονα. f. 124. E. A. — ε — N — της προς τη Ασκανίᾳ μετα Ιωαννυ τῦ ὁπ τη ἀδελφη Κυδιϱυ. Alibi f. ut supra, μετα τυ ον μεμνηλε... συνιερεως ϗ συνεπισ'κ' ἀδελφυ.

V. 2. n°. 89. Chartaceus 4°. incipit a Φαλ. β. cum scholiis passim, literis rubris, f. 299. Δραπ. videtur xv. seculo nitide satis exaratus.

V. 3. Chart. 4°. n°. 88. haud nitidus. Paulo recentior illo videtur: habet fol. 316. opuscula quae continet alio ordine quam in superioribus. Pauca sunt scholia. fol. 308. Φιλοπ. usque ad f. 315. sine Schol. solus Codex, qui hunc Dial. habeat.

Epistolas Cl. *I. Clerici* & *I. Vossii* ex Remonstrantium Bibliotheca Amstelodami mecum communicavit Cl. *J. J. Wetstenius.*

Illustri viro ISAACO VOSSIO S. P. D. *Ioannes Clericus.*

QUod te ignotus compellare audeam, Vir Illustris, non miraberis, postquam causam exposuero. Scis te misisse Scholiastas Graecos Mss. in Lucianum ad Blavium, aliosque ejusdem societatis Typographos. Fortasse etiam nosti eos invitos in eis edendis cunctatos fuisse, quod non invenirent qui vellet emendationis laborem suscipere; neque enim exiguo opus erat sudore ad dialogos ad usitatum ordinem revocandos, notandas paginas novae Editionis Luciani, emaculandaque specimina typographica ex Codice mendis scatente ducta. Tandem ad me cum venirent, id operis, licet aliis nimium quam vellem districtus suscepi studio juvandae reip. literariae, quae alioquin egregiis Scholiastis diu videbatur adhuc caritura. Vidi quidem illico mihi desudandum fore, at non exspectaveram Augiae stabulum expurgandum mihi oblatum iri, quemadmodum reapse contigit. Si hic taedium quod mihi vorandum fuit, describere aggrediar, vereor ut tibi haud absimile pariam, cum probe noveris, ex tribus aut quatuor exscriptoribus qui tuum Ms. descripserunt, unum duntaxat καλλιγραφίας peritum fuisse, alii cum imperite descripserunt, & portenta vocum effinxerunt, tum forte etiam inemendato codice decepti σφάλματα αὐτογράφυ in sua transtulerunt ἀπόγραφα. Verum quidquid id est, conatus sum menda omnia tollere, quae indubitata videbantur, in ceteris tanta religione versatus, ut maluerim menda exempla-

plaris relinquere, quam Lectori pro ipsis Scholiastae verbis meas obtrudere conjecturas. Nec dubito etiam post incredibilem laborem multam messem me reliquisse eruditis Lectoribus, in qua emendandis veterum scriptis exercitati εὐτοχίαν *suam ostentare poterunt. Tu, Vir Illustris, optime judicabis, tum de labore emendationis, tum de notulis quas hinc inde adjeci, brevi ad Te ibunt ac judicio tuo se sistent; sed prius est quod Te ego & Typographi oratum velimus, qua in re etiam spero benignitate tua exoratores nos abituros. Praefigenda est praefatiuncula, in qua omnino dicendum esset qua ex bibliotheca desumti sint Scholiastae tui, etsi quid aliud de iis rescire possimus; rogo igitur quam primum indices quid censeas dici posse; exspectant enim Typographi, & illius folii editionem quae alioquin intra paucos dies fieri posset, cum jam plus quam dimidia pars typis descripta sit, eo usque procrastinabunt, donec respondere dignatus fueris. &c.* (reliqua enim huc nihil facientia omittimus)

RESPONSUM ISAACI VOSSII AD HANC.

Tardius aliquanto, quam vellem, rescribo, Vir doctissime, quod per plures hebdomades negotiis implicitus molestis, & praeterea adversa adflictus valetudine ex Medicorum praescripto Londini haerere fuerim coactus. Dubito itaque an tempestive satis ad tuas perventurae sint manus istae quas nunc demum scribo, praesertim cum Typographus omnis morae impatiens Lucianum *suum in lucem protrudere festinet. Doleo quamplurimum, quod amanuenses, qui Scholia quae habes descripserunt, adeo male suo functi fuerint officio, ut magnum in expurgandis illis laborem tibi exhibuerint. Et sane aliter fieri non potuit, cum a tribus mercede conductis hominibus iisque satis imperitis fuerint expressa. Si qua certa & secura occurrat occasio, libenter, si ita tibi placuerit, ipsum transmittam exemplum, neque enim dubito, quin hujus beneficio complura possis tollere menda, quibus lubrica occurrere conjectura perquam fuerit difficile. Displicet, quod more Hollandis typographis solemni, adeo minuto Lucianum ediderint charactere, ut oculos meos effugiat. De Simonio tecum sentio. Vidi & legi cum voluptate prius tuum scriptum quod huic opposuisti, placuitque inprimis solidum argumentandi genus, quod in adversario nostro multum requiro.*

AD

AD
IO. FREDERICUM REITZIUM
VIRUM DOCTISSIMUM CELEBERRIMUMQUE
IO. MATTHIAE GESNERI
EPISTOLA.

MONITUS ab ornatiſſimo viro Wetſtenio noſtro, ſi quid haberem, quo frons operis, quod ab aliquo inde tempore molimur, exornari poſſet, tempus eſſe; jam prodire tandem geſtire Lucianum, & oculos hominum atque manus ſubire: excutere equidem coepi, quae in ſcidas, ut fit, conjecta diverſis temporibus, ſecure deinde repoſueram. Sed mox abjeci illud conſilium, cum obſervarem, quanta tu, Vir Doctiſſime, diligentia & judicio in iisdem rebus verſatus eſſes, quamque metuendum eſſet, ne aut fruſtra alteruter noſtrum exhauſiſſet illum colligendi ordinandique laborem, aut bis eadem legenda offerrentur lectoribus, quod poſterius tanto magis vitandum erat incommodum, quo magis vela nos contrahere, & brevitati ſtudere juberet ἐργοδιώκτης noſter Wetſtenius. Ne tamen plane ἀσύμβολος ab hoc velut primo miſſu dapum Lucianearum diſcedam, juvat paucis ea vel apud te commemorare, vel tibi commendare, quae illis partibus, quas in hoc opere atque munere adhuc ſuſtinui, videbuntur conjunctiora.

Nam de ipſo Luciano dicere totum tibi relinquo, cum vix aliunde, quam ex ipſius libellis hauriri poſſint, quae ad ipſum pertinent: quos tibi ita notos eſſe, ut domus cuique eſt ſua, apparet. De libellis quibusdam quid ſentirem, paſſim jam, de Philopatride etiam juſta diſputatione, indicavi. Placetne, de aliis quibusdam hic breviter ferre me ſuffragium, quos tu calculos forte ad Catalogum opuſculorum referes. Igitur

AMORES non videntur Luciani eſſe. Sunt certe alterius plane characteris, & multo magis, quam eſt ipſe Lucianus, Sophiſtici.

IMAGINES totum, quantus eſt, Lucianum ſpirant & referunt.

JUPITER CONFUTATUS, & alter ille TRAGOEDUS multum mihi videntur ad evertendam ſuperſtitionem, & fidem Dis illis abrogandam contuliſſe. Referendi hi libelli ad Apologias pro religione Chriſtiana, in quantum harum princeps fere argumentum eſt, deſtruere ſuperſtitionem & cultum Deorum.

DE ASTROLOGIA opuſculum imbecilli hominis & ſuperſtitioſi, non igitur Luciani, niſi tamen imitatione, & velut παρῳδία ridere voluit ſuperſtitioſum aliquem ſcriptorem, quod etiam Ioniſmi affectatio oſtendit.

DE DEA SYRIA idem, quod de libello de Aſtrologia, exiſtimo.

Aliud velut caput eorum, quae hic a me exſpectari debent, ſunt obſerva-

****

tio-

tiones quaedam, quae, dum percurro missas ad me chartas festinans plerumque & aliis rebus impeditus, in mentem mihi venere. Has ad te mitto, intexendas, si videtur, *Addendis*, quae parari video, reliquis. Habes autem ea tantum, in quae a media fere parte Tomi I. incidi: si qua ad priora de interpretatione praesertim monenda occurrebant, ea ad TIBER. HEMSTERHUSIUM virum clar. pro veteri amicitia jubentem perscripsi.

♣ ♣ ♣

Superest, ut, id quod conceditur vulgo scriptoribus, de meo consilio & laboribus meis quaedam apud te disputem, quae nempe ad ipsos quoque posteros eadem opera cupiam perferri.

Fuisse mihi veterem cum Luciano familiaritatem, ostendunt ea, quae jam quarto decimo hujus saeculi anno, qui aetatis meae tertius & vicesimus erat, in Philopatrin & de Philopatride a me scripta, & in Ienensium Philosophorum cathedra disputata sunt. Jam eo tempore consilia agitabam revocandi in publicam lucem Sophistae doctissimi, amoenissimi, & ad variam eruditionem, quam adamavi a puero, accommodatissimi: quae caussa fuit, ut nunquam plane illum deponerem de manibus, etsi illi editionis consilio multa subinde impedimenta objicerentur, quo factum est, ut non *nonum* modo *in annum* ex Horatii praecepto, premerentur pleraque cogitata nostra, sed fere ad *tricesimum* penes nos delitescerent, nisi quod capitalem illam encomii Demosthenis restitutionem, non tantum anno saeculi XXI. cum Venerabili jam Collega meo C. A. HEUMANNO, & cum laudatissimo viro TIB. HEMSTERHUSIO, communicavi; sed etiam mense Julio anni XXXI. in Chrestomathia Graeca publicavi Lipsiae, unde in Acta Eruditorum illius anni relata est.

Inter haec modo cum THO. FRITSCHIO, principe dum viveret librariae negotiationis, consilia agitata, modo communicata cum Cl. HEMSTERHUSIO, quae effectu caussis hic non commemorandis caruere: donec vir hic doctissimus provinciam, quam nemo melius ipso ornare potest, nescio quibus rebus commotus, deponeret, & bonum Lucianum cum sexta circiter pars illius praeclare ab ipso curata esset, suas sibi res habere juberet. Hic enim ad me, veterem sodalem suum confugit, &, si non aliud, certe Latine paullo commodius disertiusque loqui se docerem rogavit, & impetravit, quantum per alia, in primis per curationem Thesauri Linguae Latinae, licuit. Quintilianus enim & Plinius junior non multum temporis sibi vindicarunt. Interpretationem igitur plane novam, quod diu est cum optarunt eruditi homines, condidi a libello inde de Sacrificiis. Eorum quae praecedunt versionem emendavit, puto, Cl. HEMSTERHUSIUS. Porro in interpretando eam rationem tenui, ut ex Graeco exemplari Hagenoënsi transferrem omnia, non inspecta prius alia interpretatione, quam tum demum adhibere solebam, ubi aliquid circa lectionem dubitationis offerretur, ut quam secutus esset superior interpres, liberet exquirere. Igitur non habeo dicere, quatenus mea interpretatio vel conveniat cum vulgata (id est ea, quam Benedictus emendatam a se & interpolatam dedit; a diversis auctoribus scriptam) vel ab ea discrepet, melior illa sit,

an

an deterior. Hoc tantum scio, cum juvenis tractarem Lucianum, sexcentis locis me offensum vulgata, quam dixi, interpretatione, & jam tum speransse melius aliquid a me posse dari: quae spes ne me falleret, studiose equidem elaboravi: & illud inter alia dedi operam, ut, quantum ejus per utriusque linguae rationes licere, non discederem a singulorum verborum significatione, nec ab ordine verborum, & figura dictionis; sed ipsum quoque genus dicendi eumque quem charactera vocant, exprimerem: quod illis praecipue locis difficultatem habuit, ubi corruptum sermonem ridendo imitatur, & imitando ridiculum facit auctor. Iniquus ergo fuerit, si quis talibus locis offendatur, aut vitia accuset, quae ultro affectavimus, uti similis esset Lucianeae nostra oratio. Ubi plane nihil difficultatis erat in Graecis, minus singulorum rationem verborum habuimus, si eo genere charactera, quem dixi, assequi facilius nos posse sperabamus, in primis iis in locis, ubi poëticas formulas, aut versus integros Homeri & aliorum, parodiasque adeo, intexit: quod genus vix ad verbum licet exprimere, nisi putidus fieri velis, & pro jucunda salsaque oratione languidum & fatuum sermonem reddere.

Servile enim illud & *interlineari* simile interpretandi genus facilius ad pueros corrumpendos, quam ad sublevandos juvandosque viros pertinere, judicamus: ut contra illam Gallorum praesertim quorundam licentiam bonis literis fraudi esse dicimus, qua non quid sibi voluerit Lucianus, spectavit, ut hoc potissimum hic utar, Ablancurtius, sed quid a mulierculis & cirratis facile capi & probari adeo posset. Voluimus ergo interpretationem nostram Lucianeae orationi, quantum ejus consequi potuimus, esse simillimam. Annotationes adjecimus, non quibus divitias in hoc genere ostentaremus; sed quibus vel rationem redderemus interpretationis, si ea a vulgata legendi ratione discederet; vel conjecturas de emendando contexto, cum argumentis sicubi opus videretur, proponeremus; vel denique lucem affunderemus locis, quos obscuros videri etiam his posse putabamus, qui in his literis jam aliquo usque progressi sunt. Suspenso hic plerumque animo fuimus, cum semper metueremus, ne ea poneremus, quae alii jam occupassent: quod quidem satis saepe accidisse video, tum in aliis, Elsnerianis, ut hoc utar, cujus viri doctissimi observationes nescio qua mea incuria, vel quo casu alio oculis, cum ista scriberem, a me usurpatas non memineram; tum frequentissime in his, quae Vir Doctissimus Moses Solanus commentatus est. Hujus viri observata adeo saepe cum nostris congruere deprehendi, postquam emendata ab illo interpolataque Luciani interpretatio ad me missa est, ut interdum optaverim pudoris mei caussa, ne factum esset, quod optimo consilio factum novi, ut illud monumentum diligentiae viri Clar. ad me mitteretur. Supereſt, ut mihi consulam qua licet, & primum hoc indicem, perveniſſe ad me e mercatu verno Lipsiensi A. xxxvii. exemplum versionis Latinae variorum, cum argumentis Micylli, initio & fine truncatum, editionis, ut conjicio, Francof. 1538. f. cum mea interpretatio processisset ad finem Hermotimi. Solebam autem, quod scis, Vir Doctissime, per mercatus modo dicti opportunitatem mittere

penſiones velut Luciano debitas. Illud porro exemplum manu *Solani* elegan-ti & nitidula, quae animum etiam bene compoſitum indicet, correctum & interpolatum eſt eo haud dubie conſilio, uti traderetur typographis: continetque opuſcula Luciani usque ad Anacharſim ſine de Gymnaſiis libellum, cujus tantum initium hic eſt, usque ad columnam 616. Fuit itaque in muſeo meo interpretatio illa diverſorum Solani manu caſtigata, a declamatione inde Herodoti ſ. Aëtione T. I. p. 831. ad principium libelli de Gymnaſiis T. II. p. 889. niſi quod Amores & Lucium libellos Solanus non attigit. In his igitur libellis, qui ſecundum jam Tomum implent, plerisque, potui conſulere Solani ſententiam, quod aliquoties a me factum, in ipſis meis annotationibus profeſſus ſum. Nimirum inſpexi interdum, quoties cognoſcere cupiebam, quam ille lectionem in locis dubitationem aliquam habentibus ſecutus ſit. Perpetuam collationem neque cum hac, neque cum ulla alia interpretatione inſtitui. Quid enim attinebat, in hac laborioſa praeſertim vita mea, circumſpicere, quomodo alii ea interpretati eſſent, quae recte a me intelligi, recte converſa eſſe, non poteram dubitare? Annotationis plane nihil, literam nullam Graecam, libro huic adſcripſit vir doctiſſimus: quem librum in Bibliotheca Academiae noſtrae publica repoſui, ut ſi qui vel jam viventes vel poſteri adeo requirere velint, in quantum mihi cum Solano conveniat, ſuis poſſint oculis fidem habere. Qui hoc agere volent, illi collatis noſtris annotationibus intelligent facile, non minus ſaepe nobis convenire in iis libellis, quorum ego interpretationem a Solano correctam oculis uſurpare non potui, quam in aliis: convenire nobis ſaepe in annotationibus, quarum ego plane nullam unquam vidi ante, quam typis expreſſae ad me venirent: convenire in illa encomii Demoſthenis reſtitutione, de qua T. III. p. 511. ſeq. convenire tamen ita, ut appareat, duo eſſe, qui unum egerint, ambo familiares Luciano, ambo non novicios in hoc genere ſtudiorum, ſed qui ſuam ſibi viam teneant, non opus habeant ſemper alios reſpicere. Apud te quidem, Doctiſſime Reitzi, non opus erat haec diſputare, qui conſcius es, qui aliquot locis indicaſti, tibi quoque in mentem venire ſolere, quae vel a me vel ab aliis occupata deinde intellexiſti: qui ipſe aliquot locis hunc ipſum veri charactera prodidiſti, quod inter me & alios, de quorum cogitatis neutris aliquid conſtare poterat, pulchre convenire obſervares. Itaque tota haec oratio ſupervacua apud te & pene inanis eſt: neque, fateor, mihi in mentem veniſſet, ita minute hac de re diſputare, cum conſcientia videri poſſit tam accuratum in tali re ſtudium: niſi hiſce ipſis diebus mihi allatus tandem eſſet liber, in quo a magna me ſpe dejectum, non ſine morſiuncula quadam doloris obſervo. Putabam ita a me adminiſtratam provinciam edendorum *ſcriptorum rei ruſticae*, ut forte in ingenio meo, in diligentia, in doctrina aliquid deſiderari poſſet; candoris quidem, pudoris, honeſtatis ſummam a me habitam rationem, ſcio, ejusque rei animum meum teſtem habeo, ut velim ita mecum agi dum vivo, & cum ero mortuus, ut ego cum viventibus & mortuis egi, quorum mihi lucubrationes commiſſae atque creditae erant.

Ita-

Itaque laetus in manus ſumebam exſpectatum aliquandiu librum JULII PONTEDERAE viri merito ſuo clariſſimi Patavii CIↃ IↃ CC XL editum, cui titulum praeſcripſit, *Antiquitatum Latinarum Graecarumque enarrationes atque emendationes praecipue ad veteris anni rationem attinentis epiſtolis* LXVIII. *comprenſae & tabulis plurimis ornatae.* Cupide evolvebam Epiſtolam LIII, quam agere docebat argumentum *de Lipſienſi ruſticorum auctorum editione.* Non magis, credo, perturbatus eſt Cicero, cum redux a Quaeſtura Sicula & laudibus ſuorum civium inhians, quas meruiſſe ſibi videbatur, obſervaret, eſſe homines Romae, qui ipſum de vultu ac nomine noſſent, qui iidem, fuiſſe ipſum in Sicilia, neſcirent; quam ego miratus ſum, non potuiſſe me humanitatem & fidem meam probare *Pontederae*, ſed eorum poſtulari, quae ego non niſi ab humilis admodum & abjecti animi hominibus admitti poſſe, arbitror. Conjecit ille quidem partem majorem eorum, quae inclementer & inique in me & editionem illam dicuntur, in perſonam amici ſui ANDREAE MARANI, de qua re, fateor, in mentem mihi venit Ciceronis illa expoſtulatio cum Appio, *Tu cum iſtiusmodi ſermones ad te delati de me ſunt, non debuiſti credere. Si autem hoc genere delectaris, ut quae tibi in mentem veniant, aliis attribuas, genus ſermonis inducis in amicitiam minime liberale. — Quare potes — genus hoc totum orationis tollere,* Diſputabant, Ego contra diſſerebam: Dicebant, Ego negabam. *An mihi de te nihil eſſe dictum,* (nihil dici poſſe de epiſtolis tuis) *putas?* cetera. Verum ſit ita. Ita calide amaverit JULIUM PONTEDERAM, dignum profecto amore ob multas res, quas ego vel e tanto intervallo noſſe potui, ANDREAS MARANUS, vir vel hoc nomine a me non contemnendus, quod Pontederae bona videtur intelligere. Sit igitur: ita amarit Maranus Pontederam, ut indulgentiſſima mater ſuos liberos: amarit etiam cum aliena injuria. At a Pontederae ſapientia hoc exſpectari jure poterat, ut bilem amici, quam injuſtam ipſe agnoſcit, quam de *puerorum* impotentia aliquid habere ipſe fatetur *, mitigaret potius privatis literis, &, ut potens eſt herbarum, catharticis quibusdam educeret, quam ut victuris eas chartis mandaret, monumentum futuras, quidquid de cauſſa exiſtiment homines, pudoris alicujus literarum, quibus parum profecto decorum eſt, objecta talia eſſe ruſticarum rerum editori, ſive vera ſint illa crimina, ſive ficta.

Plane & ſimpliciter ficta eſſe ad unum omnia, non auſim equidem dicere. Neque enim otium adhuc fuit indagare omnia: quam rem aliquantum operoſiorem fecit ratio illa, quod non uſus eſt vir doctiſſimus conſuetudine ea, qua ſolemus loca ſcriptorum quae deſignamus accurate indicare, qua ego per totum opus ruſticum non librum modo & caput, ſed minorem etiam particulam laudavi: ſed plerumque ne librum quidem nominavit, verum ſimpliciter unum aut pauca verba, ad quae crimen pertinet, poſuit. Unde fit, ut ſi cujus

* P. 464. med. Hoc ſi dabis (quod nullo modo inficiari potes) PUERI EST credere, quae ex te commemoravimus, ad Geſnerum pertinere.

jus non multum intereſt, ille ne evolvere quidem curet locum, de quo agitur, & ita ne audire quidem alteram partem poſſit. Nondum igitur indagare lubuit omnia: ſuperſunt ſex ſeptem loca ita laxe uti dixi, deſignata, ea praeſertim, ubi argumenta Victorianarum annotationum, id eſt verba ad quae illae referuntur, non recte dicuntur poſita, de quibus nihil niſi hoc dicere poſſum, ſecutos nos eſſe rationem hanc, ut annotationibus tanquam titulos ſive indices praemitteremus, verba ad quae referuntur, qualia ſupra in ipſo contexto ſcriptorum ſunt expreſſa: ita tamen ut ſi vel Victorius, vel Pontedera, vel alius, quid mutandum cenſeret, illud ex ipſa annotatione intelligi ſatis poſſet. Fac autem bis, ter, quater, ſaepius, aliquid hic peccatum eſſe, quod nondum equidem deprehendi: humanorum hominum erat, ut cum tot a nobis commoditatibus auctos ſe ſentirent, ut non jam per plures, raros bonam partem, libros diſcurrendum eſſet, aut bibliothecae Italiae, Belgii, Galliae, Germaniae adeundae; viciſſim aliquid nobis ignoſcerent, homines eſſe tum nos, tum correctores, & typographicas operas, cogitarent, pro millenis καλορθώμασι unum nobis alterumque humanum errorem ſine ſcutica transmitterent. Ingrati enim profecto animi eſt & nimis jejuni, uti aliorum laboribus, ingeniisque dum commodum eſt, ſexcentis inde in ſingulos prope dies commoditatibus frui: & deinde, ubi ſemel aut aliquoties caeſpitatum eſt, clamare, flagella, ſtimulos, faces verborum expedire, ſtigmata inurere hominibus optime meritis. Redeo ad Epiſtolam Pontederae. Non auſim confirmare, plane nihil eſſe in hac Epiſtola veri: ſuperſunt enim, quae nondum invenire potui: fateor aliquot locis omiſſum eſſe, cum ego Gottingae jam eſſem, ultima operis excuderentur Lipſiae, nomen Pontederae: ſed iis in locis, quae vel ſui auctoris alium charactera haberent, vel e quibus nihil, ſi reliqua viri decora ſpectes, ipſi decedere; parum mihi, addendum enim hoc quoque eſt, accedere, ſi quis mihi tribuat, poſſit. Ut enim is eſt vir doctiſſimus, ea illius in his literis exſtant decora, quae nullam profecto jacturam ſentiant, ſi aliquot minutae annotatiunculae operarum typographicarum culpa nomine ipſius careant: ita me non ita abjectum & ignavum hominem terra protulit, ut velim illa aerugine de Pontederae theſauris detrita diteſcere. Nam quod objicitur, „ Noſtra (*i.* Pontederae obſervata) ut abdita eſſent, neque lucem, „ ſi fieri poſſet, aſpicerent, qua potuit diligentia curavit. Huc atque illuc „ diſperſit inhonora atque abſcondidit", illud movere eum forte poteſt, ſi quis opus illud nunquam in manus ſumſit. Nam caeteri vident, nos ſecutos eſſe morem olim receptum, ſuis locis adjiciendi annotationes, unicuique annotationi nomen ſui auctoris, literis quidem majuſculis & ferientibus oculos, adſcribendi; niſi quod noſtras eo ipſo ſatis ſignatas putabamus, ſi nullum nomen adſcriptum haberent. Qua in re moleſtum nobis laborem compendii poteramus facere, & ſumtum Bibliopolae non mediocrem, ſi illo more, quem temere v. g. in Julio Caeſare Jungermannus, Henninius in Juvenale, uno tenore poni juſſiſſemus, primo Beroaldi obſervationes, tum explicationes ſuarum caſtigationum Victorii, & ita Scaligeri, Urſini, Pontederae, lucubratio-

tiones. Nempe lectoris commoditati istuc datum est, quos labore, sumtu, molestia, & ut nunc apparet, invidia nostra adjuvimus. Quod si separatim sua edi jussisset Vir Clarissimus, a laetis ac triumphantibus hoc ipsi datum esset.

Ex eodem fonte est, quod sequitur, „ Tabulas ipsarumque explicationes „ (quae libro tertio Columellae praemissae sunt) *eo animo* distribuit, ut non „ nostra, sed Gesneriana existimarentur. Non nulla itaque praemisit, dein„ de nostra annexuit nullo intervallo aut indice separata. Quamobrem qui „ meum nomen in extremis legerit, id a nobis tantum; reliqua sine nomine „ a Gesnero prodita reputabit". Quin qui morem ac legem libri supra expositam intelliget, is putabit, illam praemissam nostram animadversiunculam, cui nomen meum apponere neglectum est, (quia alias, ultimum locum tenentibus meis observationibus, illud apponi, quemadmodum modo monui, non solebat) etiam esse Pontederae, cujus illum tanto minus pudere debet, quod ea continet, quae ipse quoque observavit. Et ita cohaeret tabularum illa explicatio, ut oporteat non luscum sed caecum, non festinantem sed stupidum & pene furiosum videri, qui de illa Gesnero aliquid attribuat: quod quidem genus hominibus ego auctor videri tabularum non opto.

Illud plane non intelligo, quod sequitur, „ de suis vero *nihil nisi* ampla „ forma, & magnifice exornatum edendum fuit". Praefatio nostra si huc forte respexit, pro more majoribus est literis expressa, reliqua ita aequalia, ita similia, ut, quid sibi velit accusatio ista, nullo modo comminiscar. Sequitur grave crimen. „ Tum a magno illo rustico apparatu, quae a nobis „ restituta sunt, ad rusticos auctores intelligendos maxime attinentia, rejecit; „ ubi enim *seges*, ut nos explicavimus; ubi *arvum*; ubi *orgia* & *auriga*; ubi „ *focus* & *foculus*; ubi *capiuntur* prisca significatione & *praecipio*; ubi *sicto*„ *res* & reliqua a *sico* pro *seco*; ubi *serarius*; ubi *articularius*; ubi *curia* pro „ *coenaculo*, ubi tot alia"? Cum haec legerem, putabam amissum aliquid esse, non perveniisse ad me omnia viri doctissimi in rusticos commentaria. Nam culpa mea nihil subtractum, satis certus eram. Sed cum de *segete* ipsa mihi memoria subjiceret, cum scirem in ultima Fabri editione laudatum a me illo nomine Pontederam, lubuit quaerere, licet non sine temporis jactura, cum loca neque hic indicata sint. Sed inveni suis locis praeter unum omnia. Nempe ea, quae statim ad manus fuerant, sub ipso contexto orationis, ut de *Segete* & *Arvo* ad Varr. 1, 29, 1. reliqua in Addendis, quae serius venerant: *Origa* & *auriga* Varr. 2, 7, 8. *Focus* & *foculus* Cato. 76. 4. *Capiuntur* & *praecipio* Cat. 142. *Sictores* & *sico* Cat. 144, 3. *Serarius* Cat. 150, 2. *Articularius* Cat. 157, 8. Ubi *curia* pro *coenaculo* lateat, non habeo jam dicere: culpa quidem mea, dolo volebam dicere; culpam enim quis praestare omnem potest? literam unam Pontederae abesse nego. De compendiis quibusdam lectorum in gratiam, vel emtorum potius admissis, in praefatione causa dicta est, quam aliis me probasse, sat exploratum habeo.

Quod deinde dicitur Hieronymus Lagomarsinius xc. varietates in Columellae lib. 2, 2. notatas e Politiani libro protulisse, quibus careat Lipsiensis editio,

tio, fieri potest : neque meum est praestare quidquam , praeter hoc, quae HENRICI BRENKMANNI studio descripta Florentiae & ad Thomam Fritschium missa sunt , ea diligenter & cum fide repraesentata esse. Adhuc nihil dictum est contra Gesnerum , in quo non injuriam illi factam videant , quicumque aperire oculos voluerint. Graviora supersunt. „ Nemini persuadere „ poterit Gesnerus ", de Marani sententia, quam a parte probat Pontedera, „ ea se invenisse primumque excogitasse, quae a Pontedera Lipsiam missa in„ ter manus habebat. Quis enim ante illum de Crescentio in illa re somnia„ vit unquam? Quis de Catonis libro, Catoniana omnia essent an contra, a „ quo est ante Pontederam ostensum ? Quis de Columellae volumine *de ar*„ *boribus* inscripto ea, quae tu collegisti, meditatus est"? Quasi vero mirum esset duo homines ab ingenio & literis non destitutos , hoc agentes diligenter, cum eadem subsidia habeant, videre idem. Quin ille ipse veri character est, si idem pluribus videatur. Caeterum viam unumquemque nostrum suam iviſſe , apparebit , si quis tanti putet nostras utriusque commentationes inspicere & inter se comparare. Pauca moneamus de singulis. De Crescentio, ut bona fide & quasi testis circumspectus agam, non ausim post xv. annorum intervallum, neque dicere, neque negare , primam illius notitiam a me deberi vel Pontederae , vel Morgagno. Sed hoc scio, me in Bibliotheca quam curabam Vinariensi reperisse exemplar illud ipsum , cujus in Catalogo rusticis praemisso mentionem feci, in quo cum viderem crebram Catonis & Varronis & Palladii mentionem , & ipse satis otii non haberem, dedi librum Io. RODOLPHO ENGAVIO, discipulo tum meo, jam Antecessori apud Ienenses praeclare merenti , ab eoque petii , ut ubicumque triumvirorum alicujus mentionem videret fieri , locum ipsum diligenter quaereret , & quo libro , capite, particula inveniretur , scriberet in margine libri , verba autem ex illis sumta subductis lineis signaret : quod alacriter , ut erat ardens , si gratificare mihi posset , ab illo perfectum summam mihi commoditatem conferendi illos locos praestitit. Porro monumentum illud diligentiae Engavii servat adhuc Bibliotheca Vinariensis; vivit autem, & diu, quaeso, vivat ipse ENGAVIUS, quem mendacii mei conscium habere nolim. De Catone, & Columellae libro qui potuit me fugere, nisi peponem pro corde haberem? qui familiariter per plures annos in illis versarer, qui in Lexicon illud rusticum referrem illorum formulas, qui componerem hinc scriptores inter se, hinc secum ipso unumquemque, hinc omnes cum Plinio: qua in re meis me oculis usum, docet ipsa illa allegandi ratio , qua nemo ante me usus est, ipsa illa adscripta loca parallela demonstrant. Igitur nunquam mihi in mentem venit gloriari, tanquam viderim aliquid in Catone & Columellae de arboribus libro: sed stupidum me putarem, & obtusum , si non vidissem Catoniani libri hinc defectus hinc interpolationes , Columelliani autem operis praelectionem repetitam. Si alii ante nos haec non viderunt , non ingenium illis defuisse puto , sed hoc, quod in praefatione rusticorum memoravi, quod desultoriam nimis operam navare solent libris antiquis plerique , quod non uno tenore legunt , non contrahunt

cum

cum iis penitiorem velut familiaritatem. Haec, tu REITZI praeſtantiſſime, vere a me dici eo facilius ſenties, quo plura tibi vel hic ipſe noſter Lucianus ſuppeditavit ejus rei ſpecimina. Si tamen ſubdolus hic fui, ſi invadere gloriam alienorum inventorum volui; ſi porro conſilio omittere Pontederae alias obſervationes auſus ſum: quis me ſtupor, aut quae religio tenuit, quo minus ea omitterem, in quibus illa inventa hecatombe digna Pontedera propoſuit? Quis non furem rideat, qui in divitem domum abſente per multa millia paſſuum domino ubi irrepſit, & ſatis temporis habuit ſuo arbitratu optima quaeque eligendi; deinde ſcruta quaedam ſecum auferat, pretioſa monilia, & auri fiſcos intactos relinquat? Talis ego profecto, tam aſtutus Autolyci de gente fur ſum, ſi ea ſubducere volui, de quibus ſupra dictum eſt; publicari autem cum nomine Pontederae curavi, & ad ea inſuper lectorem remiſi, quibus ſuppreſſis mihi tribuere pulchra quaedam inventa in ſolidum poteram. Ad ſummum crimen accedo, in quo commotiorem fuiſſe moderatum alioquin virum, res ipſa loquitur, id eſt verba, quibus utitur p. 465. „ At enim in nos „ *dicaculus* evaſit, noſtraque, ejus fidei tradita & commiſſa ut ederentur, te„ mere habuit, *immiſcuit*, dictis perſtrinxit & carpſit, eorum vim infirmare „ & diſſolvere conatus, quod nemo ſuſpicatus eſſet, quia *ſacra* & intemerata „ eſſe oportebat"? In his omnibus nihil agnoſco niſi illud *immiſcuit*. Nempe, ſi id crimen eſt, fateor, me reliquorum hominum eruditorum, Victorii, Scaligeri, caeterorum annotationibus ea, qua ſupra dictum eſt, ratione cogitata Pontederae *immiſcuiſſe*. Male id factum, ſi invito Pontedera factum eſt. Tu quidem, mi REITZI, vel non juranti mihi facile credis, me maluiſſe ſimpliciter tradere typographis Pontederae obſervationes, quam curare ſingulatim deſcriptae ut ſuis quaeque locis inſererentur. Reliqua vana ſunt: & poſſem ego, ſi *dicaculo* eſſe mihi luberet, hic pluſcula reponere. Cogita hoc unum REITZI, ſi mihi in mentem veniret tibi objicere, dolo tuo omiſſa eſſe, quae tu ſuo loco poſita eſſe e veſtigio poſſes demonſtrare; ſi quererer mihi ſubrepta, in quibus tu eadem tibi in mentem veniſſe oſtendis, ſi indignarer a te reprehenſas eſſe annotationes quasdem meas, ſi ea in re ita eſſem diſertus, qualem modo virum clariſſimum audivimus: ecquid de me cogitares, diceres, ſcriberes? Sed nimirum ſatis, ac plus forte quam ſatis erat, datum eſt famae meae, cui obeſſe poterat Epiſtola Cl. *Pontederae*, ſi plane eam ſilentio praetermiſiſſem. Obeſſe autem, ſcio, nihil poterit apud eos, qui conferre inter ſe & meam & viri doctiſſimi rationem voluerint, potuerintque. Examen quidem & judices acerrimos adeo non refugio, ut potius optarim, ſedere Caſſiana quosdam ſeveritate, & ſatis eosdem rerum de quibus agitur peritos. Si caeteroquin in his epiſtolis deprehendero, & ſpero me inventurum pluſcula, quae prodeſſe ruſticis noſtris cenſeam, (majorem quidem partem, praeter laborioſas de anno veteri diſputationes, nos jam habere puto) diligenter curabo, ut illa utilia eſſe queant pluribus, hoc eſt, ut repetendae ruſtici operis editioni inſerantur, honosque habeatur eorum auctori, cui, ſi in me fuit iniquior, non ideo ſubtrahendae ſunt gratiae, & laus, quae ob rem

be-

bene geſtam ipſi debetur. Quin acerbitatis & contentionis omnis adeo ipſa quoque veſtigia tollere conabimur, ſtudebimusque honeſtiſſimam ex hoc certamine palmam aequitatis humanitatisque referre, ut fruantur per nos poſteri utriusque ingenio & induſtria, litem interceſſiſſe ne quidem ſuſpicentur. Hoc Pontederae bellum, hoc ſi quis alius pugnare mecum velit, denuncio.

Verbum hic addere lubet de accuſatione, qua in Commentario ad Lucanum petitus ſum a viro, cujus ego doctrinam & merita ſemper feci, ut merebantur, maximi. Inſimulatus ſum *quaeſiviſſe* in ſummi, dum viveret, viri obſervatis ad Quinctilianum *quod reprehenderem*. Ab hac malignitate cum abeſſe mores meos noverim, etiam famam meam liberari equidem cupio. Sed cum graviter aegrotante, deinde mortuo, contendere indecorum amicis & mihi videbatur. Igitur haec ſilentio contrivi, neque unquam ulciſcar; niſi provocatus ab his, qui Virgilium ipſius curant: tum enim cogar oſtendere, quam non quaeſierim quod reprehenderem, ſed quae ultro ſe obtulerint, ut ſumus homines, *peccata*, ea me ſedulo, uti decebat literas noſtras, uti poſtulabat quam profitemur humanitas, *texiſſe*. Non ego deprecor, quo minus vel Burmannus, aliique acerbam etiam cenſuram in ſcripta a me exerceant, ne iniqua quidem de ingenio, de doctrina, de laboribus meis, judicia deprecor; nunquam, ubi de hiſce agetur rebus, contendam ultra, niſi ſi forte illuſtrari ſententia aliqua mea poſſit: quin beneficio me affectum profitebor ab eo, ſi quis meas mihi aberrationes vel placide, vel ſuperbe etiam oſtenderit; Beneficium, inquam, interpretabor, quamquam non ex diſciplina Senecae. Magis enim mihi placet Platonici Timaei illud, Ἀλλὰ τῷ τῦτο ἐλέγξαντι, καὶ ἀνευρόντι δὲ μὴ ἕτως ἔχον, κεῖται φίλια τὰ ἆθλα. Sed cum nihil mihi pudore, candore, ingenuo animo, majus videatur aut carius; cum mihi conſcius ſim quanto laudem illam ſtudio conſecter; non eſt mihi committendum, ut eam quisquam tacente me mihi ereptum eat; quoties nempe in manu mea eſt, iniquitatem accuſationis oſtendere. Si quis tamen, ubi feci omnia, maledicere, *de animo*, *de conſilio* meo exiſtimare, h. e. divinationem ſibi arrogare injuſtam & ridiculam voluerit: meum erit ea contemnere, & a conſcientia & animi tranquillitate petere, quam aliis obnoxiam non eſſe oportet, felicitatem. Haec galea nobis, hic clipeus, hic thorax erit: gladio enim utemur nunquam, certe non niſi ad repellendum. Caeterum apud te iſta diſputata, Reitzi humaniſſime, aegre non feres, arbitrum idoneum talium negotiorum, in fronte operis, quod poteſt hanc noſtri conſilii ſignificationem ferre ad omnes, quibus probari illud cupio, quodque duraturum videtur cum ipſis literis. Haec igitur non dimittenda erat opportunitas. Dixi, quae volebam de Luciano & de me etiam. Quod ſupereſt, te rogo, Vir doctiſſime, ut quae inter nos contracta eſt Luciani occaſione notitia, eam coaleſcere in amicitiam, ſi non indignum me exiſtimas, patiare.

Gottingae xv. a. Kal.
Febr. CIↃ IↃ CC XLIII.

LECTO-

LECTORI BENEVOLO

S. D.

TIBERIUS HEMSTERHUIS.

QUUM primum ad Lucianum expoliendum adgrederer, comparatis rebus neceſſariis, quibus eram haud ſane contemnendis inſtructus, id praecipue mearum eſſe partium duxi, ut doctis peritisque literarum antiquarum hominibus diligentiae meae fideique adhibitae ratio conſtaret. Verſatus in hoc labore qua poteram adtentione animi notas, easque ſaepe luculentiores, certe ſatis verboſas, perduxi ad paginam usque 525. & finem Ἐπισκοπούντων qua quidem in re ingenio meo nonnihil indulgere malui, quam multo faciliorem & nimis jejunam brevitatem conſectari. Non itaque refugi voces aliquas paulo retruſiores loquendique formulas uberius explicare, & quaedam paſſim interſerere, quae non nimis videbantur ab inſtituto abhorrere: quod dum ago, haud raro contigit, ut aliis etiam ſcriptoribus qua corrigendo, qua ſenſus eorum ignoratos enodando, prodeſſe fuerim conatus. Quid autem quantumque, & an quicquam ſtudio noſtro Lucianus debeat, judicium aequi lectoris facio. Ad eum, quem ſupra dixi, locum poſtquam perveneram, res ita tulit, ut conſililtius exiſtimarem operae ſuſceptae curam deponere, & curſu interrupto aliis lampada non invitus traderem. Ex illo tempore anni plures effluxerunt, quibus equidem, quid Luciano fieret, ad me pertinere non putavi. Nunc, quum fauſto pede in publicum eſt proceſſurus, temperare mihi non potui, quin lectoris in gratiam, ne quid a me commiſſum ipſi officeret, olim ſcripta repeterem, &, quae videbantur emendationis indigere, paucis enotarem. Huc eo magis ſum inpulſus, quod Io. MATTH. GESNERUS, Vir ut excellenti doctrina multisque rebus probata praeditus, ſic, quod ego non minoris aeſtimo, omni humanitate perpolitus, literis ad me datis ea perſcripſiſſet, quae Luciani intereſſe arbitrabar, ne privatis chartis premerentur. De verſione vero illius, quam curavi, Lucianeae partis hoc unum admonere reſtat, eam a me fuiſſe confectam in multis prorſus novam: in aliis, praeſertim in Nigrino, MOSIS SOLANI Viri doctiſſimi ſervata eſt paene integra, niſi quid aliud vel ſenſus Luciani manifeſtus, vel verba ejus ex Codd. mutata poſtularent. Timonis tota eſt *Tanaquilli Fabri*, hominis ingenio ſimul & eruditione praeſtantiſſimi, qua melior, ſi univerſam ſpectes, dari vix poterat. Haec ideo non praeterire operae videbatur pretium, ne quis me cogeret ad praeſtandum, quod ab aliis forte fuiſſet admiſſum. Vale.

ADDENDA ET EMENDANDA.

P. 2. v. 3. Ὁ δὲ πατὴρ ἐσκοπεῖτο] Egregie congruunt illa *Libanii* T. I. p. 804. A. Ἐπειδὴ γὰρ παῖς ἤδη ἦν, ἐν ᾧ τῆς ἡλικίας καιρὸν λαμβάνει τὰ παιδεύματα, συνεβουλευόμην τοῖς ἐπιτηδείοις, ἥν τινα αὐτῷ τέχνην δοτέον· qualia ſunt in eo permulta, ſi quis ad *Lucianum* diligentius conferre velit. Quum autem ludum literarium reliquerit noſter ἤδη πρόσηβος ὢν, annum egiſſe quartum & decimum manifeſtum eſt; quo ſcilicet expleto puberes fiebant, ut Stoicos ſecuti Proculeiani tradiderunt, obſervante *Merillio* Obſ. I, 22. id enim aetatis ſtudiis liberalibus vacabant pueri, ut intelligi poteſt ex L. 21. §. 5. D. de Ann. Leg. & Fideic. Ceterum verti poterat initium hujus libelli, quod me monuit etiam Vir eruditionis elegantiſſimae *Jo. Matth. Geſnerus*, paulo melius hunc in modum: *Tantum quod deſieram ludum literarium frequentare pubertati jam proximus, quum pater deliberabat cum amicis, quid me tandem doceret:* ubi *docere* ſumendum eſt ea poteſtate, qua reſpondet Graeco διδάξασθαι· velut L. 12. D. de Leg. & Fideic. *ut eum haeres artificium doceat, unde ſe tueri poſſit:* & mox: *ſtatuet, quod potiſſimum artificium haeres docere eum ſumtibus ſuis debeat.* Neque aliter in principio Vitae Terentii *Donatus: a quo, ob ingenium & formam, non inſtitutus modo liberaliter, ſed & mature manumiſſus eſt.*

P. 3. v. 23. Ἐν τοῖς μάλιστα εὐδόκιμος] Simillimum mendum apud *Suidam* in Μεσομήδης Κρὴς, λυρικὸς, γεγονὼς ἐπὶ τῶν Ἀδριανοῦ χρόνων, ἀπελεύθερος αὐτοῦ, ἢ ἐν τοῖς μάλιστα φίλοις. Lege: καὶ ἐν τοῖς μάλιστα φίλος.

P. 28. b. Epigramma venuſtiſſimum, cujus a me facta fuit mentio, non eſt, nec per temporis rerumque memoratarum rationem eſſe poteſt *Callimachi*. Bacchylidem aut Simonidem vetus Codex, teſte *Rich. Bentleio*, auctorem praeſcribit. Simonidi ſine dubio tribuendum, ſi *Stephanum* ſequimur in Ἀκαμάντιον· nam quod ait, καὶ Φυλὴ Ἀκαμαντὶς τῆς Ἀττικῆς, ὡς Σιμωνίδης, id in hoc ipſo Epigrammate reperitur.

P. 28. v. 67. Τὰ μετὰ τοῦ ξένου αὐτὰ πεποιθότα] Nunc lectionem, quam ferri poſſe dixi, conjecturae meae praepono: eoque magis, quod illam in partem inclinare ſe ſignificaverit praeſtantiſſimus *Geſnerus*.

P. 29. a. *Agatharchides* bis ſcribendum pro *Agathardides*.

P. 71. Ἵνα μὴ ἀπολαύσωσι τῆς σφετέρας ἀληθείας] Ἵνα illud ἐκβατικῶς poſitum hoc ſenſu: Verum dicunt in tabulis ultimarum voluntatum, ſed eo eventu, *ut non fruantur ſua veritate*. Hanc *Jo. Matth. Geſneri* acutam explicationem dignam judicavi, quam cum erudito lectore communicarem.

P. 80. v. 31. Τῇ Ῥέᾳ λαμβάνονται] Νόσῳ vel πυρετῷ λαμβάνεσθαι probum eſt; ut apud *Harpocrationem* Theopompus tradit Artemiſiam Mauſoli mariti ejusdemque fratris deſiderio contabeſcentem Φθινάδι νόσῳ λαφθεῖσαν ἀποθανεῖν· nec quicquam obſtat, quo minus pari modo dicatur θεῷ, τῇ Ῥέᾳ λαμβάνεσθαι, haud ſecus atque ἔχεσθαι χαλεπωτέρᾳ δαίμονι *Antonin. Liber.* c. XXX. τῷ αὐτῷ θεῷ κατέσχημαι *Lucian.* Διαλ. Νεκρ. XIX. κατεχόμενοι τῷ Παύλῳ in Bacch. Liban. Decl. IX. p. 348. C. ταὐτὸ πέπονθα ταῖς Βάκχαις, αἱ τῷ Διονύσῳ πληγεῖσαι οὐ δύνανται μένειν ἐφ' ἑαυτῶν· aliaque iſtius generis non pauca. *Herodot.* IV, 79. Ἡμῖν γὰρ καταγελᾶτε, ὦ Σκύθαι, ὅτι βακχεύομεν, καὶ ἡμέας ὁ θεὸς λαμβάνει· νῦν οὗτος ὁ δαίμων καὶ τὸν ὑμέτερον βασιλέα λελάβηκε, καὶ βακχεύει τε, καὶ ὑπὸ τοῦ θεοῦ μαίνεται. Quare non temere vulgatam lectionem eſſe ſollicitandam nunc exiſtimo; praeſertim quod colorem a *Platone* traxiſſe Noſter videatur, cujus hic eſt locus in Ione p. 365. E. Οὐ γὰρ τέχνῃ, οὐδ' ἐπιστήμῃ περὶ Ὁμήρου λέγεις, ἃ λέγεις, ἀλλὰ θείᾳ μοίρᾳ καὶ κατακωχῇ· ὥσπερ οἱ κορυβαντιῶντες ἐκείνου μόνου αἰσθάνονται τοῦ μέλους ὀξέως, ὃ ἂν ᾖ τοῦ θεοῦ, ἐξ ὅτου ἂν κατέχωνται, καὶ εἰς ἐκεῖνο τὸ μέλος καὶ σχημάτων καὶ ῥημάτων εὐποροῦσι, τῶν δὲ ἄλλων οὐ φροντίζουσιν. Res adeo mira *Porphyrio* fuit viſa, ut obortam inde difficultatem a

Jam-

Iamblicho ſibi voluerit expediri: τῶν ἐξισαμένων ἔνιοι τινες αὐτῶν ἀκούοντες ἢ κυμβάλων, ἢ τυμπάνων ἤ τινος μέλους ἐνθουσιῶσιν, ὡς οἱ τε κορυβαντιζόμενοι, καὶ οἱ τῷ Σαβαζίῳ κάτοχοι, καὶ οἱ μητρίζοντες· ille autem quid reſponderit, vide de Myſter. p. 69. Dicuntur vero οἱ μητρίζοντες ſive μητρῴαζοντες propria ratione τῇ Ῥέᾳ μαίνεσθαι. Phryges mortalium antiquiſſimi, teſte *Arriano* apud Euſtath. ad *Dionyſ. Perieg.* v. 809. μαίνονται τῇ Ῥέᾳ, καὶ πρὸς Κορυβάντων κατέχονται· in *Philoſtrati* Ep. XV. οἱ τελούμενοι τῇ Ῥέᾳ μαίνονται πληγέντες τὰ ὦτα κτύποις ὀργάνων, dubites, utri verbo τῇ Ῥέᾳ jungi debeat, niſi potius utrique ſit aptandum. Hinc perſpici poteſt, quam bene ſit meritus de *Seneca* Cod. Mediceus, ex quo *Jo. Fr. Gronovius* reſtituit in Agam. v. 688. *Quae turritae turba parenti Pectora ranco concita buxo Furit, ut Phrygium lugeat Attin.* Non aliter τῷ Διονύσῳ μαίνεσθαι· *Heraclit.* apud *Clem. Alex.* Protr. p. 30. Διόνυσος, ὅτέῳ μαίνονται καὶ ληναΐζουσι. *Pauſan.* X. p. 812. ἀπὸ ταύτης (Θυίας) δὲ καὶ ὕστερον, ὅσαι τῷ Διονύσῳ μαίνονται, Θυιάδας καλεῖσθαι. Eadem loquendi forma, qua ſolent, κείρεσθαι τῇσι παρθένοισι τῇσι ἐξ Ὑπερβορέων, τῷ ποταμῷ, *in honorem virginum Hyperborearum, fluvii, ritu ſacro crines ponere.* Rem dixit *Julian.* Ep. XLI. p. 421. καθάπερ οἱ τῷ Διονύσῳ τὸν θύρσον κρούσαντι πρὸς τὴν χορείαν ἄνετοι φέρονται· adeundus etiam *Aretaeus* I. p. 33. Quod ſi legeretur in *Luciano*, ἀλλ' ὁπόσοι αὐτῶν τῇ Ῥέᾳ μαίνονται, id omnium minime mutatum vellem: videtur enim tam concinne ad totam orationem reſpondere, ut aliter fuiſſe ſcriptum vix mihi perſuadeam.

P. 111. b. *Ad Mardonii in Atticam expeditionem*] Iſta ut clarius intelligantur, ſic repone: *Haec quin ad Mardonii in Ioniam, Thraciam ac Macedoniam, aut potius Datis & Artaphernis in Atticam expeditionem pertineant* &c. itidemque mox: poſt occupatas a Cyro Sardes; *aut, ſi mavis, ſub initium Olymp. LXX.*

P. 112. b. infima. *Acciendum.* L. acuendum.

P. 113. Διασιαίνειν] Vide quae notavimus ad Schol. p. 372.

P. 142. ad Schol. n. 7. Hanc adnotationi pro *M. du S.* ſubjice *T. H.*

P. 167. b. ἁρμόξεσθαι. L. ἁρμόζεσθαι. *Sext. Emp.* adv. Gramm. p. 265. πρὸς τὰ παρόντα ἁρμοζόμενοι πρόσωπα. Ad proverbii, quam dedimus, explicationem confirmandam pertinet illud *Alciphronis* III. Ep. 71. Διονυσίοις τοῖς ἐπιοῦσι, *proximis Liberalibus.* Ceterum emendatio *Zenobii* quanquam valde ſit probabilis, haud tamen adſperner, ſi quis, duce *Suida*, refingi malit: ἐνιὰς δὲ ἔχει δύο καὶ μακρὰς ἀπὸ τοῦ πελάγους κατάρσεις· ſunt enim κατάρσεις οἱ ἐπιτήδειοι εἰς καταγωγὴν τόποι, καὶ εἰς τὸ προσορμίζεσθαι, ut monet *Schol. Thucydid.* ad IV, 26. παραπλέων δὲ τὴν χώραν, ἣ κατάρσεις ἀναγκαίας καὶ καταφυγὰς εὐόρα τοῖς πολεμίοις. Vide notata de verbo καταίρειν p. 83.

P. 179. v. 33. L. τῷ ποτε, & additam huic voculae notam dele: vid. p. 207, 75.

P. 184. b. *Plato.* In Phaedonis initio p. 45. E. Xanthippen nominat ἔχουσάν τε τὸ παιδίον αὐτοῦ καὶ παρακαθημένην· non procul a fine p. 86. A. quum jam tempus adpeteret educendi poculi cicuta mixti, ἠνέχθη παρ' αὐτὸν τὰ παιδία, δύο γὰρ αὐτῷ υἱεῖς σμικροὶ ἦσαν, εἷς δὲ μέγας, καὶ αἱ οἰκεῖαι γυναῖκες ἀφίκοντο· & mox: τὰς μὲν γυναῖκας καὶ τὰ παιδία ἀπιέναι ἐκέλευσεν· tum p. 87. A. ἐγὼ μέντοι, inquit Socrates, οὐχ ἥκιστα τούτου ἕνεκα τὰς γυναῖκας ἀπέπεμψα. Ex his clarum, utramque marito vixiſſe ſuperſtitem. Ille natu major filius & μέγας Xanthippes eſt Lamprocles, quem bene reſtituit in Epp. Socrat. p. 57. *Leo Allatius*: ſed monere ſimul debuerat, id nominis abiiſſe violatum librarii culpa in ἅμα Τυροκλῆς· nam illud ἅμα ex priore ſyllaba ΛΑΜ conflatum nullius uſus eſt, & orationi nocet. Idem pejus *ex Myrto prima uxore ſublatum eſſe* ſcribit: etenim apud *Xenophontem* Lamprocles Socratis πρεσβύτατος υἱὸς a patre commodo monitore caſtigatus, quod matri vehementius ſuccenſeret, quum reſpondet Ἀπομν. II. p. 432. v. 20. οὐδεὶς ἂν δύναιτο αὐτῆς ἀνασχέσθαι τὴν χαλεπότητα, nonne Xanthippen, ejusque notos mores deſignat? De duabus Socratis uxoribus quibus argumentis Panaetius pugnaverit ad convellendam *Platonis* auctoritatem, equidem ignoro.

P. 190. v. 91. Clariſſ. *Geſnerus* non opus eſſe arbitratur emendatione, modo meminerimus ironicum eſſe totum exordium, cujus haec ſit vis: *Quaſi vero opus eſſet longa oratione . . . . nec ſatis foret ſola capita exponere* &c.

P. 227. b. Oraculum illud Byzantinum extat in *Achill. Tat.* II. p. 93. qui lectus facile deteget incogitantiam *Bourdelotii*.

P. 229. a. Herodoti. L. Herodori.

P. 237. a *malim ἀγόμενος*. Adde vel propius ἠγμένος.

P. 242. Infra *Luciani* contextum poſt Εὐγλωττίᾳ L. haec ſunt adponenda:

b. Ἄρμ] Ita ſola *P.* Reliquae omnes Ἅρμ, quod prave mutatum a *Bourdelotio*. Quam varie flectatur Ἅρμις monet *Sylburgius* ex *Laſcari* Not. ad *Clenard.* p. 572.

P. 281. a. *Ut, quin aliis itidem in mentem venerit, vix dubitem.*] Vidit hunc errorem ſcripturae, ſuſtulitque *Cl. Salmaſ.* Plin. Exerc. p. 392. E.

P. 283. b. *Nondum, cur ſcriptura vetus mutari debeat, rationem invenio.*] Mutanda eſt, ſi *Servium* ducem ſequimur ad AEn. III, 12. qui *Varronem* teſtem citat, ex quo praeterea legendum foret, *ante portum ſtatuit*. Vide *G. Cuperi* Obſ. IV, 9. p. 103.

P. 284. b. infima: *quae Urania dicitur.*] Praeter *Lutatium* meminit *Olympiodorus* hiſtoricus in *Photii* Biblioth. p. 112. v. 14. & philoſophus ad *Ariſtot.* Μετεωρολ. I. f. 4. b. Τούτους δὲ τοὺς τυφῶνας καὶ σίφωνας καλοῦσι διὰ τὸ καὶ ὕδωρ πολλάκις ἀναπάσαι· καλοῦσι δὲ αὐτὴν καὶ οὐρανίαν ἰδιωτικῷ ὀνόματι.

P. 300. a. *niſi quis eruditior moretur.*] Moratur, atque adeo me paene retrahit Doctiſſimus *Geſnerus* ita ſcribens: *verba κατὰ τὰς πλευτάνας decere opinor copiam illam Luciani, qui non ſatis habuit acetabula nominare; etiam cirros memoravit, quorum in articulis ſedent acetabula.*

P. 339. b. *ſingularine libro* &c.] *Athen.* XIV. p. 641. F. Διναίαρχος ἐν πρώτῳ τῆς Τροφωνίου καταβάσεως· unde conficiendum videtur, ſingulare fuiſſe de deſcenſu in antrum Trophonii volumen, inque libros plures diviſum.

P. 356. v. 11. Non poſſum, quin cum lectore communicem, quae hoc de loco ad me ſcripſit elegantiſſimus *Geſnerus*: *Totum hoc in parentheſi videtur eſſe, πίνει δ' ἐπιεικῶς ζωρότερον*, bibit ſatis meracum. *Duos quaſi gradus facit, primo comparativum in ζωρότερον, qui intendit aliquantum ſignificationem; deinde ἐπιεικῶς iterum moderatur. Poſſis igitur etiam vertere:* bibit aliquanto meracius. *Eo autem totum hoc pertinet, ut facultas admiſcendi veneni indicetur, quod facilius alienus ſapor ſentitur, quo magis dilutum eſt vinum; difficilius autem, quo eſt meracius.*

P. 358. a. *Illa tamen, ni fallor, ab* Archilocho *ſamſerat* Plato.] Fallor: ſumſit ab ipſo Critia, ut loco diligentius inſpecto manifeſte patet.

P. 381. v. 83. Ita *Jo. Matth. Geſnerus* ad me: *Non difficile fuerit crimen depellere a* Luciano, *quaſi neſciverit Hannibalem Graece potuiſſe; modo levi transpoſitione ſic legamus:* Ἓν μὲν τοῦτο, ὦ Μίνως, ἀνάμιμν ἐνταῦθα, ὅτι καὶ τὴν Ἑλλην. Hoc mihi unum hic prodeſt, quod etiam Graece didici, *cum nempe apud ſuperos eſſem.* Ego *Luciani* patrocinium ſuſcipi, aequiſſime fero.

P. 386. a. Ἀννωνος τοῦ Καρχηδονίων βατιλέως Periplus inſcribitur: eoque modo *Solinus* c. 56. Hannonem vocat *Poenorum regem*, quem *Plinius ducem* vel *imperatorem.*

P. 388. a. De Hannibale Campana luxurie corrupto, tanquam de re vulgo nota loquitur *Cicero* de L. Agr. §. 95. *deinde ea luxuries, quae ipſum Hannibalem, armis etiam tum invictum, voluptate vicit.* Marcellus apud *Liv.* XXIII, 45. quo ſumma vi milites ad pugnam hortaretur, *Capuam Annibali Cannas fuiſſe: ibi virtutem bellicam, ibi militarem diſciplinam, ibi praeteriti temporis famam, ibi ſpem futuri extinctam:* quae non minus ipſum Poenorum ducem, quam milites petere videntur.

P. 390.

P. 390. v. 18. Ὅμοια Praestantissimus *Gesnerus accipit* similia, *id est*, *consentientia & convenientia oraculo Hammonis.* Mallem, si retineri debeat ὅμοια, παρὰ τῆς Ὀλυμπιάδος· nam paulo post, οὐδὲν ὑγιὲς οὔτε ἡ μήτηρ, οὔτε οἱ τῶν Ἀμμωνίων προφῆται ἔλεγον. Sed pristina conjectura displicere mihi nondum potest. Usum vtrborum *volutari* & κυλίεσθαι eximie declaravit *Pricaeus* Not. ad *Apul.* Milesc. IX. p. 488. Commode vero Alexander & Diogenes apud inferos novitii colloquuntur: utrique enim eodem die, hic Corinthi, ille Babylone, in Orcum se penetrarunt, ut testantur *Diogen. L.* VI, 63. & *Plutarchus.*

P. 393. v. 69. Si color aliquis vulgatae lectioni possit induci, nihil equidem speciosius invenio, quam quod suggessit *Jo. Matth. Gesnerus: Non puto*, inquit, *hanc vocem esse silentio tegi volentis dedecus Aristotelis: contrarium enim apparet. Sed hoc vult*, sine me scire, *id est*, *concede*, *ut ego melius quam quisquam sciam*, *& dicam adeo*, *quis fuerit Aristoteles*, *ut nostri*, Das muss ich am besten wissen. *Μόνον non excludit alios a cognitione futura*, *quam omnibus jam impertit*, *sed a praeterita.*

P. 415. v. 53. Vide pereruditam & ingeniosissimam de Pythagorae κυάμῳ disputationem in Miscell. Observ. A. 1735. p. 417. quam qui legerit, nihil est, cur quicquam amplius a nobis desideret.

P. 446. a. Graevius *quin felici conjectura . . . non dubito.*] Nunc ut dubitem faciunt, quae perquam ingeniose pro vulgata lectione scripsit ad me politissimus *Gesnerus*: eummet ipsum audi causam hanc agentem. *Certatim viris doctis placuit* ἀπετάνυσεν, *quod ipse ejus restituendi auctor* Graevius *vertit*, emarcuerunt, pannosae factae sunt. *Sed hic nondum viri character erit*, *verum vetulae aut aegrotae. Quin retinendam puto scriptionem constantem omnium*, *qui usquam sunt*, *librorum*, ἀπετάθησαν, extensae sunt *non in longitudinem dependentem*, *sed crati pectoris intentae*, *ut nihil ibi laxum*, *nihil pendens relinqueretur. Ita collis* ἀποτείνεται, *sive* extenditur, *cum solo aequatur: unaquaeque enim linea curva*, *sive arcus circumscribens collem illum extenditur*, *& fit recta; certe ad rectam magis accedit.* Haec ille, quibus si vetusti scriptoris ad usum eum verbi ἀποτείνεσθαι firmandum auctoritas accederet, jam sublata foret omnis dubitandi causa.

P. 469. b. infima. Extat versus a *Diacono* prolatus in *Orphei* Εὐχῇ v. 45. ibique legitur, ἐρανίῳ. Praeferendum arbitror, quod restitui.

P. 486. v. 13. Περὶ μηδὲν ἐσπουδακώς.] Plane noster Tiresias cum Simonide sensit, cujus erat praeceptum παίζειν ἐν τῷ βίῳ, καὶ περὶ μηδὲν ἁπλῶς σπουδάζειν. Vid. *Theon.* Progymn. p. 84. Mox autem κλειθρία si fenestra sit, *clathratam* intelligere oportet. Κλειθρίδια dabit *Evagrius* H. E. I, 14. Πρὸς τῇ ὀροφῇ τοίνυν τῶν λεγομένων ᾠῶν κλειθρίδια κατέσασι· θυρίδας ἔνιοι καλοῦσι· pauloque post iterum κλειθρίδιον· ibi *Langi* & *Christophorsoni cancellos* repudiat *Valesius*, & *clathros* mavult vertere. In Onomastico, Κλειθρὶς, *rima:* alii signatius *januae rimam* interpretantur, ut monuit *H. Stephanus* in Th. L. Gr. nullo alio, quam hoc ipso Luciani loco adlato. Posses foramen januae vel cistae pervium, in quod clavis inmittitur, exponere: κλεῖθρον vocat *Numenius* in illa facetissime narrata Lacydae historia, quae delusum philosophum ad ἀκαταληψίαν adegit, apud *Euseb.* Εὐαγγ. Προπ. lib. XIV. τὸν δακτύλιον κατεκύλισε διὰ τοῦ κλείθρου· & saepius in proximis: ὀπὴν vocavit *Diogen. L.* IV, 59. Κλειθρίον paulo diversa potestate reperies in *Heron.* Autom. p. 251. 262.

P. 491. b. Not. ad Schol. ἐπιθαμῆς. L. σπιθαμῆς.

P. 493. b. La Pogogia.] *Achilles Statius* ad *Catulli* Phaselum adnotavit, Lusitanos la Poia vocare pedem veli. Hoc ex altero contractum.

P. 496. a. Not. ad Schol. raecum. L. Graecum.

IOHAN-

IOHANNIS BENEDICTI,

De ſua Graeci Contextus, & Latinae verſionis Luciani recognitione, ad candidum & φιλέλληνα Lectorem

PRAEFATIO.

MIRUM tibi videri poſſit, Amice Lector, me poſt viginti celebria Doctorum virorum nomina, recognoſcendis Luciani ſcriptis, & retexendæ maxima ex parte illorum in Latinam phraſim tranſlationi manum admoviſſe: cum veriſimile ſit eos viros, ſui temporis lumina, Graecam linguam ita calluiſſe, ut probe intellectum authorem e Graecia in Latium pede nunquam caeſpitante, animo nunquam dormitante tranſtulerint: me vero, jam primum hoc eruditionis ſpecimine innoteſcentem, nihil melius praeſtare potuiſſe, quam excellentes illi interpretes praeſtiterint: adeo ut huic coepto plus audaciæ ſit tribuendum, quam veræ laudis rependendum. Ego ſane ingenue agnoſco cum eruditionis meæ mediocritatem, tum egregiam virorum illorum praeſtantiam, quam neque ſuſpicere, neque laudare ſatis poſſum: imo cui plurimum deberi ſyncere confiteor. Sed, veluti non raro accidit, ut etiam indoctiores doctiorum inventis non contemnenda ſuperſtruant & addant: ita & mihi contigiſſe, ni fallor, judicabis, ut via, editæ antehac metaphraſeos beneficio, reſerata, plerisque in locis ſcopum authoris clarius & melius attingam. Occaſionem exhauriendi laboris iſtius obtulere mihi ſelectiores & graviores quidam authoris hujus Dialogi, quos dum utile dulci permixturus, publice legebam, & ſingulas ſententias ac voces diligenter expendebam, plerumque non placebat vetus interpretatio, quandoque etiam mendoſa videbatur lectio, unde fiebat ut non plene, planeque ſatis locorum nonnullorum ſenſus caperetur. Idcirco Graecum contextum, vel ex collatione variorum & antiquorum codicum, vel ex proprio judicio emendabam: & ſicubi mentem authoris melius reddere poteram, id ſobrie quidem, & moderate faciebam. Poſt ea mihi ſuccurrit, ſiquidem diverſi diverſorum Dialogorum & Tractatuum erant interpretes, ſingulorum partem ſaltem aliquam attente examinare: quo perſpicerem an Graeca Latinis apprime reſponderent. Hinc variorum interpretum varia ingenia, & quam alius alio foelicior eſſet metaphraſtes, intellexi. Utque, quod ſentio, ingenue pro innato mihi animi candore dicam: comperi Thomam Morum tam fœliciter officio metaphraſtæ functum, ſententias ſingulas ad verbum ſervata latinitate pura reddendo, ut vix aliquid nactus ſim, quod melius redderem: imo potius ipſum hac in mea recognitione imitari voluerim. Ad hanc laudem proxime accedit Eraſmus Roterodamus: in quo quanquam plura quam in illo immutanda judicavi, pauca quidem illa ſunt, ſi cum reliquis compares. Tertius eſt Iacobus Micyllus, Eraſmo fere aequiparandus hoc in negotio. Reliqui interpretes inter ſe ferme pares, tribus illis, me judice, multum cedunt. At omnium infœliciſſimus mihi viſus eſt Vincentius Obſopœus: qui non ſolum ſuperflua verborum luxurie mentem authoris paſſim obſcurat, ſed etiam plerumque vel non capit, vel corrumpit. Atque is eſt qui tertiam ad minimum illius partem Latine exaravit. Cujus interpretationis, quamquam retineo quicquid poſſum, tam obſcura reliqui veſtigia, ut haec prorſus mea non immerito dici poſſit: non ſecus atque [Aſini] ſive [Lucii] verſio, quæ usque adeo miſera prius erat, ut ſuo nomini bene conſuluerit vetus interpres, quum illud reticuit. Caeterum hoc in cœpto ſum verſatus, non ut laudem magnis illis viris ullo pacto praeripiam, praereptam in me transferam, ab iſtiusmodi veſana φιλοτιμίᾳ tantum ſum alienus, quantum virtus a vitio,

tio, jus ab injuria distat. Hic animus, hoc consilium solummodo fuit, ut dum otio in aliquo negotio uti licebat, quod esset opis meæ (quæ quam sit tenuis, agnosco) id in rem literariam conferrem. Velim igitur, Amice Lector, conatum hunc meum boni consulas, eoque sic fruaris, ut quod in eo desiderabis, humaniter toleres: &, si saltus asperrimos superasse non videbor, clementer condones. Nolim enim tam bene de me sentire, ut contendam me tibi versionem istiusmodi exhibere, quæ omnis censuræ expers esse possit: quandoquidem ardua res est eadem elegantia, eademque festivitate authorem hunc de Graeca phrasi in Latinam transferre: ita proprius est unicuique linguæ genius, & inexplicabilis venustas. Forte autem objiciat aliquis me debuisse eos locos notare, quibus in primis emendandis operam impendi. Id utique facere nolui duabus praecipue de causis. Una, quoniam commoda forma, in gratiam eorum qui libros hosce secum circumferre volent, editionem faciendam, & voluminum majorem vel molem vel numerum vitandum putavi. Altera, quoniam confido eum qui veterem versionem cum hac recognitione, & prius excusos Graece codices cum nostro conferet, nullo negotio vel ex ipsa sermonis serie, & locorum sensu, nostræ mutationis rationem deprehensurum. Quamobrem duxi me satis in praesentia praestiturum, si, quoad fieri posset, purum authorem, & versionem ante vulgata commodiorem & fideliorem, cum Indice rerum opere illo contentarum exhiberem. Nunc superesset ut aliqua commendatione Lucianum cohonestarem, nisi sic, actum ab aliis multis, agerem. Et certe quid opus est ut post illos repetam eum esse Atticæ eloquentiæ exemplar syncerum, summa dicendi festivitate, magna rerum varietate, magna scientia, multaque doctrina clarere? Hic si res serias tractat, sit gravis: si jocosas, festivus: si praecipit, si monet, si mordet, est prudens, est lenis, est asper: si orator causam agit, est facundus, acutus, solidus. Denique adeo fœcundo, flexilique valet ingenio, ut veluti Proteus omnes formas, veluti Chamaeleon omnes orationis colores suscipiat: varioque styli penicillo varia argumenta explanet, dum in gravibus exurgit sublimis, in tenuibus incedit humilis, in mediis inter utrumque dicendi genus fertur medius: semper sacrificat perspicuitati: sicubi lubet obscuritatem affectare, dextre id facit. Ex quibus constat nullum esse authorem, quo commodius uti possit, quicumque Graece discere studebit. Hic, si locos recte deligas, tyronibus est facilis, provectioribus accommodus, Graeca lingua jam plene imbutis utilis. Hinc florentissimis Europæ gymnasiis commendatissimus, ut ex eo studiosa juventus, tanquam ex fonte, purum Graecismum hauriret: illique aliorum, qui in scholis praelegi solent, authorum fabulis scatentium, amplus & planus esset commentarius: & ex varietate scriptorum πολυτρόπου hominis hujus, apud quem nulla fere res est, quæ non veniat in sermonem, Graece loquendi formularum flores decerperet. Quæ cum citra controversiam ita sint, omne punctum tulit Lucianus, qui utile dulci miscuit: dignus profecto quem omnis φιλόμουσος amet, quem alioqui impium vel pius non dedignetur, siquidem puris omnia pura, qui ceu Ponticæ apes, mel dulcissimum ex amarissimo absinthio conficiunt. Age ergo quicumque seria, quicumque jocosa quaeris, hic invenies quod animum tuum quocumque tandem modo affectum refocillet, sive te domi haerentem, sive ruri versantem, sive peregre euntem, politissimi authoris lectione recreare cupies. Hinc inter agrorum sata lacta, rerum omnis generis segetem tibi suppeditabit: in horto florido, rhetoricorum florum varias coronas nectet: in viridi & irriguo prato, perenni eloquentiæ scaturigine, & limpidis facundiæ rivis te recreabit. Denique magno parvove sub lare degentem, moribus tuæ sorti convenientibus, nunc salsa dicacitate vitia mordendo, nunc merita laude virtutem extollendo, nunc recta praecipiendo, te informabit.

******

IOAN-

IOANN. GEORGIUS GRAEVIUS
LECTORI
S. P. D.

Vides hic recentem editionem Luciani, quam adornarunt Amsterodamenses bibliopolae, hoc nomine sane ceteris meliorem, quod in illam contulerint Bourdelotii, Palmerii, Tanaquilli Fabri, aliorumque politiorum hominum notas: quibus etiam accesserunt novae curae nunquam antehac publicatae virorum Clarissimorum, Menagii, Gujeti, Boivinii, quas mihi misit Menagius, Iacobi I. F. F. Gronovii, nec nullae meae. Excerpturus plures eram, si per temporis angustias, & occupationes alias potuissem huic negotio maturius & diutius vacare. Usus sum editione Florentina anni millesimi quadringentesimi nonagesimi sexti, quam Vir doctus cum optimo codice manu exarato contulerat. Eam primam omnium esse persuasum habeo. Usus etiam sum Aldina anni millesimi quingentesimi tertii, nec non duabus Basileensibus, altera Graeca anni millesimi quingentesimi quinquagesimi quinti, alteri adjecta est versio Latina, quae notissima est, ut & Salmuriensis Benedicti. Bourdelotianam mihi consulere nunc non licuit, quamvis olim adolescens eam evolverim. Secuti sunt typographi tam in Graecis, quam Latinis exprimendis, editionem Benedicti, qui vetustiorum interpretum versiones interpolavit. Si quis post haec novam Luciani editionem moliri velit, ei sim auctor, ut novam interpretationem Latinam concinnet, dignam tam culto scriptore. Nam satis magnus campus patet Graeca docto industriam suam exercendi. Cum jam omnia typis essent descripta, missus fuit typographis ex Anglia Scholiastes Graecus ineditus, quem cum illis communicavit, cum id ab eo petiissent, Vir Illustris Isaacus Vossius. Is enim ex suo codice jussit eum describi, & Amsterodamum perferri. Typographi calci Luciani haec Scholia subnecti jusserunt. Si quid in illis desiderabis, curis posterioribus sperant id emendatum iri. Nunc festinantibus multas ob causas ignosce, & vale.

TESTI-

TESTIMONIA DE LUCIANO.

LACTANTIUS de falsa relig. c. 9. §. 8. Non enim ista Lucilius narrat, aut Lucianus, qui Diis & hominibus non pepercit.

Suidas Atheum & blasphemum vocat, ut vid. deinde, in ejus vita. Ex eo omnes fere deinde certatim Lucianum hoc cognomine ornarunt, quo jure, vid. in Dissert. seq. de ejus aetate ac vita.

Thom. Pope Blount in Censura celebriorum auctorum, p. 121. 122. sequentia etiam congessit, quibus nos & nonnulla alia intexuimus.

Joan. Andr. Quenstedt. Lucian. Samosat. homo *Atheus*, quippe qui promiscue risit omnem religionem; Gentilium *Deos* magna libertate exsibilavit & laceravit, ipsique Christo mundi Servatori maledixit & conviciatus est, nominans eum *Sophistam* de palo suspensum (sit venia blasphemiam repetenti!) unde & *blasphemi* sive *dysphemi*, i. e. maledici & inauspicati, vel potius impii cognomen sibi diabolicis suis calumniis acquisivit. Simplicitatem doctrinae coelestis risit hac voce, quam saepe contra pios usurpavit, *omnis doctrina, omnis sapientia vestra est, Crede.*

Lud. Vives de veritate Fid. Christian. l. 2. p. 126. *Lucianus* hominum & Deorum subsannator. — Pessime *Lucianus Samosatenus* sophista, qui adimens hominibus veterem ac receptam religionem, non saltem reponebat novam aliquam. Quod irrideret antiquas dementias ac insanias, recte id quidem: sed alia debebat substituere potiora. Sublatis enim prorsus religionibus, quid aliud quam hominem sine humanitate relinquebat?

Idem de Trad. Discip. *Luciani* verba sunt tersa, & *phrasis* dilucida.

Bourdelot. vero in praefat. Luciani: unicum exemplum continentiae LUCIANUS, vitiorum omnium inimicus, unius virtutis & philosophiae completae sectator, cui *Nec viget quidquam simile aut secundum.*

Barth. Adv. L. 2. c. 8. *Lucianus* ingeniosus & dicacitati adeo devotus scriptor, ut contra omnium *Deorum hominumque* fidem suis strophis se stare posse existimet.

Ger. Vossius de philosophorum Sectis p. 57. Lucianus Samosatensis metuo ne haud satis justa de caussa ἄθεος apud *Christianos* audiat. Scio *Suidam* tradere eum ita appellatum, quod in *Christum* debacchetur; verum nusquam in eum maledicus invenitur, praeterquam in persona *Peregrini*, ubi *Christum* appellat *Sophistam*, quae vox non solum *Impostorem* significat, sed etiam in bonam partem sumitur. *Christiani* vero vocem illam aestimarunt, quasi ex *Luciani*, non ex *Philosophi*, in quo τὸ πρέπον servandum erat, persona dictum fuerit. Non tamen recte scenae servitur, cum de *Deo* agitur; eoque culpa *Lucianus* haud plane vacat.

Erasm. Epist. L. 29. Ep. 5. in *Luciani* Somn. *Omne tulit punctum* (ut scripsit Flaccus) *qui miscuit utile dulci.* Quod quidem aut nemo, mea sententia, aut noster hic *Lucianus* est assecutus; qui priscae comoediae dicacitatem, sed citra petulantiam referens, *Deum* immortalem! qua vafricie, quo lepore perstingit omnia, quo naso cuncta suspendit, quam omnia miro sale perfricat, nihil vel obiter attingens, quod non aliquo feriat scommate, praecipue philosophis infestus, atque inter hos *Pythagoricis* potissimum, ac *Platonicis* ob praestigias:

Stoicis item propter intolerandum ſupercilium, hos punctim ac caeſim, hos omni telorum genere petit; idque jure optimo: quid enim odioſius, quid minus ferendum, quam improbitas virtutis nomine perſonata? Hinc illi *Blaſphemi*, hoc eſt, maledici vocabulum addidere; ſed hi nimirum, quorum ulcera tetigerat.

Idem ibid. Tantum obtinet in dicendo gratiae, tantum in inveniendo felicitatis, tantum in jocando lepôris, in mordendo aceti, ſic titillat alluſionibus, ſic ſeria nugis, nugas ſeriis miſcet: ſic ridens vera dicit, vera dicendo ridet; ſic hominum mores, affectus, ſtudia, quaſi penicillo depingit: neque legenda, ſed plane ſpectanda oculis exponit, ut nulla comoedia, nulla ſatyra cum hujus *Dialogis* conferri debeat, ſeu voluptatem ſpectes, ſeu ſpectes utilitatem.

Boecler. de ſcriptor. p. 62. Multa eloquentia & varia eruditio ei ineſt.

Turneb. adverſ. p. 542. *Lucianus* feſtiviſſimus & politiſſimus ſcriptor.

Phot. cod. 128. Ad ſtylum quod attinet, longe optimus: dictione uſus ſignificante ac propria, quae efficax dicendi genus decet. Diſtinctionis adhaec, atque puritatis, aeque ut perſpicuitatis, & aptae magnitudinis, ſi quis alius, perſtudioſus eſt. Compoſitionem quoque adeo commode concinnat, ut lector credat, non ſe orationes legere, ſed jucundum aliquod carmen, ſine manifeſto cantu, audientium auribus inſtillari.

Cael. Rhodig. L. 9. Lect. Antiq. c. 19. p. 478. *Lucianus* homo foediſſimus, loquentiae multae, at ſapientiae minimae. Idem tamen L. VI. c. 17. p. 301. conceſſerat eſſe doctiſſimum atque ingenioſiſſimum.

Tan. Fab. in nott. ad L. IV. Phaedri, fab. 7. Quid venuſtius dici aut fingi poteſt? ſed ſolens more ſuo facit *Lucianus*. Neque enim temere quemquam reperias terſiorem, elegantioremque.

Iſ. Caſaub. de Rom. Satyr. L. 2. p. 268. *Lucianum* a *Menippo* non pauca eſſe mutuatum, & in multis aemulatum fuiſſe, non dubito: ſed facies orationis tota diverſa. Quin ipſe gloriatur novum ſcribendi genus ſe inveniſſe: ac ſub comica jocoſitate gravitatem philoſophicam occuluiſſe.

M. V. La Croze in Miſcel. Berol. T. I. p. 27. Inter eos Scriptores qui aetatem tulerunt, vix ullum eſſe ferme contenderim, qui tot ac tantis ſe dotibus ingenii Lectori commendet, atque *Lucianus*. Cetera vide in Diſſert. ſeq. de Ejus vita &c.

Tib. Hemſterhuſius in prolegom. notarum ad Luciani Dial. Mortuor. Edit. minor. Ad noſtram certe aetatem nullum ingenioſi hominis monumentum, quod cum Luciani Dialogis poſſit comparari, pervenit.

Alia de eodem judicia vid. in Diſſert. ſeq. de ejus vita.

Luciani Samoſatenſis Dialogi, viz. mors *Peregrini*, & *Philopatris*, prohibentur in *Indice Romae* impreſſo anno 1664. juſſu *Alexand.* VII. Pontif. Max.

I. F. REIT.

I. F. REITZII SYLLOGE
DE AETATE, VITA SCRIPTISQUE
LUCIANI.

PRo exiguo quod mihi conceditur temporis ſpatio, (cauſſam in fine praefationis indicavi) vitam Luciani concinnaturus ab nemine adhuc plene conſcriptam, ſatisque inveſtigatu difficilem, ſi ſingula perſequi velis, ea incedam via, ut prius omnia quae inveſtigare potui ſparſim ab aliis tractata colligam, atque in una tabella, immixtis obſervatiunculis quibusdam, proponam; poſtremo vero meam de Noſtro ſententiam ſubjungam, aetatemque ejus ex ipſius ſcriptis, quantum licebit, eliciam, ibi deſiturus, ubi typographorum efflagitatio manum de tabula tollere juſſerit: quumque plerique, maxime *Zvingerus* & *Bourdelotius*, in ſuis praefationibus nimis amplificatis, quam ut totae repeti mereantur, ſuum de Luciani ſcriptis atque aetate judicium ita conjunxerint, ut aegrius disjungi queant, eundem ſequar morem, de aetate, vita ſcriptisque Noſtri ſimul agendo, & ex amborum praefatt. ea tantum, quae huc pertinent, ante excerpendo, quam ad alios transeam. Praemittimus autem ecce vitam LUCIANI ex SUIDA, qualem *Zvingerus* editioni ſuae Baſileenſi tertiae praefixit.

Lucianus Samoſatenſis, cognomento blaſphemus, ſive maledicus, aut atheus potius appellatus, eo quod in Dialogis ſuis ridicula etiam illa eſſe proponit, quae de rebus divinis & ſacris prodita ſunt. Dicitur autem vixiſſe temporibus Trajani Caeſaris, & deinceps. Caeterum fuit ab initio cauſſidicus, Antiochiae, quae in Syria eſt; ſed cum ea res illi non ſatis ex ſententia ſuccederet, ad ſcribendum ſeſe convertit, ſcripſitque adeo infinita. Obiiſſe autem ipſum, fama eſt, a canibus laceratum, quoniam & contra veritatem velut rabiem exercuiſſet. Nam in vita Peregrini Chriſtianiſmum quoque inſectatur, ipſum Chriſtum contumelioſe inceſſit, ſceleſtus ille. Quare & rabiei iſtius poenas ſufficientes in praeſenti vita dedit, & in futurum haeres aeterni ignis una cum ſatana erit. Haec ille. Addit autem Volateranus, neſcio quo auctore: cum ab initio Chriſtianus fuiſſet, poſtea ejusdem religionis deſertorem factum eſſe, dictitantem ſe nihil ex ea conſecutum, quam quod nomen ipſius corruptum eſſet, ex *Lucio*, *Lucianus* factum. Fuit autem Samoſata, ut hoc quoque addamus, urbs non longe ab Euphrate ſita, Commagenes metropolis. Plinius & Stephanus.

Haec partim vera, partim ficta aliquanto melius exſequitur *Bourdelotius*, Luciani vitam hisce verbis conſcribens:

Luciani Samoſatenſis Philoſophi vitam ſcripturum, ope ſumma niti decet, ne temere voluntari & opinioni eorum videatur aſſentiri, qui aggreſſi hactenus falſa veris miſcuerunt, & ex tribus vel pluribus hujus nominis vel rhetoribus vel ſophiſtis, longo inter ſe intervallo viventibus, Luciani noſtri vitam texuerunt. Suidas qui ex antiquis βιογράφοις ſolus Lucianum nobis tradidit, proh Jupiter! quae mendacia blateravit? Satis ad eum refutandum quae nos in contrarium ſcribimus. Volateranus non Suidae contentus nugis alias inſuper de ſuo liberalis adjunxit. Caeteri aut non viderunt viam qua iretur ad illam, aut viſam ſimilibus aliisque mendaciis refarſerunt. Igitur ne ſimili coinquiner audacia, Lucianum de ſe

narrantem exſcribo, ut verus ad oculos legentis accedat. LUCIANUS natione Syrus fuit, urbe Samoſata (*a*), quae juxta Euphratis confluenta ſita eſt: circa Trajani (*b*) tempora videtur natus, cum Epictetus, illud virtutis exemplar, velle eſſe deſineret. Patris ignoratur conditio, ſed tamen ut appareat eum ex hoc genere hominum fuiſſe, qui in extrema paupertate morientes non multum heredem adjuvant. Nam cum deliberandum eſſet de futura Luciani filii conditione, videretque patrem ſuum & uxoris fratrem eximios audiri ſtatuarios, ne deliberavit quidem ut videretur contatus, ſed ſtatim fortunae ſtatuariae filium addixit: qui neſcio an ingenii bona indole, an fato (*c*) quodam, artis ſtatuariae deſertor efficitur, & ad meliorem frugem ſe recipit, atque ſtatim ut ſibi reliquam aetatem a ſtatuaria procul habendam decrevit, meliora pollicitus, rei familiaris inopia, relicta Samoſata, ubi levioribus ſtudiis inſtructus fuerat, Antiochiam petiit, ut cauſis dicendis (*d*) operam daret: ſed cum non illi ad mentem ſuccederet cauſidicinae conditio, videreturque nominis illuſtrior gloria futura, ſi Rhetoricam, qua plurimum pollebat, profiteretur: ut illa noteſceret, varias animo concepit peregrinationes, & ſuſcepit: juvenis in Galliam (*e*) profectus, auditorum frequenti corona, & laudem meruit & retulit: ex Gallia Macedoniam (*f*) petiit, ubi variis diſſertationibus perfectiſſimum dicendi robur exponebat: quales ſunt, Herodotus, Scytha, Harmonides. Sed cum videret, Rhetores inductionibus & fallaciis, divitias & caetera quae prima mortales putant, potius ſibi quaerere, quam verae virtutis mercedem, ea relicta philoſophiam (*g*) aggreſſus eſt: in qua quid profecerit, eſt incredibile memoratu. Sed tamen ipſi etiam philoſophi plus divitiis quam philoſophiae parentabant, auditores invicem ſibi aut vellebant aut vellicabant: & civitates, quibus fucatam illam oſtentabant philoſophiam, factionibus infeſtabant. At Lucianus non fuco cum fucatis, non factione cum factioſo, ſed cum ſtrenuo virtute, cum modeſto pudore, cum innocente abſtinentia certabat (*h*), ſemper ingenio ut conditione liber, tandem ſub Divo Marco Aegypti procurationi (*i*) praepoſitus, &

(*a*) Urbe Samoſata] *Lucian.* T. 2. *Q. Hiſt.* §. 24. τὰ Σαμοσάτα dicit plur. num. ut etiam *Strabo:* itaque *Samoſatis* natus dicendum fuiſſet. Cl. *J. Alb. Fabricius* in Bibl. Graec. L. IV. p. 485. eandem hanc vitam ex Bourdelotio exhibet, additis notulis; ad haec autem verba ait: Lucianum patriam indicantem vid. in *Quom. Hiſt.* l. d. Item in *Scytha* T. I. ad fin. §. 9. τοὺς Σύρους ἡμᾶς. In *Reviviſc.* T. I. §. 19. πατρὶς δὲ τίς; Σύρος — τῆς Εὐφρατίδων. Porro Luciani nomen jam Λουκῖνος efferri, jam Λουκιανός.

(*b*) Trajani] *Fabric.* hic *Suidam* indicat, qui ἐπὶ τοῦ Καίσαρος Τραϊανοῦ ἤκμαζε. Sed conferendum Voſſium II. 25. de *Hiſt. Gr.* Immo c. 15. ubi eum ſerius collocat, quod pluribus referemus deinde, in hac Diſſert.

(*c*) An fato] Quid dubitemus? ipſe cauſſam refert, in T. I. *Somn.* §. 3. ſeq. quod ſcutica percuſſus ab avunculo, ac nimis duriter habitus ſit.

(*d*) Cauſis dicendis] *Fabric.* monet vidend. *Reviv.* T. I. §. 29. ubi *propter fraudes, mendacia ac temeritates, quibus cauſſidicis utendum*, ſe illam artem deſeruiſſe & ad philoſ. transiiſſe refert.

(*e*) In Galliam] Vid. Apolog. *pro Merced. Cond.* T. I. §. 15. ubi Sabinum adloquitur. Obſervatque *Fabr.* Eloquentiam & Atticam dicendi ſuavitatem in Luciano praedicat *Photius* Cod. 128.

(*f*) Macedoniam] *Lucian.* T. I. *Herod.* verſ. fin. ſed & in *Ionia* & *Achaja* audiſſe ſe ſcriptores Hiſtoriam belli Parthici (A. C. 165. geſti) recitantes teſtatur lib. *Quom. Hiſt.* T. 2. §. 14. Confer ejus *Bis Acc.* T. 2. §. 27. *J. A. Fabric.*

(*g*) Philoſophiam] Moralem potiſſimum, cujus argumenti ſunt pleraque ejus ſcripta. Ita cum Socrate exiſtimabat, reliquam philoſophiam univerſam parum ad nos pertinere, certe parum eſſe utilem, niſi ad uſum vitae referatur. In *Convivio* philoſophor. T. III. §. 34. ὡς ἐδόκει ἐφιλοσόφουν ἦν ἄρα ἐκίνδυνος τὰ μαθήματα, εἰ μή τις ἄρα ἐς τὸν βίον ῥυθμίζει πρὸς τὸ βέλτιον. Neque philoſophiam ex ſolis libris, ſed & conſuetudine cum honeſtis hominibus hauriendam ratus, prope verum eſſe duxit quod multi dicerent, ὅτι τὸ παιδεύεσθαι ἀπάγῃ τῶν ἀρθῶν λογισμῶν τοὺς ἐς μόνα τὰ βιβλία ἐς τοὺς ἐκείνοις φροντίδας συνιχνὶς ἀφορῶντας. *eruditionem a recto ſenſu bonisque inſtitutis abducere iſtos, qui ſolos libros eorumque ſenſa aſſidue ſpectarent.* Ceterum Epicureum ſe fuiſſe indicat in Pſeudomante, & a Graeco Scholiaſte diſerte fuiſſe τοῦ Ἐπικούρου αἱρέσεως traditur, licet ex ſcriptis ejus tantum non omnibus rectius collegeris eum perinde, ut, cujus vitam ſcripſit, Demonactem, Philoſophiae non unam ſectam peculiariter coluiſſe. T. II. *Demon.* §. 5. *Idem.*

(*h*) Abſtinentia certabat] T. I. *Reviviſc.* §. 20. μισαλαζών εἰμι, καὶ μισοψευδής, καὶ μισότυφος — φιλαλήθης δὲ καὶ φιλαπλοϊκὸς, καὶ ὅσα τῷ φιλεῖν συγγενῆ. *Arrogantiae, impoſturae, mendacii & faſtus ſum oſor — amator veritatis, honeſtatis, ſinceritatis & eorum quaecumque amore digna ſunt omnium.* Idem.

(*i*) Aegypti procur.] *Apol. pro Merced.* T. I. §. 6. Immo potiſſimum §. 11. & ſeqq. ſed hoc *Tillemont.* jam egit.

& ſuo & amicorum nomine innotuit. Qui mendaciis ſuis invicem credunt Chriſtianum fuiſſe (*k*) arbitrantur, ſuppoſitiorum pravitate decepti. Ipſa de Morte Peregrini narratio ſatis evincit errorem. Nec ſanior eorum opinio qui a canibus laceratum (*l*) aſſeverarunt. Nam ſenio, vel, quod verius eſt, podagra (*m*) nonagenarius obiit: ſuperſtite unico filio (*n*), qui ſummus ſophiſta Juliani tempore, & ad quem hujus Imperatoris extat epiſtola.

De Luciani autem moribus, vita, ſcriptisque haec fere IA. ZVINGERUS loco ſub init. indicato: Primo autem plures Lucianos refert, *Politicum* unum, cujus Suidas mentionem facit, *Philoſophum* alterum, qui hic noſter Samoſatenſis, cui, an quae leguntur in Anthol. tribuenda ſint epigrammata, adhuc ſub judice litem vigere haud umquam decidendam: pergitque *ibid.* Sunt ea quidem σκωπτικὰ nonnulla: at plura, quod notat H. Stephanus, tam elegantis pietatis, ut ne Chriſtiano quidem auctori pudori eſſent.

Theologos quoque Lucianos complures fuiſſe mox commemorat; & apud Cyprianum eſſe, cui IV. & XVII.ma epiſtolarum adſcribatur. Fuiſſe & hoc nomine Antiochenae eccleſ. presbyterum, item Hieroſolymitanae, qui & monumentis literarum poſteris innotuerit, ib. commemorat. Sed quum de his Biographi poſſint conſuli, nihilque ad noſtrum inſtitutum faciant, ſufficiat eos tantum nominaſſe, & potiſſima Zvingeri ad Noſtrum ſpectantia excerpere; de quo ille p. 2. & ſeqq. ait:

Parentes noſtri Luciani tenuis fortunae homines puerum Lucianum praeclara indole ad literarum ſtudia natum, arti ſtatuariae addixere, majus inde certiusque lucrum, quo ſublevarentur, captantes, & ſumptus diſciplinae minores. [Sed vide haec ipſum plenius narrantem in Dial. omnium primo] Nominare quidem eos videtur in Piſcatore, vocans ſe Parrhiſiaſten Alethionis Elenxiclei. At ficta ſunt nomina, quibus ſtudium, quo ducatur, veritatis, & perſonatae ſapientiae odium deſignat.

Patria Samoſata, Syriae civitas, non longe ab Euphrate, ut ſe ipſum Syrum & Aſſyrium non ſemel cognominet: alibi etiam Patrenſem, quae civitas eſt Achajae: tamquam natus hinc, oriundus illinc, ait Beroaldus in octavum Apuleji [locus quem Zvingerus ob oculos habuit, eſt T. 2. in *Aſin.* c. 55. ubi ait: *Patria nobis Patrae, urbs Achajae*; ſed et-

(*k*) Chriſtianum fuiſſe] Confer *Baronium* ad A. C. 171. num. 7. & *Tillemont.* Hiſt. Imperat. T. 2. p. 709. (ſed eum nos totum addidimus) Scholiaſtes Graecus ad T. III. *Mort. Peregr.* §. 13. Οἷα λαμὼς, ὃ καινόφαλε, κατὰ τῦ Σωτῆρος Χριστοῦ &c. Eidem Scholiaſtae ad Sacras hiſtorias Lucianus alludere videtur, notat *Fabric.* aliaque Scholiaſtae adfert, ubi is Luciano male dicit, quod in S. Prophetas, in virgam Aaronis, in Moſen, & Joſephum ſcommata jacere videatur, ſed Scholiaſten fugiſſe rationem, ut Editor bene obſervarit. Additque: ab Atheiſmi crimine Lucianum abſolvit D. *Jo. Phil. Treunerus* in Diſſ. de Theologia Luciani. Jen. 1697. 4.

(*l*) A canibus lacer.] *Suidas* in Λουκ. nimirum ſolenne fuit multis, horrenda mortis genera comminiſci de iis quorum dogmata improbaſſent. Confer quae de Epicuro idem *Suid.* in Ἔπικ. & quae de Zoilo notavi Lib. 2. c. 7. p. 365. *J. A. Fabr.*

(*m*) Podagra] Podagra laboraſſe Lucianum colligitur ex iis quae in laudem podagrae ſcripſit T. III. fin. Ita Agrippinum Paſonium refert Stobaeus ſolitum rerum quae ipſi adverſae accidiſſent encomia componere, ſi quidem febriret, febris, ſi notaretur infamia, infamiae, ſi exſularet; exſilii. *J. A. Fabr.*

(*n*) Superſtite — filio] Haec verba *Fabricius* a vita Luciani Bourdelotiana reſcidit, ut aliena; ſed p. 488. ea referens merito refellit, dicens: parachroniſmus eſt, cum a M. Aurelii obitu ad primum annum Juliani Imp. intercedat ſpatium annorum amplius CLXXX. Equidem in Juliani epiſtolis trigeſima ſecunda inſcribitur Λουκιανῷ σοφιστῇ — Sed utrum iſte Luciani Samoſatenſis vel nepos fuerit (quos avorum nomine frequentius quam parentum appellabant, licet nec hoc inauditum fuiſſe, Antiſthenis exemplo pateat) vel pronepos, vel utrum ulla eum cognatione attigerit, neutiquam conſtat; nam filium quidem non fuiſſe certos nos facit temporum ratio. Meminit Luciani noſtri etiam *Lactantius* L. I. c. 9. *Non enim iſta Lucilius narrat aut Lucianus, qui Diis & hominibus non pepercit, ſed hi potiſſimum, qui Deorum laudes canebant.* Latinae ſe linguae utcumque peritum fuiſſe teſtatur Lib. de errore in ſalutatione T. I. §. 13. Haec ille, optime. Sed Bourdelotii error forſan inde natus, quod Chronologos conſulens, Didium Julianum, pro altero longe poſteriore acceperit feſtinans.

errare virum doctum, & alium esse istum Lucium Patrensem, & Biographi, & nostri commentatores satis indicarunt.]

De tempore nativitatis nihil certi. *Suidas* eum sub Trajano, ante quem etiam fuerit, floruisse dicit: alii de Adriano quoque meminerunt. [aliquanto certiora tamen de Nostri aetate dabuntur deinde]

Quanta vero fuerit ingenii praestantia Luciani, pergit *Zvingerus* p. 3. f. non est in dubium vocandum. A prima pueritia emicuerant indicia artificis ingenii, ut eum pater ad praeclaram fingendi artem dexterrimum arbitraretur.

Sed ad majora natus puer, cui non lapidum sed humanorum animorum scabrities erat emendanda; innutritus ergo liberalibus disciplinis, Rhetor fuit, Poëta; Logicus. Testantur id ipsius scripta: inprimis quanta dexteritate adversarios disputando convicerit: quanta facundia causas in foro peregerit, quanta facilitate Comicorum personam non tam ligato quam soluto dicendi genere repraesentarit.

Ad Dei cognitionem & verum cultum si spectemus; hac parte vel maxime impium fuisse eum & παμμιαρὸν, ut ait *Suidas*, libenter fatemur, qui non solum Dei providentiam risui habere, sed & Christum ipsum humani generis vindicem cavillis & maledictis insectari fuerit ausus: tam ferali rabie, ut per ludibrium ἀνεσκολοπισμένον σοφιστὴν scelerate calumniaretur, & quod *Ponticus Virunius* in quadam epistola observat, Joannis quoque Euangelium incesseret: quod de Philopatre dictum existimari potest [At neque *Philopatrin* ab Nostro scriptum, nec *Peregrini* nomine Christum, sed aliquem *Cynicum* Pario Hellesponti oppido oriundum, de quo *Gellius* aliique diserte meminerunt, vel martyrum quendam sub Antonino Vero designari, satis apertum est. Vide *Gesneri* Dissert. de Philopatr. notasque ejusdem & *Solani Fabrique* T. III. p. 324--5. & quid de Christiana religione sciverit, senseritque Lucianus, ipsi dicemus ad finem hujus Vitae.]

Deos certe Ethnicos coelo deducit graphice, tantam impietatem, tam profana scelera nullo divino honore dignanda arguens. Id quidem hactenus nec indigne nec impie: at quod inde ingratus homuncio, nec ex sui ipsius quidem, ut alia taceam, vel corporis vel animi mira structura, ad aliquam veri Dei, & vel saltem ignoti, Athenienſium exemplo, reverentiam erigere sese vel voluerit, vel potuerit: sed Epicureorum fatalem necessitatem, omni metu Deorum sublato exosculatus admiserit, id vero extremae impietatis esse, ipsius gentilis arbitrio, non ignoratur: a qua infame nomen ἀθέου optimo jure promeritus est. [Immo nemo magis fatalem illam necessitatem risit; inspice nostri *Jov. Confut.* T. II. p. 626. maxime c. 4. f. & c. 7. ubi servos Parcarum vocat Deos, si fato obnoxii forent. Sed ante omnia c. 18. ubi fatum directe & valide impugnat. De Atheismo autem videbimus in fine.]

Quod si ad Physicam & Mathematicam nos convertamus, pergit *Zvinger.* plus quod laudemus, quam reprehendamus sese objiciet. [Immo in mathematicis parum versatum fuisse, bene aliquoties demonstravit *Solan.* in notis errores ejus indicans]

In practicis autem, ait *Zvingerus*, habitibus, major est ipsius praestantia. Ethicus fuit, minimeque deses veritatis & virtutis sectator; sed & alios secus agentes re & calamo acerrime est persequutus, ut ab antiquis δύσφημος καὶ βλάσφημος: a *Vive* subsannator Deorum & hominum: ab *Erasmo* mitius, nugator festivus: quod ludendo acerbitatem animi ceu velo obducto occultare sciret, cognominaretur. Hujus philosophiae (Ethicae) se admiratorem fuisse & sectatorem, ipse fatetur in Dial. *Piscatoris*, ubi apertis verbis interroganti Philosophiae profitetur, *duarum artium se scientem esse, Amandi virtutem, & Odio prosequendi vitia.* Saevissimus autem adversus philophos fuit virtutum nomine abutentes, qui summi boni vice honorem, lucrum, voluptatem luxuriose ambirent, effeminati mimi instar Achillem vel Theseum exprimerent, leonina pelle induti, ad Cumani asini exemplum, bar-

barba nimirum, inceſſu, induvio, philoſophiam mentiri infami ſtudio contenderent.

Vives equidem ad proſcindendam philoſophiam invidia Plutarchi Chaeronenſis impulſum fuiſſe ſcribit, quem in magno honore eſſe apud Trajanum Caeſarem invitus & dolens vidiſſet. [ſed errat *Vives*, ut *Voſſius* poſt paucas paginas adlegandus, oſtendit]

Politiae etiam & Oeconomiae ſtudioſus fuit, quod idem ſcripta ejus teſtantur: ut cum jam ſenior, quod ſcribit *Gilb. Cognatus*, in aulam & familiam Caeſaris ſe contuliſſet, Procuratoris Principis conditionem acceperit.

Quod ad exercitationem, docuit viva voce, & ſcriptis ſimiliter inclaruit. Adhuc juvenem in Gallia, & aliis in locis Rhetoricam profeſſum ſe eſſe, ipſemet teſtatur: quo non ſuccedente, ut *Suidas* vult, ad ſcribendum ſe contulit.

Sunt autem ejus ſcripta quam plurima, quorum cauſſas omnes quanta licebit brevitate enumerabimus. Finis illorum fuit veritas & virtus aſſerenda, & ut vel ſuis ſaltem monitis exorbitans humanum genus in viam rediret, & ſapere diſceret.

Verbis ad hoc uſus eſt, cum Aſianus fuerit, terſis, ingenio ac moribus ſuis congruentibus: tam apta facilitate, ut communem loquendi elegantiam miro ſucceſſu expreſſerit, rebusque dicendis adcommodarit, ut & his ſimul & iis lector magna animi voluptate perfundatur. In forma ſcribendi Platonis exemplum ſecutus, Dialogos ſcripſit, quibus res ipſa ceu geri videatur, magisque audientium & legentium animis imprimi. Comica tamen facilitate & argutia illorum diluit gravitatem tam dextre, ut, ſi quis ullus miſcuit utile dulci, is *Thomae Moro* & *Eraſmo* Lucianus ſit.

Materia ſcriptorum ejus varia eſt, & Hiſtorica, & Philoſophica. Hiſtoriam partim in genere perpendit, quomodo tractanda ſit, praeceptis propoſitis in Dialogo QUOMODO HISTORIA SCRIBENDA SIT: & exemplis, fictis licet, ad praecepta tamen accommodatis, duobus libris DE VERA HISTORIA: partim in ſpecie: varia nimirum, quae vel aliis contigerunt, vel ſibi. De ſua ipſius adoleſcentia in SOMNIO agit: de ſenectute vero, in qua ne tum quidem eloquentiae exercitia deſeruerit, in HERCULE GALLICO. Quae ad alios ſpectant, diverſa ſunt: Theologica, in dialogo DE DEA SYRIA. Naturalia, de grandaevis, in MACROBIIS.

Politicam attinentia, tum ad plures, de amicitia Scytharum & Graecorum, in TOXARI. De philoſophis diverſarum ſectarum apud Ariſtaenetum convivantibus, in CONVIVIO: tum ad unum aliquem: ſic Demonactis vitam in DEMONACTE perſequitur. Lucii transmutationem in ASINO: Alexandri cujusdam res geſtas & vitam, qui ſe Podalyrii filium mentiebatur, in ALEXANDRO. Neronis conatus perfodiendi Iſthmi, in NERONE. Peregrini cujusdam mortem voluntariam, in oratione de MORTE PEREGRINI.

Ipſi praeterea Dialogi meras continent narrationes antiquae & gentilitiae religionis, fideique ſuperſtitioſae, quam ſcoptice traducere, & narrando dumtaxat, in contemtum audientium, quibus, modo vellent, facile liceret inter lupinos & aera facere diſcrimen, abripere voluit.

Organica ejus ſunt multiplicia, & quidem Grammatica nonnulla: de literis, in JUDICIO VOCALIUM: de Soloeciſmo, in PSEUDOSOPHISTA: de dictionis apophradis proprietate, in PSEUDOLOGISTA: de Oratione adfectata, in LEXIPHANE.

Poëtica tangit in cavillatione poëtarum, quae inſcribitur, DISSERTATIO CUM HESIODO. In TRAGOPODAGRA & OCYPO dramatum duorum ſpecimen dat.

Ad Rhetoricam pertinent ejusdem BACCHUS, de ELECTRO, eamque contra reprehenſores defendit in ZEUXI & Apologia contra eum a quo PROMETHEUS IN VERBIS fuerat adpellatus; tum exemplo orationis in Macedonia habitae illuſtrat in HERODOTO. Confirmat in RHETORUM PRAECEPTIS, in quo de corrupta ſuorum temporum eloquentia &

adfectato genere dicendi conqueritur. Orationes ſunt aliquot illuſtres omnium generum, Demonſtrativi, Encomium balnei in HIPPIA : DEMOSTHENIS : PATRIAE: DOMUS: Macedonum quorumdam in SCYTHA: podagrae, in TRAGOPODAGRA : Pulcritudinis in CHARIDEMO: ſtudii ſui erga auditores, in DIPSADIBUS. Deliberativi ſunt : dum ſuadet taurum, ſupplicii genus, dono oblatum nequaquam parvi pendendum eſſe, in PHALARIDE SECUNDO: commendatitia in HARMONIDE. Judicialis generis, ut cum quaeritur, dignus ne ſit praemio Tyrannicidae, qui filium tyranni occidit, in TYRANNICIDA: an receptus in familiam poſſit abdicari, in ABDICATO : an Phalaris taurum aeneum miſſurus Delphos jure ac neceſſitate tyrannidem adripuerit, in PHALARIDE PRIMO.

Ad Philoſophiam in genere pertinent ea, quae tum contra ſectas philoſophorum ſui temporis declamat in BIS ACCUSATO, & HERMOTIMO: tum de auditore philoſophiae, qualis is ſit, eſſeve debeat, lectioni potius quam multitudini deditus, in Dialogo ADVERSUS INDOCTUM: & an eunuchus poſſit eſſe philoſophus, in EUNUCHO.

Contemplatio de Deo & ſpiritibus metaphyſica eſt hic apud noſtrum Auctorem, & poſitiva (verba ſunt Zvingeri) in ALCYONE, ubi de Dei poteſtate, quod illi omnia ſunt poſſibilia, diſſerit, licet ſecundum *Athen.* & *Laërt.* is dialogus ſit Leonis philoſophi Academici. [hujus, non Luciani eſſe, Commentatores etiam noſtri perſuadent ad §. 1. *Halcyonis*, Tom. I. p. 176.] Et negativa, dum feſtive & acriter contra Deos ethnicos eorumque ridiculos cultus invehitur, in CONCILIO DEORUM, JOVE TRAGOEDO, ac ceteris DEORUM DIALOGIS.

Religionem omnem, tum Chriſtianam in PHILOPATRE, tum Ethnicam in CYNISCO, ludibrio habet [ſed Philopatrin ab ipſo non ſcriptum, jam diximus] In Saturnalia invehitur in SATURNALIBUS : in Sacrificia, in Dial. de SACRIFICIIS. Contra incantamenta & ſpectra in PHILOPSEUDE.

Mathematica attigit in ASTROLOGIA.

Phyſica inſeruit ſubinde, ut in Dial. MUSCAE, ALCYONIS, DIPSADUM.

Inter Ethica ſunt, quae de fine, ſummo bono agunt contra philoſophos, in TIMONE MISANTHROPO, NAVIGIO, CYNICO. De virtute ac moribus in ICAROMENIPPO, NIGRINO, VITARUM AUCTIONE, PISCATORE, FUGITIVIS.

Contra libidinem in AMORIBUS & DIALOGIS MERETRICIIS. Contra calumniantes in oratione de NON TEMERE CREDENDO CALUMNIAE. Contra aſſentatores, in Dial. PRO IMAGINIBUS. Pro arte aſſentandi, in PARASITO. De humanitate in ſalutando, in Dial. PRO EO QUI INTER SALUTANDUM VERBO LAPSUS FUERAT: de avaritia, de incommodis divitiarum, & commodis paupertatis in SOMNIO ſ. GALLO.

De amicitia colenda in TOXARI. De Luctus vanitate in Dial. DE LUCTU.

Politica ſunt mere particularia, ut DE GYMNASIIS in quibus adoleſcentes boni cives evadant. De aulicae vitae moleſtiis quas ingenuus ſubire non debeat, in MERCEDE CONDUCTIS: de *Saltatione*, in Dialogo ejusdem inſcriptionis.

Oeconomicum etiam aliquid tetigiſſe videtur in IMAGINIBUS, deſcribens mulierum virtutes praecipuas, & bona corporis & animi: quae inprimis in domeſtica adminiſtratione ſeſe proferre ſolent.

BOURDELOTIUS eadem ſingulis de Luciani ſcriptis praedicat in praefatione, ſed ordine aliquantum immutato & argumento multum dilatato, Auctorem ſummis ubique laudibus cumulat. Miſſis autem illis ambagibus, ac reſciſſis quae perlonga & ad pompam compoſita oratione de fatis priſcae philoſophiae praemittit *Bourdelotius*, quomodo ab antiqua ſimplicitate ac virtute deſciverit, quam revocare Epictetus, Favorinus, Muſonius, Demonax, Nigrinus, & alii quidam boni, fruſtra tentabant, ac potius exemplo virtutis auſterae invidiam

diam sui provocabant; ideoque elephantorum exemplo taciti servitutem deplorabant, donec unicum continentiae exemplum LUCIANUS, vitiorum omnium inimicus, unius virtutis & philosophiae perfectae sectator, cui (ut ille ait) *Nec viget quidquam simile aut secundum*, aliam viam ingressus, ubi rectum iter vitae coepit inspicere, cum ipsis ingeniis, ipso fato, & ipsis, quod ajunt, Diis conflictari, liberrimaque indignatione corruptos totius orbis mores mordaci Vero radere voluit.

Delibemus igitur breviter ea tantum quae de scriptis ejus accuratius quam *Zvingerus*, exposuit, ne bis eadem propinemus.

Si quis, ait, desiderio flagret divinam virtutis imaginem ab Luciano depictam intueri, videat Dialogos, quorum tituli IMAGINES, in quibus dum Pantheam Abradatae conjugem effingit, virtutem praebet absolutam. Sed non solum virtutem effomandam decreverat, verum omnia insuper quibus conjungi Dea, & a quibus disjungi solet. Ne igitur incomitata procederet, eximios viros, unicum ornamentum decusque seculi, addidit comites & adsessores NIGRINUM & DEMONACTEM.

Qui autem veros philosophos a fictis & simulatis discernere decreverit, exemplum utriusque rei perfectissimum habet in Dialogis VITARUM AUCTIO, PISCATORES, NIGRINUS; quantum enim virtutis comites laudibus extulit, & aemulatione persequutus est, tantum pessimas illas & execrandas aves in his dialogis insectatus est, vanos & fucatos eos clamitans, qui falso se nomine jactarent, cum veram philosophiam ignorarent, ac plane diversa docerent, ob quaedam verbula virtutis nomine intexta non continuo in Heliconem venisse; nec solum circa res humanas incerta ac stulta docere, sed & de mundo, de Deo, de sideribus, de providentia divina, falsa, ementita & impia jactare, quae neque viderint ipsi, nec aliunde cognoverint. Quae omnia diligenter exsequitur sublimis ille ICAROMENIPPUS. Veros philosophos, qualem *Nigrinum*, *Demonactem* & CYNICUM exhibet, nusquam scientia tumuisse, Socratis exemplo se nihil scire professos, cum imperitiae professio summa prudentia sit. Simias vero & mimos suos ob quaedam ventosa & obscura argumenta, & falsas rerum definitiones ita ferre supercilium & elatos incedere, ut vix salutatione quemquam dignarentur.

Veros philosophos amicitiae symbolum summa conservasse diligentia, ut probat eximiis decem exemplis TOXARIS sive *Amicitia*.

Nullum esse pretium operae, si verbis virtutem laudemus, disciplinas omnes perdiscamus, omnes artes fuerimus adepti, nisi simul vitae societatem, qua nihil melius Divi humano generi quidquam largiti sunt, profiteamur. Quae omnia diligenter in LAPITHIS, in EUNUCHO & DE SECTIS amplexus est. Virtutis adsessores modestia & frugalitate censeri, nihil in vitam, nihil in mores peccare. Elatos illos & tumidos torrenti ambitione vanaeque gloriae adpetitu torqueri, in summam interim temeritatem & infamiam praecipitari, nihil intentatum relinquere, nec sibi nec alteri parcere, ut vel post mortem superstitem nominis gloriam relinquant, Empedoclis duri sensuum damnatoris, sed simulati, & inani gloriolae petitoris exemplo, ut patet tractatu DE MORTE PEREGRINI.

Alios dum poëtarum carmina & vaniloquam Theologiam praedicant, non solum homines in densissimas tenebras injicere, verum Deos Deorumque principem Jovem: ut patet in DEORUM CONCILIO, PROMETHEO, in JOVE TRAGOEDO, JOVE CONFUTATO, DISSERTATIONE CUM HESIODO. Ineptam etiam & nugacem esse fabulato persuasionem, quale scilicet plebecula poëtarum fabulis decepta effingit sibi, Deos etiam huic fato subjici; ut testatur JUPITER CONFUTATUS.

Si quis regnandi desiderio teneatur, videat miseros tyrannorum casus, domesticos luctus, insidias omnium, servilem metum, cum antithesi vitae paupertinae amplificata exhibent CATAPLUS, TYRANNICIDA, privatorum vitam praestantissimam ac tutissimam esse.

Nam divitias, imperia, regna, magiſtratus & cetera prima mortalium, ad quae mundus avidiſſime ſuſpirat, quae ficti philoſophi totis viribus quaerunt, vana, fluxa, caduca.

Eorum animos in pecudes, & praecipue aſinos transire, quorum anteacta vita inerti pigritia langueſcebat, in LUCIO ſ. *Aſino*.

Omnium vitam eorumdem judicum ſententiis ſubjici, nullam aeſtimationem cujuscumque fortunae futuram, nullam perſonarum rationem, nullam, potentiae, divitiarum, famae, dignitatum; pro virtute, pro vitiis, praemia & ſupplicia parari: DE MORTUIS.

Vana eſſe perditorum ſacrificia, niſi vitam virtuti ſacrificent: Jovem non placari donis hoſtiis eorum, qui perjuris linguis minus audientem fatigant: litabilem eſſe hoſtiam, animum purum, rectam mentem, & ſinceram conſcientiam, quae omnia propoſuerunt VOTA & tractatus DE SACRIFICIIS.

Denique Lucianum fuiſſe Grammaticum, Rhetorem, Advocatum, Medicum, Hiſtoricum, Philoſophum, Poëtam, Politicum, ex ceteris ejus Dialogis eodem fere more *Bourdelotius* demonſtrat, quo *Zvingerus*. Quare illa non repetentes, haec notabiliora, quibus praefationem concludit, tantum addimus:

„ Scripta haec (Luciani) poſtquam ingenioſorum hominum manibus teri coeperunt, crevit ſcientiarum & virtutis amor, qui usque in hodiernum diem quorumdam pectoribus „ inſidet. Et ex hac pingui ſegete philoſophicum illud ſemen concretum eſt, cujus progenies & ſurculi Philoſtratum, Eunapium & alios occuparunt. Tantumque potuit aemulatio, ut Syri antea praedae intenti & latrociniis accincti, quibus cum odium virtutis & literarum innatum erat, relicta ferarum & praedonum natura, philoſophiam ſummo deſiderio ſint proſequuti. Nam ab antiquiſſimis Pherecyde & Iſaeo, pauciſſimisque „ aliis Syris, quibus philoſophia cordi fuerat, usque ad Luciani tempora vix ullum Syrum inter tot philoſophantium ſectas poteris numerare, licet Laërtium, Philoſtratum & „ alios evolveris. Atqui poſt Lucianum, mirandaque Luciani ſcripta, caetera ſunt philoſophorum Syrorum maria. Haec poſterior aetas uno ſaeculo Lucianum attingens, avis „ longe melior tulit Jamblichum, Epiphanium, Libanium, Magnum, innumerosque alios „ Syros, qui ſi cum coaetaneis, qui Juliani Caeſaris tempora illuſtrabant, conferantur, „ longe a primis erant ſecundi.

Tandem Lucianum ſuum ab obtrectatoribus defendit, in quos acerbiſſime invehitur, eos peſtes hominum vocans, qui nihil poſſunt quam meliores carpere; quumque primum objiciant, caeteros philoſophos, aliam oſtendiſſe viam, qua iretur ad virtutem; tum quod Chriſtum rerum omnium Dominum inſectatus ſit; denique quod amatoriis dialogis adoleſcentulos flagitiis nobiliter. Ad ea reſpondet, Lucianum ipſum ſatis haec refutare ſcriptis ſuis, & accuſationem falſi convincere, ipſumque a principio ad riſum provocaſſe. Fateor (ait) aliud propoſuiſſe philoſophos, nec quidquam ſimile propoſuiſſe. Nam ſi a philoſophiae reſtauratione talem viam fuiſſent ingreſſi, qualem Lucianus; non tam diu, Andabatarum more, de vero virtutis tramite digladiaſſent.

„ Longe acrius pungit (pergit Idem) quod ſequitur, Chriſtum contumelioſis verbis laeſiſſe. Impium, ſceleratum, damnandum fateor, niſi ſuperſtitionum erroribus etiamtum „ irretito parcatur: poenam in ſe repoſcere, quam Tacitus, Suetonius & alii Chriſtianorum hoſtes acriores paſſi ſunt. Nam eum nunquam Chriſtianum fuiſſe, alibi docuimus.

Reſtant amores meretricii (Dialogum amorum non eſſe Luciani probabimus) in quibus quid aliud deſcribitur, niſi peſſima & ſceleratiſſima meretricum vita, nefanda vitia, corruptelae juvenum, avaritia, gula, ſcelera in unum collecta? Ut enim in ceteris Dialogis

ſo-

ſolus Lucianus interiora virorum examinat, ita quarumdam feminarum vaferrimum & praviſſimum ingenium explorat. In haec facinora quaere ſupplicium

Tu qui, naſute, ſcripta diſtringis ſua.

Haec autem *Bourdelotii* promiſſa probatio, *Amores* non eſſe Luciani, huc rediit, ut in notis ad hujus Dial. initium diceret: *Non eſſe Luciani, — ſed alicujus qui Lucianum ſiperviverit, jam monui praefatione ad Lectorem, videtur eſſe Ariſtaeneti.* Interim & mihi aeque ac Kuſtero, non videtur Luciani eſſe, tam ex adfectato & inflato ſtylo, quam ex longioribus digreſſionibus ante quam ad ipſam diſputationem veniatur, aut redeatur; nam ſi Luciano tribuendus ſit, conjicere licet, ſcriptum eſſe, ut Philoſophis παιδερασία exprobretur, ut vid. §. 35. ejus *Dial.* T. 2. ubi manifeſto pungit eosdem, dicens cum divina philoſophia hunc etiam amorem adoleviſſe. At non mihi ſatisfacit illa conjectura, & peſſimus hic exprobrandi eſt mos, qui nec ſatis ab auctore ridetur, nec ridendo ſanatur, ſed abominatione dignus.

G. I. Vossius de Hiſt. Graec. L. 2. c. 15. Lucianum Samoſatenſem aequalem facit Athenaeo Naucratitae, qui ſub M. Aurelio vixerit, ſed poſt Commodum etiam, imo usque ad Pertinacem & Severum vitam protraxerit. [quod non adeo mirum; ſi enim poſt Commod. vixit, facile Severum attingere poteſt, propter perbreve Pertinacis & Did. Juliani, duorum triumve menſium imperium] paullo majorem natu facit *Suidas;* nam vixiſſe ait ἐπὶ τοῦ Καίσαρος Τραιανοῦ, καὶ ἐπέκεινα. Suntque in hac ſententia *Gilb Cognatus* & *Jac. Zvingerus;* quin *Ludovicus Vives*, vir acris judicii ſuſpicatur eum ad inſectandos philoſophos impulſum fuiſſe invidia Plutarchi Chaeronenſis, quem ſummo apud Trajanum loco eſſe cerneret ac doleret. Mihi ſecus videtur, nec levi de cauſſa; quippe meminit Lucianus Marci Caeſaris, ac belli Marcomannici ab eo geſti, [in *Alex. ſ. Pſeudom.* T. 2. §. 48.] Διατέμπεται ἐν Γερμανίᾳ πολέμου ἀκμάζοντος, ὅτε θεὸς Μάρκος ἤδη τοῖς Μαρκομάνοις καὶ Κουάδοις συνεπλέκετο. Vides ut non tantum belli meminerit cum Marcom. & Quadis; ſed Marcum θεὸν *Divum* vocet, quod arguit eum naturae ceſſiſſe. Quare extra controverſiam poni debet, Lucianum tum Marci Antonini Philoſophi aetate vixiſſe, cum referat ſermones quos habuit ipſe cum Alexandro Pſeudomante, tum ſub Commodi Antonini philoſophi filio. — Meretur locum inter Hiſtoriae ſcriptores, non ob *Ver. Hiſt.* libros, ſed propter tractatum *Quom. Hiſt. ſit ſcrib.* de *Dea Syria*, ac *Macrobios.* Eunapio vero refertur inter vitarum ſcriptores propter unam *Demonactis* vitam. — *Gul. Philander* ad Vitruv. Apollonii vitam Luciano huic adſcribit, & *G. Cognatum* in nott. ad *Pſeudom.* eodem propendere arbitror; ſed Lucianum minime eſſe hujus vitae ſcriptorem, facile probabo; nam Epicurei rident omnes praeſtigias ac vaticinia. Lucianus autem tam Epicureae ſectae addictus erat, quam qui maxime. Quorum neutrum negabit, qui vel ejus Alexandrum oculis percurrerit non conturbatis. [at non ita totus Epicureus fuit, ut ex aliis ejus ſcriptis patebit; & qui etiam Epictetum probarit] Illud quoque valide hanc rem confirmat, pergit *Voſſ.* quod Lucianus oſtenſurus a cujusmodi praeceptoribus hauſerit hoc vitae genus, refert, quomodo eum primo in contubernium receperit ἑταιρὶς γόης, — huic ſe eum proſtituiſſe, ac mercedis loco κακίαν, ſeu maleficii artem, reportaſſe: fuiſſe autem doctorem hunc genere Tyaneum, e comitibus Apollonii Tyanei; cujus omnes impoſturas probe calluerit. Sic enim inquit: Ἦν δὲ ὁ διδάσκαλος ἐκεῖνος, καὶ ἑταιρὶς, τὸ γένος Τυανεὺς τῶν Ἀπολλωνίῳ τῷ Τυανεῖ πάνυ συγγινομένων, καὶ τὴν πᾶσαν αὐτοῦ τραγῳδίαν εἰδότων. Quae manifeſte indicant, quo loco Apollonium habuerit Lucianus. Quemadmodum & illud, quod mox ſubjicit; Ὁμῶς ἐξ ὅλας σοι διατριβῆς ἄνδρωπον λέγω; Haec pluribus commemorare viſum fuit, quo pareat cuivis, quam inanis ſit ſuſpicio eorum, qui libros de Apollonii vita, contra Codicum omnium fidem, contra auctoritatem Eunapii, B. Hieronymi, Photii, Suidae, & tot aliorum, abjudicant Philoſtrato.

Voſſio maximam partem adſtipulatur Cl. HEMSTERHUSIUS, in praef. ad Polluc. p. 29. b. ſcribens: „ variis e Luciani locis patet, eum floruiſſe ſub Antoninorum imperio & „ Commodi: hac ſane de re nemo Luciano paululum familiarior addubitet: legendus enim „ ſolus ejus *Pſeudomantis* ſeu *Alex.* qui omnem, ſi quis eſt, ſcrupulum demat: in eo τὸν „ vocat Marcum Philoſophum, ex quo recte collegit *Voſſius*, l. d. eum de hoc Imperato„ re jam defuncto & in Deos relato loqui: huc accedit, quod oraculum illud Alexandri „ mendax Antonini Pii & Marci aetate ſit exortum, —— ea vero de re Lucianus tanquam „ ſibi comperta & explorata, quaeque ſe contigerit vivente & vidente ſcribit, quod recte „ *Marcil.* cum alibi, tum ad Philopatrin obſervavit: de hoc autem oraculo legendum „ ſuadeo prodigiali doctrina virum *Ezech. Spanh.* de Uſ. & Praeſt. numiſm. p. 176. De„ monax, cujus buccinatorem egit Lucianus, iisdem vixit temporibus: inter alia vero „ meminit Herodis Sophiſtae, quem Marci Philoſophi praeceptorem fuiſſe Capitolinus tra„ dit": cetera de Soſtrato, quae ibi ſequuntur, etiam adlegavit *Solan.* ad T. 2. *Demonactis* §. 1.

IOAN. IONSIUS de Scriptoribus Hiſtoriae philoſophicae, L. III. c. 10. §. 6. p. 60. de Noſtro haec praedicat: Lucianus, patria erat Samoſatenſis, teſte ipſo de ſuo libro, *quomodo Hiſtoria ſit ſcribenda*, quo libro Avidii Caſſii poſt Lucium Verum defunctum Anticaeſaris ſub Marco occiſi aequalem ſe eſſe indicat: & Vologeſi, Frontonis, Titani & Severiani meminit, ut coactaneorum, ad Celſum quoque dialogum ſcripſit. Hic vero laudari debet, quod *Demonactis* philoſophi vitam literis prodidit etiamnum ſuperſtitem. Vixit Demonax ille ſub Antonino Pio & M. Antonino, aequalis Epicteti, Luciani, Timocratis Heracleotae, Peregrini, qui & Proteus dicebatur, & ſub Marco flammis ſe devovebat, Herodis, Onocrati Cynici, Favorini, Pollucis, qui nobis Onomaſticum Commodo Imperatori nuncupatum reliquit, Agathoclis Peripatetici, Cethegi viri conſularis, Rufini peripatetici, ut ex Demonactis vita apud Lucianum intelligimus. Laudat illam vitam *Eunapius* prooem. Λουκιανὸς ὁ ἐκ Σαμοσάτων, ἀνὴρ σπουδαῖος εἰς τὸ γελασθῆναι, Δημώνακτος φιλοσόφου κατ' ἐκείνους τοὺς χρόνους βίον ἀναγράψειν, ἐν ἐκείνῳ δὲ τῷ βιβλίῳ καὶ ἄλλοις ἐλαχίστοις δι' ὅλου σπουδάσας. *Lucianus Samoſatenſis, vir ad concitandum riſum factus, Demonactis ſua aetate philoſophi vitam in literas retulit, atque eo in libro, ut perpaucis aliis, ſeriam operam conſumſit.* Edidit quoque Demoſthenis encomium, Dialogum de Sectis, de moribus Philoſophorum, & Vitarum auctionem, quo dialogo cujuscumque ſectae philoſophos mire exagitat. Fuerunt qui Apollonii Tyanei Pythagorici vitam a Philoſtrato ſcriptam Luciano adſcribere malint, quorum ſententiam jure improbat *Voſſius* Hiſt. Gr. II. 15. Diverſus a noſtro eſt *Lucianus* ille, cujus meminit Laërtius L. VI. *Diog.* [i. e. L. VI. Sect. 73. p. 349. ubi ait: ὡς δῆλον ἐν τῷ Θυέστῃ ποιεῖ. εἴ γε αὐτοῦ αἱ τραγῳδίαι, καὶ μὴ Φιλίσκου τοῦ Αἰγινήτου ἐκείνου γνωρίμου, ἢ Πασιφῶντος τοῦ Λουκιανοῦ, ὃν φησι Φαβωρῖνος ἐν παντοδαπῇ ἱστορίᾳ, μετὰ τὴν τελευτὴν αὐτοῦ συγγράψαι. quod nihil mirum, aliquot enim ille ſaeculis antiquior noſtro, qui ante Diogenem etiam, ut ex *Laërt.* patet, vixit, & cujus alia quoque patria ibi commemoratur]

De Theologia autem Luciani, diſſertationem Jenae habitam ſub praeſidio *J. Phil. Treuneri*, idem *Jonſius* prodit, p. 208. L. III. cujus & *Fabricius* meminit in Bibl. Gr. eamque indicat Jenae prodiiſſe 1697. ut ſupra vidimus. Si illius compos fieri potuiſſem, nonnihil inde delibaſſem; ſed quum eam inveſtigare ἀδύνατον ſit, videamus num quid Cl. J. A. FABRIC. amplius de noſtro habeat, praeter jam indicata ad vitam Lucian. a *Bourd.* ſcriptam. Concinnavit *Fabric.* catalogum ſingulorum Luciani ſcriptorum, cum breviſſimo eorum argumento; ſed ſatis de his jam actum; ideo pauca, ad aetatem Noſtri facientia, & alia quaedam ſingularia tantum inde exhibeamus: P. igitur 496. de Diſſert. *Quom. Hiſt.* agens, ait: liber ad Philonem, quo Mileſium quendam tum Creperium Calpurnianum Pompejopolitam, Callimorphum Medicum haſtatorum legionis ſextae, Philoſophum Corinthium Antio-

tiochianum Hieronicem Apollinis, Demetrium Sagalaſſenſem, Piſidium aliosque ineptos illa aetate belli Romanor. cum Parthis A. C. 165. commiſſi ſcriptores perſtringit, tum docet hiſtoricum alienum eſſe debere a rationibus encomii & invectivae, nec voluptati conſulere alii lectorum, niſi quae ex veritate conſequatur — res narrare libere, perſpicue, graviter, non paucis illis ad quos ſcribentis amor, odium, metus & ſpes forte ſpectet, ſed omnibus, & poſteris praecipue. T. 2. p. 1-79. Lucianus promittit *ib.* §. 24. ſe in alio opere oſtenſurum prooemia quaedam Hiſtoriarum eſſe, vulgus lectorum latentia. Niſi reſpicit alterum locum §. 52. ſeq. quod mihi non videtur. Sic *Fabric.* Non video tamen commodiorem alium locum, ubi hoc egerit Lucian. quam in eod. tractatu *Quom. Hiſt.* a §. 52. ad 56. ubi prooemiorum virtutes, abſentiam, exempla prodit; niſi dicas promiſſum ejus §. 24. verbis ὡς ἐν ἄλλοις δείξομεν comprehenſum, ſpectare prooemia ſua aliis dialogis praefixa.

De Macrobiis Luciani ad Quintillum ſcriptis notat Idem, alterum librum de Longaevis Romanis [quem promiſit §. ult. *Macrob.*] ad eumdem Quintillum vel intercidiſſe, vel a Luciano non eſſe ſcriptum. Sed unde hi ſuppleri queant, vide ad T. III. in nott. *Maji* ad p. 229.

De Mercede Conductis diſſertationem ad philoſophum *Timoclem* eſſe conſcriptam, qui id vitae genus amplexurus erat, obſervat Idem, nihil vero de tempore quo ſcripta ſit, hinc eliciendo, [forſan quia difficile dijudicatu, Stoicus ne is Timocles, an alius, vid. not. ad T. I. Dial. *Mercr. Cond.* c. 2. id ergo disquiremus deinde.]

Apologiam vero pro Merced. Cond. ad *Sabinum* philoſophum & ipſum, atque amicum ſuum eſſe conſcriptam, qua probet ad ſe non ſpectare quae ſuperiore libro diſſeruit, licet aetate provectus (ἐν γήρᾳ ὄντι, §. 4.) ſub Imperatore Remp. ſuſceperit tractandam (procurator, ut videtur, in Aegypto conſtitutus a M. Antonino Imp.) notat *Idem.*

Tum de Morte Peregrini diſſerit: eum philoſophum Cynicum Parianum ex Chriſtianum fuiſſe, qui ſenex ſe ipſum poſt Olympia celebrata A. C. 169. die 16. Julii in Arpina quae viginti ſtadiis Olympia diſtabat, conſcenſo rogo, ſpectantibus omnibus combuſſit, Epiſtola ad Cronium T. III. 325-364. Non integrum ad nos perveniſſe hunc libellum contendit idem *Fabr.* in nott. ad ejusd. *Peregr.* §. 11. [ſed refutatur a *Solano* & *Geſnero*] Peregrinum a Chriſtianis rejectum fuiſſe innuit Lucianus. §. 16. quod de idolothytis comediſſet — ἐκβάλλουσι τῶν ἱερῶν. Varias hinc inde in Christum & Chriſtianos effutit blaſphemias §. 11. & 13. & per νομοθέτην πρῶτον Chriſtianorum, *ibid.* videtur intelligere Joannem Euangeliſtam, qui in Euangelio & Epiſtolis unus maxime omnium commendat illam de qua Lucianus, ἀδελφότητα. Quae §. 39. de vulture ex rogo Peregrini evolante leguntur, iis cum doctiſſimo *Lemonio* vix crediderim perſtringi acta Martyris Polycarpi: fuiſſe etiam alia, ortum ad imitationem S. Ignatii fecerit Peregrinus, quod §. 41. traditur ante mortem omnibus fere celebrioribus civitatibus Epiſtolas miſiſſe, διαθήκας ſive praecepta, admonitiones & leges. Fuit haec ſententia magni *Pearſonii* in Vindiciis Ignatii, parte 1. p. 6.

Dein de Rhet. Praec. T. III. pag. 1. ait: hoc libello Jul. Pollucem perſtringi, cujus Onomaſticon habemus, auctor eſt Graecus Luciani Scholaſt. Sed vide quae adverſus hanc ſententiam diſſerit Cl. Pollucis editor *Hemſterh.* in prolegomenis p. 31. ſeq. qui Dioscoridem quendam Rhetorem illius aetatis a Luciano exagitari exiſtimat. Idem ex eod. notat *Solan.* noſter l. d.

De Dea Syria, T. III. p. 451-490. haec obſervat: ſcriptus eſt hic liber dialecto Ionica & Luciano hinc abjudicatur a Petro Jurieo in Hiſt. Critica rituum Judaicorum, Gallice nuper in lucem edita. Sed Arrianus quoque cum reliqua Attice ſcripſiſſet, nonnulla (ut Indica) ſcripſit Ionice. De Dea Syria conſulendus praeter laudatum Jurieum Seldenus ſyntagm. 2. de Diis Syris cap. 2. Quae de arca Deucalionis §. 12. & columna §. 33. a Lucia-

ciano traduntur, illustrat *Octav. Falconerius* in diss. ad numum Apameensem T. X. Antiq. Graec. p. 678.

TIMON. nobis T. I. pag. 98-176. de quo ultimo loco agit *Fabric.* qui ad seriem alphab. Gr. dialogos dispositerat, fusius eidem enarratur, quae omittimus, ex nota ejusdem historica hoc addentes, (quia *Solan.* ait aetatem ejus assignari non posse) „ Timon Athenien„ sis Echecratides e tribu Colytto, clarus fuit circa tempora belli Peloponnesiaci, quod „ gestum ab Olymp. LXXXVII. 1. ante Christ. 432. Timonem se ipsum deferentem ob „ Alcibiadis amores finxit *Liban.* Decl. IX. T. 1. p. 343. Callim. in eum Epigr. III. 7. „ Anthol. Ab hoc Antonius ab Augusto victus regiam suam vocavit Timonium, in ea „ deinceps Timonis instar procul ab hominum consortio victurus, teste *Strab.* L. 17. p. „ 745. Conf. *Plutarch.* in Ant. p. 948. seq. qui praeter dicta ejus quaedam & Callimachi „ Epigramma affert Timonis Epitaphium, & ab Aristophane & Platone Comicis ob misan„ thropiam reprehensum refert. At Pseudo Plato philosophus Ep. 24. inter eas quas Al„ latius edidit: *συνέγνων ὅτι Τίμων οὐκ ἦν ἄρα μισάνθρωπος, μὴ εὑρίσκων μέντοι ἀνθρώπους οὐκ ἠδύνα„ το θηρία φιλεῖν.* De hoc Timone & morte ejus Suidas in *ἀποῤῥῶγας.* Hunc inferorum ja„ nitorem fingit Lucianus, T. II. 2. *Ver. Hist.* c. 31. Fuit & alius Timon junior Sillogra„ phus poëta, patria Phliasius *ἰδιοπράγμων* & ipse, teste Laërtio IX. 112. discipulus Pyr„ rhonis Sceptici, de quo supra L. III. c. ult. Praetereo Timonem Aegyptium, memo„ ratum Ptolemaeo Hephaestioni L. 4. & Timonem, quem in Symposiacis suis colloquen„ tem inducit Plutarch." *Faber* in nott. quas seorsum calci T. I. adjecimus eum ad an. ante Christum 429. refert; sed *Fabricius* Chronologor. recentiorum calculum videtur sequutus. Multa de Timone etiam Cl. *Hemsth.* in Ed. Luciani minore, ubi summis laudibus hoc ingenii Lucianei monumentum effert, at nihil de ejus aetate, quam curiosius hic investigare nihil opus credo. Addo tantum *Photium*, qui Epist. CIV. p. 149. *Timon ille, apud antiquos improbitate hominum fortassis intolerabili motus prudenter egisse quidem visus est, cum pro Philanthropo misanthropus haberi volebat.*

Philopatrin demum quod *Fabricius* contra aliorum sententiam Luciano tribuat, nihil esse, jam occupavimus supra, ad Diss. *Gesneri* de illo, provocantes.

Celebratissimus PETR. BAYLIUS in Lex. Historico Critico, quod miror, de Luciano separatim non agit; in transitu tamen suum de eo judicium profert in notis ad Tit. PERRIERS, T. III. p. 678. b. ubi ait: Patres Ecclesiae, qui omnia ridicula falsorum Deorum exposuere, omnino sunt laudandi; id enim egere, ut Ethnicis oculos aperirent, fidelesque confirmarent. Non ignorabant, se contemtum cultus Ethnici inspirando efficere ut credentes fortius verae fidei adhaererent, simulque bona arma Christianis contra persecutionis impetum submministrare. Sed Lucianus, qui adeo subsannavit falsos Ethnicorum Deos, omnique jucunditate perfudit descriptionem ineptiarum & fraudum quibus Graecorum religio abundabat, non ideo minus detestatione dignus est; quandoquidem id non agens utili consilio, nil aliud quaesivit, quam ut ad deridendum nato suo satisfaceret ingenio, & ut liberum evagandi campum aperiret Satyrico suo stilo, & quia se aeque indifferentem, vel aeque aversum a veritate praebet, quam a mendacio.

Idem BAYL. T. I. Tit. APELLIS, not. p. 258. b. Anachronismum Luciani multis exagitat, quod in *Calumn.* T. III. §. 2. Apellem proditionis accusatum cum Theodoto Phoenices praefecto, referat, cujus tamen conspiratio spectet regnum Ptolemaei Philopatoris, quae coeperit centum annis post Alexandri mortem, adeoque Apelles in vivis esse non potuerit. Confudisse igitur existimat quamdam conspirationem sub Ptolem. Philadelpho, cum proditione Theodoti, quod & mihi haud improbabile videtur.

Idem ibid. p. 653. Tit. BRACHMANES, observat Lucianum horum sese cremandi intrepidum

dum morem opponere morti Peregrini, medias in flammas subito insilientis, ac velle methodum Brachmanum qui sese tenebant immobiles, dum igne assarentur, multo esse gloriosiorem, superque his *Baylius* ita judicat: „ Ecce quomodo homo derisor omnia carpere „ novit. Si Peregrinus istos philosophos Indos esset imitatus, Lucianus eum accusasset „ inertiae, ac dixisset: *paciſci cum morte quaerit, ac ſenſim ſenſimque ſe confirmare ſtudet:* „ *plus enim animi oſtenderet, ubi ſe uno ſaltu in rogum conjiceret.*

At justius, ingeniose Bayli, forsan objiceres, quod eumdem subito in ignem insiliendi actum laudet, ac generosi animi esse praedicet T. I. *pro Merced. Cond.* §. 4. ἐκὼν δὲ μᾶλλα εὐψύχως ἐς τὸ πῦρ ἁλλόμενος. Sed & haec ironice, & alterius nomine cum dicat, mihi non videntur contraria. Cumque & Brachmanum dementiam, & Peregrini aeque rideat, omnino licuit ei dicere Brachmanes esse fortiores; si tamen ea mens est Baylii, oportuisse Lucianum in Peregrini facto improbando subsistere intra vanae gloriae exprobrationem, non vero extenuare ejusdem audaciam aut fortitudinem, contra veritatem, recte judicavit.

D. Tillemontius in Hist. Imperatorum. Tom. II. part. 2. art. 29. p. 707—10. cujus verba sic verto: „ Celsus philosophus Epicureus, (qui Ecclesiam scriptis oppugnare adgressus est) tempore Commodi adhuc vivebat, aeque ac Lucianus, qui ad eum post Aurelii excessum misit historiam Alexandri impostoris, quam ejus rogatu conscripserat. (vid. T. 2. Alex. s. Pseudomant. §. 1. & 48.) Ille Lucianus & hodie perceleber est scriptis suis, quae ob Linguae Graecae puritatem stilumque politum, jucundum, vividum & acuminis plenum, magna cum voluptate leguntur. Sed palam profitetur impietatem, aeque subsannans veram religionem, de qua diversis in locis loquitur, ac superstitiones Ethnicorum, quas vere ridiculas esse demonstrat. Inde cognomen blasphemi & Athei traxit, teste Suida. Namque & philosophiam Epicuri sectabatur, ut vid. in ipsius *Lucian.* Pseud. c. 61. sive ult. *Phot.* c. 128. p. 309. (quae ab atheismo parum distat) vel potius neque ulli religioni addictus fuit, neque dogma certum & constans fovit, omnia vero ut incerta ac problematica considerans, & omnia ridere volens. Quod ipsum adparet ex quatuor versibus qui tempore Photii ejus operibus praefixi legebantur [jam Epigrammatum primum est] Sed quod praeterea scripta ejus reddit lectu periculosa, illud est, quod saepe non majorem pudori quam religioni reverentiam exhibet.

Oriundus erat Samosatis in Syria, (vid. T. 2. *Quom. Hist.* c, 24.) fortuna tenui, per aliquot tempus caussas dixit, (adi T. I. *pro Merced. Cond.* §. ult.) & extrema senectute munus Graphiarii praefecti Aegypti accepit, (conf. *pro Merc.* c. 5. 9. & 12.) non aliam forte occasionem nactus qua paupertatem effugeret (ipse nos & alia plura singularia de sua vita docet, quae non necessaria duximus referre. Vidimus eum scripsisse canones suos historicos haud serius anno Christi 166. vitamque Alexandri post mortem Marci Aurelii) Itaque non possumus sequi illos, qui ex narratione *Suidae* eum collocarunt in tempus Trajani (Baron. 171. §. 7.) *Suidas* addit referri, eum a canibus discerptum interiisse, in poenam, quod ausus esset cavillari Jesum Christum (quod forsan ne ipsi quidem daemones umquam sunt ausi. Nos vero optaremus id testimoniis melius comprobatum) Creditur etiam nonnullorum dictum quod Christianus fuerit, haud aliunde natum, quam ex verbo Suidae male intellecto, & ex eo, quod majorem Christianismi notitiam habuerit quam multi alii Ethnici. (*Bar.* 171. §. 7.)

Non habemus historiam quam conscripserat de Sostrato Boeotio philosopho illis temporibus celebratissimo, (vid. *Lucian.* T. 2. Demonact. §. 1.) cujus vita maxime dura fuit atque austera, & cujus vice alii contra omnem rationem atque auctoritatem eidem tribuunt vitam Apollonii Tyanensis, quam Philostratus reliquit. (*Voss.* Hist. Gr. L. 2. c. 15. p. 233. 234.)

****

Eu-

Eunapius pr. p. 12. 13. adſeverat hunc, qui tam pauca compoſuit ſeria opera, auctorem eſſe vitae philoſophi Demonactis, cujus per longum temporis ſpatium diſcipulus fuerit. Eum omnium quos noverit maximum nobis philoſophum facit. Interim adparet, eumdem tamen modo fuiſſe Cynicum aliquantum humaniorem ac magis politum quam ceteros. (*Luc.* Vit. Demon. c. 3. 4. &c.) Nullam religionem amplectebatur, aut certe nulli ſatis favebat. [Verba Tillemontii erant : *Il avoit peu ou point de religion*, & ut id demonſtret, adlegat *Demon.* p. 547. Ed. Par. i. e. §. 5. T. 2. p. 377. Edit. noſtrae, ſed locum inſpicienti patebit non id dicere Lucianum, ut ad finem hujus vitae oſtendam] quod tamen in eo melioris notae eſt, in eo conſiſtit, quod claro loco natus, (Dem. c. 3.) opibusque eloquentia ac ſcientia inſtructus (ib. c. 6.) interea duram ac pauperem egit vitam, neminem ſibi adſciſcere volens qui ei miniſtraret aut ſerviret. (ib. c. 5.) Sed finis hujus ſplendidae virtutis fuit, quod videns ſe centeſimum fere annum agentem auxilio alterius indigere, nec ipſum ſibi amplius miniſtrare poſſe, fame interire maluerit (c. 65. & 66.) Natus erat Cypri, (c. 3.) ſed vitam transegit Athenis, (c. 11.) ibique obiit magna cum exiſtimatione Athenienſium, tam in vita quam poſt mortem. (ib. c. 66.)

Narratur de eo, quum Athenienſes pugnam gladiatoriam vellent inſtituere, ne Corinthiis hac in re quidquam cederent, ipſum eos monuiſſe, *ut ante quam hoc agerent, aram, quam miſericordiae conſecraſſent, deſtruerent.* (c. 57.) Quumque Imperator ex eo quaeri juſſiſſet, quaenam optime gubernandi ratio eſſet, reſpondit, *pauca loqui, audire multa, & numquam iraſci.* Nullo caſu commovebatur, praeterquam morbis ac morte amicorum, non majus bonum in vita adgnoſcens quam amicitiam. (c. 10.)

Optaremus, pergit Idem, hic enarrare poſſe complura jucunda quae acciderunt, & ad bene inſtituendam vitam utilia, quae Lucianus ſuis operibus immiſcet, & in primis hiſtorias quae ipſius tempore contigere, quasque in dialogo de Amicitia commemorat; ſed hoc ab inſtituto noſtro longius nos abduceret. In quadam harum hiſtoriarum (T. 2. *Tox.* c. 39.) loquitur de variis bellis Scytharum ad Tanaim habitantium, adverſus ceteros Septentrionis barbaros, maxime contra Boſpori adcolas, quorum Leucanor ac deinde Eubiotus frater nothus eo tempore reges erant. (*Tox.* c. 44. 51. & 54.) Leucanor forſan ſucceſſerat Rhoemetalci, qui erat Rex Boſpori, tempore Antonini. (*T. Ant.* v. p. 20. *Lucian.* Pſeud. c. 57.) Naves quae Lucianum ſervaverant, ut mox videbimus, vehebant Legatos Eupatoris ejusdem terrae Regis, quae in Bithyniam proficiſcebantur ad ſolvendam pecuniam quotannis a ſe debitam, aut ad accipiendam eam quam Romani ipſi ſolvebant : verba enim Auctoris ἀπὸ κομιδῆ, dicto c. 57. *Pſeudom.* [ſed locum diligentius examinanti patebit, non in utramque partem accipi poſſe haec verba] utrumque ſenſum admittunt. Eubiotus in bello contra Scythas dux praeerat omnibus Graecis, ſecundum verba Luciani, (Tox. c. 54.) id eſt, ut exiſtimo, incolis urbium Graecarum Cherſoneſi : idque eorum confirmat ſententiam, qui credunt iſtam regionem paruiſſe imperio Regis Boſpori.

Idem *Tillemontius* eod. T. 2. p. 711. hiſtoriam Alexandri impoſtoris ex Lucian. enarrat, quam ex Noſtro petendam non repetemus, haec tamen ex p. 713. ſeq. ad aetatem Luciani facientia non omittemus : Fama Alexandri mox in Italiam usque delata eſt, & venerabantur eum etiam in aula *M. Aurelii*, ubi patronum habuit Rutilianum, virum primae dignitatis, ſed admodum ſuperſtitioſum, quique eo dementiae proceſſit, ut aetate valde profecta filiam hujus impoſtoris duceret, credens Lunam ejus eſſe matrem. Falſa quae ediderat oracula *Severiano* & *Vindici* ducibus exercituum Romanorum, (*Pſeudom.* c. 27.) auctoritatem ejus non minuebant, in mentibus illorum quos daemon captivos tenuit, quique merebant ut ſpiritui erroris relinquerentur, ut crederent mendacio, quod non receperant ac dilexerant veritatem quae eos ad ſalutem perduxiſſet.

Eo porro inſolentiae progreſſus eſt, ut ab Imperatore veniam rogaret monetae percutiendae

dae quae imaginem ſuam ab altera parte, & Glyconis ab altera referret. Non additur num id obtinuerit. [ſed ex parte obtinuiſſe exiſtimat *Solanus* in nota ad c. 58. *Pſeudom.*]

Fraus tandem deſijt morte impoſtoris — Periit enim ante *M. Aurelium*, (ſi ille idem eſt Alexander) de quo *Athenagoras* p. 29. 30. ait, circa annum 180. conſpici ſepulcrum in area, *grande place* (foro majore) Pariae urbis Helleſponti, in eodemque foro ſtatua etiam erat Alexandri, cui ſacrificabatur ut Deo, feſtaque publica inſtituebantur, ſpe obtinendae ſanationis a variis morbis.

Lucianus tandem accuſare Alexandrum tentavit coram praefecto Bithyniae & Ponti; ſed cum nihil obtineret a praefecto metuente, ne Rutilianum offenderet, non aliam Lucianus de Alexandro vindictam ſumere potuit, quam ejus vitam, poſtquam obiiſſet, ſcribendo. Ibi ſe inimicum ejus profitetur, adeoque accidentia quaedam addidiſſe potuit, quibus hunc impoſtorem magis diffamaret. Ipſius tamen hiſtoriae textus adeo certus atque in vulgus notus erat, ut ſuſpicari non liceat, veritatem ab eo eſſe adulteratam.

Ejusdem Tomi p. 724. *Tillemont.* quaedam de *Lucio Patrenſi* refert, qui auctor fertur Dialogi de mutatione in aſinum, ex quo *Lucianus* aeque atque *Apulejus* ſuam hauſerint narratiunculam. [Sed quum ex *Voſſii* Hiſt. Gr. haec tantum adferat, *Solanusque* & *Geſnerus* in notis ad iſtum Dial. T. 2. p. 566. & 67. hoc aliquanto pluribus dixerint, iſthoc mitto, *Geſneri* ſententiae interim omnino adſentiens, Lucianum iſta ſcripſiſſe; ſtilus enim & ingenium plane reſpondent; ſed fictionem forſan ex altero hauſiſſe, inſertis ſuis jocis, quibus abſurditatem fabulae, & hominum turpes mores ac ſuperſtitionem derideret; licet idcirco laſcivum hoc ſcribendi genus minime probem.]

BIOGRAPHI ceteri vix quidquam de Luciano ſingulare adferunt; ſed Suidam fere ſolum ſequuntur, vel Bourdelotium a quo circa iter Luciani tamen aliquantum diſcrepat *J. C. Iſelinus* in Lexico univerſali Hiſtorico-Geographico haec referens; quae addere viſum fuit, quia corpus illud Germanice conſcriptum paucorum in manibus eſt: Initio, ait, cauſſidicus evadere ſtuduit; ſed cum lites forenſes ei diſplicerent, philoſophiae ac praecipue oratoriae operam dedit; tumque primo Antiochiam habitatum conceſſit, ac deinde Ioniam totamque Graeciam peragravit, unde in Galliam atque Italiam ſe contulit, ac tandem per Macedoniam in patriam rediit. Ex nonnullorum relatione vitam ad 90. annos produxit, ſcilicet a tempore Imperatoris Trajani, ultra finem imperii M. Aurelii, ſub quo magna in dignitate vixit, praefectusque Imperatorius Aegypti eſt conſtitutus. Fuit quidem ſummi vir ingenii atque eruditionis, ſed nulli religioni addictus, ac ſcurra Chriſtianae Ethnicaeque doctrinae. Fertur quondam Chriſtianiſmum profeſſus, & propter diſſolutam vitam a fide rurſus deſciviſſe. *Suidas* a canibus diſcerptum prodit. Auctores vero unde haec hauſerit *Iſelinus*, adlegat hoſce: *S. Hieron.* in catal. *Phot.* cod. 128. *Suidam*, *Voſſ.* de rhetor. antiq. c. 12. de Hiſt. Graec. L. 2. c. 15. *Ablancourt.* & *Jonſ.* de Script. hiſtor. philoſ. l. 3. c. 10. ac *Fabr.* Bibl. Gr. p. 485.

HOOGSTRATANUS vero in Lexico ejusdem tituli, nulla quidem addita auctoritate, eadem habet; hoc tamen de eodem haud ineptum, ſi ea, quae de Philopatri ab antiquiore Chriſtiano ſcripto praedicat, excipias, judicium addens: non ſolum ex maximis ſui aevi ingeniis fuit, ſed & omnis antiquitatis. In operibus ſuis utile dulci miſcere ſcivit, erudire ſimul ac deridere, doctrinamque cum eloquentia conjungere. Perpetuum in ejus ſcriptis videas jocum contra Theologiam Ethnicorum Deorum, vitamque ac mores philoſophorum. In iisdem ſubinde ingentia praebet virtutis exempla imaginesque philoſophiae repurgatae, ubique contemptum vitiorum inſpirans, quae ita deridicula propoſuit, ut odio digna appareant. Nonnulli credidere eum Chriſtianum fuiſſe; &, ſi Dialogus de Peregrino revera

ab ipso profectus esset, verosimile foret, eum in mysteriis Christianorum fuisse exercitatum: sed hoc opus est antiquioris Christiani, qui Paulum viderat atque audierat, quod Luciano, qui sub Trajano natus fuit, contingere non potuit. Illi qui Lucianum impium ac sine religione nobis descripsere, recte judicarunt, si religionis nomine intellexere Theologiam poëtarum Ethnicorum, aut opinionum philosophicarum portenta. Sed nullo jure impietatis vel Atheismi accusatur, respectu existentiae & cultus veri Dei, quia numquam alterutrum impugnavit.

HENR. DODWEL in Dissert. de *Isidoro Characeno*, quae reperitur in Geograph. veteris Scriptt. Graecis minoribus, Vol. 2. pag. 62. & seqq. adcuratius quam quisquam priorum de aetate Luciani egit; quare haec ex eodem ad verbum descripta inferere non pigebit, quando ait:

Athenaeo paulo antiquior erat, ut puto, *Lucianus*, qui nostrum, ut existimo, advocat *Isidorum* [*in Macrobiis* T. III. p. 218.] Nam a Parthiae finibus aliena non sunt, quaecumque ille ab *Isidoro* mutuatus est, de Persarum novo rege *Artaxerxe*, de *Gosethro* illius fratre, & *Goaese Omanorum*, aliisque *Characis Spasinis* Principibus. Non alium *librum* intellexit *Lucianus*, quam hunc ipsum quem habemus, quamvis illum ipsum legerit multo, quam habemus, *auctiorem*. Nec alium proinde *Auctorem* quam illum, de quo agimus, *Isidorum Characenum*. Hinc rursus intelligimus, *Persarum* regem, de quo *Isidorum* testem advocat, *Artaxerxem* illum intelligi non posse, qui Persarum regum jura in Parthorum ditionem quasi e postliminio revocavit. Hunc certe si intellexisset, *Persiae mansiones*, non *Parthiae* appellavisset, & *Persiae*, non *Parthiae*, Periegesin. Sic enim loqui solent de illo ipso Romanorum aemulo Imperio, Scriptores *juniores*, jure Imperii ad *Persas* translato. Imo, ne is intelligi possit, obstat certe hoc ipsum testimonium *Luciani*. Se quidem ad *senectutem* perveniisse non uno in loco ipse testatur: T. I. *Apol. pr. Merc. Cond.* sub init. πρὸς αὐτῷ ἤδη τῇ Αἰακῷ γενόμενον, καὶ μονονουχὶ τὸν ἕτερον πόδα ἐν τῷ πορθμείῳ (*Charontis* πορθμεῖον intelligit) ἔχοντα. Rursus ib. c. 4. f. ἐν γήρᾳ ὑςάτῳ, καὶ σχεδὸν ἤδη ὑπὲρ τὸν οὐδόν. Iterum γῆρας causatur c. 10. Sic etiam in *Baccho*, de *senibus*, οἱ κατ' ἐμὲ, c. 6. f. Ibid. suos de *Sileni* senectute jocos in se quadrare fatetur c. 8. In *Hercule Gallico*, *Herculem* illum *Gallorum Ogmium*, quem γέροντα εἰς τὸ ἔσχατον. T. III. c. 1. sibi confert τηλικῷδε ὄντι c. 7. Vereturque ne ad leviora stylum convertens videretur κομιδῇ μειρακιώδη ταῦτα ποιεῖν, καὶ παρ' ἡλικίαν νεανιεύεσθαι. ib. Tum χαλεπὸν γῆρας c. *eod.* a *junioribus* sibi exprobratum esse fingit, & se ἡλικιώτην τῆς εἰκόνος, illius nempe, quem dixi, *Herculis* agnoscit, & ὑποπόλιον γένειον. Additque denique: ὁρᾷς ὅπως παραμυθοῦμαι τὴν ἡλικίαν καὶ τὸ γῆρας τὸ ἐμαυτοῦ.

Hac demum aetate studiorum suorum mercedem reportavit *Lucianus* ἀρχὴν quandam sub *Caesare*, de qua hac egit *Apologia*. Eam *Aegyptiacam* fuisse testatur T. I. *pro Merc.* c. 12. Et T. III. *Soloecist.* c. 5. *Procuratoriam* fuisse innuunt verba *Apolog.* οἱ τοιαῦτα ἔθνη ἐπιτροπεύοντες T. I. c. 11. Jus etiam dixit, καὶ τάξιν αὐτῇς τὴν προστήκουσαν imposuit. *ib.* De *fisco*, ut opinor, quod a *procuratoris* officio alienum non erat. Sed *majorem* praeterea habuit dignitatem quam fuerit illa *Procuratoris*, quaeque a *principis* persona illum *abesse* non pateretur: τῶν πραττομένων καὶ λεγομένων ἁπαξαπάντων ὑπομνήματα γράφεσθαι, καὶ τὰς τε ῥητορείας τῶν δικαιολογούντων ῥυθμίζειν, καὶ τὰς τοῦ ἄρχοντος γνώσεις πρὸς τὸ σαφέςατον ἅμα καὶ ἀκριβέςατον σὺν πίςει τῇ μεγίςῃ διαφυλάττειν καὶ παραδιδόναι δημοσίᾳ πρὸς τὸν ἀεὶ χρόνον ἀποκειτομένας. ib. c. 12. Itaque stipendium accepit, non ἰδιωτικὸν, ἀλλὰ παρὰ τοῦ βασιλέως. ib. Et quidem illud πολυτέλαντον. Nempe τῆς μεγίςης ἀρχῆς quodammodo κοινωνὰς, ib. c. 12. p. 721. Quia scilicet principis ipsius negotia aulica tractabat. Erat ergo tum etiam in *Aegypto Princeps* ipse, sub quo *Commentarios* publicos confecit *Lucianus*. Annus erat, ni fallor, Aerae nostrae 202. quo *persecutionem* in *Christianos* decrevit *Septimius Severus*, & quo scripsit, hac occasione in Christianos *Philopatridem* ipse *Lucianus*. [non scripsisse, quoties dicendum est?]

Edi-

Edidit enim edictum illud *Severus Alexandriae*, teste *Spartiano*, in Sever. c. 47. quem nos potius credimus fuisse *Lampridium*. Nam praevias huic *persecutionis Christianorum* κωμῳδίας memorat testis horum temporum exceptione major *Theophilus Antiochenus* ad *Autolyc.* quod nescio quorsum commodius retulerimus, quam ad scurrae celeberrimi *Philopatridem*, si minus *solam*, at saltem cum aliis *minoris* notae *Comoedis Antiochenis*. Comicae enim lasciviae infamia Urbs utraque inclaruit, tam *Antiochiae*, quam *Alexandriae*: *Antiochiae* in *Julianum* Apostatam, *Alexandriae* in *Caracallam*. [sed non tam sero, collocandum Lucianum mox videbimus]

Erat certe *Alexandriae*, ut videtur, *Lucianus*, cum scriberet *Philopatridem*. (T. III. *Philopatr.* c. 22.) Hoc e nomine mensis colligimus *Mesori Alexandrini*, non *Syri*, non *Graeci*, non *Romani*. Hostes quidem *Persas*, & Regiam *Susa* nominat *Lucianus* pro *Parthis* & Regia illorum Urbe *Ctesiphonte*. Nempe quia stylum affectat *Comicum* e veterum Poëtarum *Atticorum* aliorumque laciniis, quibus ignoti *Parthi* atque *Ctesiphon*. Habet ipse *Lucianus* exempla similia in Libro, *quomodo scribenda sit Historia*, coaevorum scil. Scriptorum, qui pro *Parthorum* nomine *Persarum* nomen reposuerint. Hinc ergo belli *sedes* vel *tempus* intelligi non potuit. Facitque illa affectatio ut difficillimus fuerit *Lucianus* in *coaevis Historiis*, quod raro admodum *res* vel *homines* iisdem *nominibus* appellarit, quibus tum *vulgo* appellari solebant. Idem autem cum *Arabas* hostibus accenset, facit, opinor, ne quis alius *Princeps* praeter *Severum* intelligi possit. Bellum enim designavit in *Atrenos Arabes*, quos nemo Principum *Romanorum*, quod meminerim, aggressus est, a temporibus *Trajani* usque ad *Severum*, uterque autem satis infeliciter. Sed melius *Severus*. Et quidem *mala* illa *Christianorum* mundi *finem* in dies exspectantium de Republ. Romana *augurio*, quae perstrinxit in *Philopatride Lucianus*, causam *Persecutioni* dedisse verisimillimum est, quae *Christiani* nominis *hostes* pro argumento animi in *patriam* infensi alienique habuerint. Tanti erant certe hoc ipso tempore Christianorum metus, ut *Judas* decimum *Severi* annum pro *Danielis* συντελείᾳ habuerit, ap. *Euseb.* H. E. VI. 7. S. *Hieronymi* de Script. Eccl. in *Jud.* & *Chron.* Non est certe cur hoc miremur in Principe *saevissimo*, eodemque *Astrologiae ominumque* studiosissimo. Satis autem erat *Luciano* ad illam, de qua loquitur, *senectutem*, si fuerit *sexagenario* major. Ea certe aetate suum fuisse dicit *Hermotimum* T. I. c. 13. & seqq. item *ib.* c. 77. Sic autem de eo postea: γέρων ἤδη, καὶ πάντος ἡδέος ἔξωρος ὢν, καὶ τὸν ἕτερον πόδα φασὶν ἐν τῇ σορῷ ἔχων. c. 78. f. Verba fere ipsa sunt quibus *suam* ipse tum *senectutem* descripserat. Erat certa aetas illa ἀμογέροντος, illius nimirum qui *primam* senectutis metam fuisset ingressus. Hoc anno *veteranis* honesta *missio* erat. Hoc anno a *muneribus* Reip. gerendis excusabantur. Ut proinde *sera* esset *honorum* merces, cum alii a *capessendis* honoribus *excusarentur*. Ego tamen illo anno paulo *seniorem* existimo *Lucianum*. Illius *aetatem* ita colligo. Erat, ut fatetur ipse, cum scriberet *Hermotimum*, quadragenarius, c. 13. Scripsit autem, ut suspicor, in gratiam *Avidii Cassii*, ut studium *philosophiae*, quo flagrabat *Marcus*, viro *principe* indignum ostenderet. Sic *Marcum Cassius annum philosopham* appellaverat, & *Dialogistam*, Vit. *Avid. Cass.* c. 2. 3. cum aliud praeterea nihil haberet quod objiceret. *Marcus Antoninus*, inquit, *philosophatur*, *& quaerit de clementia*, *& de animis*, *& de honesto & justo*, *nec sentit pro Republica*. Hunc ergo traducit *Lucianus* in persona *Hermotimi Clazomenii*, cujus *animam* pro arbitratu suo e corpore egredi solitam fabulantur *Musae Encom.* p. 376. Ed. Graev. Fingit nimirum in *Marco* jam agere illam ipsam *Hermotimi* animam. Et certe personam non *suam* agit in hoc *Luciani* dramate *Hermotimus*, sed *Marci*. *Stoicum Hermotimum* facit *Lucianus*, ut fuit *Marcus*. *Sexagenarium* illum facit, *majoremque* natu quam fuerit *Marcus*. Hoc, ut videtur, consilio, ut personam senis *elementarii* sustineret, quod *Marco* objectum *scholas philosophorum* frequentanti plus quam quinquagenario. Egit tum annum *aetatis* LIV. Paulo tamen ab exemplo *Marci* in *aetate*

diſceſſit, ne illum videretur *dedita opera* deſignare, & quod *aetas* illa, quam dixi, magis ad *ſenectutem* videretur accedere. Sed quod converſus tandem *Hermotimus pallium philoſophicum* exuit, induitque *purpuram*; hoc certe eo ſpectabat, ut ſimiliter *philoſophi* perſonam *Marcus* exueret, indueretque illam, quam *Respubl.* contulerat perſonam *Principis*. Sic enim perſonatus *Hermotimus*, (*Hermot.* plane ad fin.) τάχα δὲ καὶ πορφυρίδα μεταμφιέσομαι, ὡς εἰδεῖεν ἅπαντες, ὅτι μηκέτι μοι τῶν λήρων ἐκείνων μέτεξιν. Spectat eodem, quod in *Hermotimo Philoſophiam* omnem damnat, cum tamen in *Demonacte*, & alibi *abuſum* tantummodo *Philoſophiae* perſtringat, non veram *Philoſophiam*. Nempe quia *cauſa* ipſa quam agebat in *Marcum*, hoc ab eo exigebat, in quo nihil habebat quod reprehenderet *alienum* a praeceptis caſtigatiſſimae *Philoſophiae*. Eodem denique ſpectare cenſeo Dialogum, *de fide calumniis non facile adhibenda*. Nempe ut ſe muniret in illos qui, *Caſſii* cauſſa profligata, *Luciani* illam, quam dixi, ſententiam ex illius *Hermotimo* collegiſſent. Animum certe ſibi *conſcium* ipſa illa arguit *Apologia*, quae verſatur in *univerſalibus*, nec ad *cauſae* meritum penitus examinandum deſcendit. Sic ergo illo ipſo *anno*, quo defecit *Caſſius*, Hermotimum ſcripſerit *Lucianus*, annumque adeo egerit vitae, ipſo teſte, *quadrageſimum*. Itaque poſt *mortem Veri*, *media hyeme* 169. aerae noſtrae *Chriſtianae*, cum *Tribunitiam Poteſtatem* IX^m. haberet ipſe *Verus*. Et tamen *ante* annum 173. ſi *Marci* gener fuerit *Pompejanus*, quem in *ſequentem* annum Cos. deſignabat *Marcus*, cum de Caſſii cauſa ageretur. Sed alius fuerit oportet. Nam Coss. anni 175. defecit Caſſius, cum, metu *Caſſii*, *Roma* accerſeretur *Commodus* ad *virilem togam* in *limite* recipiendam. Cum *Tribunitiam Poteſtatem* daret pater impetratam a *Senatu*. Hinc enim certe numerantur *Tribunitiae Commodi Poteſtates*. Sic *natus* fuerit *Lucianus* anno aer. Chr. 135. Deſiit ludum *literarium* frequentare ἤδη τὴν ἡλικίαν πρόσηβος. Somn. p. 1. ἀντίπαις p. 11. κομιδῇ μειράκιον, *Bis Accuſ.* p. 231. Eſt autem *Luciano* μειράκιον, qui *annos* natus eſſet XIV. praeter propter, ἀμφὶ τὰ τέτταρα καὶ δέκα ἔτη σχεδόν. *Philopſeud.* p. 333. Ἐξ ἐφήβων autem qui ἀμφὶ τὰ πεντεκαίδεκα ἔτη. ib. p. 344. Πρόσηβος ergo qui illa *aetate* paulo *inferior* erat. Sic tamen ut eam *proxime* attigerit: Ἀντίπαις propterea ſeu βούπαις appellandus, quod pueri aetatem nondum *egreſſus* eſſet, quae Romanorum erat *adoleſcentia*. Notae hae in *annum* conveniunt aetatis $\frac{13}{14}$ aerae *noſtrae* 149. quo *patriam* reliquerit *Lucianus*, & *peregrinationes* verſus *occidentem* ſuſceperit, *rhetorices* ſtudiis deinceps initiandus. Tum *barbare* loquebatur, lingua *Aſſyriaca*, *Candyn indutus*, *neſcius quo ſe verteret*, *Bis Accuſ.* p. 231. Conveniunt ſatis accurate cum hac *Luciani* aetate reliqua ejusdem *tempora*. Proximis aderat *Olympiis*. Olympiadis nimirum 233. quae anno aerae *Chr.* 153. celebrata eſt. Prima enim erant *Olympia* eorum quae *quater* tum viderat *Lucianus* cum ſcriberet de morte *Peregrini*. Et quarta proinde *Olympia* ante illa quibus ſe combuſſit *Peregrinus*. de morte Peregrin. p. 583. Tum *comitem* navigationis ipſum habuit *Peregrinum*. Tum venit e *Syria Lucianus* p. 589. Poſtquam evagatus fuiſſet per *Ioniam*. Bis Accuſat. p. 231. Egerit ergo tum *Lucianus* annum vitae $\frac{33}{34}$. Sic *tria*, quibus poſtea aderat, *Olympia* in annos vitae convenient $\frac{33}{34}$ $\frac{49}{50}$ $\frac{65}{66}$ *Chriſti* autem 157. 161. 165. Ante annos, quam ſcriberet Hermotimum, xv. πρὸ πεντεκαίδεκα σχεδὸν ἐτῶν, ad *Philoſophiam* illum hortatus fuerat πρεσβύτης quidam, quem ille ὑπ' ἀνοίας καὶ νεότητος contempſit. *Hermotim.* p. 521. *Aetatis* ſuae anno $\frac{33}{34}$. *Chriſti* 160. Anno autem *aetatis* ſuae $\frac{49}{50}$ *Chriſti* 163. in *Ionia* audit *Hiſtoricos* de rebus primis *Veri* auſpicio geſtis in *Armenia* adverſus *Vologeſum* recitantes: *Quom. ſcrib. ſit Hiſt.* de *peſte Niſibi* orta, ab *Aethiopia* & *Aegypto* ἐς τὴν βασιλέως γῆν πολλὴν progreſſa. Locum autem Ioniae quo praecipue verſatus eſt, Epheſum fuiſſe, colligimus e *Pſeudologiſta*. p. 437. 444. Anno aetatis $\frac{49}{50}$ Chriſti 166. ſcripſit librum *Quomodo ſcribenda eſſet Hiſtoria*. Poſt συνεχεῖς νίκας p. 601. *Lucii* nempe *Veri* Imperatoris, unde *Armeniacus*, *Parthicus* & *Medicus* appellatus eſt, & *Imp.* II. III. IV. ἀπάντων ἤδη κεχειρωμένων. p. 604. Cum tamen nondum triumphaſſet p. 624. Quae *hujus anni* notae ſunt. Jam erat in *Ionia*. p. 611. Πρώην in *Achaja*

ja ib. *Corinthi* p. 614. Quod ſcilicet *Olympiis* ſuperiori anno interfuiſſet. *Peſtis* adhuc τοῖς μὴ τὰ Ῥωμαίων αἱρουμένοις. p. 612. Quae tamen *Verum* redeuntem *Romam usque ſecuta eſt*. Capitolin. *Ver.* c. 9. *Vologeſum* praeterea memorat p. 612. 615. 624. Osroëm. p. 615. *Priſcum* ducem, p. 616. *Hujus* nimirum *Belli* nomina. Hoc *primum Opus* ſcripſit, ni fallor, *Lucianus*. Simili enim argumento eſt uſus, cur etiam *ipſe* manum calamo admoveret, quo & *Juvenalis*, a *multitudine* eorum ducto, qui *Veri* cum *Parthis* bellum deſcribendum ſuſceperant. Nec vero ullum *alterius* generis ſcriptum a ſe editum fuiſſe innuit, aut *novum* ſibi fuiſſe ſcribendi duntaxat *Argumentum*, aut *Hiſtoriam* a ſe illorum exemplo ſcribendam. Imo alienum ſe ab illo Argumento ſatis aperte profitetur. Nam quod *veram*, quam appellat, *Hiſtoriam* pro ſtyli *Hiſtorici* exemplo ſcripſerit, in eo *luſit* tantummodo, & pro more ſuo *cavillatus* eſt. *Satyra* enim illa verius in *Hiſtoricos*, quam *Hiſtoria*, appellanda erat. Cum ſcriberet in *Indoctum divitem*, P. 386. ait quidem fuiſſe quendam, qui χθὲς καὶ πρώην *Peregrini* baculum emiſſet, cum quo in *ignem* inſiluiſſet ipſe *Peregrinus*, quod fieri potuit *multis* a *morte* Peregrini *annis*. Et certe *Regem* tum memorat *unicum* p. 390. duntaxat παιδείαν τιμῶντα, cui *luxus* diſpliciturus erat, qualis certe nullus erat poſt *Marcum* usque ad *Severum*. Tum *pauper* erat ipſe *Lucianus*, p. 380. nondum *ſtipendium* πολυτάλαντον adeptus. Tum adhuc *Syrus* p. 388. necdum, ut poſtea, in illuſtrem aliquam *Graecam* civitatem adſcitus. Certe poſt annum *Aer. Chr.* 169. quo diſceſſit *Lucius*. Forte poſt *caedem Caſſii* A. D. 175. cum in *Orientem* veniret *Marcus*. Hinc ergo ſequitur annum fere 90.^m attigiſſe *Lucianum*, ſiquidem *eousque* ſuperſtes fuiſſet, cum iniret *Alexander Severus*. Ea autem certe *aetate* eſſe non potuit, cum ſcriberet de *Macrobiis*, quo opere noſtri meminit *Iſidori*. Alioqui certe *ſuam aetatem* non tacuiſſet, qui *Juniores* ſeſe multos *Macrobiis* accenſuit. Vidit ille ſenem *Demonactem* & cum eo verſatus eſt, qui *Epicteto* familiaris erat liberto *Epaphroditi* ſub *Nerone*, & quem nos alibi ſub *Hadriano* periiſſe probavimus. Diſſ. de Aet. Peripli Mar. Euxin. n. 10. 11. A fine enim *Neronis* A. D. 68. Ad primum *Alexandri* annum A. D. 222. ſpatium eſt annorum plus quam 150. *Pii* certe Imperio non admodum provecto (qui A. D. 138. coepit) *Lucianum inclaruiſſe* multa docent, antea proinde *natum*. Illum ergo *Artaxerxem* non potuit videre *Lucianus*, nedum ſcripta *Iſidori*, quibus mentio fuerat *Artaxerxis*, ſiquidem *Artaxerxi* par aetate fuiſſet non *Iſidorus* ipſe, ſed parentes duntaxat *Iſidori*. Itaque quam certum eſt *noſtrum* eſſe *Iſidorum* quem teſtem advocat *Lucianus*, tam certum etiam eſſe neceſſe eſt alium eſſe ab eo, quem vicit *Alexander Severus*, *Artaxerxem Perſarum* regem, quem in *Iſidoro* reperit *Lucianus*. Huc usque *Dodwellus*, cui ſubjungimus, quae ad illius dicta commentatus eſt M. V. LA CROZE in Miſcell. Berolin. Societatis Regiae, part. 1. pag. 27.

Inter eos ſcriptores Graecos qui aetatem tulerunt, vix ullum eſſe ferme contenderim, qui tot ac tantis ſe dotibus ingenii lectori commendet, atque Lucianus, etenim ſive ad rerum varietatem & copiam animum attenderis, ſive ad feſtiviſſimos ſcriptoris elegantiſſimi jocos, & incredibilem in exagitandis vulgi & Philoſophorum opinionibus ingenii & orationis amoenitatem, nihil, opinor, erit, in quo eum ullo veterum inferiorem affirmare poſſis. Itaque non nunquam ſubiit admirari, cur in tanta Criticorum copia, quos ab inſtauratis litterarum ſtudiis floruiſſe novimus, nemo inventus ſit praeter Tanaquillum Fabrum, aliosque oppido paucos, qui in eo ſcriptore adornando ſupra Grammaticas obſervationes aſſurgere conati ſint. Latent haud pauca in Luciani ſcriptis, idonea rebus hiſtoricis illuſtrandis; quod hic brevi & properato ſpecimine demonſtrare conſtitui.

Edidit nuper vir inſignibus eruditionis & humanioris litteraturae monumentis merito celeberrimus, Henricus Dodwellus, diſſertationes in minores Geographos a viro Clariſſimo Johanne Hudſon Oxoniae editos, in quibus de eorum aetate, qui veterem Geographiam ſcriptis ſuis illuſtrarunt, accuratiſſime diſputat. In ea autem quae eſt de Iſidoro Characeno

To-

Tomo ſecundo Geographorum, Luciani aetatem & res geſtas, occaſione data, ex ipſis elegantiſſimi ſcriptoris lucubrationibus, ita illuſtrare aggreditur, ut ea in re ante eum nihil adhuc actum eſſe videatur. Sane licet vir Eruditiſſimus ſemel & iterum fortaſſis (*a*) a vero aberraſſe cenſeri poſſit, multa tamen ſunt quae in medium profert, quibus res & aetas Luciani extra omnem controverſiam temporibus ſuis aſſignantur.

Vereor tamen ut facile eruditis approbet ingeniöſiſſimam conjecturam, qua Luciano Hermotimum Dialogum ſcriptum eſſe contendit, ut Avidio Caſſio blandiretur, & philoſophicos Marci Aurelii mores ſale ſatyrico defricaret. Quaecumque ab eo eam in rem afferuntur, ingenio quidem & eruditione Clariſſimi auctoris lectorem alliciunt; at in re ſatis obſcura, vim & evidentiam demonſtrationis non habent. Avidium tamen Caſſium, (*Gallican. pag.* 453.) Luciani popularem, teſte Dione, & a Marco Aurelio Syriacis legionibus praefectum Samoſatenſi noſtro innotuiſſe, per ſe omnino veroſimile videtur: mihi etiam permulta animadverſa ſunt, quae Lucianum inter Avidii Caſſii familiares cooptatum aliquando fuiſſe propemodum perſuadeant. Etſi enim celeberrimi iis temporibus Caſſii nomen raro in Luciani (*legitur in tractatu quomodo conſcribenda ſit hiſtoria, pag.* 624.) lucubrationibus appareat, non nunquam tamen tacito nomine non obſcure Caſſius apud eum ſignificari videtur. Crediderim ſane Lucianum tota illa προσλαλιᾷ quae eſt de lapſu inter ſalutandum (*b*), ipſum Avidium Caſſium adulari, & modeſte excuſare vocem ὑγιαίνειν, apud eum in matutina ſalutatione alieno tempore uſurpatam. Hominem certe in praecipua dignitate conſtitutum arguunt haec Luciani verba: (*pag.* 500. & 501.) Νῦν δὲ καὶ ἔωθεν καὶ μεσούσης ἡμέρας, καὶ νύκτωρ ἀεὶ τὸ ὑγιαίνειν ἀναγκαῖον καὶ μάλιστα ΤΟΙΣ ΑΡΧΟΤΣΙΝ, καὶ πολλὰ πράττουσιν ὑμῖν ὅτῳ καὶ πρὸς πολλὰ δεῖσθαι τοῦ σώματος. *Nunc vero & mane meridie noctuque bene valere ſemper neceſſe eſt: imprimis vero principibus vobis, qui multa negotia geritis, eoque ad multa ſano corpore opus habetis.* Sunt & alia quaedam, quae in eadem oratione Avidium Caſſium innuere videantur, cui, antequam a Marco defeciſſet, jam Lucianus, ut puto, adhaeſerat. Ejusdem praeterea σύνεσιν καὶ ἀνδρείαν καὶ μεγαλόνοιαν a Luciano (*pag.* 489.) commendari opinor in Apologia pro mercede conductis, quae circa ea tempora ſcripta eſt, quibus jam Avidius cum exercitu ſuo defecerat. Haec enim non abs re mihi colligere videor ex his Luciani verbis, in quibus jactat ſpes ſuas, & mercedem fidei in Avidium, in cujus partes Syros omnes conjuraſſe Dio apud Xiphilinum (*pag.* 491.) teſtatur. Καὶ ὁ μισθὸς οὐκ ἰδιωτικὸς, ἀλλὰ παρὰ τοῦ βασιλέως, οὐ σμικρὸς οὐδὲ οὗτος, ἀλλὰ πολυτάλαντος, καὶ τὰ μετὰ ταῦτα δὲ οὐ φαῦλαι ἐλπίδες, ΕΙ ΤΑ ΕΙΚΟΤΑ ΓΙΓΝΟΙΤΟ, ἀλλ' ἔθνος ἐπιτραπῆναι, ἢ τινας ἄλλας πράξεις βασιλικάς. *Deinde non a privato, ſed ab Imperatore mercedem accipio, eamque non exiguam, ſed multorum talentorum. Poſtea, ſi quod par eſt contigerit, ſpes non inanis eſt, fore ut alicui provinciae praeficiar, aut imperatorium aliquod mihi negotium demandetur.* Hinc manifeſto ſatis apparet ſtuduiſſe novis rebus una cum Avidio (*Capitol. in Marc. & Volc. Gallic. in Avidio Caſſio.*) ſuo Lu-

(*a*) Clariſſimus Dodwellus Hermotimi nomine Marcum Aurelium vult intelligi, qui tamen in Luciani Dialogo pag. 514. ſe anno aetatis XL. philoſophari coepiſſe profitetur, quod ſane de Marco Aurelio (*Capitolin. in Marco Antonino Philoſ. c.* 1.) *in omni vita philoſophante viro*, dici non potuit. Tribuit praeterea idem Dodwellus Philopatrim Dialogum Luciano, qui tamen Dialogus ab ejus ſcribendi ratione immane quantum abit, & propterea νοθεύεσθαι veteribus Criticis merito annotatur. Credidit poſt alios non paucos Vir incomparabilis Hugo Grotius, (*in Pſalm. CIV.*) ſcriptum fuiſſe Philopatrim imperante Trajano: verum id de eo ſcriptore dici non poteſt qui Artemidori Daldiani Ὀνειροκριτικὰ laudat. (p. 775.) Ego ad Aureliani Imperatoris tempora, adeoque diu poſt Luciani aetatem referendam eſſe ejus Dialogi ſcriptionem aliquando demonſtraturus ſum.

(*b*) Πρὸς Ἀσκλήπιον, id eſt ad quendam Aeſculapium ſcriptam fuiſſe credidit Bourdelotius. At male intellexit ultimam τῆ προσλαλιᾷ periodum, quae non Aſclepium, quem hic ſibi finxit Bourdelotius, ſed ipſum Aeſculapium Medicinae inventorem alloquitur. Neque id obſervarem, niſi nuper Bourdelotii lapſum viro cuidam celebri & erudito fraudi fuiſſe animadvertiſſem.

Lucianum; nec post ejus fata futurum fuisse superstitem, nisi Marcus Aurelius clementissimus principum, in quemquam Cassianorum saeviri vetuisset.

Laudavit uno & altero eleganti Dialogo Lucianus principem feminam, uxoris Abradatae Xenophontei cognominem, Pantheam videlicet nomine, quam Bourdelotius (*in notis ad imagines Luciani.*) eandem esse cum Abradataea, lapsu plane joculari affirmat. Eam ego Avidii Cassii uxorem fuisse conjicio, antiquis quibusdam historiarum scriptoribus memoratam, qui tamen ad unum omnes nomen ejus reticuerunt. Quae mea opinio, hisce potissimum nititur argumentis. Pantheae illius in Dialogo Luciani nomen certe fictitium non est, & eam mulierem innuit, quae uxor esset Romani Imperatoris. Ita eam τὴν βασιλεῖ συνοῦσαν Lucianus (*Tom. 2. pag. 7.*) appellat, eamque quam decuit Imperatorem virum bonum & mansuetum inter cetera felicitatis instrumenta numerare (*pag. 15.*) Ἔπρεπε δὲ καὶ τῷ βασιλεῖ τῷ μεγάλῳ χρηστῷ καὶ ἡμέρῳ ὄντι, καὶ τοῦτο μετὰ τῶν ἄλλων ἀγαθῶν εὐδαιμονῆσαι, ὡς ἐπ' αὐτοῦ καὶ φῦναι γυναῖκα τοιαύτην, καὶ συνοῦσαν αὐτῷ ποθεῖν αὐτόν. *Conveniebat enim ut Imperator qui vir bonus est & mansuetus, hujus etiam boni possessione una cum aliis quae jam habet, bearetur, ut nasceretur ejus aetate mulier hujusce modi, quae cum eo matrimonio conjuncta, ejus amore flagraret.* Unde manifestum est, in utroque horum Dialogorum contubernalem Imperatoris laudari, quae & Panthea dicta sit, & a pulchritudine & ab animi moderatione merito commendata. Quam Pantheam cum neque historiarum scriptores, neque inscriptiones ullae, neque numismata commemorent, Avidii Cassii, cujus nulla hujusmodi monumenta supersunt, uxorem fuisse prope adducor ut credam. Neque enim ulla fuit Luciani (*pro imag. pag. 29.*) temporibus eo nomine mulier quae Graeca esset, Romani Imperatoris conjux, & Abradatae Xenophontei uxoris cognominis. Haud enim facile animum induxerim ut credam Pantheam nostram eam concubinam fuisse Marci Aurelii, (*Capitolin. in Marco Antonin. Philos. sub finem.*) quam ille sibi post Faustinae mortem adscivit, procuratoris uxoris suae filiam, ne tot liberis novercam superduceret. Ei tamen sententiae forte favere videbuntur supra memorata verba Luciani, in quibus Imperatorem Pantheae maritum a bonitate & mansuetudine morum commendat; quae dotes ut Marci Aurelii propriae sunt, ita ab iis quae de Cassio scriptores antiqui retulerunt, abhorrere videntur. Verum quis nescit immanes etiam tyrannos enumeratione earum virtutem interdum commendari, a quibus communi hominum sensu alieniissimi judicantur? At alia sunt quae impediant quo minus Pantheae nomine, Marci concubinam intelligi putem. Haud puto, vixit in tanta rerum affluentia concubina modestissimi Imperatoris, neque in eam convenire dixerim & Eunuchos & milites, quos se in Pantheae comitatu Lucianus (*pag. 7. & 24.*) vidisse commemorat; ut taceam laudatam in ea morum in summa rerum amplitudine moderationem; quae sane omnia in eam mulierem cadere videntur, quae legitimo connubiorum jure deducta esset in torum illius, qui aut Imperator foret, aut imperatoriam sibi dignitatem vindicare aggrederetur.

Longior fui quam putaram in exigui momenti rebus. Multo plura & forte meliora supersunt commodiori occasione dicenda. Lucianum tamen dimittere animus non est, antequam rem, ni fallor, aliis indictam de Alexandro Pseudo-Propheta Abonotichitarum attigero. Prolata sunt jam olim in medium a viris doctissimis ea numismata quae aetatem tulerunt, in quibus redivivus ille Paphlagonum Aesculapius Glycon, ad eam plane formam exactus est, quam Lucianus in Pseudomanti descripsit. At nemo animadvertit eam fraudem quae, Luciano narrante, Marco Aurelio facta est in Germania contra Marcomanos & Quados bellum gerenti, in columna Antoniniana accurate depictam exhiberi. Eam hic ego cum ipsa narratione historiae ex ipso Luciano desumta, a Collega meo conjunctissimo harum rerum intelligentissimo depictam exhibeo; [*quam & nos hic excudi, & addi curavimus*] ut inde manifestum sit, tum quanta in rebus historicis Luciano fides haberi possit,

****

tum

tum quantum utilitatis rei litterariae ſit acceſſurum, ſi quis in criticam hiſtoricam lucubrationum Luciani ſedulus inveſtigator incubuerit. (*Lucian. Pſeudom.* p. 775, 776.)

Cum jam ſibi non mediocrem in Regiam, aulamque Caeſaream aditum patefeciſſet ingreſſumve; ad celebrem virum Rutilianum, vigente Germanico bello mittit oraculum, quo tempore DIVUS MARCUS (θεὸς Μάρκος) *cum Marcomanis & Quadis confligebat. Jubebat autem oraculum ut duo leones cum multis aromatibus magnificisque victimis in Danubium immitterentur.* Sed praeſtat ipſum oraculum referre.

Iſtri gurgitibus celſi Jovis imbribus aucti,
Injiciant binos Cybeles edico miniſtros,
Ortas monte feras, tum quas alit Indicus aër
Flores atque herbas bene olentes; moxque futura eſt
Et victoria, pax & amabilis & decus ingens.

His factis ut praeſcripſerat, leones cum regiones hoſtium enataſſent, barbari tanquam canes peregrinosve lupos fuſtibus confecerunt. Tum protinus noſtrorum magna ſtrages eſt edita, viginti ferme millibus ſimul extinctis. Deinde ſecuta ſunt ea quae Aquileiae contigerunt, quum parum abfuit quin illa urbs caperetur. [Sic la Croze verterat, Graeca etiam praemittens, quae omiſi, quia ex Luciano peti poſſunt]

Voluptati puto erit hic rem uni Luciano memoratam Graphice depictam agnoſcere, tranantes videlicet e ſuperiori narratione leones, & ipſum Marcum Imperatorem ſummi Pontificis officio fungentem, & praecepta in oraculo aromata in ipſa Danubii ripa adolentem. De eo tamen vulnere, τραῦμα vocat Lucianus, Romanorum exercitibus a Germanorum copiis illato, fruſtra aliquid apud eorum temporum ſcriptores quaeſiveris, deperdita jam dudum Dionis ejus aevi hiſtoria, unde procul dubio Luciano maxima lux affunderetur. Verum de his forte alias uberius agam, ut de Chriſtianiſmo & apoſtaſia Luciani, cujus veſtigia quaedam mihi aliquando viſus ſum in ejus ſcriptis obſervare, quae modo inveſtigare non licet, ut & multa alia quae in eo ſcriptore ad veterem hiſtoriam pertinent, nemini adhuc Criticorum memorata.

Huc usque *Crozius*. Tempus eſt noſtram ſententiam paucis addere.

LUCIANI *patria* ſatis conſtat, eamque jam ſatis audivimus. Educationis initia quoque ſatis ipſe refert T. I. *Somn.* Transitum ab opificio ad ſtudia liberalia *ibid.* Iter quod eorum cauſſa ſuſcepit, ex vita a *Bourdelotio*, ſubjectaque nota Fabricii; ſatis quoque notum Athenas ſe profectum ad Graeca diſcenda. *Tox.* c. 57. In Macedoniam T. I. *Aët.* c. 7. Qui cauſſidicorum gregem deſeruerit, ob fraudes & mendacia, I. *Piſcat.* c. 29. p. 598. & ad philoſophiam tranſierit, & hoc alios bene obſervantes audivimus. vid. T. I. *pro Merc.* c. ult. De *aetate* nondum confectum negotium; quare hoc experiamur quantum licet ex ipſo elicere; dein de Chriſtianiſmo deſerto & Atheiſmo, quem objiciunt, ingenioque & moribus ejus diſquiramus.


AETAS facilius & adcuratius ex ſcriptis ejus erueretur, ſi Dialogos haberemus hodie eodem ordine ac ſerie diſpoſitos, qua ipſe eos conſcripſit; cum vero ad extremam ſe jam fere ſenectam perveniſſe teſtetur in T. I. Diſſert. *pro merced. conduct.* c. 1. & 4. ut ſatis jam adlegatum ſupra; in ſequente vero Dial. *Hermotimi* c. 13. ſe quadraginta annos natum diſerte dicat, perverſio ordinis facile patet, aeque atque ex aliis locis, haud aliunde nata, quam quod diverſis temporibus ſinguli libelli prodierint, prout ſcribendi materies ſubnaſcebatur. Juvant tamen ejusmodi aetatis ſuae commemorationes. Potiſſimum autem aetas Noſtri cognoſcitur ex *perſonis* quas ut aequales adloquitur, aut paullo ante ſe defunctas indicat; ex *auctoribus* quos adlegat, quorum catalogum diligenter conſcriptum ſubjunximus, & ex *factis hiſtoricis* quae ſe vivente contigiſſe memorat.

Praecipui autem aequalium aut proxime antecedentium quos memorat virorum, ſunt:

Ale-



Ex Columna Antonina. Bellorii, Tab. XIII.



Tom. I. pag. 182.

Alexander impoſtor, *Apollonius Thyanenſ.* T. 2. *Alex.* c. 5. & not. 27. *Arrianus*; (T. 2. *Alex.* c. 2. p. 209.) *Celſus*, (ibid. c. 1. p. 207. & not. *Sol.* item c. 17. & 21.) *Cronius* (de quo *Geſn.* ad *Peregr.* c. 1.) *Demonax*, *Epictetus*, *Herodes Sophiſta*, T. II. p. 384. *Paetus Medicus*, (qui vivus memoratur, *Alex.* c. 60.) *Peregrinus*, (ejus mort. T. III. p. 325. ſeqq.) *Quintillius*, (ad quem Macrobios ſcripſit. T. III. p. 208. ubi conf. not. *Sol.* annum Chriſti CLXXI. indicantem.) *Rutilianus*, (*Alex.* c. 30.) *Sabinus*, (T. I. *Merc. Cond.* 1. & *pro merc.* c. 15.) *Soſtratus*, ut ceteros mittam ab *Jonſio* ſupra jam indicatos. Ex his omnibus liquido adfirmari poteſt, veriſimum eſſe, quod Cl. *Hemſth.* in praef. Pollucis ſtatuit, floruiſſe Lucianum ſub Antoninorum & Commodi imperio, ob rationes ex vita Alexandri Pſeudomantis jam adlegatas. Ipſum autem annum nativitatis ac mortis Luciani definire eſt ἀδύνατον, illud tamen, quantum colligere ex ipſo potui, propius jam ſtatuere poſſum, vixiſſe Noſtrum ab anno Chriſti CXX. ad CC.

Sed incipiamus ab Epicteto cum noſtri tempore comparando. Hic ſi ad Marci usque tempora vixerit, ut *Menag.* ad Laërt. T. 2. pag. notar. 1. ex *Suida* & *Themiſtio* adſerit, (vid. *Themiſt.* or. XII. ut in Menag. nott. adlegatur, vel or. V. p. 63. Edit. Pariſ. ubi invenio, multa commiſiſſe Epicteto utrumque Antoninum) etiam ſerius collocandus eſt Lucianus, quam adhuc factum; loquitur enim de Epicteto ut jam aliquamdiu defuncto. T. III. *Adv. Indoct.* c. 13. narrans „ ſua aetate fuiſſe, & forte adhuc ſupereſſe, qui lucernam fictilem „ Epicteti Stoici 3000. drachmis emerit". Illa autem verba, *& forte adhuc ſupereſt*, indicium praebent jam aliquod tempus ab Epicteti morte elapſum. Eundem vero libellum *adverſ. indoct.* ſcriptum eſſe paullo poſt Peregrini in rogum inſilientis mortem, docet c. 14. ubi heri & nudius tertius aliquem emiſſe ejus baculum, refert. Cumque *A. Gell.* XII. 11. Peregrini vivi, quicum ipſe collocutus ſit, meminerit, nihil de ejus morte; patet Lucianum & Gellio aequalem, ſed & aliquanto poſteriorem. Peregrini autem hanc mortem contigiſſe *Solanus* exiſtimat T. III. p. 356. anno Chr. CLXV. quod non repugnat ſententiae, nempe Epictetum tum jam aliquandiu ante eſſe defunctum; cum Lucian. *Adv. Indoct.* ſcriberet, adeoque Lucianum eum potuiſſe videre. Falli tamen Bourdelotium putem, qui Lucianum Epicteto mortuo demum natum ſtatuit; ſi hic ſenex ſub Nerone jam vivens Adriano familiaris, (vid. Ael. Spart. adr. c. 16. p. 159.) ad Marc. usque vit. protraxiſſe potuit, ut etiam Caſaub. obiter monet ad l. d. Vixiſſe autem Lucianum aliquamdiu poſt Epictetum, etiam patet ex Lucian. T. 2. *Alex.* c. 2. ubi Arriani Epicteti diſcipuli meminit, & quidem tamquam defuncti, ubi confer not. *Solani*, ac vid. eumdem ad ejusd. *Alex.* c. 48. not. 44. & c. 56. f. p. 260. ubi Alexandri inſidias Luciano ſtructas contigiſſe anno Chriſti circiter CLXX. probabiliter adſerit, quo Lucianus in flore aetatis adhuc eſſet, qui patrem ſuum vivum ibid. commemoret. Unde ego porro colligo, quum Lucianus Alexandro ſupervixerit, eoque demum mortuo librum ſuum contra ipſum ediderit, ut refert T. 2. p. 263. eum miſerrime periiſſe, nondum 70. annos natum, aeque ac Rutiliano, qui ad ſeptuaginta annos vitam produxit, ſuperſtitem ſe vixiſſe teſtatur eod. *Alex.* c. 34. f. quem cum ſexagenarium duxiſſe Alexandri filiam refert, quod Luciano vidente contigit, facile patet, Lucianum non ſolum reliquos X. annos Rutiliani, ſed & plures vixiſſe. Plura alia *Solan.* ad c. 35. p. 242. quem & confer ad ejusd. c. 4. p. 211. N°. 83. & c. 5. N°. 27. & c. 30. & ad ejusd. T. 2. *Demon.* c. 1. ubi Demonactem Luciano partim aequalem, partim anteriorem fuiſſe quadragenarium conjicit, anno Chriſti CXXV. vel CXXX. Adde jam quae T. 2. *Imag.* c. 3. p. 461. habemus, de Panthea Avidii Caſſii uxore, ut Cl. *La Croze* adſerit, & quod *Jonſius* adtulit, de bello Parthico, cujus meminit Lucian. quod *Jonſ.* anno Chriſti 165. contigiſſe retulit, ut ſupra vidimus. Cumque in *Quom. Hiſt.* T. 2. init. Lucianus perſtringat ejus belli ſcriptores, patet, eumdem Noſtrum aliquamdiu poſt id bellum vixiſſe, adeoque, quod & pag. una ſuperius indicavi, aliquanto ſerius vixiſſe,

quam nonnulli putarunt. Ad ſummam autem ſe ſenectam perveniſſe, ſatis ipſe teſtatur T. I. *pro Merced.* c. 1. qui prope Aeacum eſſet, & alterum pedem in cymba Charontis haberet. ib. c. 5. ἐν γήρᾳ ὑςάτῳ, καὶ σχεδὸν ἤδη ὑπὲρ τὸν οὐδόν. Quin ad Commodum ſe perveniſſe, ex nomine unius Imperatoris bene judicat *Sol.* ad T. I. *pro merc.* c. 12. p. 721. aeque ac *Hemſt.* in praef. Poll. ſupra indicata, quod Marcum θεὸν vocet Lucianus, adeoque de defuncto loquatur. Conf. quae *Tillemont.* ſupra excerptus, ex pag. 713. T. 2. de Severiano, qui etiam in *Q. Hiſt.* c. 24. commemoratur, ait, eum Priſco jungi, ducemque cum Vindice fuiſſe, & nott. ad Noſtri T. 2. *Alex.* c. 27. & 48. cujus rei & plura habeo indicia; ſed plura nunc addere nequeo; reſtaret enim adcuratius definienda Epicteti vita, de qua diſſident Salmaſius & Menag. ex qua lite diremta adcuratius etiam vita Luciani definiretur, ſed & hoc jam dimittendum (licet ad Menagii ad Laërt. ſententiam paullo ſupra adducti propendeam, ut forſan in praef. Indicis majoris dicam) & nonnihil de Noſtri dotibus addendum.

Eruditionis certe ſumma documenta in ſcriptis ejus elucent, ingenii autem tanti, quantum ejus ſeduli lectores viri docti recte depraedicarunt. Stilus ejus eſt admodum floridus at ſimul ſimplicior, quod non exigui eſt ingenii. Imitatur ſaepe Alciphronem, ut plus decies in notis, praecipue ad *Dial. Meretric.* monuimus, nec ab Longi, qui Paſtoralia reliquit, ſtilo multum ejus dictio abit. In Timone vero & in traducendo Socrate T. I. *Vit. Auct.* 15-18. & alibi imitatur Ariſtophanem, licet & alibi prodat ſe magni facere virum. Ceterum vel millies dictione utitur Homerica, quod nec opus erit monuiſſe. Itaque quamquam non fuit natione Graecus, ingenio ſuo, tempore, atque Athenis verſando Attiticiſmi lepores ſibi ita reddidit familiares, ut vel commodius eo idiomate verba faceret, quam hi qui in Attica erant nati. Ter, quater tantum frigidos ejus jocos improbat ſummus ceteroquin ejus admirator Hemſterhuſius, cujus judicio plus tribuo, quam decem aliis; nec ego Lucianum nunquam dormitare, dixero; tamen, quia facile ſe pati in ſua praefat. dixit, Luciani defenſionem ſuſcipi, videndum cenſeo, anne, quando T. I. in *Timon.* c. 52. p. 169. nimis adfectatam illam blanditiam praetermitti potuiſſe ab Luciano ait, ſtudio frigidos adulatoris ſales propoſuerit Lucianus, quo paraſitorum mores eo abſurdiores proponeret, & quia adſentatores plerique re vera tales eſſe ſolent; qui etſi acutiores jocos etiam proferunt, tamen prae dicacitate non poſſunt quin & frigidos, etiamſi vel ingenioſiſſimi eſſent. Conf. Dial. *Paraſiti* fin. T. 2. p. 882. ubi ſimilia abſurda tribuuntur paraſitis, ut ibi paucis indicavi.

Nullam eum religionem profeſſum fuiſſe; ex *Demon.* c. 5. ait *Tillem.* Unde & alii Atheiſmum ejus deducunt. Sed ex iſto Luciani loco nihil aliud conficias, quam eum philoſophum fuiſſe eclecticum, ut hodie dicimus; quare Atheiſmus ejus ex aliis potius locis, vel ex toto ejus libellorum habitu deducendus foret, quem tamen ei non impingendum idem Tillem. & Hoogſtratanus monent, quia atheiſmum nusquam diſerte profiteatur. Mihi tamen diu ſuſpectus fuit Atheiſmi, tum ex charactere laſciviae, quem his miſeris fere proprium eſſe, recte Bentlejus in *Friponnerie Laïque* obſervat, aliique ſaepe monuerunt: tum ex nimio omnia ridendi ſtudio; tum quod & animae immortalitatem rideat. Verum eſt, non ſemper ſufficere, vitiorum tantum turpitudinem proponere; niſi & virtutum laudem ſubinde addas; nam ut avaritiae ſordes, ebrietatis deformitas, rixarum de rebus nauci vel incertis, ſtultitia, ſimiliaque ſatis impugnantur, ſola earum deformitate propoſita; ita tamen impurorum amorum turpitudo non eodem modo ſe erui ex juvenum animis patitur, nuda illorum imagine propoſita, eaque revelando, quae natura ipſa tegi flagitat; quin ii ſic incenduntur potius. Sed & poſtea detegens, non eſſe ab noſtro profectos dialogum illum impuriorem *Amorum*, ſcriptaque cetera diligentius pertractans, benignius de auctore exiſtimare didici; cui tamen & peſſimum illum dialogum *Meretricium* V. abjudicare poſſe vel-

vellem, in cujus fine aliquam quidem pudoris sui conscientiam prodit, nimius tamen fuit ipse jam turpiculus in ejus pictura, quam longe magis odiosam, omissis obscoenitatibus, potuisset proponere, si vere ab turpitudine abhorruisset; sed cum naturalia non esse turpia male cum perditis Epicureis sentire videtur, licentius in his sibi indulsit, qui licet nulli sectae addictus fuerit, Epicuro tamen prae aliis favebat, cujus continentiam virtutesque amavit, (loca ex Indice peti possunt)

Amor autem ejus in veros philosophos patet ex pluribus locis, seque impostores tantum traducere, diserte ait T. I. *Pisc.* c. 15. p. 586. & seqq. ac virtutis amatorem se profitetur. Vide T. 2. Vit. *Demon.* c. 2. f. & 3. ubi ad virtutem & bonorum exemplorum imitationem hortatur. Adde & *Nigrinum* T. I. aliaque hic non repetenda. Sed & sinceritas ejus patet ex testimonio pessimo ab Alexandro Pseudomante in Lucianum pronuntiato, c. ejus Dial. 54. *Noctivago gaudet coitu, incestoque cubili.* quod omittere potuisset; at proferre non veretur, quia eo non tangebatur; nec verbis refutat, quia ipsa vita id refutabat. Tum & honestas Luciani patet ex eo ipso, quod caussidicorum gregem reliquerit ob fraudes & mendacia, T. I. *Reviv.* c. 29. p. 598.

Christianum quondam fuisse minime exputo; melius enim eorum dogmata sciviſſet, nec Judaeorum ritus cum horum confudisset, ut qui illis sacerdotes & scribas Judaeorum tribuat, Tom. III. in *Peregr.* c. 11. p. 333. scribens: Χριστιανῶν —— τοῖς ἱερεῦσι καὶ γραμματεῦσιν συγγενόμενος, quod bene etiam *Solan.* ad l. d. observavit. Nec adeo infensus fuit Christianis atque alii existimant; charitatem enim eorum mutuam in eod. Peregr. vere praedicat, morumque simplicitatem eorumdem ita describit, ut quae se falli potius sinat, quam ut fallat; sed eosdem praestigiis ac superstitionibus tamen non falli se sivisse, sive studio, sive casu, sincere tamen agit, qui commemoret, in *Alex.* c. 38. ubi impostor Christianos etiam arcebat suis sacris, veritus ne hi facilius ipsius fraudes detegerent ac riderent; sed & idem Atheos arcebat & Epicureos, unde quidem nihil probatur, quod Christianos ibi laudarit Lucianus; sed ejus integritas tamen adparet; at Christum Sophistam vocat idem in *Peregr.* l. d. nec ego confugio ad excusationem Vossii, quasi id alterius nomine dicat, & quod etiam in bonam partem valeat illa vox; nam se nihili facere religionem Christianam, satis patet aliunde, & licet hoc doleam, non tamen magis miror in Luciano, quam in aliis auctoribus priorum seculorum, qui multo pejora in hanc scripsere, & quos tamen ferimus, ac propter alia utilia laudamus: quin sic verum videmus quod Apostolus dixit, se adnuntiare Christum, qui Judaeis offensio, Graecis stultitia esset; quumque Judaeos feramus, Christo, pro dolor! maledicentes, quidni hunc feramus neque Christo, neque Christianis male dicentem? Risit autem Epicureorum more animae immortalitatem vitaeque sempiternae exspectationem, in *Peregr.* c. 13. quodque hac spe freti sponte se occidendos praebeant. Ut autem priorem illius sententiam merito improbamus, ita & Christianorum istorum voluntario impetu ad martyrium ruentium gloriam probare non possumus. Num vero & in eo plane cum Epicuro senserit, otiosum Deum faciens, non satis indicat; nam T. II. in *Jov. Conf.* c. 10. p. 634. Jovi dicenti: *Tu vis ostendere nullam nos rerum humanarum curam agere?* respondet: *Non meum hoc est.* Nisi credas, eo ipso id tacite exprobrari Jovi, quasi velit Lucianus: non opus est, ut hoc a me probetur; te enim ipsum hoc melius deceret probare tuis actionibus, si id a nobis credi velis. Nam Scepticum fuisse Nostrum, satis prodit, utcumque Scepticos belle traducat in T. I. *Vit. Auct.* c. 27.

Praefecturam Aegypti quod spectat, quam ei mandatam alii jam narrarunt ex T. I. *Merc. Cond.* c. 11. p. 719. sed quam graphiarii munus fuisse *Tillemont.* statuit; videmus ejusmodi fuisse, ut non omnino Praefectus Provinciae totius fuerit; nam προστασίας munus suum generaliter adnumerans distinguit tamen a majore praefectura, *ib.* & in fin. c. 12. ubi fore praesumit, ut deinde etiam integra gens ei committatur. Et quamvis *non servilem se conditionem*

nem accepiſſe, ſed publici imperii ſe participem eſſe, *eoque nomine mercedem* ab *Imperatore accipere* c. 11. & 12. declaret, tamen ſe actuarii vel graphiarii partes egiſſe, qui ſub ſe habet ſcribas, ibid. indicat, dicens: *ſe eorum quae aguntur in judiciis commentarios ſcribendos curare, & decreta — tradere reponenda.* Itaque actuarius ſive graphiarius fuerit ac Procurator partis Aegypti: num vero voti campos factus ſit, ut integrae provinciae gubernandae praeficeretur, non proditur. Dignitas autem ac gravitas perſonae quam ſuſtinuit, haud levi eſt indicio, vitae fuiſſe noſtrum compoſitae, laborioſae, & ad magna aptae.

Pauperem ſe tacite fatetur eadem Apologia T. I. *pro mercede conductis* c. 11. Non tamen famelicum; neque enim ita pauperem olim fuiſſe oportet, cui tanta itinera eruditionis adquirendae cauſſa inſtituere licuit; ſed quum ſenectuti ingruenti melius proſpiciendum exiſtimarit, nihil mirandum, ſi mercedem complurium talentorum, ut indicat *ib.* p. 722. praetulit vitae privatae, in qua peculium puſillum conſumendum, & ad graviorem paupertatem potius recidendum fuiſſet, quam ut priſtinis laboribus victum parare potuiſſet.

Matrimonium iniit media aetate; filiique meminit T. II. *Eunuch.* c. 13. f. p. 359.

Periiſſe podagra non adfirmare auſim cum Bourdelotio; licet id non abſimile vero ſit; ſi ipſe auctor eſt tragopodagrae, quod Lucianeo ingenio non indignum drama; ſed verſibus ſaepe adeo claudicantibus, ut potius ſtatuendum ſit, eum tragica licentia & aetatis venia, ſtudio hic uſum, quam ut emendationem centum locis tentemus. A canibus vero laceratum, fabulam eſſe nullis teſtimoniis probandam; ſed ad aetatem provectam ſupra octoginta annorum perveniſſe, ſatis eſt certum.

ΠΙΝΑΞ ΤΩΝ ΤΟΥ ΛΟΥΚΙΑΝΟΥ.

LUCIANI OPERUM INDEX.

Numerus paginam notat.

TOM. I.

Περὶ τῦ Ἐνυπνίυ, ἤτοι, βίᾳ Λυκιανῦ.	De ſomnio, ſeu, vita Luciani. p. 1.
Πρὸς τ εἰπόντα, Προμηθεὺς εἶ ἐν λόγοις.	Contra eum qui dixerat, Prometheus es in verbis. 23
Νιγρῖνᾳ, ἢ περὶ φιλοσόφυ ἤθυς.	Nigrinus, ſive de morib. philoſophorum. 37
Δίκη φωνήεντων.	Judicium Vocalium. 82
Τίμων ἢ μισάνθρωπος.	Timon, ſive Miſanthropos. 98
Ἀλκυὼν, ἢ περὶ μεταμορφώσεως.	Halcyon, ſive de Transformatione. 176
Προμηθεὺς ἢ Καύκασος.	Prometheus, ſive Caucaſus. 185

ΘΕΩΝ ΔΙΑΛΟΓΟΙ. DEORUM DIALOGI.

Προμηθέως καὶ Διός.	Promethei & Jovis. 204
Ἔρωτος καὶ Διός.	Cupidinis & Jovis. 205
Διὸς καὶ Ἑρμῦ.	Jovis & Mercurii. 207
Διὸς καὶ Γανυμήδυς.	Jovis & Ganymedis. 208
Ἥρας καὶ Διός.	Junonis & Jovis. 213
Ἥρας καὶ Διός.	Junonis & Jovis. 216
Ἀπόλλωνος καὶ Ἡφαίστυ.	Apollinis & Vulcani. 220
Ἡφαίστυ καὶ Διός.	Vulcani & Jovis. 224
Ποσειδῶνος καὶ Ἑρμῦ.	Neptuni & Mercurii. 227
Ἑρμῦ καὶ Ἡλίυ.	Mercurii & Solis. 229
Ἀφροδίτης καὶ Σελήνης.	Veneris & Lunae. 231
Ἀφροδίτης καὶ Ἔρωτος.	Veneris & Cupidinis. 233
Διὸς, Ἀσκληπιῦ καὶ Ἡρακλέυς.	Jovis, Aeſculapii & Herculis. 235
Ἑρμῦ καὶ Ἀπόλλωνος.	Mercurii & Apollinis. 238
Ἑρμῦ καὶ Ἀπόλλωνος.	Mercurii & Apollinis. 241
Ἥρας καὶ Λητῦς.	Junonis & Latonae. 243
Ἀπόλλωνος καὶ Ἑρμῦ.	Apollinis & Mercurii. 245
Ἥρας καὶ Διός.	Junonis & Jovis. 247
Ἀφροδίτης καὶ Ἔρωτος.	Veneris & Cupidinis. 249
Θεῶν κρίσις.	Dearum Judicium. 252

Ἄρεως καὶ Ἑρμοῦ.	Martis & Mercurii.	267
Πανὸς καὶ Ἑρμοῦ.	Panis & Mercurii.	269
Ἀπόλλωνος καὶ Διονύσου.	Apollinis & Bacchi.	273
Ἑρμοῦ καὶ Μαίας.	Mercurii & Majae.	275
Διὸς καὶ Ἡλίου.	Jovis & Solis.	277
Ἀπόλλωνος καὶ Ἑρμοῦ.	Apollinis & Mercurii.	280

ΕΝΑΛΙΟΙ ΔΙΑΛΟΓΟΙ. MARINI DIALOGI.

Δωρίδος καὶ Γαλατείας.	Doridis & Galateae.	288
Κύκλωπος καὶ Ποσειδῶνος.	Cyclopis & Neptuni.	291
Ἀλφειοῦ καὶ Ποσειδῶνος.	Alphei & Neptuni.	295
Μενελάου καὶ Πρωτέως.	Menelai & Protei.	298
Πανόπης καὶ Γαλήνης.	Panopes & Galenes.	300
Τρίτωνος, Ἀμυμώνης καὶ Ποσειδῶνος.	Tritonis, Amymones & Neptuni.	302
Νότου καὶ Ζεφύρου.	Noti & Zephyri.	305
Ποσειδῶνος καὶ Δελφίνου.	Neptuni & Delphinum.	307
Ποσειδῶνος καὶ Νηρηίδων.	Neptuni & Nereidum.	310
Ἴριδος καὶ Ποσειδῶνος.	Iridis & Neptuni.	314
Ξάνθου καὶ Θαλάσσης.	Xanthi & Maris.	316
Δωρίδος καὶ Θέτιδος.	Doridis & Thetidis.	318
Ποσειδῶνος καὶ Ἐνιπέως.	Neptuni & Enipei.	320
Τρίτωνος καὶ Νηρηίδων.	Tritonis & Nereidum.	321
Ζεφύρου καὶ Νότου.	Zephyri & Noti.	325

ΝΕΚΡΙΚΟΙ ΔΙΑΛΟΓΟΙ. MORTUORUM DIALOGI.

Διογένους καὶ Πολυδεύκους.	Diogenis & Pollucis.	328
Πλούτων ἢ κατὰ Μενίππου.	Pluto seu contra Menippum.	356
Μενίππου, Ἀμφιλόχου καὶ Τροφωνίου.	Menippi, Amphilochi & Trophonii.	338
Ἑρμοῦ καὶ Χάρωνος.	Mercurii & Charontis.	341
Πλούτωνος καὶ Ἑρμοῦ.	Plutonis & Mercurii.	343
Τερψίωνος καὶ Πλούτωνος.	Terpsionis & Plutonis.	346
Ξενοφάντου καὶ Καλλιδημίδου.	Zenophantae & Callidemidae.	355
Κνήμωνος καὶ Δαμνίππου.	Cnemonis & Damnippi.	358
Σιμύλου καὶ Πολυστράτου.	Simyli & Polystrati.	359
Χάρωνος καὶ Ἑρμοῦ.	Charontis & Mercurii.	363
Κράτητος καὶ Διογένους.	Cratetis & Diogenis.	367
Ἀλεξάνδρου, Ἀννίβου, Μίνωος καὶ Σκιπίωνος.	Alexandri, Annibalis, Minois, Scipionis.	380
Διογένους καὶ Ἀλεξάνδρου.	Diogenis & Alexandri.	389

Ἀλε-

Ἀλεξάνδρου καὶ Φιλίππου.	Alexandri & Philippi.	394
Ἀχιλλέως καὶ Ἀντιλόχου.	Achillis & Antilochi.	399
Διογένους καὶ Ἡρακλέους.	Diogenis & Herculis.	402
Μενίππου καὶ Ταντάλου.	Menippi & Tantali.	406
Μενίππου καὶ Ἑρμοῦ.	Menippi & Mercurii.	408
Αἰάκου, Πρωτεσιλάου, Μενελάου καὶ Πάριδος.	Aeaci, Proteſilai, Menelai, & Paridis.	410
Μενίππου καὶ Αἰάκου.	Menippi & Aeaci.	412
Μενίππου καὶ Κερβέρου.	Menippi & Cerberi.	420
Χάρωνος, Μενίππου καὶ Ἑρμοῦ.	Charontis, Menippi & Mercurii.	423
Πλούτωνος καὶ Πρωτεσιλάου.	Plutonis & Proteſilai.	426
Διογένους καὶ Μαυσώλου.	Diogenis & Mauſoli.	429
Νιρέως, Θερσίτου καὶ Μενίππου.	Nirei, Therſitae & Menippi.	431
Μενίππου καὶ Χείρωνος.	Menippi & Chironis.	434
Διογένους, Ἀντισθένους καὶ Κράτητος.	Diogenis, Antiſthenis & Cratetis.	437
Μενίππου καὶ Τειρεσίου.	Menippi & Tireſiae.	445
Αἴαντος καὶ Ἀγαμέμνονος.	Ajacis & Agamemnonis.	448
Μίνωος καὶ Σωστράτου.	Minois & Soſtrati.	450
Μενίππου, ἢ Νεκυομαντία.	Menippus, ſive Necyomantia.	455
Χάρων, ἢ Ἐπισκοποῦντες.	Charon, ſive Contemplantes.	487
Περὶ Θυσιῶν.	De Sacrificiis.	525
Βίων πρᾶσις.	Vitarum auctio.	540
Ἁλιεὺς, ἢ Ἀναβιοῦντες.	Piſcator, ſeu Reviviſcentes.	570
Κατάπλους, ἢ Τύραννος.	Cataplus, ſive Tyrannus.	620
Περὶ τῶν ἐπὶ μισθῷ συνόντων.	De iis qui mercede conducti in divitum familiis vivunt.	651
Ἀπολογία τῶν ἐπὶ μισθῷ συνόντων.	Apologia pro iis qui merc. cond. ſerviunt.	704
Ὑπὲρ τοῦ ἐν τῇ προσαγορεύσει πταίσματος.	Pro eo quod inter ſalutandum verbo lapſus fuerat.	724
Ἑρμότιμος, ἢ περὶ αἱρέσεων.	Hermotimus, ſive de Sectis.	739
Ἡρόδοτος, ἢ Ἀετίων.	Herodotus, vel Aëtio.	831
Ζεῦξις, ἢ Ἀντίοχος.	Zeuxis, vel Antiochus.	838
Ἁρμονίδης.	Harmonides.	850
Σκύθης, ἢ Πρόξενος.	Scytha, ſeu Hoſpes.	859

TOM. II.

Πῶς δεῖ ἱστορίαν συγγράφειν.	Quomodo hiſtoria ſcribenda ſit.	1
Ἀληθοῦς ἱστορίας λόγος πρῶτος.	Hiſtoriae verae liber primus.	70
Ἀληθοῦς ἱστορίας λόγος δεύτερος.	Hiſtoriae verae liber ſecundus.	104

****

Τυραννοκτόνος.	Tyrannicida.	141
Ἀποκηρυττόμενος.	Abdicatus.	159
Φάλαρις πρῶτος.	Phalaris prior.	187
Φάλαρις δεύτερος.	Phalaris alter.	201
Ἀλέξανδρος, ἢ Ψευδόμαντις.	Alexander, ſeu Pſeudomantis.	207
Περὶ ὀρχήσεως.	De Saltatione.	265
Λεξιφάνης.	Lexiphanes.	317
Εὐνοῦχος.	Eunuchus, ſeu Pamphilus.	350
Περὶ ἀστρολογίας.	De Aſtrologia (non videtur Luciani)	360
Δημώνακτος βίος.	Demonactis vita.	374
Ἔρωτες.	Amores (non videntur Luciani)	397
Εἰκόνες.	Imagines.	458
Ὑπὲρ τῶν εἰκόνων.	Pro imaginibus.	484
Τόξαρις, ἢ Φιλία.	Toxaris, ſive Amicitia.	507
Λούκιος, ἢ Ὄνος.	Lucius, ſive Aſinus.	567
Ζεὺς ἐλεγχόμενος.	Jupiter Confutatus.	626
Ζεὺς Τραγῳδός.	Jupiter Tragoedus.	642
Ὄνειρος, ἢ Ἀλεκτρυών.	Somnium, ſeu Gallus.	702
Ἰκαρομένιππος, ἢ Ὑπερνέφελος.	Icaromenippus, ſive Hypernephelus.	751
Δὶς κατηγορούμενος, ἢ Δικαστήρια.	Bis accuſatus, ſeu Fora.	791
Περὶ παρασίτου, ἤτοι ὅτι τέχνη ἡ παρασιτική.	De paraſito, ſive quod ars ſit paraſitica.	836
Ἀνάχαρσις, ἢ περὶ γυμνασίων.	Anacharſis, ſeu de Gymnaſiis.	883
Περὶ πένθους.	De Luctu.	922

TOM. III.

Ῥητόρων διδάσκαλος.	Rhetorum Praeceptor.	1
Φιλοψευδής, ἢ ἀπιστῶν.	Philopſeudes, ſeu Incredulus.	29
Ἱππίας, ἢ βαλανεῖον.	Hippias, ſive Balneum.	66
Προσλαλιὰ, ἢ Διόνυσος.	Allocutio, ſive Bacchus.	74
Προσλαλιὰ, ἢ Ἡρακλῆς.	Allocutio, ſive Hercules Gallicus.	82
Περὶ τοῦ Ἠλέκτρου, ἢ Κύκνων.	De Electro, ſeu Cycnis.	87
Μυίας ἐγκώμιον.	Muſcae encomium.	91
Πρὸς ἀπαίδευτον καὶ πολλὰ βιβλία ὠνούμενον.	Adverſus Indoctum, & libros multos ementem.	99
Περὶ τοῦ μὴ ῥαδίως πιστεύειν διαβολῇ.	De non temere credendo calumn.	125
Ψευδολογιστής, ἢ περὶ τοῦ Ἀποφράδος.	Pſeudologiſta, ſive de Apophrade.	161
Περὶ τοῦ οἴκου.	De Domo.	191
Μακρόβιοι.	Macrobii.	208

Πα-

Πατρίδος ἐγκώμιον.	Patriae encomium.	229
Περὶ τῶν διψάδων.	De Dipsadibus.	234
Διάλεξις πρὸς Ἡσίοδον.	Dissertatio cum Hesiodo.	240
Πλοῖον, ἢ εὐχαί.	Navigium, seu vota.	247

ΕΤΑΙΡΙΚΟΙ ΔΙΑΛΟΓΟΙ. DIALOGI MERETRICII.

Γλυκέρα καὶ Θαΐς.	Glycera & Thais.	280
Μυρτίον, Πάμφιλος καὶ Δωρὶς.	Myrtium, Pamphilis & Doris.	281
Μήτηρ καὶ Φίλιννα.	Mater & Philinna.	284
Μέλιττα καὶ Βακχίς.	Melissa & Bacchis.	286
Κλωνάριον καὶ Λέαινα.	Clonarium & Leaena.	289
Κρωβύλη καὶ Κόριννα.	Crobyle & Corinna.	292
Μήτηρ καὶ Μυσάριον.	Mater & Musarium.	295
Ἄμπελις καὶ Χρυσίς.	Ampelis & Chrysis.	299
Δορκὰς, Παννυχὶς, Φιλόστρατος, Πολέμων.	Dorcas, Pannychis, Philostratus, Polemon.	301
Χελιδόνιον καὶ Δρόση.	Chelidonium & Drose.	305
Τρύφαινα καὶ Χαρμίδης.	Tryphaena & Charmides.	308
Ἰόεσσα, Πυθιὰς καὶ Λυσίας.	Ioessa, Pythias & Lysias.	310
Λεόντιχος, Χηνίδας καὶ Ὕμνις.	Leontichus, Chenidas & Hymnis.	315
Δωρίων καὶ Μυρτάλη.	Dorio & Myrtale.	319
Κοχλὶς καὶ Παρθενὶς.	Cochlis & Parthenis.	322
Περὶ τῆς Περεγρίνου τελευτῆς.	De morte Peregrini.	325
Δραπέται.	Fugitivi.	365

ΤΑ ΠΡΟΣ ΚΡΟΝΟΝ. SATURNALIA.

Ἱερεὺς καὶ Κρόνος.	Sacerdos & Saturnus.	385
Κρονοσόλων.	Cronosolon, id est, Saturnalium legumlator.	393

ΕΠΙΣΤΟΛΑΙ ΚΡΟΝΙΚΑΙ. EPISTOLAE SATURN.

Ἐγὼ Κρόνῳ χαίρειν.	Ego Saturno salutem.	401
Κρόνος ἐμοὶ τῷ τιμιωτάτῳ χαίρειν.	Saturnus mihi charissimo salutem.	407
Κρόνος τοῖς πλουσίοις χαίρειν.	Saturnus divitibus salutem.	411
Οἱ πλούσιοι τῷ Κρόνῳ χαίρειν.	Divites Saturno salutem.	416
Συμπόσιον, ἢ Λαπίθαι.	Symposium vel Lapithae.	418
Περὶ τῆς Συρίης θεοῦ.	De Syria Dea. (abjudicat Gesn. Luciano. Ego nondum audeo)	451
Δημοσθένους ἐγκώμιον.	Demosthenis Encomium.	491

Θεῶν ἐκκλησία.	Deorum Concilium.	527
Ψήφισμα.	Decretum.	536
Κυνικὸς.	Cynicus.	540
Ψευδοσοφιστὴς, ἢ Σολοικιστὴς.	Pſeudoſophiſta, ſeu Soloeciſta (qui tamen per incuriam Pſeudologiſtes inſcriptus, dubiumque an Luciani)	552
Φιλόπατρις, ἢ Διδασκόμενος.	Philopatris, ſeu, qui docetur (non eſt Luciani)	584
Χαρίδημος.	Charidemus.	618
Νέρων, ἢ περὶ τῆς ὀρυχῆς τοῦ Ἰσθμοῦ.	Nero, ſive de foſſione Iſthmi.	636
Τραγοποδάγρα.	Tragopodagra.	643
Ὠκύπους.	Ocypus.	664
Ἐπιγράμματα.	Epigrammata.	674

ΛΟΥΚΙΑΝΟΥ ΣΑΜΟΣΑΤΕΩΣ

Δ Ι Α Λ Ο Γ Ο Ι.

LUCIANI SAMOSATENSIS

D I A L O G I.

De Somnio, ſeu, Vita Luciani.

Περὶ τοῦ Ἐνυπνίου, ἤτοι, Βίου Λουκιανοῦ.

I. NUPER admodum cum deſiiſſem in ſcholas ventitare, jam pubertati proxi-

ΑΡΤΙ μὲν ἐπεπαύμην εἰς τὰ διδασκαλεῖα φοιτῶν, ἤδη δὲ ἡλικίαν προσηκτὸν ὢν·

Σχόλια.

ΛΟΥΚΙΑΝΟΥ Σ.] Οὕτως ἐν τῷ Πᾶς δεῖ ἱστορίαν, (c. 24.) καὶ ἐν τῷ * Λέκτῳ, ἢ Ὄνῳ, περὶ πατρὸς αὐτοῦ καὶ πατρίδος· καὶ ἐν τῷ τέλει τῆς Ἀπολογίας (A. μισθ. c. 15.) καὶ Ψευδομάντει· (c. 55.) Περὶ ἠθῶν αὐτοῦ ἐν τῷ Δικαστηρίῳ· περὶ δὲ λέξεως καὶ λόγων αὐτοῦ ἐν τῷ Ζεύξει, καὶ ἐν τῷ Πρὸς τὸν εἰπόντα Προμηθεύς. Ὅρα καὶ περὶ Ἀσσυρίας θεοῦ (c. 60.) καὶ ἐν τῷ Ἁλιεῖ ἢ Ἀναβιοῦντες. Collectanea Galei.

2. Φοιτῶν.] Ἀττικῶς ἀντὶ τοῦ φοιτᾶν ἔστιν καὶ τὸ † γλύφων, ἀντὶ τοῦ γλύφειν. C. G.

* Λοίνῳ.] In *Aſino* fruſtra Lucianum quæras: quæ enim illic de patria parentibusque Scriptoris traduntur, non Luciano, ſed Lucio Patrenſi conveniunt. *M. du S.*

† Γλύφων] Reſpicit iſta c. 3. εἰ φασολμὸν γλύφαν. *T. H.*

ADNOTATIONES.

ΛΟΥΚΙΑΝΟΥ Σ. Δ.] Sic titulum authori meritiſſimo fecimus, meliores Editiones ſecuti. *MSS.* duo e Regis Chriſtianiſſimi Bibliotheca, quos beneficio viri Clariſſimi *Nicolai Rigaltii* videre contigit, nec titulum nec ordinem agnoſcunt. A poſtrema etiam *Editione Baſilienſi* duæ poſtremæ voces aberant. *J. B.*

Mixta cum ſint opera *Luciani*, in ſuas quæque claſſes olim diſtributa fuiſſe omnia, credibile eſt; quæ nullo nunc ordine, neque temporum, neque rerum habita ratione, uti a majoribus edita ſunt, a me quoque traduntur. Iſtarum claſſium præcipua, *Dialogi*; qui titulus ab iis, qui, poſt inventam artem Typographicam, *Lucianum* primi ediderunt, omnibus præfixus manſit. De ordine opuſculorum in præfatione à me dicetur. *M. du S.*

ΛΟΥΚ. Σ. Δ.] Hunc titulum reperio in *Editis*. *M. du S.*

Περὶ τοῦ Ἐνυπνίου.] Non dubium eſt, quin προσλαλιὰν iſtam voluerit *Lucianus* operibus ſuis præfigi. Nec tamen perſuaſum habeo ſcribendi exordium eam illi fuiſſe. De ordine, quem in his Dialogis ſervandum putavimus, dictum eſt in Præfatione noſtra ad Lectorem. *J. B.*

Eſt λαλιὰ, vel προσλαλιὰ; ut patet in fine, ubi ait, οἷόν δὲ πρὸς ὑμᾶς ἐκαπελήλυθα. *Th. M.*

Scriptum eſt hoc Somnium a *Luciano* poſt primas in Græciam, Italiam & Galliam peregrinationes, cum, in patriam redux, eloquentiæ ſpecimen edidit-

rus, ſe ſuasque fortunas oſtentare ſuis voluit; ne ſibi, foris tam claro, domi noceret generis nota humilitas; eademque opera tenuioris fortunæ adoleſcentulos ad res magnas ſuo exemplo exſtimularet. *M. du S.*

P. 1. l. 1. Εἰς τὰ διδασκαλεῖα φοιτ.] Habet a *Platone*, in quo totus eſt, & a *Xenophonte*, cujus eſt aſſiduus imitator, apud quos εἰς τοὺς διδασκάλους φοιτῶν. Sic in *Hermotimo*, ſive de Sectis: ἐλθὼν πρὸς τοὺς διδασκάλους φοιτήσοντα. Sic de Merc. Cond. & paſſim alibi. Inde φοίτησις, ἀντὶ τῶν μαθητῶν. *Heſych. Suid. Poll.*

Diligens Lector monendus eſt, *Lucianum* ſæpiſſime loquendi modos eosdem, easdem parœmias, & citationes uſurpare: quî enim aliter fieri potuit in tam florida & variegata ſcriptura? Quod igitur ſemel monuerimus, illud ſequentibus ſufficiat. Ea ſatis conſtans ratio videbitur, cur paululum in his principiis immorandum. *J. B.*

Εἰς διδασκάλου ſolent illi Scriptores uſurpare, non εἰς διδασκάλους· & ſic *Noſt. Ecpm.* §. 82. & Ἐρ. §. 44. *M. du S.*

2. Τὴν ἡλ. πρόσηκτον.] Idem eſt prope finem hujus ſcripti ἀντίπαις, ut *Jungerm.* adnotavit ad Polluc. II, 9. n. 51. Vocem, quia rarius occurrat, nudam nullaque auctoritate fultam deſtituunt Lexicographi: habet *Xenoph.* K. Π. I. p. 8. v. 29. *Clearchus* apud *Athen.* XII. p. 548. B. γυμνὴ παιδίσκη πρόσηκτον. *Dionyſ. Hal.* A. R. II. p. 125. v. 41. πρόσηκτον κῦρος, & παῖδες προσήκτοι τε & τῆ παμπενίᾳ ἔχοντες ἡλικίαν, VII. p. 457.

ὁ δὲ πατὴρ ἐσκοπεῖτο μὲ τοῖς φίλοις, ὅ, τι χὴ διδάξαιτό με. Τοῖς πλείστοις οὖν ἔδοξε παιδεία μὲν χὴ πόνε πολλοῦ, χὴ χρόνε μακροῦ, χὴ δαπάνης ὐ σμικρᾶς, χὴ τύχης δεῖσθαι λαμπρᾶς· τὰ δὲ ἡμέτερα μικρά τε εἶναι, χὴ ταχείᾳ [a] τινα τ' ὀπτικρίαν ἀπαιτεῖν. Εἰ δέ τινα τέχνην τ' βαναύσων τούτων ἐκμάθοιμι, τὸ μὲν πρῶτον εὐθὺς ἂν αὐτὸς ἔχειν τὰ ἀρκοῦντα πρὸς τ' τέχνης· χὴ μηκέτι οἰκάδε

mus, tum pater conſilium inire cum amicis, quid me doceret: plerisque igitur eruditio viſa fuit & labore multo, & longo tempore, & ſumtu non exiguo, & fortuna indigere ſplendida; reculas autem noſtras tum tenues eſſe, tum promtum quoddam ſubſidium poſtulare: ſin aliquam vilium iſtarum artium, quae manu conſtant, edidiciſſem, primum me quidem ipſum ſtatim inde habiturum, quo vitam tuear, neque amplius domi

a Τινα] Deeſt in F. in cujus margine notatur ex P.

4. Διδάξαιτό με.] Διδάσκοιμί τινα, * εἰς διδάσκαλον πέμπων μαθησόμενον. V.

* Εἰς διδάσκαλον] Leg. διδασκάλου. M. du S.

Hoc quidem ad Atticam normam elegantius: ſed & alterum εἰς διδάσκαλον vel εἰς διδασκάλους φοιτῶν, praeſertim recentiores, uſurparunt, *Julian.* Miſop. p. 351. A. *Diogen.* L. VI. 69. *Baſil.* Hom. πρὸς τοὺς Νέους (quamquam *H. Stephano* Ep. ad Redinger. Commentario de L. A. Idiom. praemiſſa per ignotationem Atticae dialecti genitivus διδασκάλου in accuſativum depravatus fuiſſe videatur apud Baſilium) Thom. M. in Βαυτάν quamobrem vulgatae lectioni ſua conſtat auctoritas; vid. *Bergler.* ad Alciphr. p. 20. 21. *Hoeſchel.* ad Chryſoſt. περὶ Ἱερ. p. 500. nec tamen *H. Valeſium* culpo, qui, cum apud *Exagr.* H. E. IV. c. 29. legeretur εἰς χαμαιδιδασκάλους φοιτῶντα, reſtituit e MS. εἰς χαμαιδιδασκάλου. T. H.

v. 47. quos *impuberes* in pompis ſolennibus Latini dicunt. *Aelian.* V. H. III, 32. παῖς ὢν ἔτι πρόσηβος. *Liban.* T. II. p. 156. D. 263. C. de Juliano: ἤδη δὲ πρόσηβος ἦν. *Gloſſae:* Πρόσηβος, *proximus pubertati:* formula loquendi ex Romano Jure ſumta, quales ibi multae: L. 111. *D. de Reg. Jur.* & §. 18. *Inſtit. de Obl. quae ex del.* retinuit ergo Latinas voces *Theophilus:* hinc integrandae, quod & Eruditiſſ. *Schultingium* feciſſe video, Gloſſae verb. Jur. Πρώξιμος πυθιρτάτι, ὁ ἐγγὺς ἐφηβότητος fic enim illi vocabulo veteribus ignoto τὴν τῆς ἐφήβου ἡλικίαν, vel τὴν ἐφηβείαν vocant: *vicinum pubertati, Servius* etiam dixit ad Virgil. Ecl. VIII, 39. quae ex antiquo Juriſconſulto videntur deſcripta. Πρὸς τὴν ἥβαν προσάγειν apud *Hippocratem* eſt Aph. S. III. Sequentibus iſta *Libanii* ſimillima ſunt T. I. p. 804. A. ἐπειδὴ γὰρ παῖς ἤδη ἦν, ἐν ᾧ τ' ἡλικίας καιρὸν λαμβάνει τὰ παιδεύματα, συνεβουλεύομεν τοῖς ἐπιτηδείοις, ἦν τινα αὐτῷ τέχνην δοτέον. T. H.

6. Τύχης δεῖσθαι λ.] *Jac. Micyllus*, vir Doctiſſimus, Interpres hujus λαλιᾶς, autoris mentem ſaepiſſime fruſtratur: *& egere quodam fortunae ſplendore.* Sic de Merc. Cond. J. B.

Τύχης δ'. λ.] *Ariſtot. Pol.* IV. c. 11. πρὸς παιδείαν, ἃ φύσεως δεῖται χὴ χορηγίας τυχηρᾶς· neque inelegante *Artemid.* IV, 69. ἐφόδιον παιδείας ὁ πλοῦτος. Λαμπρὰν τύχην non aliter hic intellige, quam λαμπρὰν οὐσίαν apud *Alciphronem* I, 38. p. 182. *opes ſplendidas & lautas.* Idem I, 8. p. 30. τὰ ἡμέτερα, ὡς οἶσθα, παντελῶς ἐστιν ἄπορα, χὴ βίου κομιδῇ σμικροῦ. ubi *Bergleri* Lucianeum illud, quod ſequitur, adnotare non neglexit. T. H.

7. Τὰ δὲ ἡμ.] *Facultates autem noſtras.* J. Br.

8. Ταχείᾳ τινα ὀπ. ἐπ.] Secundam voculam omiſit *Ed. Fl.* ſola: ceterae cum *Codd. Mſſ.* tenent, quibus haud invitus accedo. Solennis Atticorum in τὰς pleonaſmi *H. Stephanus* exempla dedit plena manu App. de D. A. p. 80. *Noſt.* in Nigr. §. 33. T. H.

9. Τέχνην τ' βαναύσων] Generaliter pro qualibet mechanica: ἁπλῶς tamen βαναυσία, πᾶσα τέχνη, ut vult *Heſych. Suid.* vox eſt Peloponneſiaca: in Peloponneſo βαῦν κάμινον ἢ ἰσίαν δηλοῖ *Interpr* Ariſtoph. Poll. J. B.

Βαναύσων] Βάναυσος πᾶς τεχνίτης διὰ πυρὸς ἐργαζόμενος εἰρῆσθαι δὲ παρὰ τὸ τὰς βαύνας αὔειν, τουτέστι τὰς καμίνους κάειν· καταχρῆσθαι δὲ ἡ λέξις εἰς πάντα χειροτέχνην. A. V.

Ex Etymologo ſumta in V. Βάναυσος. T. H.

11. Μηκέτι οἰκόσι] In *MSS.* & *aliis Editionibus* quoties occurrunt duae vocales in duabus dictionibus, prior ſemper eliditur, quod ſemel monitum volui. J. B.

12. Οὐκ εἰς μακρ.] Brevi, non multum poſt tempus. J. Br.

13. Τὸ γιγν.] τ' γιγνόμενον μισθόν. J. Br.

Τὸ γιγνόμενον] Artis proventum. *Budaeus* vertit *juſtam mercedem.* J. B.

i. e. μισθὸν. A. V. Vid. Μισθ. c. 23. & Τοξ. c. 18. M. du S.

Τὸ γιγνόμενον] *Quod mercedis ex opera locata naſcitur*: quam Latinam locutionem Graecae formulae comparatione *J. Fr. Gronovius* illuſtrat de P. V. p. 252. *Budaeus* C. L. G. p. 84. interpretatur, *juſtam mercedem*: illa vis aliis in locis apta, hic neutiquam: res eſt manifeſta e *Luciani* Tox. ubi Agathocles, ut amicum Diniam tueretur, in inſula Gyaro purpurariis operam addicebat, χὴ τὸ γιγνόμενον ἐκ τούτου ἀποφέρων ἔτρεφε τ' Δεινίαν. T. H.

18. Καὶ πρόχ. ἔχ. τ. χορ.] *Quae parvam opem ferret: qua promtas praberet ſuppetias.* Ea repetit paſſim. J. B.

22. Ἑρμογ. &c. χὴ λιθ.] Ἑρμογλύφος, ἑρμογλυφεῖν, qui ſtatuas ſive hermas fabricat ex quavis, ut ego putem, materia· λιθοξόος, λιθογλύπτης, λιθογλύφος, qui e lapidibus id praeſtat. *Th. Magiſter* in Dict. Att. Ecl. improbat vocem λιθοξόος, ut minus Atticam. Ait, ἑρμογλύφος & ἑρμογλυφεῖν, ἢ λιθοξόος &c. Pari ratione, qua hic agit *Th. Magiſter*, poſſet quis impro-

mi coenaturum (paternae mensae gravem) id aetatis: dein non diu fore, quin patrem sim hilaraturus, allato usque, quod mihi natum erit mercedis.

2. Ergo secundae deliberationis initium est proposítum, quae optima sit artium, & ad ediscendum facillima, & homini libero conveniens, & expedito sumtu parabilis, & quaestu commodo: alio aliam commendante; ut cujusque sensus aut experientia ferebat, pater ad avunculum conversus (aderat enim maternus avunculus, qui optimus esse statuarius videretur, & poliendis lapidibus in

στὸς εἶναι, τηλικοῦτος ὤν. Οὐκ εἰς μακρὰν δὲ ἡ τ πατέρα εὐφρανεῖν, ἀποφέρων ἀεὶ τὸ γιγνόμενον.

Δευτέρας οὖν σκέψεως ἀρχὴ πρώτη ἦν, τίς ἀρίστη τῶν τεχνῶν, ἡ ῥᾴστη ἐκμαθεῖν, ἡ ἀνδρὶ ἐλευθέρῳ πρέπουσα, ἡ πρόχειρον ἔχουσα τ χορηγίαν, ἡ διαρκῆ τ πόρον. Ἄλλα τοίνυν ἄλλῳ ἐπαινοῦντος, ὡς ἕκαστος γνώμης ἢ ἐμπειρίας εἶχεν, ὁ πατὴρ εἰς τ θεῖον ἀπιδών, (παρῆν γὰρ ὁ πρὸς μητρὸς θεῖος, ἄριστος ἐρμογλύφος εἶναι δοκῶν, [b] ἡ λιθοξόος ἐν τοῖς μάλιστα

[b] Καὶ] Abest ab F. habuit P. ceteraeque *Edd.*

probare ἑρμογλύφου & ἑρμογλυφεῖν, ut voces minus Atticas, ac probare τὸ λιθοξόος. Quid enim? an non continuo post priora *Luciani* ab *Thoma* nostro producta verba sequitur λιθοξόος; cur hoc magis quam illa improbari meretur? quin aliquoties τὸ λιθοξόος in hoc brevi dialogo habet *Noster*: iterum §. 7. ἵ, τι γὰρ πάππος σὺ λιθοξόος ἦν, & §. 9. ἀγαθὸς περὶ λιθοξόος γενόμενος. *J. J.*

23. Ἐν τοῖς μ. εὐδοκίμοις] Non dubito, quin legendum sit εὐδοκιμοῦσι. Sic enim loqui amant Graeci; voces ἐν τοῖς μάλιστα, quae mihil aliud designant, quam *cumprimis*, *maxime*, ponunt inter duos similes casus, quorum alter est nominis substantivi, alter adjectivi. AElian. V. H. I, 31. Νόμος ἐν τοῖς μάλιστα φυλαττόμενος *Lex quae maxime servatur.* Idem XIV, 40. Ἀλέξανδρος ὁ Φεραίων τύραννος ἐν τοῖς μάλιστα ἔδοξεν ὠμότατος εἶναι. *Alexander Pheraeorum tyrannus quammaxime truculentus fuit.* Lucian. noster in *Gallo*: Ἐν τρισὶ μάλιστα θαυμάζεσθαι ἄξιος. Plutarch. in *Coriolano* p. 223. Ἄππιος μὲν ἦν Κλαύδιος αἰτίαν ἔχων ἐν τοῖς μάλιστα μισόδημος εἶναι. Idem in *eodem* p. 232. Ἧν δὲ ἐν τοῖς μάλιστα δεινὸς εἰπεῖν. Et in *Iside & Osir.* p. 364. Ἔτι τὴν Αἴγυπτον ἐν τοῖς μάλιστα μελάγχλωρον οὖσαν. *Dionys. Halic.* lib. I. p. 49. τὸ τ Τρῶον ἔθνος Ἑλληνικὸν ἐν τοῖς μάλιστα ἦν. Idem pro eo dicit ἐν τοῖς πάνυ. lib. I. p. 15. Τοῦτο τὸ ἔθνος ἦν ἐν τοῖς πάνυ μίγα τι & ἀρχαῖον. *Herodot.* dixit eodem sensu, ὁμοῖα τὰ μάλιστα, ut alibi ostendimus. *L. Bos* Obs. Crit. c. V. p. 18.

Ἐν τοῖς μ. εὐδοκίμοις] Contra Codices scriptos & Edd. omnes verissimam emendationem probo *L. Bos*, ἐν τοῖς μ. εὐδόκιμος. Origo vitii a librariorum insscitia, qui post ἐν τοῖς illud εὐδοκιμοῦσι alio casu positum pati non potuerunt, praesertim quod crederent cum hoc ipso vocabulo conjungi debere μάλιστα. Graeci solent, inprimis Attici, ἐν τοῖς μάλα, μάλιστα, πάνυ, σφόδρα εὐδοκιμοῦσι, ἄριστος, ἀρχαῖος ubi perspicuum est intelligi, ἐν τοῖς μάλα vel μάλιστα εὐδοκίμους ὄντων εὐδοκιμοῦσι, ut bene docuit *H. Stephanus* App. de D. A. p. 181. 182. *Thucyd.* VIII, 90. ἀνὴρ ἐν τοῖς μάλιστα & ἐκ πλείστου ἐνάντιος τῷ δήμῳ. ubi nulla est causa, cur *H. Stephanus* miretur, quid venerit in mentem Enarratori Thucydidis, ut ἐν τοῖς μάλιστα exponeret, ἐν τοῖς ἰσχυροτάτοις· hoc enim voluit, qui revera loci Thucydidei sensus est, *vir inter vehementissimos, & a longo jam tempore infestus plebi*: quemadmodum in *Plutarchi* Coriol. Appius Claudius αἰτίαν ἔχων ἐν τοῖς μάλιστα μισόδημος εἶναι, id est, ἐν τοῖς ἰσχυροτάτοις, *praecipuus inter eos, qui vehementissime plebem oderant.* Egregius *Platonis* locus sub initium Sympossii, quique optime, quomodo locutio suppleri debeat, ostendit: Aristodemus Σωκράτους ἰδὼν ἐν τοῖς μάλιστα ἡδὺ τότε in Crit. p. 38. E. & οὐκ ἄπειρος Ἀθηναίων σι, ἀλλ' ἐν τοῖς μάλιστα· intellige, ταύταις ταῖς αἰτίαις ἐνιξορθύοις· mox: ὅτι ἐν τοῖς μάλιστα Ἀθηναίων ἐγὼ αὐτοῖς ὁμολογηκὼς τυγχάνω· similia, si quis desideret, reperiuntur apud *Dionys. Hal.* A. R. I. p. 53. v. 3. *Muson.* apud *Stob.* p. 166. v. 16. *Aelian.* V. H. II, 38. XIV, 44. *Dion. Cassium*, imitatorem veterum diligentissimum, XLIV. p. 244. C. 249. A. Neque adjectivis tantum, sed & verbis apponitur: *Dionys. Hal.* de Comp. Verb. p. 51. v. 36. ὃν (Demosthenem) ἐν τοῖς μάλιστα οἶμαι τὴν ποιητικὴν ἐκμιμεῖσθαι. *Plutarch. Pyrrh.* p. 391. B. & διτάλλει τὸν ἄνδρα τιμῶν ἐν τοῖς μάλιστα & χρήσιμος. *Noster* in Pseudol. §. 14. τοῦτο ἐν τοῖς μάλιστα νόμιμα διτάλλειν. Haec qui perpenderit, facile mihi largietur, corruptum *Eunapii* locum in *Chrys.* p. 194. sic esse corrigendum, δυσκίνητος δὲ ἦν περὶ τὰς διαλήξεις, ταῖς φιλονικίαις ἐν τοῖς μάλιστα τοὺς ἀνθρώπους ὑπολαμβάνων ἐμφορουμένους· a quorum mente *Hadr. Junius* prorsus aberravit. Nec dispar est ratio in similibus aliis, quae istorum adverbiorum indolem imitantur: *Plato* Crit. p. 32. C. ἦν (ἀγγελίαν) ἐγὼ, ὡς ἐμοὶ δοκῶ, ἐν τοῖς βαρύτατα ἂν ἐνέγκαιμι *quem nuncium equidem, ut mihi videor, inprimis*, vel, *ut qui maxime feram aegerrime*; credat aliquis explendum esse, ἐν τοῖς βαρύτατα φερομένοις sed idem, si contulerit priora, minime dubitabit, quin rectius intelligatur, ἐν τοῖς β. φέρουσι vel ἐνεγκοῦσι· *Thucydid.* VII, 71. ἐν τοῖς χαλεπώτατα δήγουσι in quo H. Stephanus itidem obhaesit. Ionibus autem forma non multum diversa placuit, εὐδόκιμος ὁμοῖα τοῖς μάλιστα, vel, τῷ μ *Herodot.* VII, 116. ἀνὴρ δόκιμος ὁμοῖα τῷ μάλιστα· parique modo c. 141. quibus in locis equidem, quae ratio *L. Bos* impulerit Obs. Misc. p. 57. ut contra fidem *Edd.* legeret

σα [a] εὐδόκιμος,) ὃ Ἥμις, εἶπεν, ἄλλῳ τέχνῃ ὀπιπρατεῖν, σοῦ παρόντος· ἀλλὰ τοῦτον ἄγε, δείξας ἐμὲ, καὶ δίδασκε παραλαβὼν λίθων ἐργάτην ἀγαθὸν εἶναι, καὶ συναρμοστήν, καὶ ἐρμογλυφέα· δύναται γὰρ καὶ τοῦτο, φύσεώς γε, ὡς οἶδα, ἔχων δεξιῶς· ἐτεκμαίρετο δὲ ταῖς ἐν τῷ κηρῷ παιδιαῖς. ὁπότε γὰρ ἀφεθείην [b] ὑπὸ τοῦ διδασκάλου, ἀποξέων ἂν τοῦ κηροῦ, ἢ βόας, ἢ ἵππους, ἢ καὶ νὴ Δί' ἀνθρώπους ἀνέπλαττον, εἰκότως, ὡς ἐδόκουν τῷ παιδί· ἐφ' οἷς ὠφθην μὲν τοῦ διδασκάλου πληγὰς ἐλάβανον· τότε δὲ ἔπαινος εἰς μὲν εὐφυΐαν καὶ ταῦτα ἦν· καὶ χρηστὰς εἶχον ἐπ' ἐμοὶ τὰς ἐλπίδας, ὡς ἐν βραχεῖ μαθησόμενος τοῦ τέχνην, ἀπ' ἐκείνης γε τῆς πλαστικῆς.

primis laudatiſſimus) fas non eſt, inquit, aliam artem primas tenere, Te praeſente: quin Tu illum ducito, mihi demonſtrans, tuamque in curam receptum effice lapidum artificem bonum, & coagmentatorem, ac ſtatuarium: poteſt enim, idque ingenio praeditus, ut noſti, dextro. Scilicet argumentum capiebat ab iſtis e cera ludicris: nam dimiſſus a magiſtris, deraſa cera, boves aut equos, aut, ita me Jupiter amet, homines effingebam, ſcitule, ut videbar patri: ob quae quidem a magiſtris vapulabam; at tunc ad ingenii felicis laudem & iſta quoque pertinebant: quare bona tenebantur de me ſpe fore, ut brevi artem diſcerem, idque ex iſta fingendi dexteritate.

3. Si-

[a] Εὐδόκιμος] Edd. priores εὐδοκίμους. [b] ὑπὸ] ἀπὸ P. L. V. 1.

ret ὅμοια τὰ μάλιστα, nequaquam intelligo; repugnat enim iſta ſcriptura non minus Graecae linguae ingenio, quam ipſi *Herodoto* III. c. 8. εἰσοῦσι δὲ Ἀραβίοι πίσις ἀνθρώπων ὁμοιοτάτοισι τοῖσι μάλιστα. c. 57. θησαυρὸς ἐν Δελφοῖσι ἀνακείται ὁμοιότατος τοῖσι πλουσιωτάτοισι. ubi intelligendum eſt, πλούσιος ὅμ. &c. Ad hoc exemplum *Thucydides* quam proxime, veteris Ατθίδος, quae cum Ionica dialecto fere tota congruebat, unica norma I, 25. Corcyraei χρημάτων δυνάμει ὄντες κατ' ἐκεῖνον τὸν χρόνον ὁμοιότατοι τοῖς Ελλήνων πλουσιωτάτοις. *H. Stephanus* hic parum extricat, nullaque parte lectorem adjutum dimittit: atqui in talibus ὁμοιότατα ponatur, an ὁμοίως, nihil intereſt; *Herodot.* III, 68. Ὀτάνης ἦν Φαρνάσπεω μὲν παῖς, γένει δὲ καὶ χρήμασι ὁμοίως τῷ πρώτῳ Περσέων qui locus ad Thucydideam ſtructuram aptiſſime quadrat: neque aliter *Pauſanias*, qui ſtudioſe obſoletam quandam orationis compoſitionem ſectatur, II. p. 199. Arriphon Λυκίων τοῖς μάλιστα ὁμοίως δοκίμους X. p. 825. de Herophila Sibylla: ταύτῃ ταῖς μάλιστα ὁμοίως ἔσαν ἀρχαίαις εὑρίσκον· atque ita ſcribendum judico, deleto εὖ VII. p. 591. ξόανον δὲ τοῖς μάλιστα ὁμοίως ἴσιν ἀρχαίοις pro ἐν τοῖς μ. & X. p. 836. forte ὅμοια pro ὁμοία, quemadmodum IV. p. 364. Ὅμοιον ſimiliter apud *Thucydidem* extat VII, 29. τὸ γὰρ γένος τὸ τῶν Θρακῶν ὁμοιον τοῖς μάλιστα ἐς βαρβαρικὸν &c. φονικώτατόν ἐστι· at Scholiaſtes cum vetuſtis Codd. ὅμοια, quam lectionem praeferendam eſſe nullus dubito: vid. *Dion. Caſſ.* XLIX. p. 404. D. Porro, ut operam hanc abſolvamus, pari virtute dicitur, εὐδόκιμος ἐν ὀλίγοις, quemadmodum πολλοὶ ἐν ὀλίγοισι μέγας apud *Herodot.* IV. c. 52. πομπὴν ὀνομάσαι ἐν ὀλίγοις γνωρίμη, *Heliodor.* II. p. 127. πλούσιος ἐν ὀλίγοις apud *Long.* IV. p. 123. & τὰ πολεμικὰ συνετὸς ἐν ὀλίγοις, quam Vaticani Codicis lectionem ſecutus eſt jure merito *Hudſonus* in *Dionyſ Hal.* A. R. IV. p. 237. v. 19. eaedem membranae *H. Stephani* acumen approbant hunc loquendi florem *Dionyſio* reſtituentis Sched. V. c. 27. *Interpretem Aeliani* de Anim. X. c. 50. haec formula fefellit, male a praecedentibus, ad quae pertinebat, divulſa: πατρὶς εὐδαιμονιζομένη ζηλωτὴ δοκοῦσα ἐν ὀλίγαις· illud ἐν ὀλίγαις ſequentibus adjunctum reddidit, *paucos poſt dies*, cum debuiſſet, *invidendis opibus inter paucas beata:* ſic enim & Latini loquuntur: *Liv.* XXIII. c. 44. *pugna memorabilis inter paucas:* apud quem ſaepius occurrit. *T. H.*

26. Δίδασκε] Διδάσκει *Thom. Mag.* in Διδάσκομαι· atque ita margo Ed. A. 1. Weſſelingii. Probavit hanc lectionem *Pricaeus* ſic proferens ad *Pauli* Ep. II. ad Timoth. II, 15. Utrumvis rectum. *T. H.*

28. Δύναται γὰρ καὶ τοῦτο.] Meo judicio melius erit mutari diſtinctionem: δύναται γὰρ, καὶ τοῦτο φύσεώς γε &c. Felices filii profectus ſibi amicisque pater ſpondet, neque dubitat, quin in formando ad ſtatuariam Luciano opera minime ſit peritura. Formula quaedam legitima, δύνασαι γὰρ, δύναται γὰρ. *Callimach.* H. in Apoll. v. 29. Τὸν χαρὸν ὃ πόλλων &c. Τιμήσει· δύναται γὰρ, ἐπεὶ Διὸς ἐξεῖς ἔσαι. in Del. v. 226. Latinis haud minus uſitatum: *Valer. Flacc.* I, 13.

— *verſam proles tua pandet Idumen,*
(Namque poteſt) Solymo & nigrantem pulvere fratrem.

ibi plura notat *N. Heinſius*, & *Adr. Behot.* Apoph. III. c. 20. *T. H.*

29. Δεξιῶς] *Anglic.* & *Mſſ.* δεξιᾶς, minus Attice. *J. B.*

Δεξιῶς] In Codd. A. R. P. & L. δεξιᾶς· at Vat. I. δεξιὸς. Vide ſupra hoc ipſo capite, & Τοξ. c. 44. Ετ. Δ. VII. ὁ πάνυ μορφῆς εὐφυοῦς ἔχοντες· adde & Εικ. c. 11. ubi in Impr. quidem legitur μορφῆς ὦ ἀνέστας· ego vero cum eo, qui in Cod. L. id adſcripſit, ἔχοντας malim: ſed vide, quae illic in eam rem a me aliisque ultro citroque ſunt allata. *M. du S.*

Δεξιῶς] Nihil eſt, quod in hac phraſi deſideres: ſimiliter enim dicitur, ac φύσεως εὖ ἔχων. *Julian* apud *Cyrill.* p. 229. E. *Zoſim.* I. p. 12. verum conſpirantes in δεξιᾶς plerique *Codd.* vitii ſuſpicionem movent: quid ſi a *Luciano* fuerit? φύσεως τυχὸν δεξιᾶς· quomodo

3. Simul igitur atque idonea videbatur dies arti auſpicandae, committebar avunculo, rem haud ſane quam valde gravatus: quin & ludum quendam non injucundum mihi videbatur habere, & ad aequales oſtentationem, ſi Deos ſculperem, & ſimulacra quaedam parva concinnarem mihimet ipſe, & quibus vellem. Tum primum illud, & quod ſolet incipientibus, contigit: ſcalpro mihi dato avunculus juſſit leniter perſtringere tabulam in medio jacentem, addens vulgatum illud, *Dimidium facti, qui cœpit, habet:* me vero durius impingente prae imperitia, confracta eſt tabula: ille indignatus, ſcutica,

Ἅμα τε ἦν ὀπτήδειος ἐδόκει ἡμέρα τέχνης ἀρχεῖν, κἀγὼ παρεδεδόμην τῷ θείῳ, μὰ τὸν Δί' οὐ σφόδρα τῷ πράγματι ἀχθόμενος· ἀλλά μοι καὶ παιδιάν τινα οὐκ ἀτερπῆ ἐδόκει ἔχειν, καὶ πρὸς [c] τοὺς ἡλικιώτας ὀπίδειξιν, εἰ Φαινοίμην θεούς τε γλύφων, καὶ ἀγαλμάτιά [d] τινα μικρὰ κατασκευάζων ἐμαυτῷ τε, καὶ ἐκείνοις, οἷς παρεμέμιλω. Καὶ τόγε πρῶτον ἐκεῖνο καὶ σύνηθες τοῖς ἐρχομένοις ἐγίγνετο· ἐγκοπέα γάρ τινά μοι δοὺς ὁ θεῖος, ἐκέλευσέ μοι ὑπρέμα καθικέσθαι πλακὸς ἐν μέσῳ κειμένης, ἐπειπὼν τὸ κοινόν, Ἀρχὴ δέ τοι ἥμισυ παντός. Σκληρότερον δὲ καταγνόντος ὑπ' ἀπειρίας, κατάγη μὲν ἡ πλάξ· ὁ δὲ

c Τοὺς] Deeſt in B 2. P. d Τινα] Deeſt in F.

51. Ἀρχὴ δέ τ. ἥ. π.] Ἡσιόδῳ τοῦτο, καὶ Ἀριστοτέλης ἐν α Προβλημ. καὶ Πολλιανῶν πέμπτῳ· αὐτὸς δὲ Λουκιανὸς ἐν Ἑρμοτίμῳ. C. G.

do Archytas apud *Stob.* p. 44. v. 24. φύσεως εὐτύχου τι καὶ μιμήσεως καὶ φιλοπόνου τυχών nescio quis apud *Suidam* in Πάριον φύσεώς τε δεξιᾶς τετυχηκὼς vel, φύσεως λαχὼν δεξιᾶς, ut *Democritus*, teſte *Dione Chryſoſt.* p. 553. B. Ὅμηρος φύσεως λαχὼν θαυμαστῆς & de hoc ipſo Dione *Syneſius*, ὁ δὲ λαχὼν φύσεως θείας neutrum ſane tam longe ab ἴσχων diſtat, quin, prima litera per vetuſtatem evaneſcente, facile potuerit in illam vocem abire. Commode quoque φύσις δεξιά· *Malchus* apud *Suidam* in Παμπρέπτου· Φύσει πρὸς ἅπαντα δεξιᾷ χρησάμενος· & δεξιὸς τὴν φύσιν in V. Γενέθλιος. *T. H.*

31. Ὑπὸ τῶν δ.] Lege ἀπό. *J. Br.*

Ὑπὸ τῶν δ.] Angl. ἀπὸ. *J. B.*

33. Ἀνέπλασεν] Ex hoc puerilis luſus oblectamento, ſi ſupra aetatem procedere videretur, indolis majora promittentis omen capiebant. Locus eſt in *Ariſtoph.* Nub. v. 875. tam ſimilis, ut *Lucianus* imitatus fuiſſe videatur: *Schol.* ad v. 879. βέλτιον δὲ αὐτὸν ὡς ἐν παιδὸς ἐπιδεῖξαι σοφιᾷ, καὶ γλύφειν ἀστίους δυνάμενον. Vid. *Gataker.* ad M. Antonin. VII. §. 23. *T. H.*

33. Εἰκότως] *Ad veram imaginem*, πρὸς τὴν ἀλήθειαν. Non enim εἰκότως ibi vulgariam recipit interpretationem, cum nullus ſenſus elici poſſit. *J. B.*

37. Ἐν βραχεῖ] Χρόνῳ addi non ſolet. *J. Br.*

40. Ἐπιτήδειος — ἡμ.] *Dies apta*, quae opponitur *diei parum auſpicatae*, ἀποφράδι, de qua *Lucian.* in Pſeudol. *J. C.*

41. Παρεδεδόμην] Praefero παρεδεδόμην. *T. H.*

50. Πλακὸς] Tabulam lapideam intelligit *Soping.* ad *Heſych.* in Πλάξ. Sic Moſis tabulae legis πλακὰς λίθινας. Locutionem καθικέσθαι πλακὸς, totumque locum illuſtrat *A. Dounaeus* ad *Chryſoſt.* p. 578. *T. H.*

51. Τὸ κοινὸν] *Quod vulgo dicitur.* *J. Br.*

51. A. δέ τοι ἥ.] Hemiſtichium eſt *Heſiodi*, citante *Luciano* in Hermot. Illud *Horat.* in Ep. lib. I. ad Lollium ad hunc modum expreſſit: *Dimidium facti, qui bene cœpit habet.* *G. C.*

Ἀρχὴ δέ τοι] Heſiodeum illud repetit in Hermotimo & alibi. *J. B.*

Ἀρχὴ δέ τοι ἥ. π.] Proverbium hoc *Lucianus* Heſiodo tribuit Ἑρμ. c. 3. cujus auctoritatem *Scholiaſtes* aliique non cunctanter ſunt ſecuti. Verum neque in *Heſiodo* hodierno legitur, neque omnino Heſiodeum eſſe acute nuper conjecit *Albertus Fabricius* Vir clariſſimus in notis ad p. 85. *vitae Procli.* Putat enim confundi hoc adagium cum alio illo trito, πλέον ἥμισυ παντὸς, quod hodieque in *Heſiodo* legitur, & a *Platone* alicubi meminimus allatum. (*Ed. Baſ.* 534.) Et ſane in alio illo *Platonis*, quem affert, loco, *de Legg.* VI. Ed. Lugd. p. 614. D. ἀρχὴ γὰρ λέγεσθαι μὲν ἥμισυ παντὸς τῶν παροιμίας ἄρχει &c., ut & in *vita Procli*, *Proverbium* quidem audit, ſed *Heſiodeum* eſſe minime dicitur. *Suidas* etiam ſine auctoris nomine habet. *Galenus* etiam *de Semine* l. I. p. m. 229, l. 10. τὸ ἥμισυ τοῦ παντὸς, ὡς ὁ κοινὸς λόγος deinde ad *Platonis* locum ea de re alludit. Nam quod *Scholiaſtes* Ariſtotelem videtur adducere teſtem, nihili eſt; cum in *Problem. I.* fruſtra iſta verba quaeras; *Polit.* autem V. de *Heſiodo* auctore nihil habeat. ἡ δ' ἀρχὴ λέγεσθαι ἥμισυ εἶναι παντός. Adde & Ἡθ. Νικ. I. p. m. 4. l. 6. ubi, δοκεῖ ἐν πλείω ἢ τὸ ἥμισυ τοῦ παντὸς εἶναι ἡ ἀρχή. De *Heſiodo* ne γρὺ quidem. *Jamblichus* diſertis verbis *Pythagorae* auctori tribuit N. 162. ἀπόφθεγμα Πυθαγόρου αὐτοῦ. Latine reddidit *Horat. Ep.* I. 2. *v.* 40.

Dimidium facti qui cœpit habet.

Locus *Platonis*, de quo ſupra, extat *de Legg.* III. p. 590. G. Ed. Lugd. Idem *Plato* Πολ. B. Ed. Ald. p. 27. A. aliter effert; οὐκοῦν οἶσθα, ὅτι ἀρχὴ παντὸς ἔργου μέγιστον. *M. du S.*

δὲ ἀγαναιτήσας, σκυτάλην τινὰ κειμένην πλησίον λαβὼν, ὑ πρᾴως, ὐδὲ προτρεπτικῶς μὴ κατήρξαλο, ὥστε δάκρυά μοι τὰ προοίμια τ τέχνης.

quae ſub manu erat, capta, haud placide, neque adhortantis more me initiavit, ſic ut lacrimae mihi procœmium eſſent artis.

Ἀποδρὰς οὖν ἐκεῖθεν ἐπὶ τ οἰκίαν ἀφικνοῦμαι, συνεχὲς ἀνολολύζων, ϗ δακρύων τὺς ὀφθαλμὺς ὑπόπλεως· ϗ διηγοῦμαι τ 60

4. Hinc ergo me domum proripio, crebros ſingultus ducens, lacrimiſque oculos oppletus: commemoro ſcuticam, vibicibuſque oſten-

59. Ἀνολολύζων] ἄλλως γράφεται ἀναλύζων. C. G.

Ἀρχὴ δέ τοι ἥμισυ π.] *Heſiodo* qui tribueret, antiquiorem *Luciano* neminem inveni: ſed infra *Lucianum Hierocles* etiam Hipp. II. p. 172. Ἡσίοδος μὲν ἥμισυ τοῦ παντός φησιν εἶναι τὴν ἀρχήν. *Diogenian.* C. II. n. 97. Ἀρχὴ ἥμισυ παντός· ἐπὶ τῶν εἰς τι προκοπτόντων παρῆκται δὲ ἐκ τ Ἡσιόδου· vel ſcribendum ἐκ τῶν Ησ. vel haec, quod potius credo, mutilata ſunt; ſuſpicor autem hunc ad modum in integrum reſtitui poſſe: παρῆκται δὲ ἐκ τ Ἡσ. παροιμίας, πλέον ἥμισυ παντός· ut ſignificare voluerit, iſtam paroemiam ad Heſiodi dicti, quod itidem proverbii locum obtinuit, exemplar fuiſſe expreſſam: hoc ſuadet uſus verbi παράγεσθαι vel παρῆχθαι pro *deduci*, *derivari*. Nulla primi auctoris apud veteres mentio: *Polyb.* V. c. 32. Οἱ μὲν γὰρ ἀρχαῖοι τὴν ἀρχὴν ἥμισυ ἔφασκον εἶναι φασκαλίης· ita nimirum ſolent laudare τὺς ἀρχαίους, cum proverbia, vetuſtiſſimae ſapientiae reliquias, proferunt, neque pluribus in locis aliud eſt quicquam κατὰ τὺς ἀρχαίους, ὡς οἱ ἀρχαῖοι λέγουσι, quam, *ut vetus habet proverbium. Demetr.* περὶ Ἑρμ. §. 122. καὶ τὴν παροιμίαν ἐποιήσαμεν, Ἀρχὴ δέ τοι ἥμισυ παντὸς, ὡς ἰσχνῶς τοῦτο τῷ σκληρῷ κακῷ· (nondum conſtitui, utrum malim, ἐποιησόμεν an ἐποιηκιώσομεν· ἐποιήσαμεν certe vitioſum.) Saepius idem adagium non totidem verbis, ſed eleganter orationi intermixtum aliis etiam rebus aptatur: *Dionyſ. Halic.* de Ant. Orat. p. 129. v. 9. καίτοι μέρος γε ὃ παντὸς ἥμισυ ἀρχὴ λέγεταί τε καὶ ἔστιν. *Ariſtot.* Probl. S. X. p. 75. ἡ μὲν γὰρ ἀρχὴ παντὸς ἥμισυ μέγιστον ἥμισυ γάρ· τὸ δὲ σπέρμα ἀρχή. *Ovidium* huc reſpexiſſe A. A. I, 610.

Fac tantum incipias, ſponte diſertus eris,

obſervavit *N. Heinſius*. *Marini* locum in Vit. *Procli* c. 34. deſcripſit *Suid.* in Ἀρχὴ, ἡ μὲν φυσικὴ &c. Porro videndi ſunt praeter *Erasmum* in *Principium dimidium totius*, *Elias Vinetus* ad *Auſon.* Ep. 81. & *And. Schottus* ad Prov. *Suidae* C. III. n. 64. *T. H.*

54. Σκυτάλην] De hac voce ejuſque varia acceptione copioſe Grammatici. In *Cod. Flor.* & *Edit. Baſil.* male σκυτάλλην. *J. B.*

56. Κατήρξαλο.] Ut hic locus recte intelligatur, vocis κατάρχομαι ſenſus adſtruendus eſt, quem lexica non ſatis diſerte notarunt. De ritibus proprie uſurpatur, qui victimae mactationem antecedunt. vid. *Schol. Eurip.* ad ϒ. 40. *Iphig. in Taur.* Κατάρχομαι μὲν, σφάγια δ' ἄλλοισι πέλει, κατάρχομαι, inquit *Scholiaſtes*, ὑλοκύτας, τέτ' ἐστὶ πρόβυματά τινα, ὡς ἔθος ἀρχαίοις Ἕλλησιν, ἐξ ὑλῶν, ἤγουν κριθῶν ἁλσὶ μεμιγμένων, οἷσί τινες ἀπαρχὰς ἐπιχέαι τοῖς βωμοῖς. Eo ſenſu uſurpat *Noſter* Tax. c. 6. Hic idem valet quod τὰ προτίλεια &c. *Mort.* c. 14. *M. du S.*

56. Τὰ πρ. τ τ.] Poterat interponi μοὶ εἶναι τὰ πρ. vel μοι εἶναι πρ. ſed nihil opus videtur. Eleganter in hac voce transferenda Graeci luxuriant, praeſertim recentiores: nam veteres illi, caſtigatae ſobriaeque orationis legibus adſtricti, parcius. In *Sophili* fabula *Phylarcho* apud *Athen.* III. p. 100. A. paraſitus, dum prima menſae fercula imponuntur, bene ſibi fore ominatur, τὰ προοίμια, inquiens, ὁρῶ. & *Alexis* p. 107. B. *Strab.* I. p. 35. B. φιλεῖ ἥμων γὰρ ὁ ἄνθρωπος τὸ προοίμιον δὲ τύτυ τὸ φιλόμυθον· quod propius ad *Noſtrum* accedit, ὁ ἐν προοιμίοις τ τέχνης apud *Liban.* Or. XXVIII. p. 619. A. paria reperies & verecunde translata in *Maxim. Tyr.* D. IX. p. 94. *Ariſtid.* T. III. p. 305. 309. *Philoſtr.* de V. S. II. p. 579. ne plura, quod facile foret, congeram. *Juven.* imitatur III, 288.

— *miſerae cognoſce prooemia rixae.*

Declamatorem illum vix fero, qui *Palaephati* caput 47. de Hyacintho in florem verſo concinnavit: λέγουσί δ' ὅτι καὶ τ προσηγορίας ἐν φύλλοις ἐπιγέγραπται τὸ προοίμιον. Nec ſane me multum capit audax *Baſilii Seleuc.* figura in Vit. Thecl. p. 8. Ἰκόνιον πόλις τ Πισιδῶν καὶ Φρυγῶν χώρας ἐν προοιμίῳ κειμένη· *Conſtantin. Porph.* de Them. I. p. 34. τὰ δὲ ἄνω καὶ μεσόγαια τ μιᾶς Ἀρμενίας εἰσὶ προοίμια· quod genus ſimilia neſcio equidem, an veteres illi eloquentiae naturali cultu nitentis auctores licere ſibi voluerint. Praeterea *Lucianus*, ut arbitror, ſolennem hujus vocis in ſacris uſum ſpectavit; eoque magis, quod praecedat indidem petitum κατήρξαλο· nam προοίμια ſunt praeludia hymnorum, qui victimis in aram impoſitis decantabantur. Pari modo *Julian.* Or. II. p. 56. D. τ ἐκ τοιύτων προοιμίων ϗ πρυνομίων ἀρξάμθνον. quae utraque junxit etiam *Syneſ. Calv.* Enc. p. 66. D. *T. H.*

59. Συστρ. ἀναλύζων] Emendo ἀνολολύζων. *J. Bv.*

59. Ἀνολολύζων] *Mſſ.* & *Angl.* ἀναλύζων: de qua voce dico ad lib. 10. Heliod. *J. B.*

Ἀνολολύζων.] In P. L. & Coll. G. ἀναλύζων. Sed genuina eſt vulgata. Sic Ex. Δακλ. XI. ἐλολύζων ἕκαστος πρὸς θύρας. & Θ. Δ. XII. V. *Eurip.* Troad. 1000. Utitur tamen eo ſenſu verbo ſimplici λύζω. Pleg. c. 6. *M. du S.*

Ἀνολολύζων] Utra lectio palmam mereatur, haec an ἀναλύζων, (pro quo *Bourdelotium* vitio ſcripſiſſe ἀνολύζων, pene credo) dijudicare promtum non eſt. Olim de faſtis acclamationibus & ululatibus, quos mulieres ad ſacra vel furore divino percitae ingeminabant, ὀλολύζω, ὀλολυγμὸν & ὀλολυγὼ proprie poſuerunt: *Poll.* I, 28.

in

oſtenſis; & incuſata multa quadam (avunculi) crudelitate, adjeci, haec illum ex invidia feciſſe, (metuentem) ne arte ſe ſuperarem. Indigne ferens mater quum multa fratri dixiſſet convicia, ego primis tenebris obdormivi adhuc in lacrimis, totamque noctem cogitabundus.

σκυτάλη, ἡ τὸς μώλωπας ἐδάκνυον. ἡ καληγόρουν πολλήν τινα ὠμότητα, προδεὶς, ὅτι ὑπὸ φθόνου ταῦτα ἔδρασε, μὴ αὐτὸν ὑπερβάλωμαι τ' τέχνην. Ἀγανακτησαμένης δὲ τ μητρὸς, ἡ πολλὰ τῷ ἀδελφῷ λοιδορησαμένης, ἐπεὶ νὺξ ἐπῆλθε, κατέδαρθον ἔτι ἔρδακρυς, ἡ τ νύχθ' ὅλην ἐνοῶν.

5. Hactenus quidem, quae dixi, ridicula

Μέχρι μὲν δὴ τούτων γελάσιμα· ἡ μειρακιώδη τὰ

in *Euripidae* Medea v. 1173. ancilla anus, cum Glaucam Creontis filiam infelicis doni veneno contactam in ſolium incidere ſolutis membris vidiſſet, ἀνωλόλυξεν, quippe

— δέξασά πυ

Ἡ Παιὼς ὀργὰς, ἥ τιν' θεῶν μολεῖν

ſed animadverſa ſaevientis mali labe, quae a furore divinitus immiſſo multum aberat, Εἶτ' ἀντίμολπον ἦκεν ὀλολυγῆς μόγον Κάκιλον, *pro ſacro ululatu in flebiles ejulatus prorupit*: quod ideo monere viſum fuit, ne quis per errorem hunc locum in contrariam plane ſententiam, quod factum memini, capiendum exiſtimaret: ſimiliter Iph. in T. v. 1337. certe, niſi in rebus laetis, ὀλολύζειν apud veteres vix reperias uſurpatum: vide *Euripid.* El. v. 691. idque praeter *Caſaubon.* ad *Theophr.* Char. c. XXI. & Equit. Ariſtoph. v. 613. docuit *Ez. Spanhem.* ad Callim. H. in Del. v. 258. H. in Pall. L. v. 139. attamen ad fletus & lamentationem traducta ſunt a poſterioribus haec vocabula, eorumque poteſtas tam prope ad λύζειν acceſſit, ut ſaepius ad id verbum explicandum adhibuerint Grammatici: vid. *Heſych.* in Λυγμὸς, *Suid.* in Ἀναλύζασα, Ἀνυγμαίνουσα, Λυγμὸς. *Schol.* Ariſtoph. ad Acharn. v. 690. Λύζω] ἴσον λιγῷ (vel μῷ, ut *Suid.* habet) τῷ ζ ὀλολύζω· ἴσον δὲ χωρὶς τῷ ζ ἀλύω, τυτύσσω, ἀδημονῶ. Λύζω, ποιῶν φωνὴν τραχεῖαν ἀφίημι, ἢ λυγμῷ συνέχομαι). ubi probe ſeparandae ſunt adnotationes binae, prima vetuſtioris *Scholiaſtae* diverſam in *Ariſtophane* lectionem confignantis Εἶτα λύζω & Εἶτ' ἀλύω (nam ut λύω vice τῷ ἀλύω unquam fuerit poſitum pro ἀδημονῶ, quamquam in *Heſychio* ſic quoque legatur, non inducor, ut credam) recentioris altera, vulgatam &, meo quidem judicio, deteriorem ſcripturam exponentis; quod minus intellectum tenebras objecit *H. Stephano* Ind. Theſ. in Λύζω, & *Foeſio* Oecon. Hipp. in Λύζειν. Hinc patet, quam facili errore potuerit altera vox in alterius locum immigrare. Neque tamen diffiteor praeferendum mihi videri ἀναλύζων propter illud συνεχὴς, *crebros ſingultus ducens*, vel, ut cum *Val. Flacco* dicam III, 338. *crebris quatiens ſingultibus ora*. Vid. *Petron.* c. 91. p. 440. *Philo* περὶ Πε. πρὸς Γ'. p. 1019. B. ὁ δὲ μόλις μὲν, ἀναλύζων δὲ ὅμως κατομόρῳ τῷ συνόμαιμι φησὶν antea mentionem fecerat δακρύων ἀθρόας φορᾶς. Similiter ταῦτα λέγων ὁ Ἰώσηπ (de B. J. VI. c. 2. §. 2.) μετ' ὀδυρμῶν δακρύων λυγμῷ τὴν φωνὴν ἀνεκόπη, vel potius (cur enim reſpuamus auctoritatem *Mſſ.*?) ἐνεκόπη. *Stat. Theb.* VII, 360.

Dicentis maduere genae —
— *vocisque repens ſingultus apertum*
Intercepit iter.

nec minus eleganter *Pedo Albin.* ad Liv. v. 120.

Tandem, ubi per lacrimas licuit, ſic flebilis orſa eſt,
Singultu medios impediente ſonos:

cujus generis innumera congregare nihil adtinet: *Lucianus* etiam in Peregr. ἐδάκρυε μάλα γελοίως, & mox, ἀπῆγον αὐτὸν λύζοντα μάλιστα. *Heſych.* Ἀναλύζων, ἀναπύττων *niſi potius ſcripſit* ἀνελύττων, inquit *H. Stephan.* in Theſ. Ind. hoc ſi verum, nam nonnihil addubito, in Λυγμὸς itidem pro ἀναλυγμὸς reſtituendum erit ἀναλυγμός· at non vereor affirmare, verbum illud Heſychio reddi debere in Ἀναλύζειν, ἀναβλύζειν, κλαίειν & Ἀναλύζει, λεπτὰ μιτὰ κλαυθμοῦ. utrobique ſcribe, ἀναλύζων, λύζει neutrum pervidere potuit *Barneſius* ad Anacr. Od. 56. p. 196. *Gloſſae* quidem Cyrilli: Ἀποβλύζω, λύζω, *ſingulto*: ſed hic quomodo defendi poſſit & declarari ex formula poëtarum, *ſingultare animas, ſanguinem*, facile video; in *Heſychio*, non item. Pari virtute dici ἀναφέρειν oſtendit *Galenus* in Gl. Hipp. δηλοῖ ποτὲ καὶ τὸ ὑπολύζειν ἀναπτύοντα, ὡς ἐν τῷ πρώτῳ περὶ νόσων τῷ μακροτέρῳ καὶ ἀναφέρειν ἔστιν παιδία τὰ πεπυωμένα, πλαίοντά τε καὶ εἰς τὰς ῥῖνας ἐπιλεγόμενα τὸ πτύωμεν haec commode faciunt ad ſingultus Luciani verberati, quod clarius patebit, ſi reſcribas πεπαιμένα vel πεπασμένα· tantillum vitium cum Foeſius in Ἀναφέρειν non animadvertiſſet, prava verſione incruſtavit: idem apud *Heſychium* eruditos fefellit in Κροτητά. Egregie *Propertius* illud ἀναπτύειν ὑπολύζοντα expreſſit: *Surget & invitis ſpiritus in lacrimis* I. El. XVI, 32. Λυγδὴν κλαίειν eſt apud *Sophocl.* Oed. Col. v. 1618. *T. H.*

59. Δακρύων τὰς ὀφθαλμὰς ὑπέπλεως] Τὰς ὀφθαλμὰς aberant ab uno *Mſſ.* *J. B.*

62. Πολλήν τινα ὠμ.] Vix eſt, ut non putemus excidiſſe: καὶ κατ. πολλήν τινα τῇ θείᾳ τὴν ὠμ. hoc, niſi fallor, poſtulant ἴδρωτα & αὐτὸν. Mox illud ἐνοῶν ſuccedens poſt κατέδαρθον ἔτι ἔρδακρυς mihi non probatur: ἔννοια potius vigilanti convenit: *Long.* II. p. 39. ἀγρυπνία ἴσχυσα καὶ ἔννοια τῶν γεγενημένων, καὶ κατάμεμψις. (adſentior *Rhodomanno* & *Jungermanno* ſic emendantibus: Mollius aberrat) τῶν παραλελειμμένων. melius quadraret ἐννυκτεύων vel ἐνυπνοπολῶν, quemadmodum in *Liban.* Decl. XXXVII. p. 807. B. περὶ μὲν πρῶτον ὕπνον κατέδαρθον ἔπειτα ἐνυπνοπολήσας τὴν ἐνρσίαν, ἀνηγέρθην· ſed haec a vulgata lectione nimis recedunt. *T. H.*

64. Ἀγανακτησαμένης] Reſtitue ἀνακλησαμένης. *J. Br.*

64. Ἀγαν. δὲ τ μ.] *Thomas Mag.* in Ἠγανακτησάμην. Neminem fore credo, cui *Brodaei* conjectura blandiatur. *T. H.*

71. Φιλη-

τὰ εἰρημένα· [a] τὰ μὲν ταῦτα δὲ ἐκέτι εὐκαταφρόνητα, ὦ ἄνδρες, ἀκούσεσθε, ἀλλὰ καὶ πάνυ φιλητικῶν ἀκροατῶν δεόμενα. ἵνα γὰρ καθ' Ὅμηρον εἴπω, [b] Θεῖός μοι ἐνύπνιον ἦλθεν ὄνειρος, Ἀμβροσίην διὰ νύκτα, σιαργὴς ἔτος, ὥστε μηδὲν ἀπολείπειν τῆς ἀληθείας· ἔτι γὰρ καὶ μετὰ τοσοῦτον χρόνον τάττε σχήματά μοι τῶν φανέντων ἐν τοῖς ὀφθαλμοῖς παραμένει, καὶ ἡ φωνὴ τῶν ἀκουσθέντων ἔναυλος· οὕτω σαφῆ πάντα ἦν.

Δύο γυναῖκες λαβόμεναι ταῖν χεροῖν εἷλκόν με πρὸς ἑαυτὴν ἑκατέρα μάλα βιαίως καὶ καρτερῶς· μικρῷ [c] γεῦν με διεσπάσατο πρὸς ἀλλήλας φιλοτιμούμεναι· καὶ γὰρ ἄρτι μὲν ἡ ἑτέρα ἐπεκράτει, καὶ πάλιν μικρὸν ὅλον εἶχέ με. ἄρδην δὲ ἂν αὖθις ὑπὸ τῆς ἑτέρας εἱλκόμην. ἐδόων δὲ πρὸς ἀλλήλας ἑκατέρα, ἡ μὲν, ὡς αὐτῆς ὄντα με κεκτῆσθαι βούλοιτο· ἡ δὲ, ὡς μάτην τῶν ἀλλοτρίων ἀνθιποιοῖτο. ἦν δὲ ἡ μὲν ἐργαλικὴ, καὶ ἀνδρικὴ, καὶ αὐχμηρὰ καὶ

sunt & puerilia : quae vero deinceps conſequuntur, non jam contemtu digna, o viri, accipietis, ſed talia, quae valde diligentes auditores requirant : ut enim cum Homero dicam, Divinum mihi ſecundum quietem venit inſomnium almam per noctem, tam clarum, ut nihil abeſſet a veritate : quare poſt tantum tempus ſpecies rerum viſarum in oculis uſque inhaeret, & ſonus auditorum auribus inſonat; tam erant omnia manifeſta.

6. Duæ mulieres prehenſis manibus me utraque ad ſe trahebant vehementer ſane & valide, ſic ut parum abeſſet, quin me diſcerperent illo mutuo contendendi ſtudio : namque modo haec ſuperior pene me totum habebat, modo rurſus ab altera tenebar : interea vociferabantur invicem ambae; haec, eam me ſuum poſſidere velle : illa, fruſtra res alienas iſtam ſibi vindicare. Erat autem una operaria, virilis, ſqualida coma, manibus cal-

a Τὰ μ. τ. δὲ] Τὰ δὲ μ. τ. F. b Θεῖός &c.] *Homer.* Il. B. 56. c Γεῦν] Γ' οὖν F. quae pari modo ſaepius.

72. Ἔνυπνιον] τ. κατὰ ὕπνον. C. G.

71. Φιλητικῶν] Φιλήκοος non debet verti *auſcultandi cupidus*, ſed *literatus* vel *ſtudioſus literarum*, qui ſic dicitur, quod ſit adſuetus audire docentem, & libenter eruditis ſermonibus aurem praebeat. Hinc φιλητικοΐα, *diſcendi ſtudium*. *J.C.*

72. Θεῖός μοι] Agamemnonis verba, lib. 2. *Iliad*. *J.B.*

Θεῖός μοι &c.] Tritus uſu veterum verſiculus : ab eo orationem Ἀσκληπιάδας exorſus eſt *Ariſtid.* T. I. p. 73. εὐφήμως dicebant Θεῖον ὄνειρον. *Ariſtoph. Ran.* v. 1379. Ὡς ἂν Θεῖον ὄνειρον ἀποκλύσω. *T.H.*

73. Ἐναργὴς] Indicium hoc eſt ſomnii divinitus miſſi : nam cetera ſomnia minus vivida eſſe credebantur. *J.C.*

77. Ἔναυλος] Hac dictione paſſim utitur. ἔναυλος ὁ ἐντὸς τῆς αὐλῆς. ὅθεν ὁ λόγος ἔναυλος ὁ ἐντὸς ὢν τῆς ἀκοῆς· atque hanc vocem ſic capit, dum ait σχήματά μοι τῶν φανέντων ἐν τοῖς ὀφθαλμοῖς παραμένει, &c. *J.B.*

Ἔναυλος] In Galei Coll. adſcriptum : *inſonans* : quomodo *Boeth.* C. Ph. II. Pr. 3. *Itaque quum haec auribus inſonare deſierint.* Quam *Bourdelotius*, eandem notavit vocis interpretationem *Vorſtius* : ſumta ſunt ex *Euſtath.* ad Il. Φ. p. 1236. v. 52. quem Phavorinus deſcripſit. *T.H.*

78. Δύο γυναῖκες] Hoc Luciani ſomnium, ſeu viſio convenit cum Prodici Cei Sophiſtae figmento, quo induxit Voluptatem & Virtutem in ſolitudine Herculi adhuc puero apparuiſſe, ut utram vellet ſibi comitem vitae adſumeret. Hujus Prodici σύγγραμμα περὶ Ἡρακλέους *Xenophon* lib. Ἀπομν. II. citat. Meminit ejusdem Quintil. IX, 2. Cicero de Off. I. & ad L. Luceium Epp. lib. V. Nec diſſimilis eſt Chriſti Doctrina de arcta & lata porta Matth. VII. & Pythagorae de litera bicorni, de qua praeter Virgilii carmen videndus eſt *Lactant.* lib. VI. c. 3. 4. Heſiodium bivium exponit etiam Plato in Protag. & de LL. IV. nos in libro noſtrarum Mythologiarum ſecundo Herculem Prodicium. Silius porro Italicus XV. Xenophontis figmentum ab Hercule ad Scipionem tranſtulit. *G.C.*

Δύο γυναῖκες] Totius narrationis ſive τῆς ἐνυπνίου exordium ſumptum è *Prodici* Philoſophi Hercule. *Suid.* in Prod. aliique multi. Verum figmentum illud non *Prodico* ſed *Xenophonti* quidam adſcripſerunt, ut *Cic.* epiſt. 12. lib. 5. ad Fam. *Scholiaſt.* Homeri ad 14. Odyſſ. *Lucianus* hac προσλαλιᾷ §. 17. Male hoc illi. *Prodicus* enim hujus autor primus, ut patet apud ipſum *Xenophontem*. poſt primum autorem alii illud ipſum tetigere, ut *Max. Tyr.* ſerm. 4. *Themiſt. Euphrad.* Orat. 3. *D. Baſil.* Orat. ad Nepot. *J.B.*

Δύο γ.] Imitatio Herculis *Prodici*. de quo vide *Xenoph.* ἀπ. β'. p. 429. Ed. St. *Cic.* Off. I, 32. *Ovid.* III. Amor. 1. *Sil. Ital.* XV. *Baſil. De leg. Gr. lib.* (Grot. Ed. 91.) *M. du S.*

Δύο γυναῖκες] Quin ex Hercule Prodici delitigantium inter ſe Ἐρμογλυφικῆς & Παιδιᾶς hanc imaginem *Lucianus* conceperit, dubitat nemo, paſſimque Eruditi Viri notarunt, *Dauſqu.* & *Drakenborg.* ad Sil. Ital.

callo plenis, succincta vestem, calce referta, qualis erat avunculus, quum poliret lapides: altera vero facie valde formosa, habitu decora, atque eleganti vestitu. Tandem ergo mihi permittunt arbitrari, utri malim adesse. Prior autem inculta illa & virilis sic est locuta:

7. Ego, care puer, ars sum Statuaria, quam heri coepisti discere, & domestica tibi & cognata genere: etenim & avus tuus, (matris ipso nomine patrem appellabat,) lapidum erat sculptor, & avunculi utrique magnam sunt adepti laudem ex nobis: siquidem optes nugis & quisquiliis, quas illa praebet, abstinere (monstrabat alteram) & me sectari mecumque degere, primum tu quidem aleris firmo cibo, & humeros habebis robustos; ab omni autem invidia eris alienus, neque unquam abibis in peregri-

ἢ κόμην, τὼ χεῖρε τύλων ἀνάπλεως, διεζωσμένη ἢ ἐσθῆτα, τιτάνῳ καλαγέμασα, οἷος ἦν ὁ θεῖος, ὁπότε ξέοι τὺς λίθους. ἡ ἑτέρα δὲ μάλα εὐπρόσωπος, ἢ τὸ σχῆμα εὐπρεπὴς, ἢ κόσμιος ἢ ἀναβολήν. τέλος δ' ἂν ἐφιάσί μοι δικάζειν, ὁποτέρα βουλοίμην σωτεῖναι αὐτήν. πρωτέρα δὲ ἡ σπληρὰ ὠκείη ἢ ἀνδρώδης ἔλεξεν·

Ἐγὼ, φίλε παῖ, Ἑρμογλυφικὴ τέχνη εἰμὶ, ἣν χθὲς ἤρξω μανθάνειν, οἰκεία τέ σοι ἢ συγγενὴς οἴκοθεν· ὅ, τε γὰρ πάππός σου, εἰπεῖν πάτρωνα ἢ μητροπάτορα, λιθοξόος ἦν, ἢ τὼ θείω ἀμφοτέρω ἢ μάλα εὐδοκιμεῖτον δι' ἡμᾶς. εἰ δὲ θέλοις λήρων μὴ ἢ φλυάφων τῶν ἀπ' ταύτης ἀπέχεσθαι, δείξασα ἢ ἑτέραν, ἔπειτα δὲ ἢ σωφρονεῖν ἐμοὶ, πρῶτα μὲν θρέψῃ γεννικῶς, ἢ τὼς ὤμως ἕξεις καρτεροὺς, φθόνου δὲ παντὸς ἀλλότριος ἔσῃ, ἢ ἔπειτ' ἄπει ὅπῃ ἢ ἀλλοδαπὴν,

Ital. XV, 20. *J. Barnes.* V. Eurip. §. 12. ad *Homer.* Od. N. 288. *J. A. Fabric.* B. G. II. c. 23. & 41. Quid sibi velit *Bourdelotius*, quum *Lucianum* inter eos ponit, qui fabulam Herculis non Prodico, sed Xenophonti tribuerint, nullus capio. *T. H.*

79. Βιαίως καὶ καρτερῶς] Sic jungi solita in *Xenophonte* & *Platone*. *J. B.*

82. Ὅλον εἶχέ μοι] Sic in Epist. amator. *Philost. J. B.*

86. Τῶν ἀπ' ἠπείρου] ἀγαθῶν. *J. Br.*

88. Τὼ χεῖρε] Sic in omnibus & *Mss.* & *Edit.* sic passim, ut infra, τὼ χεῖρε, τὼ τέχνα, & similia in *Platone*. *J. B.*

88. Τύλων ἀναπ.] Ut solent, quibus a rustico aliove gravi opere, fabriliumque instrumentorum tractatione manus occalluerunt: huic hominum generi vitam ingloriam, qui Musis operantur, adscribunt; divites ac potentes in Hieronis persona *Theocritus* hortatur Ecl. XVI, 32. ut in poëtas faciles sint & largi, ne ἀκλεεῖς ad Acherontem plorent, Ὥστέ τις μαλίλας τῦλα βάρος ἐνδοθὶ χεῖρας. *Dion. Chrys.* p. 410. B. ὁ τὰς χεῖρας τύλας ἔχοντα. *T. H.*

92. Κόσμιον τὴν ἀναβολὴν] Ut post passim, κοσμιώτερον τὴν ἀναβολήν. *J. B.*

1. Τὼ θ. ἀμφοτέρω. καὶ μ.] Tollo distinctionem omnium Edd. καὶ τὼ θείω ἀμφοτέρω καὶ μάλα εὐδοκιμεῖτον. quod fieri jubet verbi numerus dualis: εὐδοκιμεῖν ad avunculum utrumque pertinet, non item ad avum maternum, qui statuarius quidem, sed artis laude inferior. Illud καὶ μάλα, quasi novam periodum ordiri deberet, turbavit librarios. *Thucyd.* VIII, 1. ἢ ὡς ἔδοξεν αὐτοῖς ἐ ἐποίουν ταῦτα. *T. H.*

5. Θρέψῃ γεννικῶς] Male verterunt: *generose edu-caberis*: hoc voluit *Lucianus*: *aleris firmo cibo*, unde validos humeros laborique aptos nanciscaris: nam delicatae dapes, quibus isti nutriuntur, robur corporis enervant. Γενικὸς & γενναῖος, illud rarius, hoc frequentissimum, pari sunt propemodum potestate: primum saepe videas degenerasse in γενικὸς, quae tamen distingui debere & ratio linguae docet, & recte monuit *H. Stephanus* in *Thes. Hesych.* Γενικῶς, ἰσχυρῶς, γενναίως· prave *Suidas* Γενικὸς. *Lucian.* Pseudom. §. 55. *Dionys. Halic.* Vet. Scr. Cens. p. 124. v. 13. γενικὸν ἢ μεγαλοφυῆ τὸ πρόσωπον ἦθη ἐ πάθη lege, γενικὸν frustra est *Sylburg. fortasse γενναῖα malet aliquis pro γενικὰ*· reponendum enim & p. 175. v. 4. γενικώτερον· idem remedium apud *Suidam* placet in Πρόκοπος, ubi *Porto* suspicanti γενναῖα *Kusterus* adstipulatur: hoc tamen in loco *Suidae* si quis μανικὸν potius habuerit, haud equidem adversabor: quemadmodum in *Gregor. Nazianz.* Stel. II. p. 98. ὀφθαλμὸς μανικὸν βλέπων. Non aliter apud *Platonem* scribendum est in *Theaet.* p. 107. E. Γενικὸν λέγεις τὸν ἄνδρα· *Phrynichum* Ecl. p. 42. γενικώτατον μάρτυρα, ubi *Nunnesius*, *nobilissimum testem*, quasi unquam ea virtus esset in γενικῷ. Porro Atticorum est θρέψῃ pro τραφήσῃ. *Plato* de Rep. II. p. 600. E. VIII. p. 726. D. *Libanius*: πόθεν ὁ ἀριστος θρέψεται; *T. H.*

Ibid. Τὼς ὤμους ἕξεις καρτεροὺς] Ut in Deor. & Mortuor. dialog. & in Contempl. *J. B.*

7. Ἄπει ἐπὶ τὴν ἀλλοδ.] De Sophistarum peregrinationibus vide *Cresoll.* A. G. X, 87. sed, qui ibi laudatur, *A. Gellius* de Philosophis erraticis loquitur. *M. du S.*

πατρίδα καὶ τοὺς οἰκείους καλαλιπόντ᾽ · οὐδὲ [a] οὐδὶ λόγους ἐπαινέσονταί σε πάντες.

nas regiones, patria familiaribusque relictis; nec te sane ob declamatiunculas laudabunt cuncti.

Μὴ [b] μυσαχθῇς δὲ τῷ σώματι τὸ εὐ-τελὲς, μηδὲ τὸ εἶδος τὸ σιναρόν· ἀπὸ γὰρ τοιούτων ὁρμώμενον καὶ Φειδίας ἐκεῖνον

8. Cave autem, fastidiveris habitus vilitatem, aut illud vestimenti sordidum: a talibus enim initiis profectus etiam Phidias ille Jovem

a Οὐδὶ] Οὐδὶ P. οἱ δὲ margo. A. 1 W. b Μυσαχθῇς] Μυσαχθεὶς F.

Ἄπει] Attico more pro ἀπελεύσῃ quod ne quis usurpet, cui castigatioris styli sit cura, sedulo cavet *Phrynich.* p. 10. *Thom. M.* in Ἄπεισιν & Ἰών. *Plato* Apol. p. 23. C. σὺ οὖν οἶδας ἀφίκου αὐτὸν, οὐδὲ ἄπειμι. Utitur hoc *Luciani* loco *Kusterus* ad *Aristoph. Plut.* v. 70. Vide *H. Stephani*, qui jampridem haec copiosius fuerat persecutus, App. de D. A. p. 139. *T. H.*

8. Οὐδὲ ἐπὶ λόγοις] Longe alia lectio concipitur ex Mss. & Angl. Cod. οἱ δὲ ἐπὶ λόγοις, (id est, qui partes τῶν παιδιᾶς tuentur) σὲ ἐπ᾽ ἔργοις ἐπαινέσονται σε, ἀλλ᾽ ἐπὶ λόγοις. Recepta lectio facilior, haec durior. πάντες abest a Mss. *J. B.*

Οὐδὲ ἐπὶ λόγοις ἐπαινέσονταί σε πάντες] Pater adscripsit notam Bourdelotii, mentem suam de ea non aperiens. Sane vulgata haec locum & salem Luciani & bonum sensum non habet. Cui enim dicere licuit, *neque ob orationem laudabunt te omnes*, ut *Benedictus* vertit, aut, ut apertius *Micyllus*, sed abundantius quam Graeca patiuntur, *neque etiam ob verba & orationem modo laudabunt te omnes?* ad quod ipsum vides tendere Bourdelotium. Quem illum omnes laudant? Sed nec judicium Bourdelotii probum est, dum censet receptam lectionem faciliorem, eam, quae in Mss. est, duriorem; nam contrarium verum est. Quid enim facilius & gratius hac lectione, οἱ δὲ ἐπὶ λόγοις ἐπαινέσονταί σε, omissa voce πάντες, quam non habent scripti libri? Sensus est, *pauci vero quidam* (sic per contemptum doctos & facundos viros vocat οἱ δὲ, ne nominare quidem dignata) *ob studia laudabunt te*, nisi quod etiam Graeca vox λόγοις invidiam quandam & contemptum majorem prae se fert, fabulas quoque & narratiunculas & nugas denotans. ἐπαινεῖσθαι ἐπὶ τισι passim in Luciano obvium. *J. G.*

Οὐδὲ ἐπὶ λόγοις &c.] Recte animadvertit *J. Gronovius*, non posse haec aliter Latine exprimi, quam: *neque propter verba laudabunt te omnes.* Sine dubio opponuntur λόγοις ἔργοις, *verba operibus.* Sed cum prior dicat Statuaria, Eloquentia etiamnum tacente, tota res exprimi debuit. Omnino ergo existimarim, omissa fuisse verba haec, ἀλλ᾽ ἐπ᾽ ἔργοις. Cum librarius scripsisset ad vocem λόγοις, oculosque a libro amovisset, repeteretque scriptionem, deceptus syllaba γοις, omissis tribus voculis, quasi eas jam descripsisset, transiliit ad eam, quae proxime sequebatur vocem ἔργοις. Lege ergo, οὐδὲ ἐπὶ λόγοις, ἀλλ᾽ ἐπ᾽ ἔργοις ἴσως. &c. *non propter verba*, ut solent oratores, qui rivalem meam sequuntur, *sed propter opera laudabunt te omnes.* Eo clare respicit Eloquentia hisce verbis, quae ostendunt Statuariam ea dixisse, quae exposuimus: Εἰ δὲ καὶ Φειδίας ὁ Πολύκλειτος γένοιτο, καὶ θαυμαστὰ πολλὰ ΕΡΓΑΣΑΙΟ, τὸν μὲ τίχνλω ΑΠΑΝΤΕΣ ΕΠΑΙΝΕΣΟΝΤΑΙ &c. Scio laudari Mss. Codices, qui pro οὐδὲ habeant οἱ δὲ, & omittant etiam πάντες sed haec confutat orationis series, & videntur esse παραφράσεις Grammatici, lacunam hic esse non intelligentis. De ejusmodi omissionibus egimus in *Arte Critica* P. III. Sect. I. c. 5. *J. C.*

Ἐπὶ λόγοις [ἀλλ᾽ ἐπ᾽ ἔργοις] ἐπ.] Sic edi ex conjectura curavimus, cum in editis antea legeretur, οὐδ᾽ ἐπὶ λόγοις ἐπ. σ. π. nullo aut perobscuro sensu. Praevixit emendationi nostrae scriptura Codicis *Bourdelotii*, cujus notam praemisi: in P. tamen est οὐδὲ. Ne quis autem hoc exemplo audaciae me infimulet, quod mea pro Lucianeis obtrudam, sciat in paucissimis iisque fere desperatis locis id factum, neque usquam quicquam contra fidem Codicum seu impressorum seu manuscriptorum scientem prudentemque, non monito lectore, mutatum. De ἐπὶ λόγοις vid. c. 7. ἐπὶ τοῖς ἀφροις ἡδυσμασιν. & Φιλοψ. c. 6. ἐπὶ τοῖς Πλάτωνος λόγοις θαυμάζουσι. *M. du S.*

Οὐδὲ ἐπὶ λόγοις] Turbatum hic fuit in Codd. Mss. eam ob rem, ut puto, quod quae primum ad illustrandam sententiam margini fuerant adpicta, postmodum ipsum *Luciani* contextum invaserint. Summo opere contenduat Eruditiss. Viri, ut inseratur, tanquam necessarium ad mentem *Luciani*, ἀλλ᾽ ἐπ᾽ ἔργοις vulgatam lectionem, quam princeps Ed. Fl. fidelissima sane, nec minus Junt. tuentur, ut moverem, impetrare a me non potui. Oratio est morata, quae, sicut in dramaticis usu venit, ipso gestu vultuque ad irridendum composito juvari debet: *me si praetuleris*, inquit, *non peregrinabere procul patria & propinquis, neque ob orationes (quae adversarium meum λῆρος sunt καὶ φλύαφος) cunctis te laudabunt.* In his quid jure desiderari possit, equidem non video: ista ἐπὶ λόγοις per se posita, quiddam invidiosum habent, quod evanescit, simul atque adsitum fuerit ἀλλ᾽ ἐπὶ ἔργοις. Ἐπαινεῖσθαι ἐπὶ λόγοις extat in *Lexiph.* c. 22. οἱ δὲ pro οὐδὲ notavit etiam ignota manus ad oram Ed. A. W. patrocinatur huic lectioni *J. Gronovius*: ego nihil aliud dicam, nisi me non adsentiri. *T. H.*

10. Μὴ μυσαχθῇς] In Flor. Cod. μυσαχθεὶς, male. hanc vocem alibi interpretatus sum. *J. B.*

Ibid. Τῷ σώματος τὸ εὐτ.] Imo vero χήματος, *vestis ornatus:* nemini enim suum ipsius corpus vile est. Vertendum ergo: *ne abhorreas a vili ornatu*, aut, *a sordo vestium.* *J. C.*

Τὸ

Jovem exhibuit, & Polycletus Junonem effinxit, & Myron in laude, & Praxiteles in admiratione fuerunt: hi nunc propterea cum Diis adorantur. Jam si tu unus eorum fias, qui poteſt fieri, quin celebris apud omnes homines ipſe habeare?

ἔδειξε τὸν Δία, καὶ Πολύκλειτος τὴν Ἥραν εἰργάσατο, καὶ Μύρων ἐπῃνέθη, καὶ Πραξιτέλης ἐθαυμάσθη· προσκυνοῦνται γοῦν οὗτοι μᾶλλον τῶν θεῶν. εἰ δὴ τούτων εἷς γένοιο, πῶς οὐ κλεινὸς αὐτὸς ὢν καὶ πᾶσιν ἀνθρώποις γένοιο; ζηλω-

Τῷ σώμ. τὸ εἰσ.] Subſcribo *J. Clerico*: quemadmodum jungitur hic τὸ ἐσθῆτος τὸ πυκνὸν, eodem modo paulo ante χρῶμα & ἀνασολὴ tum c. 13. quod emendationi probandae ſolum ſufficit, χιτῶνα πυκνὸν καὶ χρῶμα δουλοπρεπὲς quod quid aliud eſt quam τῇ χρῄσει τὸ ἀνελεύθερον; contra χρῶμα εὐπρεπὲς viri literis expoliti, eodem §. vid. *Tim.* §. 54. Σχῆμα vero corporis habitus, qui, ſi liberalis, ingenium bene natum prodit; ſi vilis & indecorus, turpe atque abjectum. Saepius hae voces commutantur: bene merebor de Heraclide Pontico, eumque obeſi corporis, quod ſimili vitio debet, male liberabo. *Diogen. L.* V, 86. ἐπὶ τοῦ ἐσθῆτι τι μαλακῇ ἐχρῶτο, καὶ ὑπέργυνον· ὃν τὸ σῶμα. *Interpr. tumentique fuit corpore:* ut apud *AElian.* V. H. XIII, 1. p. 787. τὸ ὑπέργυνον τῇ σώματος commemoratur: at tu lege potius, τὸ χρῶμα, *ſpecie corporis erat magnifica, & quaeſ ad pompam compoſita:* quocirca non Πολιεὺς, unde domo erat, ſed Πομπεῖος Attici dixerunt. Quod porro ſequitur apud *Diogenem*, opinionem noſtram firmat: πρὸς τι ἦν τὸ βάδισμα ἐπιεικές. junguntur ſaepe χρῶμα & βάδισμα. *Xenoph.* Socr. Ap. p. 411. v. 21. *Ariſtoph.* Veſp. v. 1165. *Diogen. L.* VII, 22. *T. H.*

Ibid. Τὸ αὐτελὲς] *Vilitatem.* Hanc vocem ſaepe interpretati ſunt viri doctiſſimi. Cetera hujus concionatricis habes in Piſcat. *J. B.*

12. Φειδίας ἔδειξε τὸν Δία] Olympicum, ut patet poſtea, & apud Jul. Imper. in epiſt. *J. B.*

13. Ἔδειξε τὸν Δία] Vidi, qui daret: *fecit Jovem:* adlato pari verborum λανθάνουσα & λανθάνων uſu: hoc procul a vi locutionis abeſt. Tu cape: *tantam ſimulacbro dignitatem addidit, ut Jovem ipſum mortalibus oſtendiſſe videretur.* Δοκοῦσαι pictorum eſt, fictorumve, qui expreſſiſſima ſimilitudine imagines animant. Νόθος in *Imag.* §. 7. τὸ δὲ ἄλλο σῶμα ὁ Ἀστυλλὸς διέθηκεν ἀκριβῶς τὸν Παγκράτιον. *Piſcat.* §. 38. ἔδειξε τοὺς ἄνδρας ἐναργῶς ποιήσας ἐπί τοῦ ὑμετέρου τὰ πάντα προσωποποιίας vide locum. Eadem mens *Senecae Contr.* V, 36. p. 387. *Non vidit Phidias Jovem &c. dignus tamen illa arte animus & concepit Deos & exhibuit:* ἔδειξε. Simillimum illud *Platonis* Enn. V. libr. VIII. p. 542. E. ubi, qualis idea ſit intelligenda pulchri, multis diſputat. ἔστιν (l. ἐστέον) ὁ Φειδίας τὸν Δία μήτε οἷόν τ' ἀνθρώπου ποιήσας, ἀλλὰ τοιόνδε (addendum omnino videtur τῷ) οἷον ἂν γένοιτο, εἰ ἐμοὶ ὁ Ζεὺς δι' ὀμμάτων ἐθέλοι φανῆναι. vide *Damaſc.* apud *Suid.* in Ἰσιδώρου ἱστορίᾳ. *Liv.* XLV. c. 28. *Olympiae & alia quidem ſpectanda viſa, & Jovem velut praeſentem intuens motus animo eſt:* in his, quod gravem hiſtoricum decebat, magnificum eſt orationis pondus: quanto jejunius, idque minime mirandum eſt, *Valer. Max.* III, 7. Ext. §. 4. *vultum Jovis propemodum ex ipſo coelo petitum eboris lineamentis amplexus.* Sed cogitate *Quinctilian.* I. O. XII. c. 10. p. 1087. *cujus pulchritudo adjeciſſe aliquid etiam receptae religioni videtur; adeo majeſtas operis Deum aequavit.* Cujus laudis ampliſſimum ſane praeconium cumulaſſe videri poteſt *Propert.* III, 7. v. 15. *Phidiacus ſigno ſe Jupiter ornat eburno*, modo lectio ſit proba; quod nunc quidem exquirere non lubet. Scurra Noſter illam hominum opinionem de Phidia tam honorificam palam irridet de Sacr. §. 11. qui in templum ingrediuntur, non jam Indicum ebur amplius ſe videre putant, neque erutum e Thraciae venis aurum, ἀλλὰ τὸν Κρόνου καὶ Ῥέας ἐς τὸν γῶν ὑπὸ Φειδίου μεταμορφόν. Porro notum eſt, quos *Homeri* verſus, ut dignam Jove majeſtatem repraeſentaret, animo ſecutus fuiſſe Phidias tradatur: eam ob rem de utroque perinde dictum, ὁ τὸν ἐκ θεῶν αἰνέας ἢ μόνον ἰδὼν, ἢ μόνον δίξας *Strab.* VIII. p. 543. operae pretium erit Apollonii diſputationem in *Philoſtrato* contuliſſe de V. A. T. VI. p. 256. Vere ergo ſcripſit, atque eleganter *Schol. Homer.* ad Od. A. 612. Phidiam καλλιλιθόνου εἰς τὸν Δία τὸ πῶν ἐκ ἰσυτοῦ τέχνης. De Polycleto *Maxim. Tyr.* XXVI. p. 266. Juno, οἵαν Πολύκλειτος Ἀργείαν ἔδειξε λιθόλιθον &c. credas ipſi fuiſſe in mente *Parmenionis* Epigramma *Anthol.* IV. c. 12. Ep. 65. Eosdem, qui Luciano memorantur, artifices conjunxit etiam *Dionyſ. Halic.* περὶ Θουκ. χαρ. p. 224. *Juven.* VIII, 102. de quibus vide *Fr. Juniums* in Catal. *T. H.*

Ibid. Τὸν Δία] *Jovem Olympium.* *J. Br.*

Τὸν Δία] Jovis Olympici ſtatuam, quae inter VII. orbis miracula habita eſt. de qua videndus *Pauſan.* El. I. p. 156. *Noſter* Συγγ. c. 27. Ἰων. διν. c. 14. Παρ. c. 6. *Clem. Alex.* p. 19. B. ἐπὶ μὲν ὖν Ὀλυμπιάσι Δία, καὶ τὸν Ἀθήνῃσι Πολιάδα ἐκ χρυσοῦ καὶ ἐλέφαντος καλλιτεχνήσας Φειδίας, πανοῦ που σοφός. *M. du S.*

Ibid. Πολύκλ. τὸν Ἥρων] De qua nos in Epigrammata Graeca. *J. Br.*

Πολύκλειτος τὸν Ἥρων] Argivam. patet apud *Plin.* de horum duorum operibus, Autor libri de mundo, *Cic.* Tuſcul. I. *Plin.* c. 8. lib. 34. *Val. Max.* c. 15. lib. 8. *J. B.*

Πολ. τὸν Ἥρων] *Rourdel.* Argivam Junonem. *Baſilius* de Leg. Gr. libr. Grot. Ed. 107. B. Myronis vacca, Praxitelis Venus. *M. du S.*

15. Ἐθαυμάσθη] Mſſ. Θαυμαστόν. *J. B.*

Ibid. Μετὰ τῶν θεῶν] Pictores inter Deos referuntur apud *Cicer.* Tuſc. I. *J. de la F.*

Vid. Ἔφ. c. 16. de phraſi ipſa vid. *Jamblich.* n. 30. & *Porphyr.* n. 20. *M. du S.*

ζηλωτὸν δὲ ᾗ † πατέρα ἀποδείξεις, ὠφέλιμον βλεπόμενον δὲ ἀποφανεῖς ᾗ † πατρίδα. ταῦτα καὶ ἔτι τούτων πλείονα ἀγαπταίουσα, καὶ βαρβαρίζουσα [a] πάντοθεν, εἶπεν ἡ Τέχνη, μάλα δὴ σπουδῇ συνείρουσα, καὶ πείθειν με πειρωμένη· ἀλλ' οὐκέτι μέμνημαι· τὰ πλεῖστα γὰρ ἤδη με † μνήμων διέφυγεν. ἐπεὶ δ' οὖν ἐπαύσατο, ἄρχεται ἡ ἑτέρα ὧδέ πως·

imo patrem efficies, ut beatus praedicetur te filio, patriamque insuper reddes illustrem. Ista, atque istis itidem plura titubans & usquequaque barbare locuta dixit statuaria, perquam sane sedulo composita, ut quae mihi persuadere conaretur: sed non amplius recordor: nam plurima jam quidem memoriam effugerunt. Postquam igitur desiit, sinfit altera hunc fere in modum:

Ἐγὼ δέ, ὦ τέκνον, Παιδεία εἰμὶ ἤδη συνήθης σοὶ, ᾗ γνωρίμη, εἰ μηδέπω εἰς τέλος με πεπείρασαι. ἡλίκα μὲν οὖν τὰ

9. Ego, fili, Eruditio sum, jam tibi familiaris & nota, etsi necdum ad finem usque me pertentaveris. Quanta quidem tu bona

a Πάντοθεν] Pr. Edd. pleraeque πάμπολλα.

24. Μνήμων διέφυγεν] * Ὁ τὰ χήματα † φανέντων τοῖς ὀφθαλμοῖς ἐντετυπωμένα φέρων, ᾗ τὴν φωνὴν ἄναυλον, ἄρα τὴν ἔντομον † εἰρημένην οὕτω ταχέως ἐξήμβλωκας; καινὸν τοῦτο. V.

* Ὁ τὰ] Ita V. prave fuerat editum ὅτι. M. du S.

† Ὁ λαχὼς] In Galei Collectaneis quaedam ex veteri Codice sunt descripta, alia recentis & multo deterioris notae ab Italo homine, ut nonnullis indiciis deprehendisse mihi videor, adlita, mixtis inter Graeca, velut ludendi causa, Latinis: quae propterea, quia religio erat vetustis Scholiis infe-

20. Πλείονα ἀγαπταίουσα] Hunc locum imitatus est *Julian.* Imp. ᾗ προσπταίων, ᾗ διαπολογῶν, οὐκ ἐφισάμενος ἐφ' ᾧ τὴν ἀνάμνησιν ἀθροῖσαι σὺν χρόνῳ. J. B.

Ibid. Καὶ βαρβαρίζουσα, πάμπολλα εἶπεν] Hic quoque adscripsit Pater Mss. lectionem πάντοθεν, quae longe melior, etsi aliud videatur *Bourdelotio:* mutetur modo distinctio sic, ᾗ βαρβαρίζουσα πάντοθεν, εἶπεν ἡ Τέχνη, *in quacunque sermonis parte barbarizans.* Nihil est *pleraque dicere.* J. G.

21. Πάμπολλα] Angl. & Mss. πάντοθεν. Sed πάμπολλα Lucianicum est: atque ipsa hac dictione passim utitur. J. B.

Πάντοθεν] Sic praeter Mss. *Bourdelotii* & A. P. L. & Ed. Junt. Reliquae πάμπολλα, quod minus placet. M. du S.

Πάντοθεν] Ferri poterat, βαρβαρίζουσα πάμπολλα, *plurima barbare locuta*, exemplisque pluribus adfirmari: sed mos fuit gerendus plerisque libris, cum quibus judicium Eruditorum hominum consentit: πάντοθεν in *Nigr.* §. 19. 31. &c. T. H.

27. Εἰς τέλος] Recte ibi Latinus interpres εἰς τέλος, *ad plenum.* Virg. lib. 2. Georg.

Hinc ager ille malus, dulcesque a fontibus undae
Ad plenum calcentur. J. B.

Εἰς τέλος] *Ad plenum. Virgil.* II. Georg. 244. sic ἀφ' τέλους. *Euripid.* Ἡρ. μ. Οἱ τ' εὐτυχοῦντες ἀφ' τέλους σὺν εὐτυχεῖς. M. du S.

29. Αὐτὴ] Pro αὐτὴ mutato spiritu & accentu legerim αὖτη. id namque διαλεκτότερον. *Etenim quanta sis consecuturus bona, statuarius factus, illa* (Ἑρμογλυφικὴ)

ante me exposuit. Idem fecerim in Deor. Dial. Ir. & Nept. Ἡ τοίνυν τῆσδε αὕτη ἀνάμνητος ἔσει vulgo αὐτὴ legitur, quod quum *ipsa* notet, non convenit isti loco, ut ex toto praecedentium contextu clarum est. Recte autem id observatum in Contempl. §. 13. Τάμουρις οὐσίνη ἐσί ᾗ τὴν κεφαλὴν γε ἀποτιμωμένη τῆς Κύρου αὕτη, ᾗ ἀσκὸν ἐμβαλεῖ πλήρη αἵματος. & in Reviviſc. §. 16. Τίνες δέ εἰσι; . . . ἀρετὴ μὲ ᾗ ἀνδρώδης αὕτη, σωφροσύνη ᾗ ἐκείνη . . . ᾗ ἀμυδρὰ ᾗ αὕτη. At male iterum in Prometh. Δὸς δ' τὴν ἑτέραν (χεῖρα) καὶ ἐλήφθω εὖ μάλα δ' αὐτή· sed scribendum αὖτη quod perspicuum est. Pro αὖτη apud AEschylum in hoc Prometheo v. 61. legitur ἥδε· nam cum Vulcanus alterum Promethei brachium vinxisset, ait Κράτος, Καὶ τήνδε [ἀλόλῳ] τὸν πάγκακον ἀσφαλῶς. J. J.

Αὐτὴ] *Jensius* pro vulgato αὐτὴ. Et in hac quidem voce, ut recte observat, sapissime peccatur. M. du S.

31. Τῷ σώματι πεσών] Sallustiana phrasi, inquit J. Fr. Gronovius Obs. II, 7. p. 260. *opifices agrestesque omnes, quorum res fidesque in manibus sitae erant.* Hunc *Luciani* locum descripsit totum & interpretatus est *Herald.* An. in Salmasii Obs. ad J. A. & R. II. c. 22. §. 3. ubi multa de βυσσοῖς. Idem ad *Martial.* I. Ep. 10. formulam loquendi ταπεινὸς τὴν γνάμψιν obiter illustrat. T. H.

34. Τὴν πρόοδον] Alii Codices, τὴν πρόσοδον. J. Br.

Τὴν πρόοδον] Ἐντομὴς τὴν πρόσοδον legit *Micyllus*, non πρόοδον. G. C.

Ἐντομὴς] Ita scriptum typorum errore pro εὐτελὴς repetendum tamen fuit, ut pateret inconsiderata *Bourdelotii* festinatio. T. H.

Τὴν πρόοδον] Sic recte in omnibus & Mss. & impressis,

bona ſis conſecuturus, ſi ſtatuarius fias, iſta praedixit: nihil utique niſi operarius eris, corpus labori impendens, in eoque ſpem vitae omnem habens repoſitum; dum ipſe ſis obſcurus, parvam eamque illiberalem accipias mercedem, humilis animo, vilisque prodeas, & incomitatus in publicum, neque amicis utilis advocatus, nec inimicis metuendus, nec quem tui cives aemulentur; ſed ipſum illud operarius, unusque e plebe multa, qui ſemper praeſtantiorem revereatur, dicendo promtum colat, leporis vi-

ἀγαθὰ ποιεῖν λιθοξόον γενόμενον, αὐτὴ προείρηκεν· οὐδὲν γὰρ ὅτι μὴ ἐργάτης ἔσῃ, τῷ σώματι πονῶν, καὶ τούτῳ τὰ ἅπαντα ἐλπίδα τοῦ βίου τεθειμένος, ἀφανὴς μὲν αὐτὸς ὢν, ὀλίγα καὶ [b] ἀγεννῆ λαμβάνων, ταπεινὸς τὴν γνώμην, εὐτελὴς δὲ τὸ [c] πρόσωπον, ὅτε φίλοις ἐπιδικάσιμος, ὅτε ἐχθροῖς φοβερὸς, ὅτε τοῖς πολίταις ζηλωτός· ἀλλ' αὐτὸ μόνον ἐργάτης, καὶ τὸ ἓν τοῦ πολλοῦ δήμου εἶς, ἀεὶ τὰ πρόχειρα ὑποπτήσσων, καὶ τὸ λέγειν δεινάμενον θεραπεύων, λαγὼς βίον ζῶν,

b Ἀγεννῆ] Ἀχεννῆ *J.* c Πρόσωπον] Πρόσωδον *Fr. S. A.*

35. Οὔτε φ. ἐπιδικάσιμος] Ὁ τοῖς φίλοις σὺν τῷ δικάζεσθαι συνηγορῶν, καὶ τούτοις βοηθῶν σὺν ταῖς δίκαις. *V.*

39. Λαγὼς βίον ζῶν] † Ὁ λαγὼς, ἐπὶ δειλίας αἰτίαν. Φιλόστρ. δ. βίου Ἀπολλων. *C. G.*

Παροιμία εἰς τοὺς δειλοὺς· δειλὸν γὰρ ἄγαν ζῶον ὁ λαγώς. *Vorſt.*

rere, in Adnotationibus contextui Lucianeo ſubjeci. Hoc ipſum quoque ex iſto genere, ſed Graece tamen ſcriptum; quae cauſa eſt, cur ſedes mutare non juſſerim. *Philoſtrati* lo-

cum quaerat, cui lubet; ego in Apollonii Vita, quod ad hoc proverbium faciat, de lepore quicquam me legiſſe non commemini. *T. H.*

preſſis. *Jacob Micyll.* nihilominus vult legi ἐπιμὶς τὸν πρόσωδον. *J. B.*

Τὸν πρόσωδον] Sic recte Fr. & S. Reliquae πρῴδον, quod omnino repudiavimus. *M. du S.*

Τὸν πρόσωδον] Non video, quid inter ὀλίγα & ἀγεννῆ λαμβάνων, & εὐτελὴς τὸν πρόσωδον interſit, nec *Lucianum* credo tam fuiſſe ſermonis inopem, ut ſcribendi nitorem inani ταυτολογίᾳ corrumperet: quam ob cauſam ex primis Edd. revocare placuit πρόσωδον, cujus locutionis vim & ambitum per partes mox perſequitur: rem alio loco exponam. *Heraldus* vertit: *vilis in hominum congreſſu, denique cujus amicitiam nemo admodum expetat, aut tueri laboret*: utrumque non optime: ἐπιδικάσιμος optime, me judice, *J. Fr. Gronovius*, *amicis advocatus*, quam rariſſimae vocis poteſtatem hoc in loco ſententiae ratio requirit: eadem *H. Stephano* adverſatur Theſ. T. I. p. 1013. ſcribenti: *Ego ἐπιδικάσιμον τοῖς φίλοις appellari puto, qui propenſus eſt ad adjudicandum ſua ſententia amicis quod petunt.* *T. H.*

35. Οὔτε φίλοις ἐπιδικάσιμος] Micyllus, *neque amicis expetibilis.* Benedictus, *nec amicis in foro auxiliaris*, rectius. Rectiſſime adſcripſit pater *amicis advocatus.* *J. G.*

37. Ἐκ τοῦ π. δ. εἷς] *Unus e vulgi faece.* *J. Br.*

39. Λαγὼς β. ζ.] *Erasmus* in Proverb. *Leporis vita.* *J. Br.*

Λαγὼς βίον ζῶν] Demoſth. περὶ στεφ. λαγὼς βίον ἔζης, δειλὸς καὶ τρόμων ἀεὶ πληγὰς προσδοκῶν. Paroem. λαγὼς βίον ζῇν λέγονται οἱ σὺν φυσιχεῖ φόβῳ καθιζάμενοι καὶ ἀηδιάζοντες. Ex hoc proverbio illud natum, λαγωὸς δειλότερος. de quo *Lucianus* Piſc. & ſaepe alibi. *D. Anaſt.* in Epiſt. de hujus animalis metu. *Ariſt.* c. 1. lib. 1. hiſt. anim. & in Phyſiogn. *Varr. Horat. Oppian. Ælian. Apul. Jul. Poll. Sidon.* Neque ineleganter *Q. Cornificius* poëta apud Euſeb. in Chron. milites fugaces vocavit *galeatos lepores.* Horum proverbiorum origo eſt, quam profert *Herod.* in Thal. ὅτι ὁ λαγὼς ὑπὸ πάντων θηρεύεται καὶ θηρίου, καὶ ὄρνιθος, καὶ ἀνθρώπου. Hinc metus leporis apud *Auſon.*

At lepus, In me omnis terra pelagique ruina eſt,
Forſitan & cœli, ſi canis aſtra tenet. *J. B.*

Λαγὼς βίον ζῶν] *Demoſth.* περὶ στεφ. 191. C. λαγὼς βίον ἔζης, δειλὸς καὶ τρόμων ἀεὶ πληγὰς προσδοκῶν, ἐφ' αἷς σαυτῷ σωρηδὸν ἀδικοῦντι. *M. du S.*

Λαγὼς β. ζῶν] *Demoſthenis* locus de Cor. p. 516. D. *Erasmum* non fugit in *Leporis vita*: manifeſto *Galenus* imitatur περὶ τῆς προγ. ubi, quae genuinum medicum pericula maneant, enarrat: τὰ μὲ ἀπολογούμενα, τὰ δ' ὑποπτήσσοντα λαγὼς βίον ζῇν, ἀεὶ τρέμοντα καί τι πείσεσθαι προσδοκῶντα. *Liban.* Ep. LXXVIII. p. 251. καθαφρονοῦντα μὲ τῶν πολλὰ κεκτημένων, λαγωὸν βίον ζώντων. Ad eos ſpectat, qui aliis obnoxii & humiles in perpetuo timore vivunt, nec ſuis ſe opibus & virtute ab alieno nutu pendentes tutari poſſunt; quorſum etiam refertur elegans illud, τῷ κρείττονι ὁμαίως ὤν. Ab animalium moribus iſtius generis plura Graeci ad homines transferunt. Χαμαιδρυοῦ τύπα βίον ἀμφιζῆν. *Plat.* in *Gorg.* λάρου βίον ζῆν *Ælian.* Ep. 18. ſic σκώληκος βίον. Adde *Pallad.* de V. *Joh. Chryſoſt.* p. 216. *T. H.*

ζῶν, καὶ ϐ κρείττονϴ ἑρμαιον ὤν. εἰ δὲ καὶ Φειδίας, ἢ Πολύκλειτοϴ γένοιο, ϗ θαυμαστὰ πολλὰ ἐξεργάσαιο, ἢ μὲν τέχνῃ ἅπαντες ἐπαινέσονϑ, οὐκ ἔστι δὲ ὅστις τῶν ἰδόντων, εἰ νῦν ἔχοι, εὔξαιτ' ἂν σοι ὅμοιοϴ γενέσθαι· οἷοϴ γὰρ ἂν ἦς, βάναυσοϴ, ϗ χειρώναξ, ϗ ἀποχειροβίωτοϴ νομισθήσῃ.

Ἢν δέ μοι πείθῃ, πρῶτον μέν σοι πολλὰ ἐπιδείξω παλαιῶν ἀνδρῶν ἔργα, καὶ πράξεις θαυμαστὰς, καὶ λόγους αὐτῶν [a] ἀπαγγέλλουσα, καὶ πάντων, ὡς εἰπεῖν, ἔμπειρον ἀποφαίνουσα· καὶ τὴν ψυχὴν, ὅπερ σοι κυριώτατόν ἐστι, κρείττοσι μὲν πολλοῖς καὶ ἀγαθοῖς κοσμήμασι, σωφροσύνῃ, δικαιοσύνῃ, εὐσεβείᾳ, πραότητι, ἐπιεικείᾳ, συνέσει, καρτερίᾳ, τῷ τε καλῶν ἔρωτι, τῇ

40 tam vivens; potentiorisque praeda facilis. Fac autem te Phidiam aut Polycletum fieri, multaque admiranda affabre perficere, artem cuncti laudabunt; at nullus eorum, qui ſpectant, ſiquidem ſapiat, optet ſe tibi ſimilem eſſe: qualiscumque enim fueris, vilis artifex mercenariusque & manibus vitam quaerens habebere.

45 10. Quod ſi mihi morem geras, primum equidem tibi multa oſtendam veterum virorum acta, resque geſtas admirabiles, dum eorum ſcripta tibi recito, atque omnium, ut plane dicam, te peritum reddo. Quin & animum, quae tui pars eſt primaria, excolam multis bonisque ornamentis, temperantia, juſtitia, pietate, placiditate, aequitate, prudentia, conſtantia, honeſti amore, acri

a Ἀπαγγέλλουσα] Ἀπαγγελῶ & ἀποφανῶ P. Margo *A.* 1 *W.*

40. Ἑρμαιον] * Τὸ ἀπροσδόκητον κέρδος, λάλῃ τε ὁ παῖς ἐδῶς τιθεμένων ἀπαρχῶν, ὡς οἱ ἐδιῶται καταστᾶσι. *V.*

Ἢ λάλῃ τῷ ὁ ἄδει λεγομένῳ, παιὰν Ἕρμῆς, ἐπὶ τῷ αἰφνιδίῳ τι εἶναι, κοινὸν τὸ εὕρημα. *Vorſt.*

* Τὸ ἀπροσδόκητον] Haec totidem verbis leguntur in *Suida* & *Etymologo*: apud quem illud etiam, quod Voſſius adſcripſit. *T. H.*

40. Ἑρμαιον] *Mercuriale Horat.* Sat. II, 3. *M. V. Phaedr.* F. 87. *M. du S.*

43. Οὐκ ἔστι ὃς] Eleganter haec *Plutarch.* in Pericle ſtatim ab initio. *J. B.*

Οὐκ ἔστι ὃς, τις ἐννοῶν ἔχοι, εὔξαιτ' ἂν ὅμοιός σοι γενέσθαι.] Si ad rationem temporum hic reſpiciatur, videtur poſtulari ἦσαι, non ἐστί. Sed Graeci, in hac loquendi forma, ἐστὶ de quolibet fere tempore uſurpant: ſicut enim hic pro futuro, ita pro praeterito vel imperfecto ponit *Noſter* in Herodoto c. 2. ὧδε δὲ ἂν ἀπαθὴς αὐτὸν ἡδέως, πολὺ μᾶλλον, ἢ τοὺς Ὀλυμπιονίκας αὐτούς. ϗ οὐκ ἐγὼ ὃς, τις ἀνήκοος ἦν τῶν Ἡροδότου ὁκέματος. In Demonacte c. 10. καὶ ἀλλ' τοῦτο φιλόϴ ἦν ἅπασι, ϗ οὐκ ἐστιν ὅ, τινα τῶν οἰκείων ἐπαινεῖ. In aliis quoque caſibus Graeci alia pro aliis tempora adhibent. Sic in Deor. dialogis D. IX. de Iove cum fulmine ad Semelen accedente, ὡς δὲ ἐπέβη, ϗ ἅπαν ἔχων ὁ Ζεὺς περιῆν, ἀπεφλέγη ὁ ἔρωϴ ϗ ἡ Σεμέλη διεφθείρετο· ἐπὶ τῷ πυρός· ſenſus requirit διεφθείρατο. Alia exempla, alibi collecta, huc transferre ſupersedeo. Achilles apud Homer. Il. A. 163. Οὐ γάρ σοί ποτε ἶσον ἔχω γέρας, ὁππότε Ἀχαιοὶ Τρώων ἐπάρσιον πτολίεθρον ἐκπέρσωσι· debuit ἔχω. *J. F.*

Οὐκ ἔστι ὃς] Conſentit *Plutarch.* V. *Pericl.* p. 153. A. εὐθὺς εὐφυὴς νέϴ ἢ τὸ σῶμα καὶ τὸν νοῦν ἅμα γενέσθαι Φειδίας ἐπεθύμησεν, ἢ τὸν Ἥρω τὸν ἐν Ἄργει, Πολύκλειτοϴ quae ſequuntur, an Lucianum item habitura ſint adſtipulatorem, haud ſcio: ἐν Ἀναχάρσιν ἢ Φιλάμμωνι ἢ Ἀρχίλοχϴ ἁθροίς αὐτῶν τοὺς πονήμασιν. *T. H.*

45. Οἷοϴ ἂν ἦς] *Summus quantum voles ſtatuarius.* *J. Br.*

Ibid. Βάναυσος] *Sedentarius Plauto* in Aul. III, 5. v. 39. *J. de la F.*

Ibid. Χειρώναξ] Χειρῶν ἄναξ, μόνοις ταῖς χερσὶ διατόζων. Aliter Heſych. *J. B.*

50. Ἀπαγγέλλουσα] Aliud exemplar: ἀπαγγελῶ & ἀποφανῶ. *J. Br.*

Ἀπαγγέλλουσα] Mſſ. & Angl. ἀπαγγελῶ Id. Cod. pro ἀποφαίνουσα, ἀποφανῶ. *J. B.*

51. Τὴν ψ. ὅπερ σοι κυρ. &c.] Videntur hic Interpretes mentem *Luciani* parum intellexiſſe, quando verterunt: *animum, quae tui pars eſt praecipua, multis ac praeclaris ornamentis exornabo.* Negare quidem nolumus, κύριον ſc. μέροϴ ſignificare *partem praecipuam*, neque etiam, animum eſſe partem hominis praecipuam: ſed exiſtimamus, illud heic loci ab Auctoris intentione alienum eſſe, qui haec verba, ὅπερ σοι κυριώτατόν ἐστι, non referre voluit ad animum, ſed ad commodum, quod hic proponit: ita quidem: *Deinde (id quod tibi praecipuum eſt praeter cetera) animum tuum multis atque praeclaris ornamentis exornabo.* *H. V.*

αὐτῷ ἕκαστα ἐξετάζειν ἐπὶ τῷ ἀνδρὶ, est, *singula quaeque, quae de illo viro memorentur, cum animo perpendere*; pro quo *Lucianus* noster in Sacrificiis c. 1. ait, πρὸς ἑαυτὸν ἐξετάζειν. in *Herodoto* c. 1. & 7. σκοπεῖσθαι πρὸς ἑαυτόν. Tertius autem casus, (qui regitur a suppressa praepositione σὺν) admodum in his locutionibus frequentatur. Sic in proposito *Luciani* loco; sic alibi, ut in Scytha c. 6. Λαλεῖν ἑαυτῷ. in Hermotimo dicitur veritas elegantissime, μηδὲν κεκδηλον ἑαυτῇ συνειδυῖα. Sed & aliter eadem haec locutio concipitur; ut apud *Nostrum* in Hermotimo c. 51. ὥσπέρ τινα βάσιν ἐπὶ σεαυτῷ διαβιβάζων. *J. J.*

Αὐτοῖς] Cl. *Jens.* αὐτοῖς & Τιμ. c. 32. πρὸς αὐτόν. *AEl.* V. H. II. 20. αὐτῷ ἐξετάζειν ut *Lucian.* πρὸς ἑαυτόν, Ἡρ. c. 1. *M. du S.*

24. Τότε] Pro τότε legendum esse πότε & sensus suadet & vox sequens ἥκουσα, quae non potest intelligi nisi de praeteritis, ut & praecedens ἄρτι. Vide amplius, si lubet, *Nouv. de la Rep. des lettres* 1702. p. 513. *M. du S.*

Τότε] Intellige, tunc, quum praesentes ipsis adessent. Tollit omnem dubitationem *Lucianus*, qui mox, τοὺς λόγους, οὓς τότε ἥκουσα, quando aderam Nigrino. *T. H.*

Ibid. Προσάψαντες τὴν ψ. &c.] *Animum applicantibus memoriae praeteritorum non vacat iis, quae sunt ante pedes*: quid tandem non vacat? an ἀνιᾶσθαι, *molestia afficiri*? nihil hoc ad rem. Legendum ἀνῆσθαι, hoc est, *relaxari animo*, praesentibus objectis. Ita intenti sunt iis, quae memoria recolunt, ut nihil eos avocare ab iis cogitationibus possit. *J. C.*

26. Ἐν τοῖς ἐν π.] Prius ἐν vacat. *J. Br.*

Ἐν τοῖς ἐν ποσὶ] Dele prius ἐν, & interpretare ἐν ποσὶ *praesentia*. Proverb. *Pind.* Pythiis Od. ἡ. τὸ ὂν ἐν ποσὶ μοι. *Anacr.* ξυλίνους ἀστραγάλους ἐν ποσὶ *ante pedes. Terent.* Adelph. Sic passim apud *Lucianum*; ut in Dial. Mort. XII. XIII. Contra ἐν ποδῶν, ut in Piscat. §. 32. & passim alibi. *J. B.*

Ἐν τοῖς ἐν ποσὶν ἀνιᾶσθαι] *Bourdelotius* delet primum ἐν ita & ante eum fecit *Brodaeus* in Miscell. IX. c. 6. Ego vero *Lucianum* scripsisse existimo, ἐπὶ τοῖς ἐν ποσὶν ἀνιᾶσθαι. plane ut in Mortuor. Dialog. XIII. Οὔτοι γὰρ ἂν παύσῃ ἐπὶ τοῖς Ἀριστοτέλους ἀγαθοῖς ἀνιώμενος. in Apolog. pro Mercede Cond. c. 15. Καὶ μὰ Δί' οὐδ' ἐπὶ τούτῳ ἀνιᾶσθαί μοι ἄξιον. in Pro lapsu inter salut. c. 1. Ὡς μὴ πάνυ ἀνιώμην ἐπὶ τῷ πταίσματι. in de Conscrib. Historia c. 38. Μήτε Ἀλέξανδρον ἀνιάσεται ἐπὶ τῇ Κλείτου σφαγῇ. in Bis Accusato c. 11. Καὶ ἀνιώμην ἐπὶ τῇ τῶν πώγωνος ὁμοιότητι. in De Gymnasiis c. 38. E. Ὁρᾷς μητέρας ἀνιωμένας ἐπὶ τοῖς γιγνομένοις. & in Epistolis Saturnalibus c. 20. Ἥδιον ἂν τὸ ἐδὲν ἀνιώμενοι ἐν ἐπ' αὐτοῖς. Patet *Auctori* nostro placuisse, eam praepositionem ἐπὶ, quae alias solet omitti, saepe addere. *J. J.*

Τοῖς ἐν ποσὶν] Sic Ed. *J.* uti *Vorstius* emendabat; non ut in reliquis, ἐν τοῖς ἐν π. ut *Jensii* emendatione opus non sit. *M. du S.*

Ἐν τοῖς] Si §. 21. vitio caret γελᾶν ἐν τοῖς γιγνομένοις, nihil est causae, cur hic tolerari nequeat ἀνιᾶσθαι ἐν τοῖς &c. verum utrobique corrigendum credo ἐπὶ, atque adeo *Jensii* conjecturae idoneis exemplis munitae subscribo: *Arat.* Phaen. v. 196. Φαίης κεν ἀνιάσειν ἐπὶ παιδί. Contra *Apollon.* Rh. IV. 997. — Φαίης κεν ἰοῖς ἐπὶ παισὶ γάνυσθαι. III, 643. Ἐν & ἐπὶ creberrime alterum alterius invadit locum. Dial. Mort. XXVII. §. 4. ἐτιτρόμω ἐν αὐτοῖς. *T. H.*

27. Φιλοσ. ἐ παρ.] Hoc est, *Philosopho non praesente*, quem honoris causa cum ipsa philosophia miscet: quasi dicas, qui non tam philosophus unus e multis haberi potest, quam ipsum philosophiae numen. *J. C.*

ὡ ὅλως, καθάπερ ὲν πελάγει ὡ νυκτὶ πολ-
λῇ φερόμενον, ἐς πυρσόν τινα τοῦτον ἀπο-
βλέπω, πᾶσι μὲν παρεῖναι τοῖς ὑπ' ἐμοῦ
πραττομένοις τ ἄνδρα ἐκεῖνον οἰόμενον· ἀεὶ
δὲ ὥσπερ ἀκούειν αὐτοῦ τὰ [a] αὐτὰ πρός με
λέγοντος, ἐνίοτε δὲ, ὡ μάλιστα ὅταν ἐνερείσω
τ ψυχὴν, ὡ τὸ πρόσωπον αὐτοῦ μοι φαίνε-
ται, καὶ τ φωνῆς ὁ ἦχος ὲν ταῖς ἀκοαῖς προ-
μένει. καὶ γάρ τοι κ τ κωμικὸν, ὡς ἀληθῶς
ἐγκατέλιπέ τι κέντρον τοῖς ἀκούουσι.

In ſumma, perinde ac ſi in pelago, & per noctem atram ferar, ad hanc quaſi quandam facem reſpicio, omnibus illis rebus, quæ a me geruntur, virum illum coram adeſſe exiſtimans, ſemperque velut audiens ipſum eadem illa ſua ad me dicentem. Interdum etiam, & maxime, quando mente in id defixa conſtiti, vultum ipſum illius videre mihi videor, & vocis ſonus in auribus mihi reſonat. Etenim juxta Comicum, revera aculeum quendam in auditorum mente reliquit.

Ε. Παῦε, ὦ θαυμάσιε, μικρὸν ἀναχωρή-
μενον, καὶ λέγε ἐξ ἀρχῆς, ἀναλαβὼν
ἤδη τὰ εἰρημένα· ὡς ὑ μετρίως με ἀπο-
κναίεις θελάγων. Λ. εὖ λέγεις, καὶ ὕτω

8. A M. Subſiſte, o admirande, paulumque retrocede, & ab initio repetens jam tandem dicta illa enarra, quoniam non mediocriter me his ambagibus excrucias. LUC. Recte dicis, atque ita facto opus eſt:

[a] Αὐτὰ] Αὐτῦ pleraeque Edd. αὐτῦ B. 2. αὐτὰ L. J. Margo A. 1. W. Non dubito, quin haec vera ſit lectio.

31. Πυρσόν τινα] Πυρσοὶ, λαμπάδες, πυρκαϊαὶ, λαμπτῆρες, * φρυκτωρίαι. V.

* Φρυκτωρίαι] Lege ex *Suida*: λαμπάδες, πυρκαϊαὶ, λαμπτῆρες, φρυκτωρίαι non φυκτορίαι, ut in Mſ. vitiose habebatur. J. C.

38. Τὸν Κωμικὸν] Σημαίνει τὸ τῦ † Εὐπολίδου. G. C.

† In ipſo Cod. V. ſcriptum eſt φρυκτορίαι, & πυρσοὶ non πυρσὸν, quod in E. A. legebatur. T. H.

† Εὐπολίδου] L. Εὐπόλιδος. T. H.

31. Ἐς πυρσόν] Pharo cuidam impoſitum. J. Br.

34. Τὰ αὐτὰ] Sic veriſſime L. & Ed. J. Reliquæ τὰ αὐτῦ. M. du S.

37. Καὶ τ φωνῆς ὁ ἦχος] Demæneta apud *Heliod.* lib. 1. J. B.

38. Κατὰ τ Κ.] Eupolidem. J. Br.

Κατὰ τ Κωμικὸν] Eupolim intelligit, qui hoc de Pericle dixit tanquam oratore eloquentiſſimo. Verſus citantur a *Diod. Sic.* lib. 12.

——— Περικλῆς Ὀλύμπιος
Ἥρπαστ', ἑορτὴν, σωτερικὰ τὴν Ἑλλάδα.
Πείθω τις ἐπικάθιζεν ἐπὶ τοῖς χείλεσι,
Οὕτως ἐκήλει, ὡ μόνος τ ῥητόρων
Τὸ κέντρον ἐγκατέλιπε τοῖς ἀκροωμένοις.

Cic. lib. 3. de orat. de Pericle loquens. *Cujus in labiis veteres Comici, etiam cum illi malediceret (quod tum Athenis fieri liceret) leporem habitaſſe dixerunt, tantamque in eo vim fuiſſe, ut in eorum mentibus qui audiviſſent, quaſi aculeos quosdam relinqueret.* J. B.

Κωμικὸν] De Pericle hic verſus ex *Eupoli* citatur:

——— ὁ μόνος τ ῥητόρων
Τὸ κέντρον ἐγκατέλιπε τοῖς ἀκροωμένοις. A. V.

Κωμ.] *Diod. Sic.* XII. *Cic.* de Orat. III, 34. & in Brut. 9. & 15. M. du S.

39. Ἐγκατ. τι κ.] Conſule *Plinium Secundum* libr. Epiſt. primo circa finem. J. Br.

Ἐγκατ. τι κ.] De Pericle hic verſus ex *Eupoli* citatur: — ὁ μόνος τ ῥητόρων Τὸ κέντρον ἐγκατέλιπε τοῖς ἀκροωμένοις. G. C.

Ibid. Τι κέντρον] Imo τὸ κέντρον nam quod vulgatur ad minuendam laudem citius pertineret; quum tamen in Nigrino mirificos orationis aculeos, quos haud ſecus, ac Pericles, in auditorum animis infigebat, celebrare conſtituerit. Idem poſtulat ὡς ἀληθῶς, ipſique Eupolidis verſus: — ὡ μόνος τ ῥητόρων Τὸ κέντρον ἐγκατέλιπε τοῖς ἀκροωμένοις· nec mihi dubium eſt, quin pari modo corrigi debeat in *Demoſth.* Encom. §. 20. ibi plura dicam. T. H.

40. Π. ὦ θ. μ. ἀναχωρούμενον] Inſulſe admodum Interpres: *Ceſſa, o admirande, paulum praeludere.* Nihil aliud eſt μικρὸν ἀναχωρούμενον quam μικρὸν ἐπανιὼν apud *Xenoph.* Κυρ. Π. I. Metaphora deſumta a re nautica, in qua κρούεσθαι & ἀναχρούεσθαι πρύμναν dicuntur, *qui remis inhibent curſum navis & paulatim retrocedunt*, uti docuere viri magni J. F. *Gronov.* lib. IV. Obſerv. & J. G. *Graevius* ad Lucian. Ver. Hiſt. I. inde μεταφορικῶς, κρούεσθαι & ἀναχρούεσθαι ſumuntur pro *retrogredi*: ita apud *Aelian.* Hiſt. An. III, 13. κρούεσθαι

σε

eſt: ſed illud quæſo, vidiſtine aliquando ſive Tragicos, ſive etiam, per Jovem, Comicos hiſtriones, malos iſtos dico, qui ſibilo excipiuntur, quique poemata agendo corrumpunt, ac poſtremo theatris ejiciuntur, tametſi ipſæ fabulæ ſæpenumero bene ſe habeant, ac palmam etiam reportarint? A M. Multos novi tales. ſed quorſum hoc? LUC. Vereor ne & ipſe minus apte imitari videar; alia quidem inordinate continuans, interdum autem etiam ipſam ſententiam præ imbecillitate ingenii corrumpens; adeo ut cogaris ſenſim ipſam damnare fabulam. Nam ad hiſtrioniam meam quod attinet, non admodum ægre id feram. Ceterum argumentum ipſum non mediocri dolore me affecturum eſſe videtur,

χρὴ ποιεῖν. ἀλλ' ἐκεῖνε, ὦ ἑταῖρε, ἤδη τραγικὺς, ἢ καὶ τὴ Δία κωμικὺς φαύλως ἑώρακας ὑποκριτὰς, τῶ συριττομένων λέγω τούτων, καὶ ἀφθειρόντων τὰ ποιήματα, καὶ τὸ τελευταῖον ἐκβαλλομένων· καίτοι τῶν δραμάτων πολλάκις εὖ ἐχόντων τε, καὶ νεικηκότων; E. πολλὺς οἶδα τοιούτους. ἀλλὰ τί τοῦτο; Λ. δέδοικα μή σοι μέλαξυ δόξω γελοίως αὐτὰ μιμεῖσθαι· τὰ μὲ ἀτάκτως συνείρων, ἐνίοτε δὲ καὶ αὐτὸν ὑπ' ἀδυνείας τῶν ἀφθείρων· κἄτα [b] πρόχυσις ῥήμα καὶ αὐτῦ καταγνῶναι τοῦ δράματος· καὶ τὸ μὲ ἐμόν, εἰ πάνυ ἄχθομαι· ἡ δὲ ὑπόθεσις εὖ μάλα με λυπήσειν ἔοικε

[b] Πρόχυσις] πρωχθεὶς. L. F. P.

τὸ πτηνὸν dicitur avis, quae retrovolat. Praeterea in τοῦ πλοῦς ſimiliter alluſit *Lucianus* ad rem nauticam: ea enim voce Celeuſta jubebat remiges quieſcere, & non ulterius remigare: ita Charon apud *Comicum* in Ran. v. 271. Ὦ πλοῦς, πλοῦς, ὡς ἥδιστα τοῦ κωπίου. Senſus itaque *Luciani* hoc loco eſt: Define, o bone vir, plura loqui, ne perge ulterius in tua narratione, ſed paululum eam inhibe, retrogredere & repete. Hoc ſic eſſe evincunt ſequentia, καὶ λέγε ἐξ ἀρχῆς ἀναλαβὼν ἤδη τὰ εἰρημένα. *L. Bos* Obſ. Crit. c. V. p. 21.

Ibid. Ἀνακρουόμεθα] Rectiſſime *L. Bos.* Indidem metaphoram duxit *Ariſtaen.* I. Ep. 5. p. 28. ὁ τραχὺς ἐκεῖνος ἐνίφνει (ex pluribus, quae pro corrupto verbo in mentem venerunt, nihil aeque placet, atque ἐνίκλως) γέρων, τόν τε θυμὸν ἀνακρούετο· contra quam *Propert.* III, 13. v. 44. *Neſcit veſtra ruens ira referre pedem: Mercerus* elegantiſſimus ſententiam venuſta verſione reddidiſſe contentus, intellexerit vim locutionis nec ne, non aperuit. Hinc *Platonis* lux eſt inferenda in Phileb. p. 371. E. ὁ λόγος ἐπισοῦν ἡμῶν αἰσχύσιτας πάλιν ἐν αὐτὸν ἀνακρουώμεθα. qui cum *Budaeo* in C. L. G. p. 460. *exordiamur* ſunt interpretati, ſcilicet a pulſis tentandi praeludendique cauſa citharae chordis rationem phraſeos eſſe repetendam cenſuerunt; id enim ἀνακρούεσθαι, ſicut in cantu μέλος ἀνακόλουθον. Hoc utcumque ferri poterat: longe deterius *Serranus.* Vereor etiam, ut ſatis conſideraſſe, proque more ſuo locum hunc perpenderit magnus *J. Fr. Gronovius* in obſervatione illa ceteroquin perdocta ad *Liv.* III, 30. At apud *Platonem* utrumque non minus ἐπίστασις quam ἀνακρούσις a re nautica ſumtum eſt, neque dubitandum ullo modo, quin hunc in ſenſum debeat explicari: *periculum eſt, ne ſermo noſter, tanquam navis de recto curſu abrepta, in ſcopulos nobis impingatur: remis igitur inhibeamus ac retro cedamus:* ſequitur autem, ne quid ſcrupuli ſuperſit, καὶ τάχ' ΑΝΙΟΝΤΕΣ εἰς τὰς ὁμιλίας &c. quemadmodum in *Luciano* ἐξ ἀρχῆς ἀναλαβών. A re nautica metaphorae ſaepius ad ſermones traductae: ſic ἀνέγνως apud *AEſchin.* Eryx. c. II. ibi ſatis commode *Serranus*, *Serranumque* ſecutus *Clericus:* reliqui Interpretes aberrant. *T. H.*

44. Ἀλλ' ἐκεῖνο] Latini, *at illud:* formulam elegantem bene *Livinejus* illuſtravit ad *Plin.* Paneg. c. 73. ne omiſſo quidem hoc loco. *T. H.*

46. Ὑποκριτὰς] *Plato* Charm. p. 468. C. ὁ δὲ σὸς υἱὸς, ἀλλά μοι ἔδοξεν ὀργισθῆναι αὐτῷ, ὥσπερ ποιηταὶ ὑποκριτῇ κακῶς ἀγωνιζομένῳ τὰ ἑαυτῦ ποιήματα· contra *Philoſtr.* V. S. p. 607. de Antipatro, qui Severo fuit ab epiſtolis: ὥσπερ τραγῳδίας λαμπρὸν ὑποκριτὴν, τῷ δράματος εὖ ἔχοντα, ἐπάξια τῷ βασιλείου προσόπου φθέγξασθαι. *T. H.*

Ibid. Τῶν συριττομένων] *Qui ſibilum excipiunt. J. Br.*

Τῶν συριττομένων] Sic pag. ſeq. ἐκσυρίττης, & ἐξέτατα συρίζομαι. ὀξύτατα, ruſticatim, *plauſu incompoſito.* De plauſuum generibus dixerunt alii. Hanc comparationem ſæpiſſime uſurpat: ut & illam §. 11. τοῖς ὑποκριταῖς ἐκείνοις ὁμοῖος, οἱ πολλάκις ὑπ' Ἀγαμέμνονος, ὑπ' Κρέοντος &c. *J. B.*

48. Ἐκβαλλομένων] *Exactorum* e theatro, phraſi Terentiana, ex prologo Andriae. *J. C.*

53. Αὐτὸν] Malim αὐτῦ, Nigrini, viri illius & philoſophi excellentis: ut in αὐτὸς ἔφη· qua de re jamdudum monuerunt Eruditi. *T. H.*

55. Τῶ δράματος] Perſiſtit in metaphora: ſupra eſt: καὶ τοῦ τῶ δραμάτων πολλάκις εὖ ἐχόντων. *J. Br.*

58. Συνε-

ἔοικε συνεκπίπτουσα, καὶ τὸ ἐμὸν μέρος ἀχημονοῦσα.

Τοῦτ' οὖν παρ' ὅλον μέμνησό μοι τὸν λόγον, ὡς ὁ μὲν ποιητὴς [a] ἡμῖν τῆς τοιούτων ἁμαρτημάτων ἀνεύθυνος, καὶ ἀπὸ σκηνῆς πόρρω που κάθηται, οὐδὲν αὐτῷ [b] μέλον τῆς ἐν θεάτρῳ [c] πραττομένων. ἐγὼ δὲ ἐμαυτοῦ σοι πεῖραν παρέχω, ὁποῖός τις εἰμὶ τὴν μνήμην ὑποκριτὴς, οὐδὲν ἀγγέλου τὰ ἄλλα τραγικοῦ διαφέρων. ὥστε κἂν ἐνδεέστερόν τι δοκῶ λέγειν, ἐκεῖνο μὲν ἔξω πρόκειται, ὡς ἄμεινον ἦν· καὶ ἄλλως ὁ ποιητὴς ἴσως διεξήει· ἐμὲ δὲ κἂν ἐκσυρίτῃς, οὐ πάνυ τι λυπήσομαι.

si mecum una cadat, & (mea culpa) indecorum appareat.

9. Proinde hoc per totam memineris mihi orationem, quod poëta quidem ipse talium peccatorum innocens est, ac procul a scena sejunctus alicubi sedet, neque quicquam eorum curat, quae in theatro aguntur: Ego vero mei ipsius periculum tibi exhibeo, qualis scilicet histrio sim, quantumque memoria valeam, quod ad cetera attinet, nihil a nuncio Tragico distans. Quare si quid minus pro rei dignitate dicere visus fuero, illud tibi in promptu sit; quod scilicet melius hoc fuerat; & quod ipse poëta aliter fortassis idem dixerat. Me vero si exsibilaveris, non admodum molestе feram.

10. AM.

a Ἡμῖν] Ita quoque margo *A.* 1. *W. F.* & plures Edd. ὑμῖν. b Μέλον] μέλων *H.* 1. & aliae quaedam Edd. c Πραττομένων] πραγμάτων *J.* Margo *A.* 1. *W.*

60. Μίμνησο] Ὅρα σύνταξιν τοῦ μίμνησο. *C.G.*

58. Συνεκπίπτουσα] *Una cadens. Cadere* dicitur histrio, qui excidit spe, quam conceperat, de victoria reportanda, & cum illo συνεκπίπτει δρᾶμα, hoc est, excidit hominum existimatione. Vix dignum hoc erat notatu, nisi Interpres in hac voce postea cespitasset. *J.C.*

Συνεκπίπτουσα, καὶ τὸ ἐμὸν μέρος ἀχημονοῦσα] *Si mecum rejiciatur, measque partes dehonestet.* Sic apud Basileenses & Bourdelotium *Micyllus* & hujus imitator *Benedictus.* Non secus ac ἀχημονεῖν idem plane sit noteteque quod καλαισχύνειν §. 11. quod sic quoque interpretantur. At in eo, quod meas partes dehonestat, vitium ineſt, nec ego crimini hinc fio obnoxius; quod plane *Lucianus* negat omnia contraria significans, nempe non ut illa meas partes dehonestet, sed ut meae partes actionesque illam dehonestent. Verte igitur *simul rejecta & per meam operam*, vel *quantum ad me, meas partes, meam personam, apparens indecora.* Ἀχημονεῖν neutrum est, non activum. Id debebant non modo cognoscere, sed tum quoque recordari boni interpretes, promptaque habere illa *Cebetis* ἀναγκάζει ταύταις ταῖς γυναιξὶ δουλεύειν, καὶ πανθ' ὑπομένειν, καὶ ἀχημονεῖν. Τὸ ἐμὸν μέρος alibi dicit τὸ μέν τοι ἐμὸν, τόγε ἐπ' ἐμοὶ, τὸ ἧ ἐμὸν, τέμὸν, ὅσον ἐπ' ἐμοὶ, τόγε κατ' ἐμέ. *Dinarchus* contra Demosthen. in fine. ἐγὼ μὲ ὅσον εἰς τὸ μέρος τέμὸν τὴν καλλιγορίας ἧκει, βεβοήθηκα. Apud *Maximum Tyrium* Dissertat. 6. ait Anaxagoras οὔτε τὸ ἐμαυτοῦ μέρος ἀδοξοτέραν ἡμῖν τὴν πόλιν ἐν τοῖς Ἕλλησι ἐδίδασκόν. *J.G.*

59. Ἀχημονοῦσα] Actor scenicus ἀχημονεῖ, quando personae, cujus partes agit, dignitatem non tuetur neque implet: sic posuit *Epictet.* Ench. c. 59. ἐὰν ὑπὲρ δύναμιν ἀναλάβῃς τι πρόσωπον, καὶ ἐν τούτῳ ἠχημόνησας. *Simplicius* ad eum locum saepe. *Athen.* XIII. p. 583. F. ἐν ἀγῶνι ἐν ποτὲ αὐτὸν ἀχημονήσαντα σφόδρα ἀρθῆναι ἐκ τοῦ θεάτρου συρίττοντα. Egregie *Synes.* de Prov. I. p. 106. C. καὶ ὃν ἐν τῷ τῆς γραὸς (προσωπείῳ) εὐδοκιμοῦντα εἰφανοῦσαί τε καὶ κωμῳδεῖν, καὶ ἐν τῷ τοῦ βασιλέως ἀχημονοῦντα κλώζεσθαι καὶ συρίττειν, ἴσως δὲ ὅπου καὶ λίθους βάλλειν. ubi multo plura, quae huc spectant. Tunc autem actores a spectatoribus exsibilati, συριττόμενοι, solent ἐκπίπτειν. *Demosth.* de Cor. p. 516. F. ἐξέπιπτες, ἐγὼ δὲ ἐσύριττον. quem verbi usum jam *Budaeus* observavit C. L. G. p. 536. & ἐκβάλλειν. unde ductum illud *Æschinis* Dial. III. c. 12. δῆμου παίγνιον ἐκβαλλόμενον, συριττόμενον &c. nam sic apud *Stobaeum* rectissime pro ἐμβαλλ. Mox praefero πόρρω που κάθηται· parique modo in proximo *Synesii* loco, ἴσως δὲ ὅπου. *T.H.*

61. Ἡμῖν] Sic optime Ed. *J.* & *B* 2. Reliquae omnes mendose ὑμῖν, qua in voce saepissime peccatur ab oscitantibus librariis operisve. *M. du S.*

63. Μέλον] *Curae est.* *J.Br.*

67. Τὰ ἄλλα] Hoc quid sibi velit, aeque intelligo atque Interpretum, *quod ad cetera attinet.* Rescribe, τάχα, eademque opera vitium idem *Harpocrationi* deme in Ξενίζειν· τάχα οἱ ἀντὶ τοῦ μᾶλλον &c. pro τἄλλα· alibi quoque *Lucianus* pari remedio indigebit. Nunciorum autem sive ἀγγέλων persona minoris erat momenti: illi si quid peccarent, μικρὸν τὸ πταῖσμα, ut patet ex Ἀναχ. §. 33. *T.H.*

69. Ὡς ἄμ. ἦν] Quod ipse narravit auctor. *J.Br.*

Ὡς ἄμεινον ἦν] Quanquam τὰ, ὡς ἄμεινον ἦν, facile tolerari possunt; quid tamen si ὡς ἀπ' ἐμοῦ ἦν scripserit

10. AM. Ut bene ſane, ita me Mercurius amet, & juxta rhetorum leges exordium hoc tibi peractum eſt. Videris igitur etiam hæc additurus, ſermonem non fuiſſe longum, teque ad dicendum non venire paratum, & melius futurum fuiſſe, ſi ipſum dicentem audiſſem; te enim pauca quædam, &, quantum licuit, memoriæ mandata depromere. An non hæc quoque dicturus eras? Nihil igitur illis apud me tibi opus eſt: exiſtimes autem, quantum ad hoc attinet, omnia jam tibi praedicta eſſe: habes enim & acclamare & plaudere paratum. Sin vero moras nectas, cum in rem ipſam ventum erit, alieniore me uſurum te ſcias, & acutiſſime ſibilaturo.

Ε. Ὡς εὖγε, νὴ τὸν Ἑρμῆν, καὶ καλῶς τῶν ῥητόρων νόμον πεπροοιμίασαί σοι. ἔοικας γὰρ καὶκεῖνα προσθήσειν, ὡς δι' ὀλίγου τε ὑμῖν ἡ σωτηρία ἐγένετο, καὶ ὡς αὐτὸς ἥκεις πρὸς τὸν λόγον παρεσκευασμένος, καὶ ὡς ἄμεινον εἶχεν αὐτῷ ταῦτα λέγοντος ἀκούειν· σὺ γὰρ ὀλίγα, καὶ ὅτα οἷόν τε ἦν, τυγχάνεις τῇ μνήμῃ συγκεκομισμένος. ἆρ' οὐ ταῦτ' ἐρεῖν ἔμελλες; ἀλλ' οὐδὲν δεῖ σοι λόγου· ἔστι δὲ καὶ πρὸς ἐμέ· νόμισον δὲ τοῦτό γε ἕνεκα πάντα σοι προειρῆσθαι, ὡς ἐγὼ καὶ βοᾶν καὶ κροτεῖν ἕτοιμός εἰμι. ἢν δὲ ἀμελλήσῃς, μνησικακήσω γε τῷ τὸν ἀγῶνα, καὶ ὀξύταλα συρίξομαι.

Λ. Καὶ

rit *Lucianus? Si quid minus dignum videar dicere, illud continuo cogitetur, id a me profectum, & quaſi adlitum, aliterque forte ab ipſo Poëta pertractatum.* Senſus haud dubie elegantior & plenior. Nam ſi ἄμεινον fuerit, quod cogitandum ſit dictum fuiſſe ab poëta, cur ἄλλως additur, quod ἐν τῷ ἀμείνονι jam incluſum eſt? Nihil ad conjecturae hujus commendationem addam, quum ex literis earumque ordine ac forma in ἄμεινον, & ἀπ' ἐμοῦ, ſpectatis, ſponte pateat procliviſſima commutatio. Ceterum huic loco ſimilis occurrit alius apud Noſtrum in Rhetorum praecept. c. 12. Γελοῖον γὰρ ὑπὲρ τοιούτου ῥήτορος ἐμὲ ποιεῖσθαι τοὺς λόγους, φαῦλον ὑποκριτὴν ἴσως τῶν τοιούτων καὶ τηλικούτων, μὴ καὶ συντρίψω που πεσὼν τὸν ἥρωα, ὃν ὑποκρίνομαι. *Ridiculum enim, pro tali rhetore verba fieri a me, qui talium ac tantorum futilis forte mimus ſim, ut ne alicubi labens, heroa, cujus perſonam ago, conteram.* *J. J.*

Ὡς ἄμ. ἦν] Formula loquendi, ὡς ἄμεινον ἦν, qua utebantur illi, qui alios docebant, quid facere par eſſet, vel corrigebant non ſatis recte quippiam dicentes vel facientes: occurrit apud *Heſiod.* in Ἔργ. ad Perſen fratrem v. 570.

Τὸν δὲ μετ' ἐρεθογόη Πανδιονὶς ὤρτο Χελιδὼν
Ἐς φάος ἀνθρώπους, ἔαρος νέον ἰσαφέουσα.
Τὴν φθάμενος οἶκας ἐφειταμένην ὡς κε μάλιστα.

& apud *Homer.* Il. A, 217.

Καὶ μάλα περ θυμῷ κεχολωμένον· ὡς κε μάλιστα.

Ita hic *Lucian* ὡς ἄμεινον ἦν, *ſic erat melius.* Pro eo quod hic dixit, ἐκεῖνο ἔσω πρόσχειρον, ὡς ἄμεινον ἦν, alibi habet, διελθεῖν in Prometheo §. 14. Εἴ τι μὴ καλῶς εἰρῆσθαι δοκεῖ, διόλυσατε. *L. Bos* Obſ. Crit. c. V. p. 22.

Ὡς ἄμεινον ἦν] Aberrat Vir Clariſſ. *L. Bos*: ſenſus eſt: Si quid deterius, quodque ab argumenti dignitate longius abeat, videar dicere, hoc tibi ſit in promtu, iſta melius ab ipſo Nigrino fuiſſe diſputata. Haec *Luciani* mens ex ſequentibus manifeſtum in modum patet: quam ob rem Doctiſſ. *J. Jenſii* conjectura, licet ingenioſa, non inviti caremus. Recte *Brodaeus* intellexit. Ὡς omnes Edd. non ὡς. *Alciphr.* p. 392. *T. H.*

70. Διεξῇει] *Referebat.* *J. Br.*

73. Ἔοικας γὰρ &c.] Cum his ſunt conferenda, quae Socrates apud *Platonem* ad Critiam, ut omnem ipſi anſam tergiverſandi eripiat, in Dialogi cognominis initio dixit. *T. H.*

79. Τῇ μνήμῃ συνγκ.] Ex hoc loco *colligendi* poteſtatem in iſto verbo probat *Budaeus* C. L. G. p. 335. recte quidem: ſed alia ſtructura *Lucianum* dediſſe credo: εἰς τὴν μνήμην συνγκ. tu quippe pauca, quaeque retinere poteras ex Nigrini colloquio in memoriam collecta recondidiſti. Ita meliorum uſus jubet: *Xenoph.* Cyrop. I. p. 15. κάλλιστον ὃ πάντων καὶ πολεμικώτατόν κτῆμα εἰς τὰς ψυχὰς συγκεκόμισθε. *T. H.*

80. Αὐτῷ] Legendum cum Interprete, αὐτῶν· *nihil opus eſt illis.* *J. C.*

Αὐτῷ] Editio Salm., & ex ea Amſtelaedamenſis peſſime dedit, οὐδὲν ἐν αὐτῷ ἔτι σοι δεῖ πρὸς ἐμέ. ubi ſenſus & ratio loquendi poſtulet αὐτῶν, nec aliter dederint editores omnes priores. *J. J.*

83. Διαμείλῃς] Interpr. *ſi prolixior fueris.* Lege ἀμείλῃς, *ſi cunctatus fueris.* *J. C.*

Διαμείλῃς] Ante ἀμείλῃς, vitio in vetuſtis praeſertim Edd. ſolenni: jamdudum hoc de loco monuit *Jungermann.* ad *Long.* p. 227. & in re nota pluribus exemplis, ſi quis deſideret, uti non eſt gravatus. *Artemid.* Praef. p. 2. προστρίψαιό μοι μὴ ἀμείλλειν, μηδὲ ἀναβάλλεσθαι. Reſtitue *Heſychio* in Καταυρίσας, καὶ μὴ ἀμελλήσας. *A. Schottum* refellit in Zenobii C. I. n. 18. ἰμείλει ſcriptum pro ἴμειλλε. *Bergler.* ad *Alciphr.* p. 181. *T. H.*

84. Παρὰ τὸν ἀγῶνα] Alludit ad certamina ſcenica Dionyſiorum, in quibus, auditis variis fabulis, Agonothetae uni praemium dabant. Vid. *A. Gellii* N. A. XVII, 4. *J. C.*

Α. Καὶ ταῦτα μέ, ἃ σὺ διῆλθες, ἐβουλόμην ἂν εἰρῆσθαί μοι· κἀκεῖνα δέ, ὅτι γε οὐχ ἑξῆς, οὐδὲ ὡς ἐκεῖνος ἔλεγε, ῥᾴδιόν τινα δεῖ πάντων ἐρᾶν. πάνυ γὰρ τοῦτ' ἡμῖν ἀδύνατον. οὐδ' αὖ ἐκείνῳ πειθόμενος τοὺς λόγους, μὴ καθ' ἄλλό τι γένωμαι τοῖς ὑποκριταῖς ἐκείνοις ὅμοιος, οἱ πολλάκις ἢ Ἀγαμέμνονος, ἢ Κρέοντος, ἢ καὶ Ἡρακλέους αὐτοῦ [a] πρόσωπον ἀνειληφότες, χρυσίδας ἠμφιεσμένοι, καὶ δεινὸν βλέποντες, καὶ μέγα κεχηνότες, μικρὸν φθέγγονται, καὶ ἰσχνόν, καὶ γυναικῶδες, καὶ τῆς Ἑκάβης ἢ Πολυξένης πολὺ ταπεινότερον. ἵν' οὖν μὴ καὶ αὐτὸς ἐλέγχωμαι, πάνυ μεῖζον τῆς ἐμαυτοῦ κεφαλῆς προσωπεῖον περικείμενος, καὶ τὴν σκηνὴν καλαισχύνων, ἀπὸ γυμνοῦ σοι βούλομαι τοῦ ἐμοῦ προσώπου προσλαλεῖν, ἵνα μὴ συγκαλασπάσω σοι τὸν ἥρωα ὃν ὑποκρίνομαι.

Ε. Οὕτως ἀνὴρ οὐ παύσεται τήμερον πρός με πολλῇ τῇ σκηνῇ καὶ τῇ τραγῳδίᾳ χρώμενος

11. LUC. Equidem & hæc, quæ tu commemorasti, dicta volui: & illa quoque, me neque ordine, neque ut ille, justa quadam & continua oratione de omnibus dicturum esse; meae enim facultatis hoc minime est: neque rursum illius personae attribuendo sermonem, ne hac etiam in parte histrionibus illis similis fiam, qui saepenumero aut Agamemnonis, aut Creontis, aut etiam ipsius Herculis persona assumpta, ac vestibus auro contextis induti, & horrendum tuentes, ore in immensum diducto, exiguum & gracile, adeoque muliebre quiddam loquuntur, ipsa etiam Hecuba Polyxenave multo demissius. Ne igitur & ipse deprehendar majorem omnino, quam pro capite meo, personam induisse, ipsumque ornatum dehonestare, ex nuda tecum volo meaque propria persona colloqui, ne cadens alicubi, quem ago Heroem, mecum una convulsum terræ affligam.

12. AM. Homo hic non desinet hodie apud me crebra illa scena atque tragœdia uti.

[a] Πρόσωπον] προσωπεῖον *J.* Margo *A.* 1. *W.*

88. Ῥᾴδιόν τινα] Sensum vidit *Micyllus*, *justa quadam & continua oratione*, perperam relictus a *Benedicto*: sed ego, quomodo respondeat ad hanc mentem τινα, neutiquam video; pro quo, si meum sit arbitrium, legam ῥᾴδιον μίαν, *unam & perpetuam orationem*: pariter ac *Thucydid.* V, 85. ὅπως ὃ μὴ ξυνεχῆ ῥήσει &c. cujus vice mox sequitur ἐνὶ λόγῳ nam quod in multis est Codd. ἐν ὀλίγῳ, sententiae repugnat. *Aristoph.* Acharn. v. 415. Δεῖ γάρ με λέξαι τοῦ χοροῦ ῥῆσιν μακράν ut apud *Platon.* de Rep. X. p. 755. E. Tragici heroes μακρὰν ῥῆσιν ἀπτεινολογοῦντες ἐν τοῖς ἐθρηνοῖς, *praelongam orationem extendentes in lamentationibus.* Aliud est ῥῆσιν αἴρειν, ut bene docuit *Is. Casaubon.* ad *Theophr.* Ch. Eth. c. 15. p. 125. & post eum *Gisb. Cuperus* Obs. I, 16. in eo deceptus, quod nullum esse dubium putet, quin pro ἡ χρῆσις in *Euripidis Scholiaste* legi debeat ἡ ῥῆσις, quum certissimum sit, nulla omnino opus esse mutatione. Χρῆσιν de poëtae, qui proferatur, loco poni scivit *Billius* Obs. Sacr. I. c. 21. Vid. *Jos. Scaliger.* ad *Varron.* de R. R. p. 211. *T. H.*

94. Χρυσίδας] Rarissima vox pro vestimentis aureis vel auro intextis: *Budaeus* apud *H. Stephanum* ex hoc solo notavit loco. Pene mihi persuadeo, legendum esse ξύσιδας· ξύσις enim exponitur, ἔνδυμά τι τραγικὸν. *Harpocr. Hesych.* in V. *Schol. Aristoph.* ad Nub. v. 70. Χρῶνται ὃ αὐτῷ καὶ οἱ τραγικοὶ βασιλεῖς. In hoc etiam instrumento recenset *Poll.* IV, 116. Vid. *Durid.* apud *Athen.* XII. p. 535. F. *T. H.*

99. Μεῖζον τ' ἐμ. κ. προσ.] Larvae veterum erant cassides, quibus totum caput tegebatur. Liquet hoc ex verbis *Gabii Bassi* apud *A. Gellium* V. c. 7. ubi ita loquitur de persona: *Caput*, inquit, *& os cooperimento personae tectum undique tantum vocis emittendae causa pervium* &c. Vide praesertim p. 127. Gemmarum *Leon. Augustini.* *J. C.*

3. Συγκαλασπάσω] *Ne lapsus mecum traham heroem:* hoc est, ne, dum male ago personam herois, exsibiler, eumque mecum contemtui objiciam. Absurde hic vertit Interpres. *J. C.*

Συγκαλασπάσω] *Plato* de Rep. V. p. 651. B. ἀλλὰ μὴ σφαλεὶς τῆς ἀληθείας ἐμὲ μόνον αὐτὸς, ἀλλὰ καὶ τοὺς φίλους ξυμπεισπεσάρμοκα χείσομαι· ob oculos ipsi versabatur vulgatum illud πισὼν vel ἐ πισῶ γε χείσομαι· quod ab athletis profectum ad alia quoque migravit: vide *D. Heins.* L. Th. c. VII. Lucianeo verbo *Galenus* usus, Ὅτι αἱ ποιότητες ἀσώματοι in fine: ταῦτα τοὺς Στωϊκοὺς, φίλε Πύδαρε, λύειν ἀξίου, μὴ συγκαλασπᾶν ἑαυτοῖς ἄλλους, ὡς τοῖς αὐτοῖς ἐνισχομένους παίσμασι. *Xenoph.* K. Π. V. p. 85. v. 40. Φρούρια πρότερον εἰς τὴν Σύρων ἐπικράτειαν συγκαλασπασθέντα. Quod veretur, ne faciat, *Lucianus*, id AEschini contigit Oenomaum agenti, si *Demosthenem* audimus de Cor. p. 503. E. ὃν ἐν Κολωνῷ ποτε Οἰνομάου καλῶς ὑποκρινόμενον ἐπέτριψας. *T. H.*

90. Φρ-

uti. LUC. Immo desinam, & ad incepta me nunc convertam. Principium igitur orationis illius commendatio fuit Græciæ, & eorum hominum, qui Athenis commorantur, quod cum philosophia & paupertate degant, & neque civium neque peregrinorum quenquam intueri gaudeant, qui luxum ad sese invehere conentur: sed si quis etiam veniat ad illos ita affectus, & paulatim transforment ipsum, & veteres mores dedoceant, atque ad puritatem vitæ transferant.

13. Memorabat itaque quendam ex istis multo auro fulgentibus, qui cum Athenas venisset admodum insignis & turba comitum gravis, varia veste auroque ornatus, Athenienſibus omnibus sese admirationi esse existimabat, & tanquam beatum suspici; cum iis contra infelix quidam homuncio videretur: quin & erudiendum eum sibi sumpserunt, non acerbe, neque aperte vetantes, ne in libera civitate pro lubitu viveret: sed cum in gymnasiis, & balneis molesta; A. ἀλλ' ἐμὲ μὲν παύσομαί γε· πρὸς ἐκεῖνα δὲ ἤδη τρέψομαι. Ἡ μὲ ἀρχὴ τῆς λόγου ἔπαινος ἦν Ἑλλάδος, καὶ τῶν Ἀθήνησιν ἀνθρώπων, οἱ φιλοσοφίᾳ καὶ πενίᾳ σύντροφοί εἰσι, καὶ ὅτε τῶν ἀστῶν, ὅτε τῶν ξένων ἡδέως τέρπονται ὁρῶντες, ὃς ἂν τρυφὴν εἰσάγειν εἰς αὐτοὺς βιάζηται· ἀλλ' εἴ καί τις ἀφίκηται παρ' αὐτοὺς οὕτω διακείμενος, ῥᾳδίως μεθαρμόττουσι, καὶ παιδαγωγοῦσι, καὶ πρὸς τὸ καθαρὸν τοῦ διαίτης μεθιστᾶσιν.

Ἐμέμνητο γοῦν τινος τῶν πολυχρύσων, ὃς ἐλθὼν Ἀθήναζε μάλα ἐπίσημος, καὶ φορικὸς ἀκολούθων ὄχλῳ, καὶ ποικίλῃ ἐσθῆτι, καὶ χρυσῷ, αὐτὸς μὲν ᾤετο ζηλωτὸς εἶναι πᾶσι τοῖς Ἀθηναίοις, καὶ ὡς ἂν εὐδαίμων ἀποβλέπεσθαι· τοῖς δ' ἄρα δυστυχεῖν ἐδόκει τὸ ἀνθρώπιον· καὶ παιδεύειν ἐπεχείρουν αὐτὸν, καὶ πικρῶς, οὐδ' ἀνιαρῶς ἀπαγορεύοντες ἐν ἐλευθέρᾳ τῇ πόλει, καθ' ὅν τινα τρόπον βούλοιτο, βιῶναι· ἀλλ' ἐπεὶ καὶ τοῖς γυμνασίοις καὶ λουτροῖς ὀχληρὸς ἦν,

b Βιάζηται] βιάζεται F.

10. Φιλοσοφίᾳ καὶ πενίᾳ σύντροφοι] Hic unus e præcipuis *Luciani* scopus. Hinc illa in *Aristotelem* & Peripateticos prælia. Multi in hanc philosophantium paupertatem scripsere, de quibus *Cicer.* Tusc. 1. & 5. Hanc sæpe mendicantium habitu simulabant, cum pera auro, lupinorum vice, plena: ut in dial. Mort. Piscat. Catapl. & alibi. *J. B.*

Ibid. Πενίᾳ σωτρ.] Sumsit ab *Herodot.* VII, 102. τῇ Ἑλλάδι πενίη ἀεί οἱ σύντροφος ἐστί. *T. H.*

15. Παραπαιδαγωγοῦσι] Verbum elegans, *pravum leniter corrigere, atque in melius mutare. Plutarch.* feliciter in metaphoris audax de Fort. Rom. p. 321. B. fabulosum esse adfirmat Egeriam δείσασαν σοφὴν ἔρωτα captam operam dedisse Numæ, & παραπαιδαγωγεῖν καὶ συγκεραννύναι τὴν πολιτείαν aptissima phrasi, quia de Romana civitate tantum quod nata, & hactenus infante usurpatur. *Clem. Alexandrinus* ea, quam dixi, tralatae orationis virtute *Plutarcho* non dissimilis, Paedag. III. p. 247. D. πολλοὺς γὰρ καὶ τὸ χεῖρον παραπαιδαγωγεῖ μὴ ἀμαυρότητι λόγου τὸ εὐσχήμονες. Ceterum Athenienſibus ista veluti propria laus tribuitur, quod ad emendandos ineptorum mores castigandamque vitae rationem multum valuerint: Athenas ergo Pericles apud *Thucydid.* II, 41. esse dicit τῆς Ἑλλάδος παίδευσιν & *Dicaearchus* p. 10. testatur: ὅσον αἱ λοιπαὶ πόλεις πρός τε εὐδοξίαν καὶ BIOY ΔΙΟΡΘΩΣΙΝ τῶν ἀγρῶν διαφέρουσι, τοσοῦτον αἱ λοιπῶν πόλεων ἡ τῶν Ἀθηναίων παραλλάττει· eo spectat Menedemi dictum a *Plutarcho* laudatum de Ad. & Am. discr. p. 81. si quis autem juvenis divitis & inepte fastuosi, qui cum hoc Lucianeo conferri possit, aliud exemplum desideret, is eundem adeat *Plutarch.* Symp. l. Qu. 2. *Athen.* IV. p. 159. D. *T. H.*

16. Πρὸς τὸ καθαρὸν τῆς διαίτης] Tangit fœditatem seu malis' feritatem sive δυσχέρειαν philosophorum *Lucian.* in Lapith. & alibi. *Liban. Theophrast.* in Charact. *J. B.*

19. Ἀχολ.] *mancipiorum.* *J. Br.*

Ἀκολούθων ὄχλῳ] Refert ad multitudinem officiosorum, sive comitum, sive prosequentium, de quibus nota res. sic §. 20. & in Catapl. *J. B.*

Ibid. Καὶ ποικίλῃ ἐσθῆτι] Sic postea τὴν ἐσθῆτα τὴν ποικίλην. & in Tim. §. 27. ποικίλαι ἐνδύς, & alibi. Has vestes vocare videtur alibi, τὸ ἀνθηρὸν, quæ in quibusdam Græciæ urbibus vestes muliebres. *D. Basil.* ad Gregor. Theolog. *Apul.* alii. Apud Athenienſes meretricum fuerunt. *Suid.* νόμος Ἀθήνησι τὰς ἑταίρας ἀνθινα φορεῖν. apud Locrenses hoc omnino vetitum. idem *Suid.* ut & apud Romanos, Lege Oppia. *Liv.* Lib. 34. luxu tamen gliscente receptum. Potest tamen referri, propter mentionem pavonis, ad plumatas, de quibus *Tertull.* de pall. *Achil. Tat.* Lib. 3. *J. B.*

20. Ἤθελε ζηλ. εἶναι] Non prout oportebat, expressit Interpres *Benedictus: omnibus quidem Athenienſibus in admiratione erat.* Tu potius sic verte: *ipse quidem putabat, se omnibus Athenienſibus esse admirationi. H. V.*

ἦν, θλίβων τοῖς οἰκέταις, καὶ στενοχωρῶν τὴν ἀπαντῶντας, ἡσυχῇ τις ἂν ὑπερθέγξαιτο, προσποιούμενον λανθάνειν, ὥσπερ ὑπὸ πρὸς αὐτὸν ἐκεῖνον ἀποτείνων, Δέδοικε μὴ [a] ὠθῶσι πόλῃ μέλαξι λυόμενον. καὶ μὴν εἰρήνη γε μακρὰ κατέχει τὸ βαλανεῖον· οὐδὲν ἂν δεῖ στρατοπέδου. ὁ δὲ ἀκούων ἃ ἦν, μέλαξι ἐπαιδεύετο. τὴν δὲ ἐσθῆτα τὴν ποικίλην, καὶ τὰς πορφυρίδας ἐκείνας ἀπέδυσαν αὐτὸν, ἀρτίως πάνυ τὸ ἀνθηρὸν ὀπισκώπτοντες τῶν χρωμάτων, ἔαρ ἤδη, λέγοντες, καὶ πόθεν ὁ ταὼς οὗτος; καὶ, τάχα τις μήτρως ἐστὶν αὐτῷ· καὶ τὰ τοιαῦτα. καὶ τὰ ἄλλα δὲ ὅτως ἀπέσκωπτον, ἢ τὴν δακτυλίων τὸ πλῆθος, ἢ τὴν κόμης τὸ πολυέργον, ἢ τὴν ἀγρίτης τὸ ἀκόλαστον. ὥστε κατὰ μικρὸν ἐσωφρονίσθη, καὶ πολὺ βελτίων ἀπῆλθε, δημοσίᾳ πεπαιδευμένος.

stus esset, suis servis premens, & in angustum cogens obvios, submissa voce quidam, quasi latere vellet, neque illum perstringeret: Metuit, inquit, ne inter lavandum pereat? Atqui pax certe longa balneum tenet: proinde nihil opus est exercitu. Ille autem verum audiens, interea erudiebatur. Præterea varia illa veste atque purpurea eundem exuerunt, urbane admodum floridum colorum nitorem irridentes, Jam ver adest, dicebant: &, Unde nobis pavo hic? &, Fortassis materna est: & similia. Atque eodem pacto cetera illius cum risu carpebant, nunc annulorum multitudinem, nunc comam justo curatiorem, nunc victus intemperantiam atque luxuriam notantes. Quare paulatim ad modestiam est revocatus, & longe melior, publice ita emendatus, abiit.

14. Quod

[a] Παρακόλονται] ὠθῶνται F. pleraeque ὠθοῦνται, exceptis J. V. 2. S. A. Emendatum ὠθῶντται in margine A. 1. W.

27. Θλίβων τοῖς οἰκέταις] Ἀντὶ τοῦ, ἀθρόῳ τῷ πλήθους τῶν οἰκετῶν στενοχωρίαν ποιῶν. V.

27. Θλίβων] *Athenienses servis suis obterens.* J. Br. *Ibid.* Στενοχωρῶν] Utrumque verbum junxit *Alexand. Aphrod.* Probl. I. §. 47. Saepius in *Artemid.* Θλίψεις καὶ στενοχωρίαι & *Paulo* ad Rom. II, 9. posterius, ut gravius, semper secundo loco ponitur, ideoque a priore Θλίψιν disjungi potest, ut factum 2 ad Corinth. IV, 8. Rarior est, sed Atticae tamen urbanitatis potestas neutra: *Machon* apud *Athen.* XIII. p. 582. B. Ὃς ὑ δυνάμενον τότε παρελθεῖν ῥᾳδίως Ἀλλὰ στενοχωρῶν εἶπεν Συστενοχωρεῖν, cujus exemplum in *H. Stephani* Thes. nullum est, *Plutarchus* habet de Exil. p. 601. D. T. H.

32. Δεῖ στρατ.] *Tanto comitatu nihil opus est.* J. Br.

33. Ἀκούων ἃ ἦν] *Micyllus: audiens, quae res erat: Benedictus* absurdius, *quae dicebat.* Istud tam frigidum ἃ ἦν a *Luciano* profectum esse, non inducor ut credam: una litera revocata rem expediet: ἀκούων ἄδην vel ἄδων· nam de spiritu veteres ipsi non consentiunt: sensu sane optimo: neque enim credibile est, adolescentem vecordem, nisi frequentius haec auribus ejus insonuissent dicta, tam cito ad bonam frugem fuisse rediturum. *Herodot.* IX, 38. ὡς ὑ ἄδην εἶχον κτείνοντες. *Clem.* Paed. III. p. 259. ὁ παιδαγωγὸς ἡμῖν ἄδην διείλεκται. De Zenone *Diogen. L.* VII, 16. εἰ δή τινα ἐπικόπτοι (hoc a libris probatum causa non est, cur postponamus τῷ ἐπικόπτοι) ὠτειλαμβῶν, καὶ οὐκ ἄδην ἄλλα πόρρωθεν si quem reprehenderet, id tecte aculeoque velut praepilato, & non palam ad satietatem usque dicta ingerens. Haec vulgo male vertuntur. Illa *Luciani* proxima τὴν δὲ ἐσθῆτα τὴν ποικίλην &c. Obs. *Fortasse* legendum ἐσθῆτα τὴν ποικίλην &c. *Varius* habet de Re Vest. P. II. Lib. IV. c. 13. T. H.

37. Ἔαρ ἤδη] *Jam ver adventat.* J. Br. Ἔαρ ἤδη] Athenienses, in primis Attici φιλοσκώμμονες, &, *Dicaearcho* teste p. 9. ὠθοῦνται τὸν ξενικὸν βίον quamobrem, si quis conspicuo quodam laboraret vitio, mox huic veluti notam inurebant jocosum aliquod cognomen: quam eorum libidinem traducit *Anaxandr.* apud *Athen.* VI. p. 242. E. Idem discere licet, ne alia memorem, ex *Harpocr.* in Ἀργᾶς, Βάταλον, Ἐπικράτης, Μαργίτης, Νάπιον &c. Atque haec est causa, cur Oratorum acerba, quibus pro concione se invicem impetebant, convicia tam aequis auribus acciperentur. Quicquid grata colorum varietate vernat, ἔαρ apud Graecos: appositе *Lucian.* de Dom. §. 11. pavo explicata cauda ἐπιδείκνυ τὰ ἄνθη τὰ αὐτοῦ καὶ τὸ ἔαρ τῶν πτερῶν, ὥσπερ αὐτὸν προκαλούμενον τὴν ἀμιλλαν· quibus adfirmari potest *P. Cunaei* emendatio in *Nonno* p. 104. Ταὼς de homine, qui vestimento versicolore sit indutus, Comicum est: ob eam rationem Persarum legatos ita vocat *Aristoph.* Ach. v. 63. nam quae praeter hoc *Scholiastes* profert, nullius apud me sunt pretii. *Philostr.* Ic. II. c. 32. ὁ βασιλεὺς (Persarum) ἐπὶ χρυσοῦ θρόνου ἕκτος, οἷον ταώς. in Heroic. p. 724. ad pavonem confertur Paris in cultu nitidissimo sese circumspiciens. Quod autem sequitur, τάχα τις μητρός ἐστιν αὐτῷ, sic capiendum putat *Cuperus*, quasi homines urbani matrem huic juveni stolide superbo meretricem objicerent Obs. II, 8. p. 289. neque dissentio: sed ista quum scribebat, *ubi narrat* Lucianus, *quendam introiisse theatrum indutum veste*

14. Quod autem non pudeat eos paupertatem confiteri, referebat mihi vocem quandam, quam ajebat publice ab omnibus emissam audisse sese in ludis Panathenaïcis. Deprehensum enim quendam ex civibus fuisse, & ad præsidem ludorum adductum, quod veste tincta amictus spectaculo interesset: quo viso misertos illius, ac veniam precatos esse: præcone autem proclamante contra leges fecisse, quod tali cum veste ludos spectaret, omnes una voce, quasi antea super hoc deliberassent, exclamare cœpisse, ut venia ei daretur tali veste induto: neque enim aliam habere illum. Hæc igitur ille laudabat. & præterea libertatem, quæ illic est, ac victus frugalitatem, & tranquillitatem, & otium, quæ apud illos sunt cumulatissima. Ostendebat etiam, conversationem eorum hominum philosophiæ con-

Ὅτι δ' οὐκ αἰσχύνονται πενίαν ὁμολογοῦντες, ἐμέμνητο πρός με φωνῆς τινος, ἣν ἀκοῦσαι πάντων ἔφη κοινῇ προειμένων ἐν τῷ ἀγῶνι τῶν Παναθηναίων. ληφθέντα μέν γάρ τινα τῶν πολιτῶν ἄγειν πρὸς τὸν ἀγωνοθέτην, ὅτι βαπτὸν ἔχων ἱμάτιον ἐθεώρει· τὸν δὲ, ἐλεῆσαί τε, καὶ συγγνώμης, καὶ κήρυκος ἀνειπόντος, ὅτι παρὰ τὸν νόμον ἐποίησε, τοιαύτῃ ἐσθῆτι θεώμενος, ἀναβοῆσαι μιᾷ φωνῇ πάντας, ὥσπερ ἐσκεμμένους, συγγνώμην ἀπονέμειν αὐτῷ τοιαῦτά γε ἀμπεχομένῳ· μὴ γὰρ ἔχειν αὐτὸν ἑτέρα. ταῦτά τε δὴ ἐπῄνει, καὶ προσέτι τὴν ἐλευθερίαν τὴν ἐκεῖ, καὶ τὸ ἀφελὲς τὸ ἀνεπίφθονον, ἡσυχίαν τε καὶ ἀπραγμοσύνην, ἃ δὴ ἄφθονα παρ' αὐτοῖς [b] ἐστί. ἀπεφαίνετό τε [c] φιλοσοφίᾳ σωφρόνων τῶν καὶ τοῖς τοιούτοις διατρι-

45 50 55 60

[b] Ἐστι] Deest in F. [c] Φιλοσοφίᾳ] φιλοσοφίαν C.

veste varia, minus attendisse *Cuperum* satis patet. *T. H.*

38. Τάχα τῆς μητρὸς] *Vestis haec matris ejus est. Erasm.* in adagio: *Quem mater amictum dedit observare.* *J. Br.*

Τάχα τῆς μ. ἐστιν αὐτῦ] Subintellige *ἱμάτια*: *forte hae vestes sunt matris ejus*: nam vestes variae muliebres erant non viriles. Inepte Interpres. *fortasse suae hic est matris.* Quis vero non est suae matris filius? ubi hic acumen? *J. C.*

40. Τῶν δακτυλίων τὸ πλῆθος] De horum numero, materia & usu plene alibi. *J. B.*

43. Δημοσίᾳ πεπαιδάμωνος] Sic in Scytha. & in omni civitate frugi, advenae δημοσίᾳ παιδεύονται: qua de re dico copiose alibi. *J. B.*

49. Βαπτὸν] *Colore aliquo infectum.* Videntur enim Athenienses vestibus candidis induti ludos spectasse, uti etiam sacra fecisse, ac se ad laetitiam dedisse. *Aeschin.* κατὰ Κτησιφ. τὴν λαμπὴν ἐσθῆτα λαβὼν, ἐθαυθύτει. *J. Br.*

Βαπτὸν] Solebant nimirum Athenis, quemadmodum Romae, antiquis temporibus candidis vestibus uti. Vide *Theophr.* Char. XI. περὶ μικρολογίας sub finem. *J. C.*

Βαπτὸν . . . . νόμον] Νόμος ἦν Ἀθήνησιν, ut *Suidas* ait, τὰς ἑταίρας ἄνθινα φορεῖν. *A. V.*

Legis hujus Athenienſium ne *Meurſius* quidem, harum rerum indagator diligentiſſimus, apud alios auctores veſtigium reperire potuit. Olympionicis nempe ſolis id licuiſſe patet ex noſtro, Δημων. c. 16. Conſule *Suidam.* v. βαπτά. & *Ariſtoph.* p. 55. Sed qui fit, inquies, ut pauper veſtem non haberet niſi βαπτόν? Forſan & hic *pulla* intelligenda eſt, quo ſenſu apud *Athen.* in Comico ſumitur, 290. C. *M. du S.*

Βαπτὸν ἔχων ἱμάτιον] Solum hujus legis teſtem producunt *Lucianum J. Meurſius* Them. Att. II, 34. Panath. c. XIV. & *Sam. Petitus* LL. Att. p. 23. quare a Solone, an poſt eum fuerit lata, decerni nequit: ratio tamen non eſt in obſcuro. Scilicet ludos caſtiſſimae Dearum Minervae ſacros in ornatu meretricio ac lenonio ſpectari noluerunt: πορνοβοσκὸς βαπτὸν ἀμπιχόμενος τριβώνιον apud *Dion. Chryſ.* Or. IV. p. 75. A. Vid. Poll. IV, 119. 120. meretricibus etiam βαπτὰ, βαπτὰς ἐσθῆτας ſive ἀνθινὰς φορεῖν per leges licuit, quarum uſu matronis interdictum erat: *Sam. Petitus* ad LL. Att. p. 476. *Kuſter.* ad *Suid.* in Ζάλωτος. Floridas autem ejuſmodi veſtes Olympionicis licuiſſe ſolis geſtare, colligi mihi poſſe non videtur e *Luciani* Demonacte, qui contra Olympiae victorem irridet, quod cum ea veſte, quae virum fortem dedeceret, in publicum prodire non vereretur: aliud enim eſt, quando pompa ſolenni victores in urbem patriam invehebantur floride picta veſte conſpicui, qua de re legendus eſt *Ez. Spanhem.* ad *Julian.* Caeſ. *Preuves des Remarq.* p. 129. *T. H.*

50. Καὶ τῦ κήρυκος ἀνειπόντος] Legem ex *Suida* ſupra retuli: aliam cauſam hic aſſignat. Sed hoc ita accipiendum, Athenis ἑταίρας ἢ γυναῖκας ἢ τοιῦτόν τι ἄλλο ἀφροδισιάζον, βαπτὸν ἢ ἀνθηρὸν ἔχον ἱμάτιον, ἄγεσθαι παρὰ τὸν ἀγωνοθέτην, quod adfuiſſent τῇ ἀγῶνι τῶν Παναθηναίων. haec alibi copioſius explicanda. *J. B.*

52. Τοιαύτῃ ἐσθῆτι] Recte ſane, ſi ſequeretur χρώμενος nunc ſcribendum puto: ἐποίησεν, ὧν τοιαύτῃ ἐσθῆτι θεώμενος. Quemadmodum illa virtus, de qua pluribus alibi dicam, praepoſitionis ὧν eſt nota, ſic omitti in hac ſimilive locutione unquam haud equidem memini. *T. H.*

ἐν, καὶ καθαρὸν ἦθος φυλάξαι δυναμένην, σπουδαίῳ τε ἀνδρὶ καὶ πλούτου καταφρονεῖν πεπαιδευμένῳ, καὶ τῷ πρὸς τὰ φύσει καλὰ ζῆν προῃρημένῳ τὸν ἐκεῖ βίον ὡς μάλιστα ἁρμοσμένον.

Ὅστις δὲ πλούτου ἐρᾷ, καὶ χρυσῷ κεκήληται, καὶ πορφύρᾳ, καὶ δυναστείᾳ μέτρει τὸ εὐδαίμον, ἄγευστος μὲν ἐλευθερίας, ἀπείρατος δὲ παῤῥησίας, ἀθέατος δὲ ἀληθείας, κολακείᾳ τὰ πάντα καὶ θωπείᾳ σύντροφος· ὅστις ἡδονῇ πᾶσαν τὴν ψυχὴν ἐπιτρέψας, ταύτῃ μόνῃ λατρεύειν διέγνωκε, φίλος μὲν πολυτελῶν τραπεζῶν, φίλος δὲ πότων, καὶ ἀφροδισίων, ἀνάπλεως γοητείας, καὶ ἀπάτης, καὶ ψευδολογίας· ἢ ὅστις ἀκούων τέρπεται χρεμάτων τε, καὶ τερετισμάτων, καὶ

sonam esse; moresque puros conservare posse; viroque gravi, & qui divitias contemnere didicisset, & qui secundum ea, quæ natura honesta sunt, vivere statuisset, vitam, quæ illic vivitur, quam maxime aptam atque accommodatam esse. 65

15. At qui divitias amat, aurumque stupet, purpuraque & potentia felicitatem metitur, qui libertatem in dictis factisque nunquam gustavit, qui veritatem nunquam vidit, & cum assentatione & servitute enutritus est, aut qui totam animam voluptati addixit, eique uni inservire statuit, amans opiparæ mensæ, indulgens vino ac rebus venereis, plenus præstigiarum, fraudis atque mendacii: aut cui chordarum pulsationes, instrumentorumque lascivos crepitus, cantilenasque perditas audire volupe 70 75

63. Πρὸς τὰ φύσει καλὰ ζῆν] Per dictionem καλὰ temperat austeritatem dictionis τῦ ζῆν, *latari, genio indulgere:* de qua dixere viri doctissimi. Cetera hujus paginæ in Gallo. *J. B.*

67. Μετρεῖ] Hoc vitium omnes Edd. insedit: μετρεῖ, quod reposui, structurae ratio postulabat. *Demosth.* pro Cor. p. 521. C. τῇ γαστρὶ μετρῦντες ἃ τοῖς αἰσχίσοις τὴν εὐδαιμονίαν qui locus, quum in Rhetorum esset scholis pervulgatus (vid. *Theon.* Progymn. p. 95.) ad imitandum mirifice placuit: totidem verbis *Plutarch.* T. II. p. 97. D. & saepius alibi: *Herodian.* I, 6. τὸ εὐδαίμον γαστρὶ καὶ τοῖς αἰσχίσοις μετρῦσι adde *Damasc.* apud *Suid.* in Τυχὴ accusabat Timocratem, fratrem suum, Metrodorus, *quod dubitaret, omnia, quae ad beatam vitam pertinent, ventre metiri*, teste *Cicer.* de N. D. I. c. 40. *metiri suis commodis omnia* Id. de LL. I, 14. Phrasin *Noster* variavit Πατρ. Ἐγκ. §. 10. μίτρον εὐδαιμονίας τὰς τῦ γαστρὸς ἡδονὰς τιθέμενοι. Sic *Muson.* Ep. τῷ ἀργυρῷ πάντα μετρεῖν. Ejus generis in patribus Ecclesiae plurima volens praetereo, itemque Protagorae dictum toties a Platone impugnatum, Πάντων μίτρον ἄνθρωπος. Istis autem, quae hic tractantur, multa habet adsimilia *Longin.* Sect. ultima. *T. H.*

72. Λατρεύειν] *M. Brunnerus* ad *Palaephat.* c. 45. utitur hoc loco, ubi de δουλεύειν & λατρεύειν agit. *T. H.*

77. Διεφθορότων ἀσμάτων] Διεφθορότα ἄσματα, quae aliis κατηγόρια μέλη, ni fallor. *J. B.*

79. Μοῦσαι] Ex *Homero.* quales perpetuae parodiae in *Luciano.* *J. B.*

Μοῦσαι] Ex *Arato* haec in prooem. de Jove, quae in rem suam, qui mos ei solemnis, vertit noster. Versus *Arati* habes Προμ. c. 9. Confer cum his *Plutarch.* 1257, 1. *M. du S.*

Μοῦσαι] *Aristid.* T. I. p. 98. C. μοῦσαι ἢ ἀγοραί, φασὶ, καὶ λιμένες καὶ τὰ εὐρύχωρα τῆς πόλεως τῆς παλαίας ἐξηγεμόνευσε τὰ εὐρύχωρα τῆς πόλεως posuit pro ταῖς ἀγυιαῖς, quomodo oraculum apud *Demosth.* in Mid. p. 611. D. hoc pacto corrigendum — εὐρυχόρους κατ' ἀγυιὰς Ἴσασι ἁπαῖος Βρομίῳ χόρον ἄμμιγα πάντας editur εὐρυχόρους, ἁπαίων, χόρον. Εὐρύχορος idem est, quod εὐρύχωρος apud *Homerum*, qui syllabae pertinaciam, ne cogeretur epitheto tam splendido carere, in brevem versa vocali longa fregit. Sed ecce apud *Aristidem* consuetum illud in adagiis usurpandis φασὶ ergo vel a proverbio jam ante communi Aratus sumsit, vel primus paroemiae suis e versibus ductae dedit originem. Cum sequentibus congruit *Dion Chrys.* Tars. I. p. 408. D. ἡ μὲν ἀσέλγεια ἐστὶ δι' ὤτων ἐστὶ δι' ὀφθαλμῶν καὶ παλαχόθεν εἰσδύεται & alter *Johannes* T. VIII. p. 291. B. ἡ τῶν ἀσέμνων θεαμάτων κακία, ἡ διὰ τῶν ἀκοῶν καὶ ὀφθαλμῶν ἐστὶ τὰ ἀκάθ, ὥσπερ διὰ τινων θυρίδων τὸν λογισμὸν ἐκτιτρώσκουσα. *T. H.*

Ibid. Πᾶσαι μὲ ἀγ.] Ex *Arato*: πᾶσαι μὲν ἀγυιαὶ, Πᾶσαι δ' ἀνθρώπων ἀγοραί. *J. Br.*

80. Πάσαις πόλεως τὴν ἡδονὴν καλλιζήλοις] *Suet. Lamprid.* in Alogab. *J. B.*

83. Ὑ. ἧς δὴ . . .] Sic recte P. & *J.* In reliquis δὴ legebatur. *M. du S.*

Ὑφ' ἧς δὴ ῥ.] Scilicet ἡδονῆς quae lectio si placet, probandum sane δὴ ex Ed. *J.* At structura mihi videtur rudior paululum & incultior, quam ut a *Luciano* proficisci potuerit: ne dicam, parum accurate sic sequi τὸ τοιοῦτο φῦλον τῆς ἡδονῆς quanto venustius exibit & rotundius, τροφῆς δὲ ῥεούσης, quod ego quin Lucianeum sit, vix dubitare possum. Modo ἀφροδισίοις pro verendis partibus videtur posuisse: contra αἰδοῖα, quae pudenda sunt, pro ἀφροδισίοις vel rebus Venereis usurpavit *Homer.* Od. O, 372. nam plane sic intelligendum esse poëtam *J. Scaligero* ad *Fest.* in *Adfatim* adsentior: *Barnesius* ab ista veterum opinione imprudenter discessit. Tum elegantiam verbi ὑποσύρεται non

pe eſt : talibus videlicet hominibus convenire hujus urbis conſuetudinem.

16. Hic enim rerum chariſſimarum ipſis, omnes plateas, omniaque fora referta eſſe : ac licere ipſis omnibus quaſi portis voluptatem recipere, partim per oculos, partim per aures & naſum, partim per gulam, & per venerea : qua fluente perenni turbulentoque flumine, omnes viæ dilatantur. Una enim irruunt & adulterium & avaritia, & perjurium, & reliqua id genus voluptatum cognatarum natio. A quibus exundantibus, animo undique ſubmerſo, verecundia, & virtus, & juſtitia abripiuntur : quibus carens jam ſolum ſemper ſiticuloſum multis ac feris cupiditatibus ſuppullulat. Ta-

διεφθορότων ἀσμάτων, τοῖς δὴ τοιούτοις πρέπειν τ ἐνταῦθα διαίριδήν.

Μεσταὶ γὰρ αὐτοῖς τ φιλτάτων πᾶσαι μὲν ἀγυιαὶ, πᾶσαι δὲ ἀγοραί· πάρεστι δὲ πάσαις πύλαις τ ἡδονὴν καταδέχεσθαι· τοῦτο μὲ δι' ὀφθαλμῶν· τοῦτο δὲ δι' ὤτων τε, καὶ ῥινῶν· τοῦτο δὲ καὶ διὰ λαιμοῦ, καὶ δι' ἀφροδισίων· ὑφ' ἧς [a] δὲ ῥεύσης ἀενάου τε καὶ θολερῷ ῥεύματι, πᾶσαι μὲ ἀνθυρώνου) ὁδοί· συνεισέρχεται γὰρ μοιχεία, καὶ φιλαργυρία, καὶ ἀπορκία, καὶ τὸ τοιοῦτο φῦλον τ ἡδονῶν· ὠθούμεναι δὲ, τ ψυχῆς ὑποκλυζομένης πάντοθεν, αἰδὼς, καὶ ἀρετὴ, καὶ δικαιοσύνη· τ δὲ ἔρημος ὁ χῶρος γενόμενος, [b] δίψης ἀεὶ σιμπλάμενος, ἀνθεῖ πολλαῖς τε καὶ ἀγρίαις ἐπιθυμίαις. τοιαύτην

a Δὲ] δὴ P. *J.* Margo *A.* 1. *W.* b Δίψης] ἰλύος A. P. *J.* Margo *A.* 1. *W.*

non ceperunt Interpretes, nec ſane *Budaeus* C. L. G. p. 727. fluviorum eſt & torrentium, qui aquis adauctis praecipitantes violento impetu obſtantia ſecum rapiunt: *Ariſtoph.* Equ. v. 524. mallem etiam in *Phil.* de Mon. p. 814. E. ναυάχῳ ὑπὸ χειμάῤῥου παρασυρῆναι pro ἐκπνεύσαντος *Arrian.* Epict. IV, 9. ὡς ὑπὸ ῥεύματος παρασύρηται. Congruit haec poteſtas cum ψυχῆς ὑποκλυζομένης, vel, quod malim, ἐπικλ. *T. H.*

85. Ἀνθρώνου) ὁδοί] Sic in Amorib. hanc vocem interpretatus ſum ad *Petron.* & alibi hoc opere. *J. B.*

87. Φῦλον] *Horat.* Carm. I. Od. III. 29.

Poſt ignem aetheria domo
Subductum, Macies & nova Febrium
Terris incubuit Cohors. *M. du S.*

90. Ἴλυν] *Limo ſemper implotus:* forte ἴλλυς, ut infra in *Prometheo.* *J. Br.*

Angl. ιλύος quod ferri poteſt ut & adſcripta lectio. quid ἔρημος ὁ χῶρος dico alibi. *J. B.*

Ἰλύος] Ex *J.* Ed. P. & Angl. Codd. haec ſcriptura. δίψης in reliquis, quod pravum. Cui neutra lectio placebit legat, per me licet, ἴλλης, ut in *Prom.* c. 12. ἄγριόν τι χρῆμα & ἄμορφον, ἴλλης ἄπληρον & ταύτης ἀπημέρους λύσεως. *M. du S.*

91. Ἀνθεῖ πολλαῖς τε & ἀγρίαις ἐπιθυμίαις] Fuit cum ex hoc loco publice notarem ſimul & probarem τὸ ἀνθεῖν Graecis etiam ſimpliciter pro *abundare* dici. Nunc juvat alia quaedam in hanc rem addere. *Noſter* in Scytha c. 9. urbem quampiam Poëtae cujusdam verbis appellat ἀνθοῦσαν ἀγαθοῖς πᾶσιν, *omnibus bonis abundantem.* Ἀνθοῦσαν quoque a Graeco ſcriptore Philadelpho appellatam fuiſſe Florentiam teſtatur *Politianus* Lib. I. Epiſt. 2. Sic apud eumdem *Noſtrum* de Domo c. 9. Οὐρανὸς ſtellis variegatus elegantiſſime dicitur ἀνθεῖν τοῖς πυρί. *Herodotus* initio libri III. Ἀνθέουσας Ἀσσυρίους ἀνδράσι. Item apud *Euſtathium* ad Iliada ex veteri poëta, Τοῖς δὲ τέθηλε πόλις, λαοὶ δ' ἀνθοῦσιν ὑπ' αὐτῇ. Quin & apud Latinos *florere* pro *abundare* poſitum. *Cato* apud Soſip. Chariſium : *Poſtquam Maſſiliam praeterimus, inde omnem claſſem ventus auſter lenis fert*, mare velis florere *videres ultra angulum Gallicum, inde noctu aura profecti ſumus. Livius* XXI. cap. eodem: *Ita enim hae gentes, non pacis ſolum, ſed etiam victoriae bonis florebunt.* Plane ut poëtae illi ἀνθοῦσα ἀγαθοῖς. *Livius* iterum XLI. C. XI. *Florere* (Perſea) *praeterea juventute, quam ſtirpem longa pax ediderit: florere opibus regni; florere etiam aetate.* Hic in primo & ſecundo loco quid *florere* aliud quam *abundare?* *J. J.*

Ἀνθεῖ] Quid audio, δίψης πιμπλάμενον ἀνθεῖν ἀγρίαις ἴλυϊ. Haec certe ἀκυρολογία ne in poëta quidem dithyrambico ſit ferenda, nedum in *Luciano*; cui qui potuit in mentem venire, ut verbum laetiſſimae ſignificationis contra Graeci ſermonis uſum tam male collocaret? nam quod apud *AEſchylum* legitur in Agam. v. 668. ἀνδρῶν πέλαγος νηφαῖς, exponendum eſt, *mortuorum cruore rubens mare*, quod & *Stanleium* praeteriit; vel, ſi mavis, *ſpumans*, de qua vocis virtute *Berglerum* vide ad *Alciphr.* I. Ep. 1. neque me fugiunt illa *Platon.* Polit. p. 538. E. τὸ δ' παλαιᾶς ἀναρμοστίας πάθος παλαιτάτου ἔμπλεων τοῦ χρόνου. de LL. IV. p. 827. F. ὅπερ εἰθὺς πεισοὶ καὶ θηρίοις &c. ξύμφυτον ἀνθεῖν & similia plura: verum iſta huc non convenire, nihil eſt, ut apud peritos probem. Hujus igitur criminis ut *Lucianus* abſolvatur, refingendum puto αὐχμεῖ. cujus verbi opportuniſſimi ſane fieri vix poteſt, quin *Noſter* meminerit inter iſta tam cognata, ἔρημος ὁ χῶρος, δίψης, ἀγρίαις ἐπιθυμίαις. Δίψης, inquam: nam quod ex Ed. *J.* profertur ἰλύος, multum huic ſcripturae poſthabeo. Agris arentibus & longo aeſtu ſqualidis δίψα tribuitur & δίψαν. Διψῶσα πόνις, ἔηρα

αὐτῷ ἀπέφαινε τὴν πόλιν, καὶ τοσούτων διδάσκαλον ἀγαθῶν.

Ἐγωγ' οὖν, ἔφη, ὅτε τὸ πρῶτον ἐπανῆειν ἀπὸ τῆς Ἑλλάδος, πλησίον που γενόμενος, ἐπισκήσας[a] ἐμαυτὸν λόγον ἀπῄτουν τὸ δεῦρο ἀφίξεως, ἐκεῖνα δὴ τὰ τοῦ Ὁμήρου λέγων·

lem esse urbem, taliumque magistram bonorum ostendebat.

17. Ego itaque, inquit, quando primum ex Græcia reversus jam propius accessissem, constiti, a meque ipso rationem poposci mei huc adventus, Homerica illa videlicet mecum ipse dictitans:

Τίπτ' αὖ, ὦ δύστηνε, λιπὼν φάος ἠελίοιο,

Cur autem, infelix, deserto lumine Phœbi

τὴν Ἑλλάδα, καὶ τὴν εὐτυχίαν ἐκείνην, καὶ τὴν ἐλευθερίαν, ἦλυθες, ὄφρα ἴδῃς τὴν ἐνταῦθα θόρυβον, συκοφάντας, καὶ προσαγορεύσεις ὑπερηφάνους, καὶ δεῖπνα, καὶ κόλακας, καὶ μιαιφονίας, καὶ διαθηκῶν προσδοκίας, καὶ φιλίας ὑποπλάστους; ἢ τί καὶ πράξειν διέγνωκας, μήτ' ἀπαλλάττεσθαι, μήτε χρῆσθαι τοῖς καθεστῶσι δυνάμενος;

(Græcia, nempe, & felicitate illa atque libertate) *Venisti? ut videas* loci hujus tumultum, sycophantas, salutationes superbas, epulas, adulatores, cædes, testamentorum expectationes, & amicitias simulatas? Aut quid tandem facere decrevisti, cum neque discedere hinc, neque institutis hisce uti possis?

Οὕτω δὴ βουλευσάμενος, καθάπερ ὁ Ζεὺς τὴν Ἑλένην, ὑπεξαγαγὼν ἐμαυτὸν ἐκ βελέων, φασίν, ἔκ τ' ἀνδροκλασίης, ἔκθ' αἱ-

18. Cum ita mecum consultassem, & quemadmodum Jupiter Hectorem, ita me ipsum *e telis*, ut ait ille, subducens, *equa bo-*

[a] Ἐμαυτὸν] ἑμαυτῷ Margo *A. 1. W.*

ξηκὲ *Hesych.* quod a *Sophocle* sumtum in Antig. v. 252. ἀοίκητος ἔ δίψιος γῆ, *Clem. Alex.* Strom. I. p. 317. C. ubi ἔρημος & ἐρημία praecessit: neque obscurum est, cur Λιβύης δίψαδα γαῖαν dixerit *Oppian.* Cyn. IV, 320. *Eumenius, Libyae arva sitientia: nam*, ut scribit *Mela* I, 4. *pleraque ejus inculta, & aut arenis sterilibus obducta, aut ob sitim coeli terrarumque deserta sunt:* notum est illud *Virgilii — ubi hiulca siti findit canis aestifer arva:* praetereo πολυδίψιον Ἄρεος, quod varie veteres explicuerunt, *Horatii sticulosam Apuliam, Columellae, aridum ac siticulosum solum.* Percommode *Dionys.* Perieg. v. 182. de Libya: Ἡ γὰρ δίψηϊ τε ἓ αὐχμηέσσα τέτυκται· pariter in *Aristoph.* Nub. v. 440. junctа reperies δίψῃ & αὐχμῷ· *Lucian.* Δ. πρὸς Ησ. §. 7. ἢν ὁ αὐχμὸς ἐπιλάβῃ καὶ δίψησωσιν αἱ ἄρουραι &c. τῇ δίψει αὐτῶν. Eleganter vero de mente, quae nullis imbuta virtutibus & rigata, tanquam aridum aliquod atque incultum solum, noxio vitiorum proventu squalet horretque: *Chrysost.* T. I. p. 500. B. τῆς ὑ ψυχῆς ἠμελημένης, ῥυπώσης, αὐχμώσης, λιμῷ διαφθειρομένης &c. neque ex eo plura colligere juvat. *T. H.*

96. Ἐπισήσας ἐμαυτὸν] Ferri potest, ut inter duo verba medius accusativus ad utrumque referatur, & ἐπισήσας ἐμαυτὸν positum sit pro ἐπισὰς, quemadmodum in principio Platonici Convivii, κάγὼ ἐπισὰς περιέμενον· & ἐπισάντες σιωπῇ ἓ πρὸς ἀλλήλους διαβλεψαντες apud *Plutarch.* T. II. p. 548. B. sic τὴν πορείαν ἐπισήσας *Eunap.* p. 117. v. 11. & ἐπισῆσαι τὸ σολον, τὴν φυγήν. *Plutarch.* T. I. p. 527. A. 549. D. *Arrian.* Top. V. p. 353. v. 7. ἐνίοτε μὲν ἐπὶ τὸ σύμπαν βλέψας, ἐνίοτε ὃ ἐπὶ τὸ κατὰ μέρος λεγόμενον αὐτὸς αὐτὸν ἐπισήσας· quamquam hoc aliter etiam intelligi possit. Atque ita fere *Lucianum* Interpretes ceperunt; *Micyllus* intricatius, *revocans me ipsum, & quasi verbis compellans: Benedictus, constiti* &c. At ego, distinctione mutata ἐπισήσας, ἐμαυτὸν λόγον ἀπ. verius esse puto, ut hunc in modum interpretemur: *animum advertens, reque considerata, cum memet ipso rationes exigebam.* Illam vim habet ἐπισῆσαι per se: *Eusеb.* P. E. I. καί τοι πῶς οὐκ ἄξιον θαυμάζειν ἐπισήσαντας· mox: ἰδὼς ἂν ἐπισήσας. *Dion Chrys.* p. 404. B. καὶ ἐπισήσαντες διατραπῶσιν ubi ridiculum Interpretis errorem recte castigavit *Casaubonus. Ammonio* restitue, ubi quid differant Ἐνοεῖν & ἐννοεῖσθαι docet: Ἐννοεῖν μὲν γὰρ ἄφνω μὴ ἐπισήσας in Edd. quas vidi: ἐπισὰς. *Apollon.* περὶ Κ. I. c. 50. ἄξιον δὲ ἐπισῆσαι πρᾶγμα, *digna res, quae animadvertatur:* dixerat c. 48. ἄξια δ' ἐστὶν ἐπισάσεως τὰ ἐρημένα. Plena locutionis forma ἐπισήσας τὴν διάνοιαν, ut *Theophr.* Praef. Char. vel, quod apud *Galenum* est in Protr. εἰ γὰρ ἐπισήσαις τοῖς πράγμασι τὸν νοῦν, *si mentem rebus adhibeas.* Plura dabunt *Budaeus* C. L. G. p. 478. *Duport.* ad *Theophr.* Ch. Eth. p. 221. Hanc potestatem *M. G Raphelius* parum mihi commode visus est, ceteroquin Graecae linguae peritissimus, adhibuisse ad explicandum illud *Pauli* 2 ad *Timoth.* IV, 2. ἐπίστηθι quod, me quidem judice, sine controversia valet: *insta atque incumbe*, ut solent ἐργοδιῶκται, qui nullum intermittunt tempus, quin institutum opus urgeant:

hominum cæde, atque tumultibus, eque cruore, de cetero domi me continere ſtatui: & vitam hanc muliebrem & timidam plerisque viſam, anteponens, cum ipſa philoſophia, & Platone, & veritate colloquor. Ac me-ipſum quaſi in frequentiſſimo theatro collocans, ex ſublimi admodum contemplor ea quæ geruntur: quæ partim ejusmodi ſunt, ut multum delectationis ac riſus exhibere poſſint: partim talia, in quibus vir vere conſtans periculum de ſe ipſo faciat.

μαλος, ἔκλε κυδοιμῷ, τολοιπὸν οἰκυρεῖν εἰλόμλω, ϗ βίον τινὰ τῦτον γυναικώδη, ϗ ἄτολμον τοῖς πολλοῖς δοκῦνλα προλιθέμβος, αὐτῇ Φιλοσοφίᾳ, ϗ Πλάτωνι, ϗ ἀληθείᾳ προσλαλῶ. ϗ καθίσας ἐμαυτὸν, ὥσωρ ἐν θεάτρῳ μυριάνδρῳ, σφόδρα πω μετέωρ@ ὁπισκοπῶ τὰ γιγνόμλα, τῦτο μὲν πολλὴν ψυχαγωγίαν ϗ γέλωτα παρέχειν δυνάμλα, τῦτο δὲ πεῖραν ἀνδρὸς ὡς ἀληθῶς βεβαίᾳ λαβεῖν.

19. Nam ſi malorum quoque encomium aliquod dicere convenit, ne credas majorem ullam virtutis palæſtram eſſe, aut veriora usquam animorum experimenta fieri, quam in hac urbe, & in ea, qua hic vivitur, conſuetudine. Neque enim parum eſt reſiſtere tot cupiditatibus, tot ſpectaculis atque auditorium illecebris undique attrahentibus ac detinentibus: ſed oportet omnino Ulyſſis exemplo præternavigare illa, non quidem ligatis manibus, ut ille, (nam hoc formidoloſum foret) neque etiam auribus cera obturatis, ſed

20 Εἰ γὰ χρὴ ϗ κακῶν ἔπαινον εἰπεῖν, μὴ ὑπολάβῃς μεῖζόν τι γυμνάσιον ἀρετῆς, ἢ τ ψυχῆς δοκιμασίαν ἀληθεςέραν τῆσδε τ πόλεως, καὶ τ ἐνταῦθα διαλριβῆς. ὁ γὰ μικρὸν ἀντιχεῖν τοσαύταις μὲν ἐπιθυμίαις, τοσύ-
21 τοις δὲ θεάμασί τε καὶ ἀκούσμασι πάντοθεν ἕλκυσι, καὶ ἀνιλαμβανομένοις. ἀλλ' ἀτεχνῶς [b] δεῖ τ Ὀδυσσέα μιμησάμενον παρπλεῖν αὐτὰ, μὴ δεδεμένον τῷ χειρε, δεινὸν γὰ, μηδὲ τὰ ὦτα κηρῷ φραξάμενον, ἀλλ' ἀκούον-

[b] Δεῖ] δὴ *F.*

13. Προστιθέμβος] Ὅρα ὡς αἰτιατικῇ τὸ * προστιθέμβος συνίταξε. *V.*

* Προστιθέμενος] Abſurdum ſcholium: recte in textu legitur προτιθέμ. *M. du S.*

geant: diverſa ſignificandi virtus in Aor. 2. quae multum ab Aor. 1. diſſidet. Multo gravius errat *Olear.* ad *Philoſtr.* V. A. T. I. c. 34. n. 2. *T. H.*

97. Τὰ τῦ Ὁμ.] *Homerus* Od. Λ. vs. 92.

Τίπτ' αὖτ' ἂ δύςηνε λιπὼν φάος ἠελίοιο
Ἦλυθες. *J. Br.*

98. Τίπτε] Imitatio eſt *Homeri* Odyſſ. Λ. verba Tireſiæ ad Ulyſſem. *J. B.*

Ibid. Αὖ] *Hom.* & *Fl.* αὖτ'. ſed *Lucianum* mutaſſe credo. *M. du S.*

2. Καὶ προσαγορεύσης ὑπερφάνου] Καὶ προσαγορεύσεις ὑπερηφάνους. *Th. M.*

8. Καθ. ὁ Ζεὺς τ Ἕκ.] Alluſit ad Proverbium, ἔξω βιλῶν, *extra telorum jactum*; quod eſt, *in tuto citraque periculum.* Eſt autem apud *Homerum* Il. Ε, 130.

Ἐκ βιλίων, μή πού τις ἰφ' ἵλκεϊ ἕλκε@ ἄρηται.

Extra tela, uti nequis vulnus forſitan addat ad vulnus — Hoc proverbio uſus eſt *Lucian.* in Dial. Nept. & Cycl. Veneris & Cupid. Rurſum in Votis: ſed in Baccho alio huic contrario. *G. C.*

Καθάπερ ὁ Ζεὺς τ Ἕκτορα] Locus eſt Iliad. Λ.

Ἕκτορα δ' ἐκ βιλέων ὑπαγε Ζεύς, ἔκ τε κονίης,
Ἔκ τ' ἀνδροκτασίης, ἔκ θ' αἵματος, ἔκ τε κυδοιμῦ. *J. B.*

10. Ἐκ τ' ἀνδροκτ.] *Homerus* Il. Λ. 164.

Ἔκ τ' ἀνδροκτασίης, ἔκ θ' αἵματος, ἔκ τε κυδοιμῦ. *J. Br.*

11. Οἰκουρῶ] *Philo Jud.* de Abrah. p. 352. D. Ὁ δὲ ἀσεῖ@ ἔμπαλιν ἀπράγμον@ ζηλωτὴς βίου ὑποχαρεῖ, ϗ μόνωσιν ἀγαπᾷ &c. συγκλειστάμβος οἴκοι τὰ ποικίλα καλαμῶσι, μᾶλις τὰς κλισιάδας ὑπερβαίνων, ἢ ἀφ' τοὺς ἐπιφοιτῶντας σωιχίσειεν ἴξω πόλεως προελθὼν ἐν μοναγρίῳ ποιεῖται τὰς ἀφετηβίας, ἥδιον συμβιωτὰς χρώμεν@ τοῖς ἅπαντ@ τῦ γένους τ ἀνθρώπων ἀρίσοις, ὧν τὰ μὲ σώματα διλύσιν ὁ χρόν@ &c. *T. H.*

16. Μετίωρ@ ἐκισκοπῶ] Hinc dialogi de Charonte, ſive Contempl. titulus & occaſio, *J. B.*

21. Ὑπολάβῃς] Rectius legatur ὑπολάβοις. *M. du S.*

25. Θεάμασι] Adulatores Commodum, patre defuncto, corrumpebant ὑπομιμνήσκοντες αὐτὸν τ ἐν Ῥώμῃ τροφῆς, θεάματά τε & ἀκούσματα τερπνὰ διηγούμβοι &c. ut tradit *Herodian.* I, 6. *T. H.*

28. Μὴ δ' τὼ χ.] *Homerus* Od. M. *J. Br.*

29. Τὰ ὦτα κηρῷ φραξάμβος] Sic in Croniis ſive Saturnalib. *Julianus* Imper. *Liban.* Omnes ex Odyſſ. M. *J. B.*

ἀκέρσια, καὶ λελυμένον, καὶ ἀληθῶς ὑπερήφανον.

Ἔνεστι δὲ καὶ φιλοσοφίαν θαυμάσαι, καταθεωρήσαντα τοσαύτην ἄνοιαν, καὶ τὰ τῆς τύχης ἀγαθῶν καταφρονεῖν, ὁρῶντα, ὥσπερ ἐν σκηνῇ καὶ πολυπροσώπῳ δράματι, τὸν μὲν ἐξ οἰκέτου δεσπότην προϊόντα, τόνδε ἀντὶ πλουσίου, πένητα· τὸν δὲ, σατράπην ἐκ πένητος, ἢ βασιλέα· τὸν δὲ φίλον τούτου· τὸν δὲ ἐχθρόν· τὸν δὲ φυγάδα. τοῦτο γάρ τοι καὶ τὸ δεινότατόν ἐστιν, ὅτι καίτοι μαρτυρομένης τῆς τύχης παίζειν τὰ τῶν ἀνθρώπων πράγματα, καὶ ὁμολογούσης μηδὲν αὐτῶν εἶναι βέβαιον, ὅμως ταῦθ' [a] ὁσημέραι βλέπουσες, ὀρέγονται καὶ πλούτου, καὶ δυναστείας· καὶ μεστοὶ πανταχοῦ πάντες ἐλπίδων γιγνόμενοι ἐλπίδων.

30 audientem & ſolutum, & vere animum ſupra hæc elatum habentem.

20. Licet autem & philoſophiam mirari, conferendo cum illa tantam hominum amentiam: bonaque iſta fortunæ contemnere, ubi aſpexeris, velut in ſcena, ac multiplicium perſonarum fabula, alium quidem ex ſervo dominum prodire, alium autem ex divite pauperem: contra alium ex paupere ſatrapam, aut regem: rurſus alium amicum hujus, alium inimicum: alium etiam exulem eſſe. Nam hoc certe vel graviſſimum eſt, quod licet Fortuna ipſa teſtetur ſeſe in humanis rebus ludere, fateaturque nihil illarum certum ac ſtabile eſſe, nihilo minus tamen qui quotidie iſta aſpiciunt, & divitias expetunt, & potentiam, ac pleni obambulant omnes earum rerum ſpe, quæ non contingunt.

21. Quod

a Ὁσημέραι] ὅταν ἡμέραι *J.*

30. Ὑπερήφανον] * Ὑπερήφανον θαυμασίως ἐνταῦθα κεῖται. *C. G.*

* Ὑπερήφανον] Ex *G. C.* ad §. 26. poſtquam enotavit Clariſſ. *M. du Soul*: ὡς μάλιστα ἁρμοσμένον] Ὑπερήφανον θαυμασίως ἐνταῦθα κεῖται, hanc inſuper adnotationem adjecit: *Corruptis uſus eſt Scholiaſta Codd. in noſtris enim non comparet; niſi forte reſpiciat* c. 19. *ubi ea vox occurrit.* Obſecutus ſum recte monenti: ſed Praeterea junctim lego: ὡς μάλιστα ἁρμοσμένον ὑπερήφανον θ. ἰ. π. ut hoc totum ſit Scholiaſtae dicentis, *quam accommodatiſſima vox ὑπερήφανον egregie hic poſita eſt.* Extat quidem §. 14. ὡς μάλιστα ἁρμοσμένον, & §. 26. τῆς διανοίας τὸ ἁρμοσμένον ſed ad ea loca quid faciat hoc ſcholion, nemo ne ſuſpicione quidem adſequatur. *T. H.*

36. Ἐξ οἰκέτου δεσπότην] Hanc crebro repetit comparationem. vide quæ diximus ad illud *Petron. Grex agit in ſcena.* *J. B.*

41. Τῆς τύχης] Dei. ſic ſæpiſſime *Lucianus* τὴν τύχην, ἀντὶ τοῦ θεοῦ ἢ δαίμονος uſurpat, ut monui multis exemplis ad lib. 1. *Heliod.* *J. B.*

Ibid. Παίζειν τὰ τῶν ἀνθρώπων] Sic res humanæ τῇ τύχῃ λογισθεῖσα, ἡ τύχης παίγνια. Legend. *Marcil.* ad Horat. *Aurel. Victor.* in Æl. Pert. *J. B.*

42. Ὁμολογούσης] Non video, quo pacto ſatis apte de fortuna dici poſſit, eam ὁμολογεῖν μηδὲν τῶν ἀνθρωπίνων εἶναι βέβαιον, quum hoc ad ipſos potius homines pertineat, qui rerum ſuarum incertam conditionem quotidianis experimentis diſcunt, ac fateri coguntur: quamobrem, niſi quid majoris vitii ſubſit, legerim, ὁμολογοῦντες, in quo mutando facile peccare potuit librariorum temeritas propter praecedens μαρτυρομένης, hoc ſenſu: illud enimvero mirandum eſt maxime, & graviſſimum, quod, licet teſtatiſſimum ſit fortunam res humanas habere ludum (nam perperam Interpp. *licet fortuna ipſa teſtetur*, quaſi ſcriptum foret μαρτυρούσης) ipſique fateantur, nihil iſtorum eſſe firmum, tamen, quum iſta quotidie videant, divitiis inhient &c. Παίζειν *jocum atque ludum ducere, per ludum vertere ac mutare: Heliod.* V. p. 209. ἔπαιζε δὲ ἄρα τι ἡ Κτήμενα δαιμόνιον, ὁ δὲ τὰ ἄλλα χλεύην ὡς ἑκάστην τὰ ἀνθρώπεια καὶ παιδιὰν ποιούμενος. *Suidas* in *Ζήνων* ὁ βασιλεύς. *T. H.*

47. Ἐν τοῖς] L. ἐπὶ. Dixi ad §. 7. *T. H.*

49. Οἱ] Ex Ed. *J.* eſt; reliquæ non agnoſcunt. *M. du S.*

51. Καὶ τοὺς δακτύλους πρετιόσης] Καὶ τοὺς δακτυλίους πρ. δακτυλίους, ut ante καὶ τὰς πορφυρίδας προφαίνοντες. *Th. M.*

Δακτύλους] Probo *Marcilii* δακτυλίους· quod neque Interpretes praeteriit. Nota divitum Romanorum in annulis oſtentandis ineptia: *Quinctilian.* I. O. XI, 3. p. 1031. dum oratorem ſuum informat, cavere neceſſe habuit: *Manus non impleatur annulis, praecipue medios articulos non transeuntibus:* ne ſcilicet nihil invaleſcenti conſuetudini concederet. Hanc ſtultitiam *Seneca* ſevere reprehendit, *Martialis* ſaepius irridet: neque in Chriſtianis vaniſſimam luxuriem antiqui Patres aequo animo tulerunt, ut ex *Clementis* Paedagogo, & *Chryſoſtomo*, qui locis pluribus in annulorum pretia & multitudinem acriter invehitur, ſatis conſtat. Vid.

21. Quod autem dixi, licere in iis, quæ geruntur, ridere, animumque oblectare, illud tibi jam exponam. Quomodo enim non ridiculi ſint divites ipſi, qui & purpuram ſuam ſpectandam exhibent, & digitorum annulos oſtentant, & multas produnt ineptias? Quod autem omnium abſurdiſſimum eſt, etiam obvios aliena voce ſalutant, & hoc quaſi magno aliquo contentos eſſe volunt, ſi ſolum ipſos aſpexerint. Quidam vero faſtuoſiores adorari etiam ſe patiuntur, non e longinquo, neque ut Perſis mos eſt, ſed neceſſe eſt propius accedentem, & ſeſe incurvantem, animo diu jam ante demiſſo, illiusque affectu etiam per corporis ſimilitudinem declarato, pectus aut dextram deoſculari: quod beatum atque ſpectabile videtur iis, qui ne hunc quidem honorem aſſequuntur. Ille vero diu ſtat ſe ipſum præbens decipiendum.

Ὁ δὲ δὴ ἔφην, ὅτι γελᾷν ἐστι τοῖς γιγνωμένοις ἔνεστι, καὶ ψυχαγωγεῖ, τοῦτο ἤδη σοι φράσω. πῶς γὰρ οὐ γελοῖοι μὲν [b] οἱ πλουτοῦντες αὐτοὶ, τὰς πορφυρίδας προφαίνοντες, καὶ τοὺς δακτύλους προτείνοντες, καὶ πολλὴν καλλιγορίαν παρέχοντες ἀπειροκαλίαν; τὸ δὲ καινότατον, τοὺς ἐντυγχάνοντας ἀλλοδαπῇ φωνῇ προσαγορεύοντες, ἀγαπᾶν ἀξιοῦντες, ὅτι μόνον αὐτοὺς προσέβλεψαν. οἱ δὲ σεμνότεροι, καὶ προσκυνεῖσθαι θέλοντες, καὶ πόρρωθεν, οὐδ' ὡς Πέρσαις νόμος, ἀλλὰ δεῖ προσελθόντα, καὶ ὑποκύψαντα, καὶ πόρρωθεν τὴν ψυχὴν ταπεινώσαντα, καὶ τὸ πάθος αὐτῆς ἐμφανίσαντα τῇ τῆς σώματος ὁμοιότητι, τὸ στῆθος, ἢ τὴν δεξιὰν καταφιλεῖν, ζηλωτὸν καὶ θεόβλεπτον τοῖς μηδὲ τούτου τυγχάνουσιν· οὐδ' ἔστιν ὅπως ἑαυτὸν εἰς πολὺν χρόνον ἐξαπατώμενον ἐπαι-

[b] Οἱ πλουτοῦντες] οἱ πλουτ. etiam in margine *A. 2. W.* Priores Edd. excepta *J.* omittunt οἱ.

Vid. *Kirchmann.* de Ann. c. XVII. & *H. Valeſium* ad *Amm. Marcellin.* XXVIII, 4. p. 578. ubi pro eo, quod in Codd. eſt ſcriptum, *digitis & metatis*, interea, dum quid melius extundatur, lego, *digitis & eneratis*: idque confirmare licet e *Luciani* Gall. §. 12. δακτυλίους βαρεῖς &c. *T. H.*

53. Τοὺς ἐντυγχάνοντας] De hac Divitis faſtuoſi nota *Ariſtophan. Plaut.* Ipſe *Lucianus* alibi. *J. B.*

Ibid. Ἀλλοτρίᾳ φωνῇ] *Nomenclatoris voce.* *J. Br.*

Ἀλλοτρίᾳ φ.] Per nomenclatorem, qui eam in rem ſequebatur, & nomina civium norat. Vid. *Laur. Pignorium* de Serv. p. 282. *J. C.*

57. Ὡς Π. νόμος] Quia longe proſtrati regem venerantur. *J. Br.*

Ὡς Πέρσαις νόμος] Sic de Merced. conduct. & multis aliis locis. de hac adoratione Perſica locus dicendi ad lib. 7. *Heliod.* *J. B.*

Ὡς Πέρσαις ν.] *Zenob.* C. V. n. 25. Πέρσαι τοὺς βασιλεῖς ἑαυτῶν ὡς θεοὺς προσκυνοῦσι· καὶ οἱ μὲν ἴσοι ἀλλήλους καταφιλοῦσι, οἱ δὲ τακτότεροι τὴν παρειὰν τῆς μείζονος μόνον τυγχάνουσι· ſcio quam explicationem recipiat τυγχάνειν τῆς παρειᾶς, *admitti ad genas oſculandas*; praeferendum tamen videtur ἅπτεσθαι· quod viſum an *Schottus* inſuper habuerit monere, non dixero: vertit ſane, *genam modo contingunt*: utitur autem hoc *Luciani* loco, ut jam ante *B. Briſſon.* de R. P. I. p. 11. Poteſtatem iſtius locutionis προσκυνεῖσθαι θεμένους ſatis recte declaravit *Jer. Hoelzlin.* ad *Apoll. Rhod.* III, 434. reprehenſa *Benedicti* verſione, *adorari ſe patiuntur*: nam *Micyllus* melius ad ejus mentem: *adorari etiam cupiunt.* *T. H.*

60. Τὸ στῆθος ἢ τὴν δεξιάν] *Idem*, Dial. Mortuor. & in Pſeudom. patet apud *Martial.* *J. B.*

Τὸ στῆθος] Hujus moris exempla vide apud *Plutarch.* in Bruto. Steph. Ed. 181, 3. C. καὶ στόμα ἐ κεφαλὴν καταφίλων. *pectus & caput deoſculabantur.* & apud *Neſtrum* iterum Mav. c. 12. *M. du S.*

Τὸ στῆθος] Appoſitiſſimus eſt *Ammiani* locus XXVIII, 4. p. 574. *Ex his quidam, cum ſalutari pectoribus oppoſitis coeperunt, oſculanda capita in modum taurorum minacium obliquantes, adulatoribus offerunt genua ſuavianda vel manus, id illis ſufficere ad beate vivendum exiſtimantes.* Manum ſoli olim ſervi oſculabantur: ut arrogantes ac ſuperbi liberis etiam hominibus porrigere auderent, adulatorum eſt crimen: quamobrem τὴν χεῖρα καταφιλῆσαι καὶ θωπεῦσαι δ' ἀπαξιοῖ ut ſapiente & forti viro indignum adſpernatur Epictetus apud *Arrian.* III. c. 24. Hunc faſtum in Imperatoribus utcumque tolerabilem Romani tamen antiquae libertatis memores moleſte tulerunt: ideo *Plin.* in Paneg. Trajani laudibus illud non infimum adnumerat, quod Senatum oſculo exciperet, neque illos imitari vellet, qui manum tantum, & hanc cunctanter & pigre & imputantibus ſimiles promerent. Similiter plane *Lucianus* eos divites, qui praebitam oſculo manum imputabant, deſcribit. Vid. *Ramireſ. de Prado* & *Deſ. Heraldum*, quem hic *Luciani* locus non praeteriit, ad *Martial.* II, 21. ſed inprimis *Lipſii* Elec. II, 6. *T. H.*

61. Παμβλ.] Τὸν προσελθόντα δηλονότι· ſibi videtur deeſſe. *J. Br.*

62. Τοῖς μηδὲ τ. τ.] Quibus manum oſculari non licet. *J. Br.*

ἐπαινῶ δέ γε ταύτης αὐτὴς τ ἀπανθρωπίας, ὅτι μηδὲ τοῖς στόμασιν ἡμᾶς προσίενται.

Illorum autem laudo inhumanitatem, quod ad ora oſculanda nos non admittant.

Πολὺ δὲ τούτων οἱ προσιόντες αὐτοὶ καὶ θεραπεύοντες γελοιότεροι· νυκτὸς μὲν ἐξανιστάμενοι μέσης, περιθέοντες δὲ ὅλην τὴν πόλιν, καὶ πρὸς τοῖς οἰκέταις ἀποκλειόμενοι, κύνες, καὶ κόλακες, καὶ τὰ τοιαῦτα ἀκούειν ὑπομένοντες. γέρας δὲ τῆς πικρᾶς ταύτης αὐτοῖς περιόδου, τὸ φορτικὸν ἐκεῖνο δεῖπνον, καὶ πολλῶν αἴτιον συμφορῶν· ὃ ᾧ πόσα μὲ ἐμφαγόντες, πόσα δὲ παρὰ γνώμην ἐμπιόντες, πόσα δὲ, ὧν οὐκ ἐχρῆν, ἀπολαλήσαντες, ἢ μεμφόμενοι τὸ τελευταῖον, ἢ δυσφορηθέντες ἀπίασιν, ἢ ἀλεκτρυόνας τὸ δεῖπνον, ἢ ὕβριν, ἢ μικρολογίαν ἐγκαλοῦντες· πλήρεις δὲ αὐτῶν ἐμέτων οἱ τένοντες, καὶ πρὸς τοῖς χαμαιπετείοις μαχομένων. καὶ μεθ' ἡμέραν οἱ πλείονες

Illorum autem laudo inhumanitatem, quod ad ora oſculanda nos non admittant.

22. Cæterum his multo ridiculi magis ſunt, qui eos ſectantur, atque obſervant, de media nocte ſurgentes, & totam urbem circumcurſitantes, & a ſervis foribus excluſi, canes, & adulatores, & id genus alia audire ſuſtinentes. Præmium vero acerbæ illius circuitionis, oneroſa illa, atque multorum malorum cauſa, cœna eſt: in qua illi, quam multis comeſis, epotisque præter animi ſententiam, quam multa non dicenda, proloquuti, poſtremo reprehendentes, aut ægre ferentes diſcedunt: & vel ipſam criminantur cœnam, vel contumeliam aut ſordes accuſant! Pleni autem & angiportus ſunt vomentibus iſtis, & circa viliſſima quæque proſtibula depugnantibus. Et plerique eorum in multum diem decumbentes,

65. Ὅτι μηδὲ τοῖς στόμασιν ἡμᾶς προσίενται] Quum *Micyllus* vertiſſet *quod neque ore nos approbant aut compellant*, *Benedictus* duo poſteriora vocabula amputavit. Sed plane & approbare & compellare nihil ad προσίεσθαι. Verte, *quod ad ora* ſalutanda vel oſculanda *non admittant nos*. Nota illorum oris obſcœnitas. *J.G.*

Ibid. Τοῖς στόμ.] *Ore*, id eſt, oſculo. *J.Br.*

Στόμασι] Paucos enim oſculo excipiebant, eosque ſummæ demum dignitatis viros. V. *Capitol.* in M. Aurel. III. & *Sueton.* Ner. c. 87. Quod autem ſibi gratulatur Nigrinus negatum oſculum, eo ſpurcitiem oris eorum notat; de qua plura dicere pudor vetat. V. ἀποφρ. c. 23. *M. du S.*

67. Νυκτὸς μὲν ἐξανιστάμενοι] Sic in μελίτῃ de Merced. conduct. & in Gallo. *J.B.*

Νυκτὸς μὲν ἐξαν.] Moleſtias matutinarum ſalutationum deſcribit, & quam vilium eſſent animorum multis docet *Seneca* de Brev. Vit. c. XIV. qui cum *Luciano* conferri poterit. *J.C.*

Νυκτὸς] Salutationes & officia Romae fuerunt antelucana: ex aliis & hoc loco docet *Iſ. Caſaubon.* ad *Sueton. Aug.* c. 53. Confer, quae plura *Noſter* habet de Merc. Cond. prorſus his ſimilia. *T.H.*

69. Πρὸς τοῖς οἰκετῶν] Quanta fuerit vilium catenatorumque mancipiorum importunitas, ex eo vel maxime conſtat, quod graviſſimi viri temperare ſibi non potuerint, quin de iſta indignitate acriter conquererentur: *Senecae* loca dabit *Herald.* ad *Martial.* I, 71. *Columella*, vir avitae libertatis memor Praef. lib. I. p. 5. *An putem fortunatius a catenato repulſum janitore ſaepe nocte ſera foribus ingratis adjacere, miſerrimoque famulatu* &c. *Tacit.* Ann. IV, 74. *Juxta gratiam aut faſtus janitorum perpetiebantur.* Hi igitur *Luciani* οἰκεταὶ, janitores ſunt, oſtiarii, θυρωροὶ, ut ipſe vocat περὶ τῶν ἐπὶ M. Σ. Ciceroni ducitur laudi, quod domus ejus aperta janitorem non haberet: ἢ δι' οἰκίαν θυρωρὸν οὐκ εἶχεν· *Plutarchus.* *T.H.*

Ibid. Κύνες καὶ κόλακες] Eleganter hoc apud *Demoſth.* ὑπὲρ τοῦ περὶ στεφάν. ἀντὶ μὲν φίλων & ξένων, ἃ τότε ἀνωμάζοντο νικῶν ἰδιωτεύοντων, νῦν κόλακες καὶ θεοῖς ἐχθροὶ καὶ τἄλλα ἃ προσήκει πάντα, ἀκούουσι. *J.B.*

70. Ἀκούειν] Ut loco *Demoſthenis* proxime citato. Sic ἀκούσης apud *Theocrit.* in Charit. & κλύειν apud *Æſchyl.* in Prometh. ſic apud Latinos *audire. Horat.* Sat. 7. lib. 2. *audis.* hunc *Luciani* locum profert *Caſaub.* ubi de officiis ſalutantium apud *Suet.* *J.B.*

72. Καὶ τὸ φορτικὸν ἐκεῖνο δεῖπνον] Idem de Merced. conduct. & in Gallo & ſæpe alibi. De his incommodis ſportulae cauſa perceptis interpretes *Martial.* & *Juvenal.* *J.B.*

Τὸ φορτικὸν δεῖπνον] *Sportulam* intellige clientibus & ſalutantibus exhiberi ſolitam. *M. du S.*

Φορτικὸν δεῖπνον] Intelligo coenas rectas, quas beati homines ac potentiores Romae clientibus ſuis atque adulatoribus praebebant. Has autem veſpertinas epulas matutinae ſalutationis officio venabantur: *Jul. Firmicus* VIII. p. 216. *per omnium limina matutinis ſemper ſalutationibus diſcurrent. Manilium* expreſſit V, 64. *Inſtar erit populi, totaque habitabit in urbe Limina pervolitans, unumque per omnia verbum Mane ſalutandi portans communis amicus:* luculentiſſime *Juvenalis* Sat. V. *Stat.* IV. Sylv. IX, 48. Vid. *Deſ. Heraldum* ad *Martial.* VII. Ep. 38. qui hunc ipſum Luciani locum adſcripſit totum. Neque philoſophi aliarumque artium profeſſores, οἱ τὸ δοκεῖν μᾶλλον ἢ εἶναι σπουδάσαντες in ditiorum aedes ac gratiam irrepere detrectabant hac via, quam ſane muniverat Simonides· rogatus enim ab uxore Hieronis, expediretne magis divitem fieri an ſapientem, divitem reſpondit: τοὺς μὲν σοφοὺς ὁρᾶν ἐπὶ ταῖς τῶν πλουσίων θύραις ἀλητρίττοντας, teſte

Ari-

bentes, circumeundi cauſam medicis præbent. Quibusdam enim, novo ſane exemplo, ægrotandi otium non eſt.

23. Ego vero adulatores longe iis, quibus adulantur, nequiores exiſtimo, & propemodum auctores illis exiſtere ſuperbiæ ac faſtus iſtius. Nam cum illorum opulentiam admirantur, aurum laudibus extollunt, veſtibula mane complent, & adeuntes ipſos quaſi dominos appellant, quid quæſo illos cogitare conſentaneum eſt? Quod ſi vero communi decreto vel tantiſper abſtinerent ab hac voluntaria ſervitute, an non putas vice verſa ipſos divites ad fores pauperum venturos eſſe, ultro rogantes, ne ignobilem, & abſque teſte latentem ſuam felicitatem relinquerent, neve inutilem, & ab omni uſu remotam menſarum pulchritu-

αὐτῷ καλακλιθέντες, ἰαλροῖς παρέχυσιν ἀφορμὰς πλείόδων. ἔνιοι μὲν γ', τὸ καινότατον, οὐδὲ νοσεῖν ϙολάζυσιν.

Ἐγὼ μέντοιγε πολὺ τ κολακευομένων ἐξωλεςέρυς τὺς κόλακας ὑπείληφα· ϗ ϙεδὸν [a] αὐτοῖς ἐκείνυς καθίςαμ τ ὑπερηφανίας αἰτίυς. ὅταν γ' αὐτῷ τ πλυσίαν θαυμάσωσι, καὶ τ χρυσὸν ἐπαινέσωσι, καὶ τὺς πυλῶνας ἕωθεν ἐμπλήσωσι, ϗ προσελθόντες ὥσπερ δεσπότας πυρσείπωσι, τί καὶ φρονήσειν ἐκείνυς εἰκός ἐςιν; εἰ δέ γε κοινῷ δόγματι καὶ πρὸς ὀλίγον ἀπέϙοιλο τῆσδε τ ἐθελοδυλείας, ϙὐκ ἂν οἶει τἐναντίον αὐτὺς ἐλθεῖν ἢ τὰς θύρας τ πλωϗῶν δεομένυς τὺς πλυσίυς, μὴ ἀθέατον αὐτῷ μηδ' ἀμάρτυρον τ εὐδαιμονίαν καλαλιπεῖν, μηδ' [b] ἀνόητόν τε ϗ ἄχρηςον τ τραπεζῶν τὸ κάλλος,

[a] Αὐτοῖς ἐκείνους] αὐτοὺς ἐκείνους *J.* [b] Ἀνόητον] ἀνώτον C. *J.*

Ariſtot. Rhetor. II. p. 89. eo reſpexit *Plato* de Rep. VI. p. 675. A. Alia *Galeno* mens, qui ſaepius in has verae doctrinae maculas invehitur: περὶ τὸ Προγνώσκειν. Ἤσκηται δὲ, ἐξ ὧν ἄν τις εὐδοκιμήσειεν παρὰ τοῖς πολλοῖς, εἰπεῖν τι ϵ πρᾶξαι πρὸς ἡδονὴν, κολακεύειν, θωπευτικῶς προσαγορεύειν ἑκάςης ἡμέρας τὺς πλυτοῦντάς τε ϗ δυναμένους ἐν ταῖς πόλεσι, συμπροέρχεσθαι, ϖροπέμπειν προερχομένους οἰκαδε, δορυφορεῖν ἐν τοῖς δείπνοις, βωμολοχεύεσθαι &c. Apertius idem Θεραπ. Μεθ. lib. I. ubi, Amici, inquit, me identidem objurgant, mihi meisque inutilem me fore dicentes, niſi ab iſto quaerendae veritatis intento ſtudio paululum deflectam, προσαγορεύοιμι ϗ πλειρχόμενον ἕωθεν, εἰς ἑσπέραν τε συνδειπνοῖμι τοῖς δυναμένοις· lege cetera, in quibus τὺς ἐπὶ τ Ῥώμης πλυσίους nominatim memorat: aliam vero, qua ad laudem eniterentur, veteres Aſclepiadas inſtitiſſe viam: ἀλλ' ἐδὲις τούτων οὔτε ἕωθεν ἐπὶ τὰς τ πλουσίων θύρας ϖροσαγορεύσων αὐτὺς, οὔτ' εἰς ἑσπέραν δειπνησόμενος. At in iſtis coenis homines famelici ſapientiam ſola ſpecie ac nomine mentiti cibis & vino ſe diſtendebant, quod *Lucianus* falſe ridet, *Galenus* in fine libri ſerio indignatur: Οὐδὲ γ' ϙολὴ γε αὐτοῖς ἐςιν ἀληθείαν ζητεῖν ἕωθεν μ' ἐν ἀσπασμοῖς λατρίβουσιν, ἃς αὐτοὶ καλοῦσιν ἀσπασμὺς, εἰς ἑσπέραν ϗ ἐμπιπλαμένοις ϵ μεθυσκομένοις. Ergo minime mirum eos, quod *Noſter* adfirmat, ἰατροῖς παρέχειν ἀφορμὰς πλείόδων. *Galenus* certe περὶ Εὐχ. ϗ Κακοχ. ſalubrem vitae modum ſeſe praeſcribere illis duntaxat teſtatur, ὅσοι βίον ἡσύχιον εἵλοντο μήτε ϖρὸ ἡμέρας ἀνάγκλω ἔχοντες ἐπὶ τὰς τ πολὺ δυναμένων ἐπιέναι θύρας, μήτε λουμένοις τισὶ παρεῖναι, μήτ' εἰς οἶκον ἑπανερχομένους αὐτὺς ϖροπέμπειν, εἶτα μ πολλῆς σπουδῆς αὐτοὶ λουσάμενοι πρὸς τὸ δεῖπνον ἐπείγεσθαι. nam hoc qui Romae ſaxum volverent, ut firma ſanitate frui poſſint, nullam eſſe ſpem. Porro vocati teſſeras accipiebant, ne a janitoribus repellerentur: *Liban.* Decl. VII. p. 317. B. ὡς ἐδιξάμενο τὸ σύνθημα· quod ſi quis invitatus excuſaſſet vel non adfuiſſet, contumeliam gravem interpretabantur. p. 320. B. Οἳ δὲ ϖηλίκαι τοῖς καλοῦσιν ὀργαὶ ϖροσιζάνουσι, ἐπειδὰν τ κεκλημένων τις ἐκλίϖῃ τὴν σύνοδον· οἷδα ϖηλίκα βρυθύσασθαι συνηθὴς αὐτοῖς, καὶ ἀνάγκλω κἂν συμφορὰν οἱ κεκλημένοι ϖροσάλλωνται· idem conſtat ex *Amm. Marcellino* XXVIII. p. 577. ubi *Valeſiam Libanii* locus non fugit. *T. H.*

73. Πόσα] Octo ſequentes lineae crebro repetuntur in *Luciano*. *J. B.*

75. Ἀπολαλύσαντες] Ἀπολαλήσαντες. *Th. M.*

81. Ἰατροῖς παρίχουσιν ἀφ. πλειόδων] Hinc ἰατροὶ dicti πλειοδόται, ut patet in excerptis Gloſſar. cap. de Medic. Recteque apud *Heſychium* interpretatur περιόδων, ἢ ϖροόδων τοῖς ἰατροῖς. Nam voluit *Hippocrates* τὺς πόλιας φοιτῶντας μὴ λόγῳ μῶνον ἀλλὰ ϗ ἔργῳ ἰατρὺς νομίζεσθαι. *J. B.*

83. Οὐδὲ νοσεῖν ϙολάζουσι] Cogitatione ſe refert ad *Theſmopolidem*, qui jam moriturus *Eucratis* conviva venerat, ut patet in Gallo. *J. B.*

85. Ἐξωλεςέρυς τὺς κόλακας] Ἐξωλεςέρυς τούτους κόλακας. *Th. M.*

Ibid. Ὑπείληφα] *Cenſeo.* *J. Br.*

86. Ἐκείνους] Placet ἐκείνης. *J. Br.*

91. Κοινῷ δ'] *Communi decreto ac conſenſu.* *J. Br.*

95. Ἀθέατον] *Euripid.* Med. 542. . .

Εἴη δ' ἔμοι γε μήτε χρυσὸς ἐν δόμοις,
Μήτ' Ὀρφέως κάλλιον ὑμνῆσαι μέλος,
Εἰ μὴ ϖίσημος ἡ τύχη γένοιτό μοι. *M. du S.*

λος, ἢ τὴν οἰκίαν τὸ μέγεθος· εἰ γὰρ ἕνεκα τοῦ πλουτεῖν ἐρῶσιν, ὡς δι' [a] τὸ πλουτεῖν εὐδαιμονίζεσθαι. ἢ ἕνεκα δὲ ἔχει, μηδὲν ὄφελος εἶναι τὴν ἀλλοτρίας οἰκίας τῷ οἰκοῦντι, μηδὲ χρυσοῦ ἢ ἐλέφαντος, εἰ μή τις αὐτὰ θαυμάζοι. ἐχρῆν οὖν ταύτῃ τοι καθαιρεῖν αὐτὴν, ἢ ἀπευωνίζειν τὴν δυναστείαν, ἐπιτειχίσαντα

dinem, & domorum magnitudinem esse paterentur? Neque enim tantopere divitias amant, quam propter divitias beatos atque felices sese existimari. Atque ita sane res habet, ut neque pulchrarum ædium, neque auri, neque eboris ulla domino sit utilitas, nisi sit qui illa admiretur. Oportebat igitur tali aliqua via diruere ipsorum, & vilem reddere potentiam, contemptum hoc

a Τὸ] Edd. priores τῷ.

99. Διὰ τὸ πλ.] Florent. ceteraeque omnes Edd. διὰ τῦ πλουτεῖν manifesto errore, quem correxi. Mox etiam scribendum: ἢ ἕνεκα δὴ, non δὲ. *T. H.*

2. Εἶναι θεὸν ἀλλοῖς οἰκίας τῷ οἰκοῦντι] Εἶναι θεὸν ἀλλοῖς κύριον οἰκίας τῷ οἰκοῦντι. *Th. M.*

3. Εἰ μή τις αὐτὰ θαυμάζοι] *Cicer.* in Parad. eod. sensu ipse Gallo. *J. B.*

4. Ταύτῃ τοι] *Aliqua hujusmodi ratione.* *J. Br.*

5. Ἀπδωνίζειν] *Vile reddere*: vox latis infrequens. *J. B.*

Ἀπδωνίζειν] Εὐωνος parvo pretio parabilis adeoque vilis: usu rariore *Aristoteles* initio lib. II. Οἰκον. de nummis ipsis: περὶ τὸ νόμισμα λέγω, ποῖον, ἢ πότε τίμιον ἢ εὔωνον ποιητέον. Ad multa, variata figuratae locutionis indole, venuste traducitur: *Polyb.* IV, 35. p. 423. quum Lycurgi, qui singulis Ephoris talento corruptis regiam dignitatem fuerat praestinatus, historiam retulisset, addit: ὕστως εὔωνα πανλαχῆ τὰ καλὰ γέγονε. *Isidor. Pelus.* IV, 181. μὴ ὡς εὔωνόν τινα ἐκ εὐπόρισον ῥίπτεις τὸν λόγον· explicat Christi dictum: μὴ δῶτε τὰ ἅγια τοῖς κυσί. *Macar.* de Libert. Ment. §. 33. οὕτως εὔωνον ὄντως καὶ ῥάδιον εἶναι, ὡς πόνων ἐκτὸς ἐκ πειρατῶν καθορθοῦσθαι τῷ βουλομένῳ. *Gregorius* eleganter Stel. I. p. 8. eos Christianos, qui a Juliano illecti salutem vili lucro donaverant, vocat ἐκ θεοπρασίας πονηρούς τε καὶ εὐώνους. Inter locutiones, quibus homo nihili significetur, reponit *Pollux* V, 163. εὐωνότερον τῶν λάπαπηρυγιῶν, & mox ἐπδωνισμόν. Hinc ductum ἐπδωνίζειν dispari quidem paululum, & ad plures formas communicata potestate, sed quae pretii temperati deminutique virtutem semper contineat. Ita lex frumentaria, quae annonae excandefactae modum adhibet, νόμος σιλικὸς ἐπδωνίζων τοῖς πένησι τὴν ἀγορὰν apud *Plutarch.* in Gracch. p. 837. A. atque adeo res, quarum pretia descendunt ac laxantur, ἐπδωνίζονται· *Dion Cass.* ἐπὶ δὲ τῇ πλήθει τῶν διδημοσιωμένων πολὺ πάντα ἐπδωνίσθη. in *Polluce* I, 51. ἐπδωνισμένων τῶν πυρῶν, cui junctum est, τὸ τιμᾶν τὸν σίτον καλαδιδωκυίας, & VII, 10. Mercatores etiam, qui translatis mercibus caritatem semper vilitatemque captant, ut *Arnobius* ait II. p. 71. ἐπδωνίζουσι, quando venalia parvo vendunt: verbis igitur ἐπιτιμᾶν, ἀνατιμᾶσθαι, ἐπιτιθέναι τὰς τιμὰς contraria sunt apud *Poll.* III, 125. ἐπδωνίζειν, ἄξια πιπράσκειν. *Philoni Jud.* p. 870. D. τινὲς ὑπ' ἀνδραποδοκαπήλων ἐπδωνιζόμενοι mancipia sunt a mangonibus parvo tradita; & p. 774. E. ἀνθράποδα πρὸς τὰς τῶν σωμάτων εὐεξίας ἐκ εὐμορφίας, ἢ τἀναντίον προεπδωνίζοντας. Tum porro attribuitur illis, qui res sub hasta, vel publico praeconio venum propositas minimo addicunt: *Dion Cass.* p. 335. C. τῶν δὴ λεγομένων τοὺς μὲν τοῖς κτήμασι τοῖς τῶν ἀπολλυμένων ἰδιώταις ἐπδωνίζοντες (triumviri) τὰ μὲν ἐπδωνίζοντες, τὰ δὲ καὶ πρεῖπα σφίσι χαριζόμενοι· recte *Basil.* Hom. II. in Ps. XIV. p. 160. A. ubi sermo de hominibus est foenore obrutis, quo se, nisi bonis distractis, expedire nequeant: τί δὲν ὅτι μικρὸν ὕστερον ἄκων αὐτὰ προκομίσει ἐκ ἀπαιτηθεὶς τὰ σὰ, καὶ σὸν ὀφθαλμοῖς τοῖς σοῖς ἐπδωνίζων αὐτὰ ἀφθήσεται· similiter de foeneratore *Plutarch.* T. II. p. 828. E. δανείσῃ, κἂν πωλῇς, ἐπδωνίζεται. *Xylandrum* non probo: *si quid vendis, pretium diminuit.* Graviter autem *Demosth.* adv. *Aristocr.* p. 758. turpem perditissimorum rhetorum avaritiam incusat, οἳ τοσαύτην ὑπερβολὴν πεποίηνται τῆς αὐτῶν αἰσχροκερδείας, ὥστε τὰς τιμὰς ἐκ τὰς παρ' ὑμῶν δωρεὰς, ὥσπερ οἱ τὰ μικρὰ καὶ κομιδῇ φαῦλα ἐππωλοῦντες, ὕστερον πωλοῦσιν ἐπδωνιζόμενοι, καὶ πολλοῖς ἀπὸ τῶν αὐτῶν λημμάτων (ut sententiae consulatur scribendum censeo, ἀντὶ τῶν ἀπ' αὐτῶν λ.) γράφουσιν ἃ ἂν, τι ἂν βούλωνται, quorum opera honores & munera, quibus Athenienses bene de rep. meritos ornabant, tantum eviluerant, ut quibusvis nunc hominibus promiscue sordido velut praeconio addicerentur. Locum Oratoris principis, ut optimos quosque solet, imitatus est *Philo Jud.* de Gigant. p. 289. D. Πᾶς γὰρ σὺν ἐναργῆ καὶ πρόδηλα τὰ ὀπίθεν τῶν λεγόντων μὲν εἶναι σοφῶν, πωλούντων δὲ τὴν σοφίαν καὶ ἐπδωνιζόντων, ὥσπερ φασὶ τοὺς ἐν ἀγορᾷ τὰ ὤνια προκηρύττοντας, τότε μὲν μικρῷ λήμματος &c. In promtu mihi longe plura sunt hujus verbi exempla: quorum partem non ideo tantum, quod in Lexicis frustra quaerantur, duxi notandam, verum etiam, ut simul monerem, quanquam ἐπδωνίζειν saepenumero fuerit oblatum, nusquam tamen ἀπδωνίζειν, quod in *Luciano* legitur, me reperisse: neque omnino aliunde, quam ex hoc solo loco, *Stephanus* protulit: quae causa mihi videtur satis gravis, cur pro genuino non agnoscam, donec certioribus argumentis approbetur. Interea restitutum nostro scriptori velim, ἐπδωνίζειν τὴν δὲ potentiam divitum atque opes, quae jam per pauperiorum adulationes atque admirationem maximi aestimentur, contemtu ac fastidio ad pretium deducere vilissimum. *T. H.*

Ibid. Ἐπιτειχίσαντα] Hanc vocem interpretatur *Ulpian.* Demosthenis *Scholiast.* ad Phil. 1. dixi ad illud *Petronii*, *pariete interjecto.* *J. B.*

Ἐπιτειχίσαντα] Lege ἐπιτειχίσαντα, quo facto limpidior sen-

hoc quasi munimentum divitiis oppònendo : nunc vero colendo , ad amentiam perducunt.

24. Ac certe homines indoctos, & ignorantiam aperte confitentes , talia factitare, tolerabilius merito existimetur : verum eos quoque, qui se philosophari simulant, mul-

τῷ πλούτῳ ἢ ὑπεροψίαν. νῦν δὲ λαμβάνοντες, εἰς [b] ἀπόνοιαν ἄγουσι.

Καὶ τὸ μὲν ἄνδρας ἰδιώτας, καὶ ἀναφανδὸν ἢ ἀπαιδευσίαν ὁμολογοῦντας τὰ τοιαῦτα ποιεῖν, μετριώτερον ἂν εἰκότως νομισθείη. τὸ δὲ καὶ τὴν φιλοσοφίαν προσποιεῖσθαι, πολ-

[b] Ἀπόνοιαν] ὕβριν C.

sententia evadet. *M. du S.*

Ἐπιτειχίσαι] Ἐπιτειχίζειν & ἐπιτείχισμα, nisi quod ex compositione potestas intendatur, nonnunquam idem atque τειχίζειν & τείχισμα· ut quando philosophiam Alcidamas vocavit ἐπιτείχισμα τῶν νόμων, teste *Aristotele* Rhet. III. p. 124., poeticam *Sext. Empir.* adv. Gramm. I. §. 298. ἐπιτείχισμα ἀνθρωπίνων παθῶν, propugnaculum ac munimentum, quod animi humani motus tueatur ac confirmet. At longe aliud est, si mutata structura dicant ἐπιτείχισμα τοῖς ἀνθρωπίνοις πάθεσι, vel κατὰ τῶν ἀνθρωπίνων παθῶν, quorum illud apud veteres , hoc recentioribus est usitatius, munimentum ad coercendos animi adfectus & domandos comparatum. Hanc vim in ἐπιτειχίζειν posuerunt : frequens est ἐπιτειχίζειν Ἀθηναῖς vel τοῖς Ἀθηναίοις Δακεδαίμονι & notum e *Thucydide* VI, 93. VII, 18. vide *Lucian.* Amor. c. 24. unde figuram elegantem traxit *Synes.* Ep. 79. p. 225. D. imperitissime quidem a *Petavio* versam, sed Scholiastae veteris ope melius in Notis explicatam. *Strab.* V. p. 328. A. *Arrian.* Ax. Αλ. IV. c. 27. & alibi saepius in utroque. Hinc ἐπιτείχισμα castellum vel munimentum prope aliam urbem extructum, ut eam incluſam obsideas , vicinosque agros quotidianis excursionibus depopuleris: quam virtutem satis explanarunt *Schol. Thucyd.* ad I, 122. ἐπιτειχισμὸς τῇ χώρᾳ. & 142. *Harpocr.* & *Suid.* in V. *Ulpian.* ad *Demosth.* Phil. I. p. 48. B. ubi legendum censeo ἐπιτειχίσματα τῇ αὐτῇ χώρᾳ , & Accesss. e *Lutec. Cod.* p. 1161. 1167. locus , quem proferunt e *Demosthenis* Orat. pro Ctesiphonte , extat p. 486. F. Philippus Euboea expulsus ἕτερον κατὰ τῆς πόλεως ἐπιτειχισμὸν ἐζήτει (quomodo *Philoni* p. 1114. C. ἐπιτειχισμὸς δὲ κατὰ τῆς ψυχῆς βαρὺς ὅτός ἐστι·) & p. 483. F. ὁ τὴν Εὔβοιαν &c. καθασκευάζων ἐπιτείχισμα ἐπὶ τὴν Ἀττικήν. *Dionys. Halic.* A. R. I. p. 16. Φρούριον καὶ ἐπιτείχισμα κατὰ τῶν Ὁμβρίκων quam structurae formam hic quidem saepissime sequitur. Hinc facile est antiqui scriptoris locum, qui tam falebrosus *Kustero* fuit visus, ut versionem omiserit, emendare apud *Suid.* in Καθαπαυχᾶ· Ἐπιτείχισμα ἦν πρὸς καταπαυχὴν τῆς χώρας , non τῆς ὁρμῆς, quod editur. Is in hoc verbo multiplicis & concinnae translationis est fons: *Demosth.* Phil. IV. p. 97. B. τυραννίδα ἀπαντικρὺ τῆς Ἀττικῆς ἐπιτείχισιν ὑμῖν ἐν τῇ Εὐβοίᾳ placuit in primis *Philoni Jud.* de Pr. & Poen. p. 919. D. τὸ τῆς ψυχῆς ἄλογον μέρος ἐπιτειχικῶς τῷ λογικῷ. p. 921. A. 1049. C. & variata structura , ἐπιτειχίσαντες τὰς ψευδεῖς δόξας κατὰ τῆς ἀληθείας p. 814. C. 945. E. ut alia multa praetermittam, in quorum versione saepenumero est peccatum. *Sext. Empir.* V. §. 2. ἐπιφιάζοντες τῷ βίῳ, μεγάλῳ δ' ὑμῖν ἐπιτειχίζοντες δεισιδαιμονίαν sensum evertit Interpres : & *in nobis magnam struentes superstitionem.* His in exemplis rebus aptatur: non minus eleganter personis adjungi solet. Apud *Philostr.* in Her. p. 710. Ulysses a Palamede superatus ἐπιτείχιζεν αὐτῷ τὸ Ἀγαμέμνονα. Brutus Antonio parcens αἰτίαν εἶχεν ἐπιτειχίσαι τῇ σωφροσύνῃ βαρὺν καὶ δύσμαχον πολέμιον *Plutarch.* in Brut. imitatur *Isidor. Pelus.* II. Ep. 146. *Joh. Chrysost.* Ed. Par. T. VII. p. 423. D. τὰς πορνομανίας γυναῖκας ταῖς σωφρονούσαις ἐπιτειχίσωσιν & p. 500. D. quae utraque pessime vertuntur: paulo quidem aptius T. I. p. 241. B. διὰ τῆς τῶν αἰκιστῶν κακουργίας τοὺς ὀφθαλμοὺς ἐπιτειχίζειν τῷ παρθένου, sed ita tamen , ut vim locutionis minime perspectam fuisse pateat : verum in Antistite disertissimo saepius ad hoc verbum offenderunt : *A. Dounaei* nota Ed. Eton. T. VIII. p. 237. & correctione prava & errore non uno laborat ; cujus generis plura cumulare non lubet. Ex dictis autem tum vocabuli virtutem, tum in *Luciano* formulae venustae potestatem abunde constare arbitror. Nonnulla dedit *Budaeus* C. L. G. p. 559. *T. H.*

8. Ἰδιώτας] Ed. *J.* ἀγραμμάτους , quod minime spernendum, quamvis glossema sapiat. *M. du S.*

11. Τῶν φιλοσοφιῶν προσπ.] Omissum τινὰς , quod Atticis & *Platoni* frequens. *Diogen. L.* II, 133. *Luc.* A. A. XXI, 16. vide *Is. Casaubon.* ad A. A. VI, 7. quanquam is locus, meo judicio, non indiget hoc subsidio. Cum horum autem hominum , qui titulo tenus erant philosophi , descriptione compara *Dion. Chrysost.* Or. LXXVIII. p. 660. καί τοι τί ποτε βούλονται μακαρίων τινὲς θεραπεύειν πρὸς ἀνθρώπων ἐλευθέρων εἶναι φασκόντων, καὶ τοὺς καλουμένους φιλοσόφους ἐπὶ θύραις αὐτῶν ὁρᾶσθαι ταπεινούς· multi beatiorum igitur honori sibi duxerunt, si philosophos in comitatu haberent adsectatores: mox: ὅταν ἰδή τις τῶν φιλοσόφων τινα καλουμένων περὶ τὰς αὐλὰς ἐν πρόθυρα σαίνοντα καὶ ταπεινόν. *Aristid.* Plat. III. p. 511. 512. τοὺς ὑπὸ τῶν πλουσίων ὀψοποιοὺς καὶ σιτοποιοὺς καὶ τοὺς ἐν ταῖς ἄλλαις τάξεσι πόρρωθεν εὐθὺς ἀσπάζονται πρὶν ἢ ἐν καλῷ ὀφθῆναι , ὥσπερ τούτου χάριν ἐξ εὐθὺς ἀναστάντες· καὶ τοῖς προθύροις κυλινδοῦνται πλείω τοῖς θυραυλοῦσι σωφρονοῦσι ἢ τοῖς διστόλοις denique , ut omnem in eos bilem effundat, τοῖς ἐν Παλαισίνῃ δυσεβέσι παραπλήσιοι τοὺς τρόπους quibus Christianos designari minime dubito. Haec belle conveniunt ad *Luciani* τοῖς ἐπὶ τὰ δεῖπνα ὡς ἀγγέλλουσι καινολογούμενον vocatores significat aut *nomenclatores* , de quibus egregie *Vales.* ad *Amm. Marcellin.* XIV. c. 6. p. 28. *T. H.*

16. Τῶν

πολλῷ ἔτι τούτων γελοιότερα δρᾶν, τοῦτ' ἤδη τὸ δεινότατόν ἐστι. πῶς γὰρ οἴει τὴν ψυχήν μοι διατεθεῖσθαί, ὅταν ἴδω τούτων τινὰ μάλιστα τῶν προβεβηκότων ἀναμεμιγμένον κολάκων ὄχλῳ, καὶ τῶν ἐπ' ἀξίας τινὰ δορυφορούντα, καὶ τοῖς ὀπὶ τὰ δεῖπνα παραγγέλλουσι κομπολογούμενον, ὀψιμώτερον δὲ τῶν ἄλλων ἀπὸ τοῦ σχήματος ὄντα, καὶ φανερώτερον; καὶ ὁ μάλιστα ἀγανακτῶ, ὅτι μὴ καὶ τὴν σκευὴν [a] μεταλαμβάνουσι, τὰ ἄλλά γε ὁμοίως ὑποκρινόμενοι τοῦ δράματος.

Ἃ μὲν γὰρ ἐν τοῖς συμποσίοις ἐργάζονται, τίνι τῶν κολάκων εἰκάσομεν; ὃν ἐμφορῶνται μὲν ἀπειροκαλώτερον, μεθύσκονται δὲ φανερώτερον, ἐξανίστανται δὲ πάντων ὕστατοι, πλεῖστα δὲ ἀποφέρειν τῶν ἄλλων ἀξιοῦσιν;

to etiam ineptiora his, magisque ridicula facere, illud tandem omnium maxime dolendum est. Quomodo enim me putas animo affectum esse, quoties video istorum aliquem, maxime eorum, qui ætate provecti sunt, adulatorum turbis immixtum: & illorum aliquem, qui honores gerunt, satellitum modo sectantem: & cum iis, qui ad cœnam vocant, sermones conferentem: ceteris insigniorem & magis conspicuum ob habitum? & quod vel maxime indignari soleo, quando non itidem habitum mutant, cum utique, quod ad cetera attinet, easdem partes agant.

25. Nam quæ in conviviis designantur, cui quæso adulatorum illa comparabimus? An non magis rustice replentur cibo? An non inebriantur magis, quam alii, manifeste? a convivio autem surgunt omnium ultimi: deinde & plura aliis auferre secum volunt: si

[a] Μεταλαμβάνουσι] Edd. priores μετὰ λαμβάνωσι.

21. Μεταλαμβάνουσι] Ὅρα τὸ μεταλαμβάνουσι αἰτιατικῇ συντάγμενον. *V.*

44. Οὐδὲ ἐπιθῦναι] Ἀργῆς τοῦτο ἐστὶ ῥαθύμου ψυχῆς ἐστὶ μὴ

* Τπίσης] Leg. ὑπαρχόσης. *M. du S.* Retineo: sic solent, præsertim recentiores: vid. *Eunap.* p. 34. v. 9. p. 82. v. 12. *Herodotum* imitantur: βίου τε ἀρχαίου ὑπῆν I. c. 31. Pro τῆς πατρ. male *C. V.* τοῦ τῆς ante κτήσεως abjiciendum. *T. H.*

** Ἄλλος] Leg ἄλλως. *M. du S.* Proxime *C. V.* ἄλλῳ. *T. H.*

† Ὥσπερ κ'] Leg. ὥσπερεί. *T. H.*

‡ Περισσῆς] In Ed. *A.* inserta hic erant verba textus: σιμοσῆς. [καὶ τὸ ἥμισυ τοῦ τρόπου] Insulse; unum enim est scho-

16. Τῶν ἐπ' ἀξίας τινὰ] *Eorum aliquem, qui magistratum gerunt.* *J. Br.*

19. Ἀπὸ τοῦ χ.] *E pallio*, quod philosophiae professorem sectatoremque decet. *J. Br.*

Σχήματος] Pallium intelligit, quod Philosophi ne Romæ quidem deponebant, ut inter togatos insigniores essent. V. μισθ. c. 24. *M. du S.*

20. Καὶ ὁ μάλιστα] Verba non satis cohaerent, nisi reponas, καίτοι μάλιστα ἀγ. vel potius mutata vocularum sede, ὁ δὲ μάλιστα ἀγ. ut §. 31. *T. H.*

21. Τὴν σκευὴν] *Philosophi pallium.* *J. Br.*

Ibid. Μεταλαμβάνουσι] Μεταλαμβάνουσι. *Th. M.*

Μεταλαμβάνουσι] Hanc lectionem, ut meliorem vulgata μεταλαμβάνωσι, ex Scholiastæ & Coll. auctoritate restituimus, uti ante me volebant *Marcilius* & *Vorstius*. *M. du S.*

22. Τῆς δρ.] Fabulae, quam ante retulit, statimque declarat. *J. Br.*

25. Τίνι] Repetendum est τίνι, vel, si quis illud, me probante, malit, τίσι a τίς aut τίνα, secus atque Interpretes fecerunt: *cum quibus rebus, quae ab adulatoribus ac parasitis committuntur, comparabimus?* *T. H.*

Ibid. Οὐκ ἐμφοροῦνται] Repetit hanc philosophorum ἀπειροκαλίαν. Vitar. auct. *Pisc. Lapith.* & passim. *J. B.*

28. Πλείω δ' ἀπφ.] Quae enim supererant e coena, domum portabant convivae, ut alias docui. *J. Br.*

Πλ. δ. ἀποφέρειν] Hunc morem & alibi tangit *Noster*. Vide *Tim.* c. 32. *M. du S.*

31. Τῶν ἐπὶ μισθῷ] De quibus tractatum edidit qui de Mercede Conductis. *J. B.*

32. Τὴν ἀρετὴν ὠνίου] In hos aretalogos plenae satyricorum paginae, pleni philosophorum, οἱ ἀληθεῖς, libri. *J. B.*

33. Ἐξ ἀγορᾶς] Junge hoc ordine, πρότ. τὴν ἀρ. ὧν. ὥσπερ ἐξ ἀγορᾶς. Formula consueta: πρὸς Ἀπαιδ. §. 4. εἰ ὥσπερ ἐξ ἀγορᾶς ἦν πρίασθαι. & Ἀναβ. §. 4. ὥσπερ ἐξ ἀγορᾶς λιπαρούντων σοφοὺς ἄνδρας· sic ἄρτος ἐξ ἀγορᾶς, qui vilior & in communem usum coctus in foro venum exponebatur: is omnium optimus Athenis, sed eo tamen, quem puriorem domi ditiores confici curabant, semper deterior: haec istum, quem movit ad *Alciphronem* Eruditiss. *Berglerus* p. 83. scrupulum levant: τὰ ἐξ ἀγορᾶς ἐμπολητότατα πρόσθεν *AElian.* de Anim. II, 47.

Scri-

si qui vero ipsorum urbaniores paulo sunt, sæpenumero etiam cantare non erubescunt. Atque hæc quidem ille ridicula censebat. Præcipue vero eorum mentionem faciebat, qui pacta mercede philosophantur, virtutemque ipsam venalem tanquam de foro proponunt. Hinc & officinas cauponasque illorum scholas vocabat. Censebat enim eum, qui divitias contemnere alios docere vellet, primum se ipsum quæstu superiorem gerere debere.

26. Quod & præstabat ipse: non solum gratis conversando ac differendo cum volentibus, sed & indigentibus necessaria submini-
strando, omnemque omnino opulentiam contemnendo. Ac tantum aberat ut aliena expeteret, ut ne suarum quidem rerum, quæ corrumpebantbur, curam gereret; ut qui agrum, quem non procul ab urbe situm habebat, jam

οἱ δὲ ἀστειότεροι πολλάκις αὐτῶν ᾠδῆσαι προήχθησαν· καὶ ταῦτα μὲν δὴ γελοῖα ἦγεῖτο. μάλιστα δὲ ἐμέμνητο τῶν ὅπῃ μισθῷ φιλοσοφούντων, καὶ τὴν ἀρετὴν ὤνιον ὥσπερ ἐξ ἀγορᾶς προτιθέντων. ἐργαστήρια γὰρ ἐκάλει καὶ καπηλεῖα τὰς τούτων σχολάς· ἠξίου γὰρ τὸν πλούτου καταφρονεῖν διδάσκοντα, πρῶτον [b] ἑαυτὸν παρέχειν ὑπερτέρους ἐπιθυμιῶν.

Ἀμέλει καὶ πράττων ταῦτα διετέλει· οὐ μόνον προῖκα τοῖς ἀξιοῦσι συνδιαλέγεσθαι, ἀλλὰ καὶ τοῖς δεομένοις ἐπαρκῶν, καὶ πάσης οὐσίας καταφρονῶν· τοσούτου δέον ὀρέγεσθαι τῶν ἐνόντων προσκτᾶσθαι, ὥστε μηδὲ τῶν ἑαυτοῦ φθειρομένων ποιεῖσθαι πρόνοιαν· ὅς γε καὶ ἀγρὸν οὐ πόρρω τοῦ πόλεως κεκτημένος, οὐδὲ ὅπως αὐτοῦ πολ-

[b] ἑαυτὸν] αὐτὸν *F.*

μένον ἐτάσιον ** ἄλλο ἄχθος ἀφαιρεῖσθαι, † ἵστησι δὲ φθονοῦντα τὸ τῆς ἀγορᾶς ‡ ἀφελοῦς καλλιεργίας, καὶ τὸ ὂν ταύτης τοῖς χρήζουσιν ὠφελείας· ὥσπερ οἶμαι καὶ ὁ Θησεὺς Κράτης

lium. *M. du S.*

§ Ἀγορᾶς] Reponi pro Ἀρχῆς, & modo τῆς ἀγορᾶς pro ἀγορᾶ. Vitium pluribus adhuc locis insidens. In *Servio* ad Ecl. IV, 34. correxit *G. Voss.* ad *Valer. Fl.* I, 310. *T. H.*

τοῖς ἄλλοις ἀφῖκται μηλόβοτον τὴν κατὰ § ἀγροὺς κτῆσιν. ὥστε ὁ κατὰ Κράτητα Νιγρῖνος τὸ φιλοσοφεῖν, οὐδὲ πρὸς ἔπαινον ¶ ἀδίκως κρίνειν ἐπιτήδειος ἀνδρί. *V.*

¶ Ἀδίκως] Leg. ἀδικάσως. *M. du S.* Praeclaram emendationem adjuvat *C. V.* ubi utraque vox hac figura scribitur: ἀδικα. *T. H.*

Scribi quoque poterat ἐπ' ἀγορᾶς hoc enim non minus usitatum: *Liban.* Decl. XI. p. 381. A. καὶ εἴ τι πολὺ χαρίεν ἦν τὸ ἐδυδύμων ἐπ' ἀγορᾶς· nam paulo ante alio sensu: ὁ τὸ ἐπ' ἀγορᾶς ἤμην, *non unus eram forensium rabularum. Philostr.* de V. S. II. p. 603. τὸ οἰκίας ἀξιωματοπρεπῶς ἐπ' ἀγορᾶς prorsus ad *Lucianum Philo Jud.* de V. M. p. 685. A. ὥχ ὅπερ μεθοδεύουσι οἱ λογοθῆραι & σοφισταὶ πιπράσκοντες ὡς ἄλλό τι τὸ ἀνίον ἐπ' ἀγορᾶς δόγματα & λόγους confer p. 289. D. Ceterum quod istorum scholas ἐργαστήρια vocabat, & καπηλεῖα Nigrinus, a Platone sumtum, apud quem saepe Socrates καπήλων & καπηλευόντων nomine Sophistas infamat: vide *L. Bos* in Ep. II. ad Corinth. II, 17. Nicolaus Damascenus τὸν ἕτερον ὅτῳ τὸ παιδευμάτων πρὸς ἀργυρισμὸν ἐχρήσατο οὐδὲ ἐκαπήλευσεν, ut testatur ipse in *Exc. Vales.* p. 417. Κάπηλον etiam, quanquam ratione paulum diversa, *Lysias* apud *Athen.* XIII. p. 612. D. AEschinem appellat Socraticum: αἱ ὑπόλοιποι τῶν ἑρώντων φοραὶ περὶ τοῦτον τὸν κάπηλον ὡς περὶ τήλιν ἀφῳθίσθησαν· ut περὶ ἕρμα σκεύρασθαι apud *Dion. Cass.* LII. p. 475. A. aliud agebat Vir summus, quum sententiam exponeret; *universa illa pecunia, quanta quanta est, apud proximum cauponem perit: κάπηλος* iste, & illa τήλη impactam navim diffringens ipse est AEschines, quod alio loco clarius ostendam. Proferunt autem, & pluribus illustrant hunc scriptoris nostri locum *P. Faber* ad Tit. I. de Just. & Jur. p. 154. *D. Herald.* de Rer. Jud. Auct. II. c. 12. §. 12. *T. H.*

Ibid. Ἐργαστήρια γὰρ ἐκάλει & καπηλεῖα] Primam vocem *Benedictus* reddidit *tabernas*, Micyllus *ergastula*. *Ludov. Cresollius* libro v. theat. rhet. c. 3. amplius & propius *meritorias officinas*. Nam talem aliquam supponere debemus, ut pag. 153. *J. G.*

38. Ἀμέλει καὶ πράττων &c.] Redit ad Nigrinum, quem ut veri philosophi exemplum proponit, & ut ante illius orationem, sic & hic doctrinam ejus & vitam commendat. *G. C.*

41. Δίων] Edd. omnes praeter *J.* δίον mendose. In L. etiam recte δίων. *M. du S.*

43. Οὐ πόρρω τοῦ π.] Suburbana praedia maximi erant pretii & usus, quod fessis rerum urbanarum facile illuc excurrere liceret, atque illinc iterum in urbem redire. Fingit ergo *Lucianus*, ut magis extollat virtutem Nigrini, neglectum ab eo praedium non quodvis, sed suburbanum. *J. C.*

44. Οὐδ' ἐπιδῶναι] Legendum ἐπιδῶναι & διιλπφώς. *J. Br.*

πολλῶν ἐτῶν ἠξίωσεν, ἀλλ' οὐδὲ τὴν ἀρχὴν αὐτῷ εἶναι διωμολόγει. ταῦτ' οἶμαι διειληφὼς, ὅτι τότων μὲν φύσει οὐδενός ἐσμεν κύριοι, νόμῳ δὲ ἡ παραδοχὴ τῶν χρημάτων αὐτοῖς εἰς ἀόριστον παραλαμβάνοντες, ὀλιγοχρόνιοι δεσπόται νομιζόμεθα, καὶ πειδὰν ἡ προθεσμία παρέλθῃ, τηνικαῦτα παραλαβὼν ἄλλος ἀπολαύει τῷ ὀνόματος. ὑμικρὰ δὲ ἐκεῖνα παρέχει τοῖς ζηλῶν ἐθέλουσι παραδείγματα, τὴν τροφῆς τὸ ἀπέριττον, καὶ τὴν γυμνασίων τὸ σύμμετρον, καὶ τὴν προσώπου τὸ αἰδέσιμον, καὶ τὴν ἐσθῆτος τὸ μέτριον· ἐφ' ἅπασι δὲ τούτοις τὴν ἀφροσύνας τὸ ἡμερωμένον, καὶ τὸ ἥμερον τῆς τρόπου.

Παραινεῖ δὲ τοῖς σωφρονοῦσι [a] μήτ' ἀναβάλ-

toe annis ne inviſere quidem dignatus fuerit. Imo ne ſuum quidem prorſus eſſe affirmabat; illud, opinor, reputans, quod natura iſtarum rerum nullius domini ſumus, lege autem & per ſucceſſionem uſum earum in tempus incertum accipientes, temporarii poſſeſſores habemur: quo exacto tempore, alius easdem a nobis accipiens, nomine itidem fruitur. Idem non parva præbet imitari volentibus exempla, victus ſcilicet frugalitatem, exercitiorum juſtum modum, vultus modeſtiam, & veſtitus mediocritatem, & ſuper omnia hæc compoſitam mentem morumque manſuetudinem.

27. Monebat ſecum verſantes, ne bene agen-

[a] Μήτ' ἀναβαλλόμενος] μήτ' ἀν. μηδ' ὑπερτίθεσθαι *J.* μήδ' ὑπερτιθεὶς *V.* 2. μήτ' ἀναβ. Margo *A.* 1. *W.*

45. Ἀλλ' οὐδὲ τ. ἀρ. ἀ. εἶναι διωμ.] * Λουκιανοῦ ἐκ τῶν ἐπιγραμμάτων,

† Ἀγρὸς Ἀχαιμενίδου γενόμην πότε, νῦν δ' ὑμέτερον
Καὶ πάλιν ἐξ ἑτέρου βήσομαι εἰς ἕτερον
Καὶ δ' ἑνὶ οὐκ ἔσχον με πότε * *V.*

* Λουκιανοῦ] Eſt inter Epigrammata Luciani inſcriptum εἰς τὸν χὰν unde mendoſiſſime hic deſcriptum emendavimus: ſed & debuit poſt φύσει addi καὶ τὰ ἑξῆς, & cætera, cum deſit finis hexametri verſus & totus pentameter. *J. C.*

† Ἀγρὸς] In *C. V.* erat ἀπὸ & γείτων. recte vero φίλτ. *T. H.*

45. Τὴν ἀρχὴν] Scopulus Interpretum, quem, qui monuerant ipſi, ſæpius vitare non potuerunt. Vid. *Perizon.* ad *AElian.* V. H. III, 14. n. 4. *L. Bos* Obſ. Crit. p. 59. inprimis accuratiſſimum *Sylburgium* Praef. *Pauſan.* p. 928. *T. H.*

46. Αὐτῷ εἶναι] Sic apud *Euripid.* Phoen. 557...

Οὔτοι τὰ χρήματ' ἴδια κἀκτημένῳ βροτοῖς·
Τὰ τῶν θεῶν δ' ἔχοντες ἐπιμελούμεθα.

Crot. Flor. 381.

Non poſſidemus propria mortales bona.
Sed jus Deorum noſtra diſpenſatio eſt.

Horat. Lib. II. Sat. II.

Nunc ager Umbreni ſub nomine, nuper Oſelli
Dictus, erit nulli proprius; ſed cedet in uſum
Nunc mihi, nunc alii. *A. V.*

Αὐτῷ εἶναι] Unde & II. Carm. Od. XIV, 24. elegantier admodum *brevem Dominum* vocat. *M. du S.*

47. Τοῦτον μὲ φ. ἰδίους &c.] Aut ſimilia prorſus cogitarunt, aut ex eodem fonte hauſerunt *Horatius* & *Lucianus*. Ita claudit *Venuſinus* vates Sat. II. libri II. ut nihil poſſit ſimilius Lucianeis dici:

Nam propriæ telluris herum natura neque illum,
Nec me, nec quemquam ſtatuit. Nos expulit ille;

Illum aut nequities, aut vafri inſcitia juris;
Περὶ δὲ τῶν ἐν τοῖς βαλανείοις δρωμένων πολλὰ μὲν διεξήει, τὸ πλῆθος τῶν ἑπομένων, τὰς ὕβρεις, τοὺς ἐπικειμένους τοῖς οἰχέταις, καὶ μικρῷ δεῖν ἐκφερομένους. ἓν δέ τι καὶ μάλιστα μισεῖν ἐῴκει, πολὺ δ' ἐν τῇ πόλει τοῦτο ἢ τοῖς βαλανείοις ἐπιχωριάζον. προϊόντας γάρ τινας τῶν οἰκετῶν δεῖ βοᾶν, καὶ προαγγέλλειν προορᾶσθαι τοῖν ποδοῖν, ἢν ὑψηλόν τι ἢ κοῖλον μέλλωσιν ὑποβαίνειν, καὶ ὑπομιμνήσκειν αὐτούς, τὸ καινότατον, ὅτι βαδίζουσι. δεινὸν ἂν ἐποιεῖτο, εἰ στόματος μὲν ἀλλοτρίου δεηθέντες μὴ δέοιντο, μηδὲ χειρῶν, μηδὲ τῶν ὤτων ἀκούοντες, ὀφθαλμοῖς δὲ ὑγιαίνουσι ἀλλοτρίων δέοιντο προορωμένων, καὶ ἀέχοντος φωνὰς ἀκούοντες δυσχεραίνειν ἀνθρώποις παρεσκευασμένοις, καὶ

34. De iis autem, quæ in balneis aguntur, multa commemorabat: multitudinem proſequentium, contumelias, eos qui ſervis impoſiti geſtantur, ac quaſi efferuntur. Unum autem maxime ac præter cetera odiſſe viſus eſt, quod in urbe frequens, & in balneis valde familiare. Præeuntes enim quosdam ex ſervis clamare oportet & admonere, ut ante pedes proſpiciant, ſi quid extantius paulo, aut cavum prætergrediendum ſit, atque commonefacere eos, (id quod abſurdiſſimum eſt) quo ſcilicet ſeſe incedere meminerint. Indignabatur itaque, ſi, cum ederent, alieno ore non indigerent, aut manibus: neque cum audirent, aliorum auribus uterentur: oculis autem aliorum, valentes ac ſani, ad proſpiciendum opus haberent, ac ſuſtinerent voces audire, quæ miſeris hominibus & excæ-

42. Πονεῖσθαι τὸν πόνον] Ut ſequentibus dialogis μῶμον μωμᾶσθαι, πομπὴν πέμπειν, & ſimilia quibus etiam Latini gaudent. *J. B.*

Ibid. Ἐφ' ὅσον &c.] *Chryſoſt.* H. XXXIX. in I. ad Corinth. p. 513. Εἰ δὲ τὴν ἡδονὴν τῶν τρυφῶν λέγοις, μέχρι τοῦ φάρυγγος εὑρήσεις μόνον· ὁμοῦ γὰρ τὴν γλῶτταν παρῆλθε καὶ ἀπέπτη &c. Plura, quæ ab eodem Patre multisque aliis in hanc ſententiam fuerunt dicta, coacervare non juvat. Is ridicule profecto naturam ludificari voluit, qui, ut meatus longior ſenſum voluptatis produceret, collum ſibi gruis optabat. Modo pro ἀπέφαινε præſtat ἀπέφαυε, ut §. 14. 16. Haec ſaepenumero confuſa. *T. H.*

47. Ἐν τῇ παρ.] *In ſtomachum ingreſſa.* *J. Br.*

51. Φιλοσοφία] Qui φιλοσοφίας εἰσὶν ἀχλύς, ne minimum quidem verarum voluptatum percipere poſſunt. *J. B.*

53. Ἐν τοῖς βαλανείοις] Novam ingreditur narrationem eorum, quæ in balneis fiunt: de quibus dixere ad *Senecam*, *Athen.* *Apul.* *J. B.*

55. Τοὺς ἐπικειμένους τοῖς οἰκέταις] Sic in dial. mortuor. de *Terpſione* & *Plutone*. οἰκέταις τέτρασιν ἐπικεκυφότα. in Somnio. Sic in Cynico: καὶ κοιμᾶσθε ὁμοίως καὶ βαδίζετε, μᾶλλον ἢ βαδίζειν οὐκ ἐθέλετε, φέρεσθε ἢ ὥσπερ τὰ φορτία, οἱ μὲν ὑπ' ἀνθρώπων, οἱ δὲ ὑπὸ κτηνῶν. *J. B.*

56. Μικρῷ ἐκφερομένους] Iocus ex ambiguo, qualis ille apud *Plaut.* Amphitruo. act. 1. ſc. 1.

Merc. *Faciam ego hodie te ſuperbum, ni hinc abis.*
So. *quonam modo?*
Merc. *Auferere, non abibis, ſi ego fuſtem ſumpſero.*

Voluit Plautinus Mercurius *eferre*: quam vocem, quoniam non ad ſalivam, interpretes mutaverunt: atque ratio ibi nulla conſtat, nec jocus ullus, ſi librorum lectio retineatur. Superbi ita efferuntur, ut aliorum hu-

excæcatis convenirent: audiunt enim easdem in foro, & medio die, (viri ampliſſimi) quibus demandata eſt urbium cura.

35. Hæc atque hujusmodi alia multa oratione perſecutus, dicendi finem fecit. Ego vero interim, dum loquebatur, ſtupens auſcultabam, metuens ne conticeſceret. Ubi vero loqui deſiit, illud nimirum, quod Phæacibus olim accidit, ego quoque paſſus ſum. Diu enim defixis in eum oculis permulſus conſtiti; deinde multa confuſione atque vertigine correptus, ſudore manabam, loqui volentem oratio deficiebat, ac retro inhibebar: ipſaque vox intercidebat, & lingua titubabat: poſtremo animi pendens lacrymabar. Neque enim ſummam duntaxat cutem perſtrinxerat, aut leviter me ejus oratio tetigerat, ſed altius, & lethale vulnus erat: ſcite enim admodum libbrata oratio, ipſum, ſi ita dici fas eſt, animum trajecit. Quod ſi jam decet nonnihil & me philoſophicos attingere ſermones, ita de hisce exiſtimo.

36. Videtur mihi animus hominis, bona indole præditi, admodum ſimilis eſſe ſcopo alicui tenero. Sagittarii autem in hac vita multi, qui plenas quidem pharetras variis atque omnis generis orationibus habent: ceterum non omnes certo jaculantur, ac deſtinata feriunt; ſed alii nervo nimium intenti

τεπηρωμένοις. ταῦτα γὰρ αὐτὰ πάσχουσιν ὑπὸ ταῖς ἀγοραῖς ἡμέρας μέσης καὶ οἱ τὰς πόλεις ἐπιτέτραμμένοι.

Ταῦτά τε καὶ πολλὰ ἕτερα τοιαῦτα διελθὼν κατέπαυε τὸν λόγον. ἐγὼ δὲ τέως μὲν ἦκουον αὐτῷ τεθηπὼς, μὴ σιωπήσῃ τεφοβημένος. ἐπειδὴ δὲ ἐπαύσατο, τοῦτο δὴ τὸ τῶν Φαιάκων πάθος ἐπεπόνθειν. πολὺν γὰρ δὴ χρόνον εἰς αὐτὸν ἀπέβλεπον κεκηλημένος· εἶτα πολλῇ συγχύσει καὶ ἰλίγγῳ καλειλημένος, τοῦτο μὲν ἱδρῶτι καλερρεόμην, τοῦτο δὲ φθέγξασθαι βουλόμενος ἐξέπιπτόν τε καὶ ἀνεκοπτόμην· καὶ ἥτε φωνὴ ἐξέλιπε, καὶ ἡ γλῶττα διημάρτανε καὶ τέλος, ἐδάκρυον ἀπορούμενος. εἰ γὰρ ἐξεπιπολῆς, οὐδ' ὡς ἔτυχεν ἡμᾶς ὁ λόγος καθίκετο· βαθεῖα δὲ καὶ καίριος ἡ πληγὴ ἐγένετο· καὶ μάλα εὐτόχως ἐνεχθεὶς ὁ λόγος αὐτὴν, εἰ οἷόν τε εἰπεῖν, διέκοψε τὴν ψυχήν. εἰ γάρ τι δεῖ καμὲ ἤδη φιλοσόφων προσάψασθαι λόγων, ὧδε περὶ τούτων ὑπείληφα.

Δοκεῖ μοι ἀνδρὸς εὐφυοῦς ψυχὴ μάλα σκοπῷ τινι ἁπαλῷ προσοικέναι. τοξόται δὲ πολλοὶ μὲν ἀνὰ τὸν βίον, καὶ μετὰ τὰς φαρέτρας ποικίλων τε καὶ παντοδαπῶν λόγων, οἱ μὲν πάνυ εὐστόχως τοξεύουσιν· ἀλλ' οἱ μὲν αὐτῶν σφόδρα τὰς νευρὰς ἐπιτείνα-

humeris & cervicibus inſultent: mortui ſuperbi ſunt, quia etiam aliorum humeris elati. hinc propriatim *efferri* mortuorum, ut apud Atticos ἐκφέρεσθαι. ex his mens Nigrini percipi poteſt. *J. B.*

Ibid. Ἐκφερομένους] Ab elatis ad geſtatos & ſervis innixos, quaſi ſuis ipſi pedibus ingredi non poſſent, jocum petunt: id hoc etiam *Luciani* loco illuſtrat *J. Fr. Gronovius* Obſ. II, 15. p. 334. *Poſidonius* apud *Athen.* XII. p. 550. B. de Ptolemaeo Euergete: οὐ πολλῷ ὑ τρυφῇ ζῶν ὑδὲ πατεῖν οἷός τε ἦν, εἰ μὴ δυσὶν ἐπαπειρεδρόμοις ἐφεῖτο. Is tamen idem in ſympoſiis ad ſaltandum citatiſſimo curſu ferebatur. *T. H.*

59. Προϊόντας γάρ τινας] Hunc locum interpretatur Clariſſ. *Caſaub.* ad lib. 3. Suet. *J. B.*

Προϊόντας] Utitur hoc loco *Caſaubon.* ad *Sueton.* Tiber. c. 60. Adde *Clem.* Paed. III. p. 253. A. Larenſis apud *Athen.* VI. p. 272. E. quum dixiſſet multos Romanorum decem, imo viginti mille ſervos & ultra poſſidere, ſubjungit: ἀλλ' οἱ πλείονς τῶν Ῥωμαίων συμπροϊόντας ἔχουσι τοὺς πλείους. *Amm. Marcellin.* XIV. c. 6. p. 29. & *H. Valeſ.* Mox legendum omnino ὑπερβαύειν parum abfuit, quin in *Luciano* reponerem. Paulo poſt malo: ταῦτα γὰρ αὐτὰ π. *T. H.*

60. Ἡ φθογγὴ] Caſtiga φθογγίλλειν. *J. Br.*

69. Πεπηρωμένους] *Excoecatis.* *J. Fr.*

75. Τὸ τῶν Φαιάκων] *Homer.* Odyſſ. Λ. v. 332.

Ὡς ἔφατ'· οἱ δ' ἄρα πάντες ἀκὴν ἐγένοντο σιωπῇ·
Κηληθμῷ δ' ἔχοντο ——— *J. Br.*

Τὸ τῶν Φαιάκων πάθος] Tangit hos verſus *Homeri* Odyſſ. Λ.

Ὡς ἔφατ', οἱ δ' ἄρα πάντες ἀκὴν ἐγένοντο σιωπῇ,
Κηληθμῷ δ' ἔχοντο κατὰ μέγαρα σκιόεντα. *J. B.*

84. Βαθεῖα] De qua pagin. ſequent. & de Merc. cond. ſic apud *Petron.* *vulnus ingens*, utitur crebro *Lucianus* hac translatione. *J. B.*

ναῦλες, αὐτονώτερον ᾧ δέοντι ἀφιᾶσι· καὶ ἄπτονται μὲν ᾗ ἔτοι τῆ ὁδῷ, τὰ δὲ βέλη αὐτῶν οὐ μένει ἐν τῷ σκοπῷ, ἀλλ' ὑπὸ τῆ σφοδρότητι διελθόντα καὶ παροδεύσαντα κεχηνυῖαν μόνον τῷ τραύματι τὴν ψυχὴν ἀπέλιπεν. ἄλλοι δὲ πάλιν τούτοις ἀπεναντίως· ὑπὸ γὰρ ἀσθενείας τε ᾗ ἀτονίας οὐδὲ ἀφικνεῖται τὰ βέλη αὐτοῖς ἄχρι πρὸς τὸν σκοπόν· ἀλλ' ἐκλυθέντα καὶ ἀπίπτει πολλάκις ἐκ μέσης τῆς ὁδοῦ· ἢν δέ ποτε ᾗ ἀφίκηται, ἄκρον μὲν ὀπλίγδην ἄπτεται, βαθεῖαν δὲ οὐκ ἐργάζεται πληγήν· οὐ γὰρ ἐπ' ἰσχυρᾶς ἐμβολῆς ἀπέσταλτο.

to, vehementiori quam par eſt impetu telum emittunt: & hi quidem recta inſiſtentes via ſcopum pertingunt, ſagittæ autem ipſorum non manent, ſed præ vehementia ictus penetrantes ac permeantes, hiantem modo vulnere animum relinquunt. Aliorum rurſus ſagittæ præ imbecillitate virium, & quod laxiore nervo emittuntur, ad ſcopum usque non perveniunt, ſed languente impetu, ſæpenumero in medio curſu deficiunt. Quod ſi vero interdum ſcopum contingant, ſummum illum quidem leviter perſtringunt, altius autem vulnus nequaquam infligunt: neque enim valido impulſu emiſſæ fuerunt.

Ὅστις δὲ ἀγαθὸς τοξότης, καὶ τὸν 37. At qui bonus jaculator eſt, atque huic no-

a Ἐπ' ἰσχυρᾶς] ὑπ' ἰσχ. P. L. Margo A 1 W.

7. Ἐπιλίγδην] Ἄχρι τοῦ ἐπιξῆσαι μόνον. V.

97. Τῆς ὁδοῦ] Sic omnes. Sed mendum latere ſuſpicor, excidiſſeque τοῦ σκοποῦ. M. du S.

Τῆς ὁδοῦ] Imo τοῦ σκοποῦ, ut ex ſequ. patet: οὐ μένει ἐν τῷ σκοπῷ. Quin recte dicatur ἡ ὁδὸς, ἡ πορεία τοῦ βέλους, nullum eſt dubium. Sic enim *Antiphon* Ἀκ. φόν. ἀκ. p. 121. v. 28. ἀκόντιον ἔξω τοῦ ὁρῶν τὸ αὐτοῦ πορείας ἐξενεχθὲν & p. 124. v. 27. εἰς τὴν ὁδὸν τοῦ ἀκοντίου ἐπελθών· neque aliter ipſe mox *Lucianus*, ἐκ μέσης τῆς ὁδοῦ. Verum ad hujus quidem loci ſententiam minime congruit haec lectio. T. H.

2. Ἀπεναντίως] Sic in omnibus ſcribitur. Sed meo periculo emendes, & legas ὑπεναντίως. M. du S.

7. Ἐπιλίγδην] Ex *Homer.* Il. P. v. 599.

Ἄκρον ἐπιλίγδην γράψεν ᾗ οἱ ἐτὸν ἄκρις. J. Br.

Ἐπιλίγδην] Οὐ κατὰ βάθους, ἀλλ' ὡς ἐπιψαύσαι τρώσαι ἐξ ἐπιπολῆς τὴν ἐπιφάνειαν· ἐκ τοῦ λείχω. quale vulnus *Menelai* lib. 4. Iliad. Sic ipſe ἐπιλίγδην poſtea interpretatur βαθεῖαν οὐκ ἐργάζεται πληγήν. J. B.

9. Ἐπ' ἰσχυρᾶς] Lege, ἀπ' ἰσχυρᾶς ἐμοῦ. hoc malo, quam quod aliis placuit ὑπ' ἰσχ. Tum ὄψεται τὸν σκοπὸν pro ὄψεται εἰ μὴ ὁ σκοπὸς σφόδρα μακ. conſueta loquendi formula, ut notavit *Livinej.* ad *Nazar.* c. 36. T. H.

15. Ἰῷ] *Veneno*, taxo, ut tradunt nonnulli. J. Br.

Οὔτι ἰῷ, καθάπερ τὰ Σκυθῶν, ἔτι ὀπῷ, καθάπερ τὰ Κουρήτων] Mirum eſt *Lucianum* tribuere hoc loco Curetibus ſagittandi artem, quam nullus alius antiquorum illis tribuit, licet plures de illis plura dixerint. Omnes illis gravem armaturam ſcutum & haſtas tribuerunt, & ἐνόπλιον ὄρχησιν. *Orpheus* ſeu *Onomacritus* Hymno 1. & 2. in Curetas mille illis epitheta dedit, nullum tamen, quod ſagittandi ſignificet. Imo contra eos ὁπλοφόρους φύλακας vocat, & χαλκοκόρυστους ἀρίστους τοὺς ἔχοντας. *Callimachus* etiam Hymno in Jovem:

Οὔλα ᾗ Κύρητές γε περὶ πρόλιν ἀρχήσαντο
Τεύχεα περιπλήγδην.

Idem ait *Apollodorus* lib. 1. οἱ ᾗ Κύρητες ἔνοπλοι ὄντες τὸν ἄντρον τὸ βρίφῳ φυλάσσοντες τοῖς δόρασι τὰς ἀσπίδας συνέκρουον. *Dionyſius Halicarnaſſ.* lib. 7. ὅτε τὸν Δία τιθηνούμενον θέλγειν ἐβούλοντο κτύπῳ τινὶ ὅπλων ἐν κινήσει μελῶν, id eſt, *quando Jovem lactentem delectare volebant armorum ſtrepitu & membrorum motibus. Strabo* lib. 10. ubi de Creta: τούτους ᾗ ἐνόμιζον Κούρητας νέους τινὰς ἐνόπλιον κίνησιν μετ' ὀρχήσεως ἐκδιδόντας, προσκλησάμενοι μῦθον τὸν περὶ τὸν Διὸς γονήσεως. *Plinius* lib. 7. cap. 56. *ſaltationem armatam Curetes docuere, Pyrrichen Pyrrhus, utramque in Creta.* Idem ait & *Pindari Scholiaſtes* ad Pythiorum 2. &, ne te morer, lector, innumeris citationibus, quicunque de Curetibus ſcripſerunt, iis tympana & armorum ſtrepitum & ſaltationem in armis tribuerunt; nullus ſagittarum infectionem. Ætoli certe, qui prius Curetes, & a quibus ortos Cretenſes Curetas volunt, funda, non ſagittis gloriabantur, & eorum dux Pyræchmes Degmenum Elæum ſagittarium funda proſtravit. His ductus auctoritatibus apud *Lucianum* hoc loco pro Κουρήτων lego Κρήτων minima mutatione. Nec mihi *Diodori* locus libri 5. ubi de novem illis Cretenſibus Curetibus, ſcrupulum injicit, & ab ea lectione inhibet, ubi inter plurium rerum & artium inventionem, quam Curetibus tribuit, addit: τὰ περὶ τοξείαν ἐν τοῖς κυνηγίαις εὑρηκέναι. Nam ultra quod ſolius *Diodori* auctoritas contra omnium antiquorum turbam & conſenſum mihi parum valere videtur, recantat ipſe *Diodorus*, & con-

noſtro ſimilis, principio quidem diligenter ſcopum perſpiciet, num valde mollis, num rurſus nimis ſolidus, & telo impenetrabilis. Sunt enim ſcopi quidam invulnerabiles. Ubi autem hæc omnia perſpecta habet, tum demum tincta ſagitta, non veneno, quemadmodum Scytharum ſagittæ tinguntur, neque opio, ut Curetum, ſed ſenſim mordicante pariter & dulci pharmaco infecta, certo jam jaculatur. Telum autem, valide quantum ſatis eſt impulſum, eousque penetrans ut inhæreat, intus manet, & multum medicamenti emittit, quod videlicet diſperſum, totum circumquaque animum ambit: hinc eſt, quod oblectantur, & lacrymas inter audiendum emittunt. Quod & mihi accidit,

τῷ ὁμοίῳ, πρῶτον μὲν ἀκριβῶς ὄψεται τ' σκοπὸν, εἰ μὴ σφόδρα μαλακὸς, εἰ μὴ στερρότερος ἢ βέλος· γίγνονται γὰρ δή τ' ἄτρωτοι σκοποί. ἐπειδὰν δὲ ταῦτα ἴδῃ, τηνικαῦτα χρίσας τὸ βέλος ὅτε ἰῷ, καθάπερ τὰ Σκυθῶν χρίεται, ὅτε ὀπῷ, καθάπερ τὰ Κυρήτων, ἀλλ' ἡδέμα δηλητηρίῳ τε καὶ γλυκεῖ φαρμάκῳ τοῦτο χρίσας ἀτεχνῶς ἐτόξευσε. τὸ δὲ ἐνεχθὲν εὖ μάλα εὐτόνως, καὶ ἀφικόμενον ἄχρι ἢ ἐλθεῖν, μένει τε, καὶ πολὺ ἢ φαρμάκου ἀφίησιν. ὁ δὴ σκιδνάμενον ὅλῳ τῷ κύκλῳ τ' ψυχὴν περιέρχεται. τοῦτό τοι καὶ ᾄδουσι καὶ δακρύουσι μεταξὺ ἀκούοντες, ὅπερ καὶ αὐτὸς ἔπαθον, ἠσυ-

contra ſeipſum pugnans, ait ex Cretenſium traditione Apollinem in Creta natum, *εὑρετὴν τοῦ τόξου γενόμενον διδάξαι τοὺς ἐγχωρίους τὰ περὶ τὴν τοξείαν*. At certe ſi Apollo primus fuit arcus & ſagittarum inventor, & ejus uſum docuit Cretenſes, non erat notus arcus Curetibus, qui ante Apollinem natum & ipſo Iove antiquiores in Creta habitabant. Jure igitur *Luciani* lectio hoc loco mihi ſuſpecta eſt mendi, & Κρήτων cenſeo debere legi. Nam *Lucianus*, qui de Scytharum ſui temporis more loquitur, non mihi videretur bene iis oppoſuiſſe novem homines e fabuloſo ſeculo, & ratio vult, ut nationi nationem opponat & comparet. Ergo lego confidenter, &, ſi mihi credis, leges, καθάπερ τὰ Κρήτων. Sed & *Micyllus* etiam hoc loco caſtigandus, qui ὀπῷ interpretatur *reſina*; numquam enim legiſſe me memini reſinam utilem fuiſſe ad ſagittarum infectionem, aut ὀπὸν dictam reſinam κατ' ἐξοχήν, cui nomen proprium eſt ῥητίνη· pro Silphio certe ob plantæ excellentiam ſumitur ὀπὸς & pro papaveris ſucco ob vim medicamenti; unde ὄπιον diminutive dicitur. Verte ergo *herbarum ſucco*: opponit enim ὀπὸν ſuccum herbarum τῷ ἰῷ veneno, quod ex ſerpentibus ἰοβόλοις colligitur, quorum ferax eſt Creta, & indiga Scythia, regio frigida. *J. P.*

Ἰῷ . . Σκ.] Scytharum hunc morem ſæpius apud *Ovidium* in exilio memorari videas, qui ſibi Romæ de eo non ſatis credi conqueritur. *M. du S.*

16. Ὀπῷ] *Quodam ſtirpium ſucco.* *J. Br.*

Ὀπῷ] Quo *ſucco* certo dicere non poſſum; neque unde hoc habeat mihi compertum eſt. Malo tamen *Opium* vertere, quam, ut ante me fiebat, *reſinam*. *M. du S.*

17. Κουρήτων] Mitto, quae de Curetibus contra *Diodorum* diſputat *Palmerius*: de hoc certe loco bene meruit reſtitutis Cretenſibus, qui ſine dubio melius ad Scythas quadrant, quam Curetes. Illi ſagittarum arte non tantum, ſed ipſa inventione nobiles: a natura regionis, quam incolunt, rationem petit *Plato* de LL. I. p. 769. E. quem *Julianus* ſequitur Or. VII. p. 205. D. Vid. *Sil. Ital.* II, 96. alia dabit *J. Meurſ.* in Cret. p. 178. Obſtare tamen videtur, quod venenata Cretenſium ſpicula fere nusquam memorentur: quinimo vel Jovis ibi nati, vel, ut alii tradunt, Herculis beneficio letiferis & herbis & beſtiis Creta caruit: Excerpta *Theodoti*: καθάπερ λέγουσι τὴν Κρήτην ἄγονον εἶναι θηρίων ὀλεθρίων plura *Meurſius* in Cret. II. c. 8. ita ſane veteres; nam quae contra *Erodaeus* adfert Miſc. III. c. 11. nihil in hac quidem cauſa moror: nec probandum, quod ſcripſit *Palmerius* in adnotatione extrema, *quorum ferax eſt Creta & indiga Scythia regio frigida*, ſi modo haec vera ſit Eruditiſſimi Viri manus. Attamen *Virgilius*, pene dixi ſolus, AEn. XII, 856.

Non ſecus ac nervo per nubem impulſa ſagitta,
Armatam ſaevi Parthus quam felle veneni,
Parthus, ſive Cydon telum immedicabile torſit

Schol. etiam *Nicandri* ad *Alexiph.* v. 395. fide *Praxagorae* Pharicum eſſe appellatum tradit ἀπὸ Φαρικῆς τινος Κρητὸς τῆς ἐξόρους αὐτὸ quod ſi exponamus, *a Cretenſe quodam, qui ortus fuerit oppido Pharis*, effugiet hiccce Commentator reprehenſionem *Salmaſii* ad *Solin.* p. 170. E. ſed hoc, ut ex ipſo Scholiaſta patet, non minus incertum, quam quale fuerit, & quomodo confectum Pharicum, ſatentibus *J. Gorraeo* ad *Nicandr. Rhodio* ad *Scribon. Largum* p. 282. De Scythis res nota — *tinxere ſagittas Errantes Scythiae populi* — *Lucan.* III, 266. & VIII, 304. quemadmodum autem admixto ſanguinis humani liquore ſaniem viperinam praepararent, exponitur ab *Ariſtot.* περὶ Θ. Α. p. 118. *Plin.* H. N. XI, 53. & *AElian.* de Anim. IX, 15. loco corruptiſſimo. Nec veneno ſolum uſi ſerpentum, ſed & ſuccis letiferis: οἱ Αἰθιοπίαι γὰρ καὶ τοὺς ὀϊστοὺς χρίουσι ῥίζαι τινὶ ἰσχυραῖς θανασίμῳ· οἱ δὲ Σκύθαι αὐτῇ τε καὶ ἰτέαις πλείοσι, ut teſtatur *Theophr.* H. Pl. IX, 15. ubi vide *Bod. a Stapel.* *T. H.*

18. Βάκ-

ἡσυχῇ ἄρα ᾗ φαρμάκῳ ἡ ψυχὴν πε-
θέωνται. ἐπῆλθε δ' ἂν μοι πρὸς αὐτὸν τὸ
ἔπος ἐκεῖνο λέγειν,

Βάλλ' ἔτως, αἴ κέντι φόως ἀνδρεσσι γένηαι.

Ὥσπερ γὰρ οἱ ᾗ Φρυγίῳ αὐλῷ ἀκούοντες οὐ
πάντες μαίνονται, ἀλλ' ὁπόσοι αὐτῶν τῇ
Ῥέᾳ λαμβάνονται, ἤτοι δὲ πρὸς τὸ μέλος
ὑπομιμνήσκονται ᾗ πάθους, ἕτω δὲ καὶ φι-
λοσόφων ἀκούοντες, οὐ πάντες ἔνθεοι καὶ τραυ-
ματίαι ἀπίασιν, ἀλλ' οἷς ὑπῆν τι καὶ τῇ
φύσει φιλοσοφίας συγγενές.

Ε. Ὡς σεμνὰ, καὶ θαυμάσια, καὶ
θεῖά γε, ὦ ἑταῖρε, διελήλυθας· ἐλελή-

sensim medicamento illo animum mihi pervagante. Succurrebat igitur mihi Homericum illud ipsi dicere:

Sic jace, si qua viris per te nova lux oriatur.

Quemadmodum enim qui Phrygiam tibiam audiunt, non omnes in furorem vertuntur, sed quotquot ipsorum a Rhea corripiuntur; iique audito carmine, prioris affectus reminiscuntur: ita & qui philosophos audiunt, non omnes a deo inspirati ac saucii abeunt: sed illi solum, quorum ingenio quiddam philosophiæ cognatum subest.

38. A M. Quam gravia & admiratione digna, & divina, o amice, commemorasti! Quan-

28. Βάλλ' ἔτως] Homericum carmen Il. Θ. v. 282. *J. Br.*

Βάλλ' ἔτως] Ex Il. 4. *J. B.*

30. Τῇ Ῥέᾳ λαμβάνονται] Matris Deum sacerdotes haud obscure innuit, qui audito Phrygio tibicine statim in furorem aguntur; id quod aliis itidem hominibus usu non venit. *Senec.* Ep. 109. *Quidam ad magnificas voces excitantur; & transeunt in affectum dicentium, alacres vultu & animo: nec aliter concitantur, quam Phrygii solent tibicinis sono semiviri & ex imperio furentes.* Per *semiviros* Gallos, matris Deum sacerdotes intelligit. *G. C.*

31. Λαμβάνονται] Sub hac voce mendum latere arbitror. De re ipsa *Lucretium* legito II, 621. & *Ovid.* in Ibin:

Et Phrygio stimulat numero cava tibia mentes. M. du S.

Λαμβάνονται] Interpretes, *a Rhea corripiuntur:* eos secutus est *G. Cuperus* Obs. III. p. 308. addens, *eleganter dicere veteres λαμβάνεσθαι hoc vel illo Deo Deave:* operae pretium fuerat pluribus exemplis illam elegantiam confirmari: non enim, quia θεόληπτος, νυμφόληπτος usurpentur, ideo statim hac structura, λαμβάνεσθαί τινι θεῷ, ponere licebit: ne Medici, si recte memini, quibus λαῶν & λῆψις prima febris ingruentis est accessio, τῇ ῥίγει vel τῷ πυρετῷ λαμβάνειν solent, sed ὑπὸ τοῦ πυρετοῦ: perinde ὑπὸ θεῶν λαμβάνεσθαι, quemadmodum apud *Joseph.* A. J. VIII. c. 2. §. 5. τὰς ὑπὸ τῶν δαιμονίων λαμβανομένους. Cautius ad *Senec.* Ep. CVIII. p. 531. posita *Luciani* verba sic vertit *Lipsius: Sicut Phrygiae tibiae sonum qui audiunt, non omnes in furorem aguntur; sed qui Rheae sacrati addictique sunt, illi reminiscuntur eo signo affectus:* quasi voluisset, *qui Rheae capiuntur, & lecti Galli sacrantur:* sensum perspexit Vir acutus, sed qualem contumax vocabulum adspernatur: scribi debuerat, nisi forte quid interciderit non nisi vetustiorum Codicum ope reparandum, καθιέμενται, ἀνιῶνται, ἀτάκτως ἔχονται, vel aliud simili potestate verbum. Rem ipsam illustrat *Brodaeus* Misc. V. c. 13. *Philostrati*, quem adduxit, locum, reperies Ep. XV. In *Lucio* §. 37. ὁ δ' αὐλητὴς ὅμοιόν τι ἐφύσα ἔνθεον. οἱ δὲ τὰς μίτρας ἀποῤῥίψαντες &c. Mox lege ἤτοι δὴ non δέ. *T. H.*

38. Τῷ λωτῷ] *Homer.* Odyss. I. v. 93. *J. Br.*

Τῷ λωτῷ κεκοσμημένῳ] Sic in *Apol.* de Merc. conduct. *J. B.*

44. Κἂν τινας ἑτέρους] Excidisse hic verbum aliquod, aut corruptum saltem locum esse, omnes, opinor, fatebuntur. Suspicor ego δακῶσι post μανίᾳ, inserendum, & pro ἀληθῶσι legendum πάσχουσι. Vide tamen *γυμν.* c. 6. & *ἀποφρ.* c. 25. Consule finem *φιλοψ.* c. 40. *M. du S.*

45. Τὸ αὐτὸ τοῦτο ἀληθῶσι] Nihil est causae cur sanissimae lectioni status controversia moveatur. Graeci ἀληθεύειν accusativo duplici comitatum usurpant potestate saepius ita singulari, ut vim Graecae phrasios interpretatione Latina vix adsequi liceat: haud raro adverbium accedit, illudque inprimis frequens, ἔτως ἀληθεῦσαι, ὥστε &c. *Lys.* apud *Athen.* XIII. p. 612. E. Rem nonnullis exemplis illustrare operae pretium erit, ne tironibus, quemadmodum Interpretum haud uni, haec locutio sit fraudi. *Lys.* in Agor. p. 130. v. 37. νομίζων, εἰ ἀληθεύη ὑμᾶς ἀπόρως, ὥσπερ διέθηκεν, si vos ad inopiam redegisset, *ut fecit. AEschin.* in Tim. p. 5. v. 8. ὃς γὰρ τὴν ἰδίαν οἰκίαν κακῶς διοικήσασθαι καὶ τὰ κοινὰ τῆς πόλεως ὡσαύτως ἠγήσατο ἀληθήσειν *eum enim, qui res suas male administraret, haud aliter in rep. versaturum esse arbitrabatur:* similiter *Lys.* in Philocr. p. 181. v. 27. κακῶς ἀληθεῖς τὰ τῆς πόλεως. *Demosth.* in Timoth. p. 1074. F. 1106. A. I. in Stephan. p. 969. C. ὅτω διέθηκε τὰς δικαστὰς, ὥστε φασκειν μηδ' ἑτέρων ἐθέλειν ἀκούειν ἡμῶν cum quo convenit illud *Xenophontis* Hell. V. p. 319. postquam narrasset, milites abeuntem Teleutiam omnibus honorum favorisque signis fuisse prosecutos, addit, quamquam nihil

Quantaque revera ambroſia, quanto loto ſaturatus, me inſcio, fuiſti! Quare & te dicente, animo commovebar, & nunc deſinente, mœrore afficior, &, ut tuis verbis utar, ſaucius ſum. Neque vero mireris: noſti enim eos, qui a canibus rabioſis mordentur, non ſolos rabie corripi, ſed & ſi quos alios ipſi in ea inſania momorderint etiam illos mente dejici, atque in furorem verti ſolere. Nam ſimul cum morſu etiam morbi iſtius quiddam in alium transfertur, & propagatur, ſitque inſaniæ iſtius multiplex ſucceſſio. LUC. Itaque etiam ipſe nobis jam amare te confiteris? A M. Maxime: oroque inſuper, ut communem aliquam medicinam nobis excogites atque invenias. LUC. Ergo Telephi illud neceſſe erit

θεις τέ με πολλῆς ὡς ἀληθῶς τ ἀμβροσίας, κ̀ τ λωτοῦ κεκορεσμένος. ὥστε κ̀ μεταξὺ σοῦ λέγοντος ἔπαχόν τι ἐν τῇ ψυχῇ κ̀ πανσαμένου, ἄχθομαι κ̀ ἵνα δὴ κ̀ χρὴ σε εἰπεῖν, τέτρωμαι κ̀ μὴ θαυμάσῃς· οἶδα γὰρ ὅτι κ̀ οἱ πρὸς τ κυνῶν τ λυσσώντων δηχθέντες, οὐκ αὐτοὶ μόνοι λυσσῶσιν, ἀλλὰ κἄν τινας ἑτέρους καὶ αὐτοὶ ἐν τῇ μανίᾳ τὸ αὐτὸ τοῦτο ἀναθῶσι, κ̀ αὐτοὶ ἔκφρονες γίγνονται· συμπαθαίνει γάρ τι τῷ πάθει ἅμα τοῦ δήγματι, κ̀ πολυγονεῖται ἡ νόσος, καὶ πολλὴ γίγνεται τ μανίας ἀναδοχή. Λ. ἐκεῖνα καὶ αὐτὸς ἡμῖν ἐρᾷς ὁμολογεῖς; Ε. πάνυ μὲν οὖν, κ̀ προσέτι δέομαι γέ σου κοινήν τινα τ θεραπείαν ἐπινοεῖν. Λ. τὸ γ ἄρα Τηλέφου ἀνάγκη ποιεῖν.

hil a ſe praecipuum, quod ad belli rationes & machinas pertineat, referri non ignoret, hoc tamen inprimis animadvertendum videri, τί ποτε ποιῶν ὁ Τελαμὼν ἔτυ δίδωκε τὰς ἀρχομένους, *qua tandem arte voluntatem eorum, quibus praefuerit, tanto opere ſibi conciliarit.* Idem K. II. V. p. 86. v. 15. Diverſa paulum ratione *Plato* Charm. p. 468. C. ὥσπερ ποιητὴς (ὀργίζεται) ὑποφθῇ κακῶς ἀκηκοότι τὰ ἑαυτοῦ ποιήματα. *Marſ. Ficinus* aut non Latine, aut male: haud enim facile, utram in partem peccaverit, ſtatuas: *hiſtrionem inepte ſua poëmata recenſentem:* tu cape: *ut poëta ſuccenſet actori male ſua poëmata* (in ſcena) *recitanti:* quo certe morbo quicquid unquam fuit poëtarum laboravit: pari modo de LL. II. p. 791. A. Ῥαψῳδὸν ὃ καλῶς Ἰλιάδα κ̀ Ὀδυσσέαν ἢ τι τ Ἡσιοδίαν ἀκηκοότα. Ita ſpectatae veterum elegantiae principes, a quibus eundem uſum recentiores acceptum ſervarunt: inprimis *Artemidorus:* cum vide I, 58. 62. ὅταν δ ὁ παλαιστὴς βούληται τ ἀντίπαλον ἀκοῦσαι, τοῦτο κ̀ ἡ νόσος τ κάμνοντα. III, 11. &c. *Appian.* de B. M. p. 316. αὐτὸν (Oppium a Laodicenis traditum) ὁ Μιθριδάτης ἐδέδω ἀκοὴς ἐπήγετο παιδαγωγῷ λελυμένον. *Apollodor.* I. p. 13. ὅτε ὁ νικήσας ὁ βούλεται ἀκοῦσαι τ ἥττημένου. *Alciphr.* II. Ep. I. p. 200. ὄψομαί τί μοι ἀκούσεται· ubi vide *Bergler.* Nec Judaeorum, qui Graece ſcripſerunt, auctoritate deſtituimur: Philo de LL. Spec. p. 791. D. 793. C. ὁ παίσας ὑπομένει, τὰ ἴσα οἷς δέδωκε, παθών· de Vit. Cont. p. 895. E. πάσχουσι οὐκ ἐλάττονα ὧν ἀκουσίως ubi πάσχειν illud oppoſitum; propterea ſolent etiam rariore compoſitione, οἱ κακόν τι παθόντες ἀντιπάσχουσι τοὺς προδιαθέντας, &, τοὺς κακόν τι πράξαντας ἀντιδιαθέντες quae *Suidas* ex melioribus habet in Ἀμύνασθαι & Ἀμυνόμενος. *Joſeph.* A. J. VI. c. 9. §. 3. ταυτὸ δὴ ἐ ἄρκος ἀμυνόμενος ἀκτίβωσαι, *ſimiliter ac leonem, irruentem rurſum repellens interfeci:* nequicquam in ejus loci ſententia Interpretes ſe fatigant: verum notatur in Codice Vaticano extare, ἀκτίβημι· hoc genuinum eſt; quippe nullis exemplis, longe autem plura ſunt

ad manum, verbi Medii uſum in hac phraſi Graecis placuiſſe conſtat, ratione ſatis manifeſta. Perperam quoque verſa fuit apud *Noſtrum* haec locutio in Anach. uti recte monuit *L. Bos* Anim. c. XIV. p. 64. Porro vitium haeret in hoc loco, quod duarum vocularum detrimento facile ſanetur: ita lege: οὐκ αὐτοὶ μόνοι (ſi quis μόνοι, quod editum eſt, maluerit, non valde repugnabo) λυσσῶσιν, ἀλλὰ κἄν τινας ἑτέρους ἐν τῇ μανίᾳ τὸ αὐτὸ τοῦτο διαθῶσι, κ̀ αὐτοὶ (vel ὥστε) ἐκ. γ. cur enim Lucianus rotundam orationem iſto inſiticio κ̀ αὐτοὶ dedecoraret? Eſt autem imitatus *Platonem* in Conv. p. 1104. A. τὴν καρδίαν γάρ, ἢ ψυχὴν, ἢ ὅ, τι δεῖ αὐτὸ ὀνομάσαι, πληγεῖς τε ἐ δηχθεὶς ὑπὸ τ ἐν φιλοσοφίᾳ λόγων, οἱ ἔχονται ἐχιδνῶν ἀγριώτερον &c. quam a viperae morſu ſimilitudinem duxit *Plato*, eam *Noſter* ad rabioſum canem transtulit: vide *Mer. Caſaubon.* ad *Marc. Antonin.* X, 34. *T. H.*

49. Ἡμῖν φῂς] Locus ſine dubio corruptus, in quo nihil aliud praeſtare poſſum, quam ut felicioribus ingeniis eum commendem. Sententia patet: nimirum voluit: Ergo & ipſe animum tuum iſtis philoſophi Nigrini ſermonibus compunctum eſſe & vulneratum fateris: at verba non reſpondent: vereor, ne verſus unus & alter interciderit. Nihil agat, ſi quis ſe defunctum putet conjectando: κ̀ τ αὐτῶν ἡμῖν &c. quae ſenſum quidem, ſed non hujus loci, habent. *T. H.*

50. Ἐρᾷς] μαίνεσθ. *J. Br.*

52. Τὸ τοῦ . . .] Mira trajectio quam a *Luciano* eſſe non puto; atque adeo lege τὸ ἄρα τοῦ . . . *Telephi* hiſtoria nota, qui ab Achille vulneratus, &c. *Ovid. M. du S.*

Τὸ τοῦ ἄρα Τηλέφου] *H. Stephan.* App. de D. A. p. 182. *Apud eundem* (Lucianum) *aliam trajectionem habemus, quae durior videri poſſit, interjecta quidem unica voce, ſed articulo alium praefixum habente: in fine ejusdem dialogi:* τὸ τοῦ ἄρα Τηλέφου ἀνάγκη ποιεῖν. *Ac dubitari etiam poſſit fortaſſis an ita ſcripſerit.* Me quidem non admodum offendit haec, quam *Stephanus*

ποιεῖν. Ε. ποῖον αὖ λέγεις; Α. Ὅπῃ τ' τρῶσαντα ἐλθόντας ἰᾶσθαι τὸν βλαψαντα.

facere. A M. Quodnam illud dicis? LUC. Ad eum, a quo vulnerati ſumus, eundum eſſe, & ab illo medicinam petendam.

vocat, articuli trajectio, haud ſane magis, quam quod in *Herodoto* frequens, τ' τις Περσέων, τ' τι ἄλλο τοιοῦτον τῦ Νείλου, τ' τινῶν αἰκιστέον εἶναι, cujus generis plura notavit *Jac. Gronovius* ad *Herodot.* p. 35, 7. 357, 12. *Athen.* III. p. 108. D. *Alciphr.* III. Ep. 20. τ' τινὶ γνωρίμων ubi monuit etiam *Berglerus.* Emenda *Longum* p. 87. τ' τίνι πλουσίων perperam τινῶν. In *Homeri* Schol. ad Il. Ε. 295. τ' ἧς γιγάντων, vetuſtiores Edd. quod male poſtea mutarunt. *T. H.*

53. Ἐπὶ τ' τρ.] Nam Achilles altera plaga Telepho illata priorem, ut fama eſt, ſanavit. *J. Br.*

Ἐπὶ τ' τρώσαντα.] Res pervulgata: vide, ſi tanti eſt, *B. Martin.* V. L. III, 24. *Torrent.* ad *Horat.* Ep. XVII, 8. *Paſſerat.* & *Broukhuſ.* ad *Propert.* II. El. 1. v. 65. *P. Kenchen.* ad *Seren. Samon.* p. 259. quem *Luciani* locus non fugit, *Th. Muncker.* ad *Hygin.* F. CI. Hoc in argumento tres Graecae Tragoediae principes ſunt verſati, eodemque Telephi titulo fabulas ediderunt, quarum hanc hypotheſin enarratam legere licet in Acceſſ. ad *Ulpian.* p. 1167. Verſus eſt ex *Euripidis* Telepho, quem *Plutarchus* protulit Περὶ τῦ ἀκούειν p. 47. F. locum, quia hiſce Lucianeis ſimillimus eſt, praetermittere non poſſum, quin ponam: ὁ γὰρ μύστης, ὡς Εὐριπίδης φησὶ, τὸ Τηλέφου τραῦμα Πριαπείοις λόγχης θέλγητρα ῥίπτουσι, ἀλλὰ ὁ τ' ἐκ φιλοσοφίας ἐμφυόμενος εὐφυὴς νέος ἀγνοῦν αὐτὸς ὁ τρώσας λόγῳ ἴᾶται. Hinc pene ſumſiſſe credas *Schol. Theocriti* ad Eid. XII, 25. quanquam ibi legendum potius videatur, τὸ τῦ λόγου, ὁ τρώσας ἰᾶσεται. Huc pertinet illa a *Philoſtrato* conficta de Apollonio fabula in ejus Vita VI. c. 43. & ſophiſticum acumen *AEliani* de Anim. I, 56. Facile autem apparet, quo *Publii Syri* ſpectaverit haec ſententia: *Amoris vulnus ſanat idem, qui facit.* *T. H.*

Δίκη Φωνήεντων.

Ἐπὶ ἄρχοντος Ἀριστάρχου Φαληρέως, Πυανεψιῶνος ἑβδόμῃ ἱσταμένου, γραφὴν ἔθετο τὸ Σίγμα πρὸς τὸ Ταῦ ὅπῃ τ' ἑπτὰ Φωνήεντων, βίας ὑπαρχόντων καὶ ἁρπαγῆς, ἀφῃρῆσθαι [a] λέγον πάντων τ' οἷ διπλῷ ταῦ ἐκφερομένων.

a Λέγον] λέγων *F. B* 2. *P.*

Δ. Φ.] Quo tempore ſcriptum hoc fuerit incertum eſt. A juniore profectum incuria indicat. Res eſt ludicra. *M. du S.*

1. Ἐπὶ ἄρχοντος] Argumentum illud deeſt in Mſſ. autoris tamen cenſendum eſt. *J. B.*

Ἐπὶ ἄρχοντος Ἀρ.] Hanc formulam accuſationis *Schol. V.* etiam notis praeſcripſit, nihil ab editis diſſidens, niſi quod habeat, βίας ὑπαρχόντων ἁρπαγῆς, ἀφῃρῆσθαι λέγον praeſtat ἀφῃρῆσθαι. Sed illud γ', quod omittit plane, transferri placet hoc pacto, βίας γ' ὑπαρχόντων ἁρπαγῆς. *Polyb.* IV. c. 17. ἁρπαγὰς ὑπαρχόντων atque ita is idem & alii ſaepius: expectabimus autem, dum quis producat, βίαν ὑπαρχόντων. Ceterum de hoc accuſationis libello alibi dicendum nobis erit. *T. H.*

Ibid. Ἀριστ. Φαλ.] Alexandrinum civem fuiſſe *Ariſtarchum*, ſed in Samothracia natum, tradunt omnes. *Phalereum Ariſtarchum* nemo novit. Vide ergo num *Lucianus* de Grammatico ſummo locutus, *Ariſtarcho* tribuerit quod *Demetrio*, alii itidem Grammatico ſummo, debebatur. *M. du S.*

Judicium Vocalium.

11. ARchonte Ariſtarcho Phalereo, ſeptima Octobris, actionem inſtituit Σίγμα adverſus Ταῦ apud judices ſeptem Vocales, de vi & rapina bonorum; ſpoliari ſe dicens omnibus illis vocibus, quae duplici τ ταῦ proferri ſolent.

2. Quam-

2. Ἑβδόμῃ] Septimum menſis diem alibi etiam *Noſter* juri dicundo in ejusmodi ludicris cauſis aſſignat; ut in *Dis.* c. 12. *Hal.* c. 14. quod ideo factitatum ab eo puto, quia illo die pueris ludendi copia fiebat. V. *Ἀπορρ.* c. 16. Erat autem Apollini ſacer. *M. du S.*

4. Βίας ὑπαρχόντων & ἁρπαγῆς] Non capio acumen *Benedicti*, qui has voces alligat proxime antecedentibus, vertitque, *apud ſeptem vocales judices vi & raptui praefectas*, non ſecus ac Athenis quoque certi judices certis actionibus praefuiſſent, ut Romae praetoribus certae cauſae attribuebantur. Ne dicam ridiculum eſſe has vocales iſti judicio praefuiſſe, non alias literas; quae cui judicio praeſederunt, oro? Neſcio an bene *Bolerus*, *conſtitutis judicibus VII vocalibus de vi & rapina.* Certe ſenſus eſt & verti debuit, *ad tribunal VII vocalium, actione bonorum vi raptorum*, ut dicebant Romani idem prorſus judicium. Nam ὑπαρχόντων (unde cauſa erroris) eſt ſecundus caſus ab primo τὰ ὑπάρχοντα, non οἱ ὑπάρχοντες. *J. G.*

5. Λέγον] *Fl. B* 2. & *P.* λέγων. Reliquae cum *Schol.* & *P.* hic quidem recte λέγον, ut edi curavimus. *M. du S.*

9. Κατα-

2. QUamdiu, o judices Vocales, non admodum gravibus injuriis affectus sum ab hoc ταῦ, dum meis rebus abutebatur, & eo se inferebat, ubi nullum ei jus erat; damnum non graviter tuli: nonnulla etiam, quæ dicebantur, audivisse me dissimulabam, propter modestiam, quam nostis me servare cum erga vos, tum erga alias syllabas: postquam vero eo avaritiæ & amentiæ pervenit, ut non modo non sit contentum iis, quæ ego sæpe dissimulavi,

ΜΕΧΡΙ μὲν, ὦ Φανήσια δικασταὶ, ὀλίγα ἠδικήμην ὑπὸ τουτοῖ τοῦ ταῦ, καὶ χρησθαι τοῖς ἐμοῖς, ᾗ καταίροντ᾽ ἔνθα μὴ δεῖ, ἠ βαρέως ἔφερον τ᾽ βλάβλν, ᾗ παρήκουον ἔνια τ῏ λεγομένων ὑπὸ τ μετριότητ᾽, ἣν ἴστε με φυλάττοντα πρός τε [a] ὑμᾶς, ᾗ τὰς ἄλλας συλλαβάς. ἐπεὶ δὲ ἐς τοῦτον ἦλθε [b] πλεονεξίας, ᾗ ἀνοίας, ὥστε ἐφ᾽ οἷς ἡσύχασα πολλάκις οὐκ ἀγαπᾶν, ἤδη

a Ὑμᾶς] ὑμῶν C. b Πλεονεξίας] πλεονεξίας τε C.

9. Καταίροντ᾽] Καταπλέοντ᾽, κατερχομένου. V. 15. Οὐκ ἀγαπᾶν] Οὐκ ἀρκούμβ᾽. V.

9. Καταίρ. ἔ. μὴ δ.] Scribendum videtur: καθαιρῶντ᾽ ἔνθα μὴ δεῖ. F.G.

Καταίροντ᾽ ἔνθα μὴ δεῖ] Interpretum errorem in hac locutione castigavit *L. Bos* ad A. A. XXVII, 2. Καταίρειν proprium est de navibus in portum invectis: καταίρουσαί τε καὶ ἀφιεῖσαι ὁλκάδες apud *Philostr.* de V. S. II. p. 606. ἐκπίπτειν ἢ καταφορὰς εἰς λιμένα *Dionys. Halic.* A. R. I. p. 42. Grammatici per καθαπλεῖν exponunt: *Hesych.* & *Suid.* in Καταίροντες ex quo facile est priorem emendare in Κατίσοντες, quanquam tantilla labes Gujetum deceperit in hoc quoque *Luciani* loco parum felicem. Portus autem his clausi, aliis aperti, quod sæpe foederibus & pactis cautum; non enim quosvis pari jure λιμένι καὶ ἀγορᾷ δέχεσθαι volebant. Jam si quis eos in portus devehatur, quos intrare non licet, is proprie καταίρει, ἔνθα μὴ δεῖ. & piratæ quidem vel maxime, qui de alieno præda agunt, cujus criminis & ἀρπαγῆς littera T incusatur. Hinc latius se porrigit καταίρειν pro *venire aliquo*. *Hesych.* Καταῖρεμεν, ἤλθομεν. Ad aves ratione quadam singulari pertinet aliquorsum devolantes: *Aristoph.* Av. v. 1288. *Plutarch.* T. II. p. 41. F. μάλιστα ἐπὶ τ τραχύτατον Ε δημόσιον θύμον καταίρουσι· parique modo in *Philop.* p. 364. D. Pomp. p. 635. E. Contrarium ἀπαίρειν tum prima, tum ampliore potestate: non invenuste *Cyrill.* contra *Julian.* p. 206. B. τὰς ἀπαιρούσας μὲ ἀπάτης Ἑλληνικῆς, μεθορμιζομένους ἢ πρὸς ἀλήθειαν *Plutarch.* de Garrul. p. 514. E. ἐπί τι ἢ γλῶσσα ἀπαίρει; Hic etiam *Hesychius* est ἐόρρυπτος: Ἀπῦραν, ἤλλαξαν lege, Ἀπῦραν, & mox: Ἀπηράσθη, ἔπαθεν. Ἀπῦρε, μετῆλθε confer Ἀπαίρει &c. T.H.

12. Φυλάττοντα] Non dubito quin malam gratiam inierint ab Luciano librarii, scribentes Φυλάσσοντα pro Φυλάττοντ᾽, & paullo post ὡς ὀλίγου δεῖν ἡσυχίαν ἀγαγόντα, μηδὲ σὺ γράμματα ἀριθμεῖσθαι, &c. pro ἀγαγόν. Loquitur namque Σ, h. e. γράμμα, de se in neutro genere, ut c. 8. ᾗ πέπραμαι, δεδὸς μοι τῷ χρόνῳ Ε τὰ σῦκα τῦκα ὀνομάσαι. & ipsum Σ, κἀγὼ μὲ τοιοῦτο. Nec aliter in toto hoc opusculo de T, nisi in neutro genere, mentio fit, ut passim videre est. Rectissime itaque, ubi c. 7. legitur μέχρι μὲ ἦ ὀλίγοις ἐπιχειρεῖ, τετραράκοντα λέγειν, &c. *Gronovius*, eruditissimi Filii Pater eruditissimus, adscripsisse suo dicitur libro λέγον sensus namque postulat participium, & neutrum genus, ut recte factum, observari debuit. Idem oportet fiat in verbis ibi subsequentibus, ἔτι ἢ τύμβον ᾗ τὰ ὅμοια ἐπισκήπτον, ἰδία ταυτὶ λέγειν, &c. Pessime. Lege λέγον. J.J.

Φυλάττοντα] Monet *Jensius* de Φυλάσσον, quod omnino magis grammaticum. Verum cum toties aliter in hoc opusculo legatur, contra fidem Codd. mutare consultum non duxi. M. du S.

13. Συλλαβάς] *Syllabas* hic elementa vocat, quæ in unum sonum coalescere apta nata sunt; ut & c. 5. quasi *Cives* aut *Collegas* designaret. M. du S.

14. Ἀνοίας] Repudiare quidem non ausim: *Isocrat.* Or. Areop. in initio: *opes*, inquit, *& potentiam sequitur* ἄνοια, ᾗ μὴ ταύτης ἀκολασία, quibus σωφροσύνη & μετριότης mox opponit. Attamen in hac gravissimi criminis accusatione convenientius puto ἀπόνοια, non illa prorsus, quam *Theophrastus* describit Char. Eth. c. VI. & *Casaubonus* egregie declarat, sed genus ejus quoddam; ista nimirum perdita violentorum hominum audacia, per quam spretis legibus in aliena nihil pensi habentes involant. Sic ἀπόνοιαι sumi satis constat, notavitque *H. Vales.* ad *Ammian. Marcellin.* XX, 4. p. 262. iis proprie tribui, qui per vim imperium occupant. Hunc in modum πλεονεξία commodissime præcedit, ex qua velut gradu facto ad ἀπόνοιαν perveniatur. Eadem menda *Diodorum* occupavit XX. p. 736. C. ὑπ᾽ ἀρχῆ μὲ ἦ ὑπὸ τ Ἀγαθοκλέους γενηθεὶς Ε ἀνοίας παραλογωθεὶς *Rhodomannus* auferri jubet ᾗ ἀτυχίας, *scioli alicujus infortunium*: ego leniore medicina repono ᾗ ἀπονοίας· erat sane temerarium maxime factum Agathoclis, cunctis navibus incensis omnem salutis spem militibus suis præcidere. *Amentiam* ita Latini ponunt: *Liv.* XXIII, 9. aliique sæpe. T.H.

15. Οὐκ ἀγαπᾶν] Mss. οὐκ ἀρκούμβ᾽. J.B.

Οὐκ ἀγαπᾶν] De hoc idem quod supra ad Φυλάττοντα dictum puta; ut & de sequenti ἀγαγόντα. M. du S.

ἤδη καὶ πλείω προσβιάζεσθαι, ἀναγκαίως αὐτὸ εὐθύνω νῦν πρὸς τοῖς ἀμφότερα εἰδόσιν ὑμῖν. δέος δὲ οὐ μικρόν [a] μοι [b] ὅπως τῆς ἀποβλίψεως ἐπέρχεται τὸ ἐμαυτῷ. τοῖς γὰρ προπεπραγμένοις ἀεί τι μεῖζον [c] προστιθεὶς, ἄρδην με τῆς οἰκείας ἀποβλίψει χώρας, ὡς ὀλίγου δεῖν ἡσυχίαν ἀγαγόντα μηδὲ ἐν γράμμασιν ἀριθμεῖσθαι, ἐν ἴσῳ δὲ κεῖσθαι τῷ φόβῳ.

verum jam majorem vim inferat; ipsa me necessitas cogit, ut accusem ipsum apud vos, qui utrumque nostrum novistis. Non autem exiguus metus propter istam extrusionem meam me invasit. Nam cum prioribus injuriis majores semper addat, prorsus me e domestica sede expellet, eoque propemodum rediget, ut silendum mihi sit, & ne inter literas quidem amplius numerer, calculoque tantum inserviam.

Δίκαιον οὖν οὐχ ὑμᾶς, οἳ δικάζετε νῦν, ἀλλὰ καὶ τὰ λοιπὰ γράμματα τοῦ πείρας ἔχειν τινὰ φυλακήν· εἰ γὰρ ἐξέσται τοῖς βουλομένοις, ἐν ἴσῳ † τῷ ψόφῳ, ὅτι οὐδὲν ἄλλο ἂν εἴη τὸ Σ ἢ ψόφος. C.G.

3. Est itaque æquum non modo vos judices, sed omnes etiam reliquas Literas ab hocce dolo sibi cavere. Nam, si ut libet uni-

a Μοι] μοι Edd. priores. b Ἐπὶ τῷ ἀποβλ.] ἐπὶ τοῖς τῆ ἀποτρίψεως ἐπ. τοῖς ἐμ. C. c Προστιθεὶς] προστιθὲν F.

23. Ἐν ἴσῳ δὲ κεῖσθαι τῷ φόβου] Ἀντὶ τοῦ διηνεκῆ * κεκτῆσθαι τὸ φόβου, μηδὲν πλεονεκτούσης τῆς ἀφοβίας, ἀλλ' ἐν ἴσῳ ταλαντευομένης τῷ φόβῳ. V.

* Κεκτῆσθαι] Pro κεκτῆσθαι, quod nihil est, lege κεκτῆσθαι. Caeterum si hanc Scholiastae expositionem accipies, nihil requires supplementum istud, quod inculcant hic Marcilius & Bourdelotius, legentes, ἐν ἴσῳ δὲ κεῖσθαι τῷ φόβῳ καὶ τὰ λοιπὰ γράμματα. J.J.

† Τῆς ψόφου] An voluit τῆς ψόφου & ψόφῳ; non puto, legendumque potius τῷ ψόφῳ. T.H.

18. Μὲ . . . . ἐπέρχεται] Μοι legendum esse supra diximus ad Πρ. εἰ σὺ Λ. §. 2. T.H.

23. Ἐν ἴσῳ ᾗ κεῖσθαι τῷ φόβου] Angl. ψόφ. mendose. patet postea verbo φόβου sæpius repetito. post φόβου adde τὰ λοιπὰ γράμματα. quæ dictiones scriptæ in margine unius Mss. sic & in sequent. J.B.

Ἐν ἴσῳ ᾗ κεῖσθαι τῷ φόβου] Excidit forte an aliquid, ut. ἐν ἴσῳ ᾗ κεῖσθαι τῷ φόβου ⟨τὰ λοιπὰ γράμματα⟩. Δίκαιον οὖν. Th.M.

Ἐν ἴ. ᾗ κ. τῷ φ.] Haec aliena & addititia videntur. Sed ἐπίχω. F.G.

Ἐν ἴσῳ ᾗ κεῖσθαι τῷ φόβου] Hunc locum facile quivis corruptum esse sentiat. Verum qua ratione emendandus sit, nondum, ut opinor, viri doctissimi videbuntur aperuisse. Afferam & ego in medium, qua ratione putem procedendum. *Sigma* tot & tantis lacessita injuriis, quo tandem evatura sint ista cogitans, metuit ne aliquando e sedibus prorsus a *Tau* ejiciatur, & voce in totum adempta, *inter literas non nisi calculi gratia* numeretur, atque adeo cum *Bau*, *Coppa*, & *Sampi*, æterno damnetur silentio. Hoc puto voluisse Lucianum; extareque adhucdum hujus sensus non obscura vestigia in lectione, quam Codd. Mss. & J. Ed. præferunt. Angl. enim apud Bourdelotium habet ψόφ. P. autem L. Coll. & J. Ed. integram vocem ψόφου. quæ facile a voce ψῶφῳ, festinante librario, provenerit. Si quis nunc a me requirat, ut conjiciam saltem quænam *Luciani* verba fuerint, ignoscat si in tam foedo & mutilo loco nihil proponam. Forsan leg. ἐν ἴσῳ ᾗ κεῖσθε τῷ φόβου. ut *Thucyd.* VI, 78. ἐν ἴσῳ δὲ ἡγοῦ σὲ αὐτῷ ἅμα ἐν τῇ ἐμῇ μαχούμενον. De *Bau*, *Coppa*, & *Sampi*, alibi dicendi dabitur locus. Interim si cui nomina ista minus nota sint, auctor sim, ut *Scaligerum* adeat in *Dissertatione de litteris Ionicis*, quam inter ejus notas ad *Eusebii* Chronicon inveniet, p. 110. Ed. post. M.du S.

Ἐν ἴσῳ δὲ κεῖσθαι τῷ φόβου] *Fr. Vigor.* de Gr. Dict. Idiot. c. III. S. V. §. 5. hunc in modum vertit: *Ita dum quiescerem parum abfuit, quin nullus mihi deinceps inter literas locus relinqueretur; atque adeo meus iste metus ad omnes literas aequaliter pertinet.* Liquet eum probasse *Bourdelotium* & *Marcilium* supplentes, ᾗ τὰ λοιπὰ γράμματα· ad quale remedium excogitandum haud sane magna mentis contentione est opus. Phrasis insolentior ἐν ἴσῳ τῷ φόβου vel τῷ κινδύνου κεῖσθαι certioribus exemplis, non solo Luciani dubio loco, a *Vigero* debuerat firmari. Ego Codicum & *E. J.* lectionem, dummodo mutando casu parumper adjuvetur, satis opportunam censeo: ἐν ἴσῳ ᾗ κεῖσθαι τῷ ψόφῳ. Primum ψόφῳ consonis attribuitur, quemadmodum vocalibus *φωνή* literarum divisio primaria, καθ' ἣν τὰ μὲ φωνὰς ἀποτελεῖ, τὰ ᾗ ψόφους: φωνὰς μὲ τὰ λεγόμενα φωνήεντα, ψόφους ᾗ τὰ λοιπὰ πάντα· auctor *Aristoxenus* apud *Dionys.* de Comp. Verb. p. 21. Verum naturali quadam pronunciandi ratione ψόφος pertinet ad Σ. *Plato* Theaet. p. 147. E. ᾗ γὰρ δὴ, ὦ Σώκρατες, τό, τε σίγμα τῶν ἀφώνων ἐστὶ, ψόφῳ τις μόνον, οἷον συριττούσης τῆς γλώττης. *AElius Dionysius* apud *Eustath.* ad Il. K. p. 813. v. 45. Deinde ἐν ἴσῳ, ἐν τῷ ἴσῳ εἶναι venusto Graecorum usu, pro, ἴσον εἶναι, *pari loco esse & conditione*, non aliter ac Latini solent, *in facili*, *in aperto*, *in dubio*, *in incerto*, *in parato* &c. Thucydid. IV, 10. ἀποβάντες ᾗ ἐν τῷ ἴσῳ ἦσαν. II, 60. ἴσθι γὰρ χρὴ ἐμὲ σαφῶς διδάξας ἐν ἴσῳ εἰ ᾗ μὴ ἐπιστάμενον.

IV,

unicuique licebit e ſuo ordine in alium violenter irrumpere, idque vos, ſine quibus nihil omnino ſcribitur, permiſeritis, non video quomodo ſua quique ordines jura, juxta quæ a principio conſtituti ſunt, tuebuntur. Sed non exiſtimo, vos unquam ad tantam incuriam vel negligentiam perventuros, ut ea feratis, quæ cum æquo & jure pugnant. Nec ſi vos certamen declinaveritis, tamen mihi, qui injuria affectus ſum, negligendum erit.

4. Atque utinam aliarum quoque literarum audacia ab initio ſtatim, cum cœperunt contra leges delinquere, eſſet repreſſa: neque enim digladiaretur ad hunc usque diem λαμ-

λομένοις ἀπὸ τ καθ' αὑτὰ τάξεως εἰς ἀλλοτρίαν βιάζεαθ, ϗ τῦτο ὀπιτρέψετε ὑμεῖς, ὧν χωρὶς ὐδὲν καθόλυ τι γράφεται, ὐχ ὁρῶ τίνα τρόπον αἱ συντάξεις τὰ νόμιμα, ἐφ' οἷς ἐτάχθη τὰ κατ' ἀρχὰς, ἔξυσιν. ἀλλ' ὕτε ὑμᾶς οἶμαι ποτὲ εἰς τοσῦτον ἀμελείας τε ϗ παροράσεως ἥξειν, ὥστε ὀπιτρέψαι τινὰ μὴ δίκαια· ὕτε, εἰ καθυφήσεθ τ ἀγῶνα ὑμεῖς, ἐμοὶ παραλειπτέον ἐστὶν ἀδικυμένῳ.

Ὡς εἴθε ϗ τῶν ἄλλων ἀνεκόπησαν τότε αἱ τόλμαι εὐθὺς ἀρξαμένων παρανομεῖν· ϗ οὐκ ἂν ἐπολέμει μέχρι νῦν τὸ λάμ-

δα

IV, 60. 61. & ſaepe alibi: *Euripid.* Iph. in Aul. v. 1199. apud quem ἐν ὐμαρεῖ, ἐν ὀσσοβοῖ Hel. v. 1243. 1293. &, quae frequentiore uſu teruntur, ἐν ὀμοίῳ, ἐν ἑτοίμῳ. Solent autem ἐν ἴσῳ εἶναί τινι *Scriptor* Orat. in Neaer. p. 879. F. ταύτας (τὰς σάφρωνας) ἐν τῷ ἴσῳ φαίνεσθαι μετέχουσας τῇ πολλάκις πολλοῖς ἐκάστης ἡμέρας συγγιγνομβίᾳ modo dixerat, ἐξ ἴσου φανῆναι ἐκείνας τιμωμένας ταύτῃ τῇ πόρνῃ cujus locutionis haud diſpar eſt ratio: *Lyſ* p. 168. v. 23. εἰ γὰρ ἐξ ἴσου τῇ συμφορᾷ τὴν ἀμφοῖν ἴξω. & verbis ſimillimis *Antiphon* περὶ τῦ Ηρῴ. Ἐβουλόμλν τὴν δύναμιν τῦ λέγειν ϗ τὴν ἐμπειρίαν τῶν πραγμάτων ἐξ ἴσου μοι καθιστάναι τῇ τε συμφορᾷ ϗ τοῖς κακοῖς &c. *Liban.* T. I. p. 805. A. ἐν ἴσῳ τοῖς γονεῦσιν ἄγειν. T. II. p. 227. C. μὲ μὴ τοῖς πολλοῖς ἐν ἴσῳ θέσθαι ἄφωνον ἔχησεν ἡ τύχη. Ut alios praeteream, Grammaticis etiam haec loquendi formula non diſplicuit: *Heſych.* in Αὐτοξυῶν. *Schol. Ariſtoph.* ad Av. v. 17. Quin hoc ipſum ἐν ἴσῳ κεῖσθαι *Erotianus* habet in Οὔρεϊ ἀιμαλαῦδες· in quibusdam Hippocratis exemplaribus αἱματαῦδες, in plurimis, inquit, legitur αἱμαλαῦδες, ὁ ϗ αὐτὸ ἐν ἴσῳ κεῖται τῷ αἱματάδες· neſcio, an *Heſychius* ſimili modo ſit emendandus: Ἀντιγραφή, κεῖται ἐν ἴσῳ τῇ ἀντωμοσίᾳ. σημαίνει ϗ τὸ ἀντιποιεῖσθαι κλήρου. haec vulgo feruntur corruptiſſima. Apparet, quae mihi conſtiterit ratio, cur in *Luciano* voluerim τῷ ψόφῳ niſi quis praeponat, me non invito, τῳ, id eſt, τινὶ ψόφῳ. Senſus ex dictis itidem eſt manifeſtus: *ita ut parum abſit, quin, ſi quietus injuriam ultra feram, e numero literarum expungar, neque alio ſim loco, quam ſonus aliquis*, vel, *ſibilus*. Κεῖσθαι etſi rarius apud Graecos, at nonnunquam tamen de iis, quae contemta jacent: ψόφοι quoque res abjectae & viliſſimae, quarum pretium, ſi ſonum quendam verborum inanem excipias, eſt nullum. *T.H.*

25. Οὐχ ὑμᾶς] Si ſic interpungatur, neceſſario poſt ὑμᾶς inſerendum erit μόνον. Quocunque demum pacto legas, illud νῦν expungendum videtur. *M. du S.*

26. Ἀλλὰ ϗ] Omiſſum in priore membro μόνον, quod tum hoc loco, tum pluribus aliis oſtendit *J. Daviſ.* ad *Ciceron.* de N. D. p. 239. *T.H.*

Ibid. Τῇ πείρᾳ] Attici πεῖραν ἀντὶ τῦ δόλῳ ϗ τέχνῃ, pro *dolo malo* accipiunt. *A.V.*

30. Ὧν χωρὶς ὐδὲν καθόλυ τι γράφεται] Bolerus, *ſine quibus nihil omnino ſcribitur*. Benedictus, *ſine quibus plane nihil ſcribitur*. At multa poſſunt ſcribi, ſed ſine ſenſu. Verti debuit: *ſine quibus perfecte* & integre *nihil ſcribitur*, ὧν προδήλως εἰς τὸ γράφειν πᾶσι δῆτα, ut ait infra. *J.G.*

35. Καθυφήσεθ τ ἀγῶνα] Locutio judicialis, quae latius patet, quam Latinorum *praevaricari*, tametſi in Gloſſ. ad id verbum explicandum adhibeatur. *Demoſth.* in Mid. p. 609. C. theſmotheta quidam a Polyzelo verberatus ἰδίᾳ πειθεὶς ὀκόσῳ δικαίᾳ ἀργυρίῳ καθυφεὶς τ ἀγῶνα· qui hunc diligenter imitatur *Dion Caſſius* XLVI. p. 299. C. καθυφιέναι τοὺς ὑπὲρ ἡμῶν ἀγῶνας. *Poll.* VIII, 143. ejus generis cognata jungit verba, unde poteſtas τῷ καθυφεῖναι facile poſſit intelligi. Propria virtus, contra nitentibus ſponte cedere, inque re incepta tam remiſſe verſari, ut intercidat, & adverſario cauſa prodatur. *Noſt.* in Prom. §. 3. *Demoſthenes* extra forenſes controverſias περὶ Παραπρ. p. 295. A. πολλῶν πραγμάτων ϗ μεγάλων καιρὸν ἰάτις ἐκὼν καθυφῇ τοῖς ἐναντίοις ϗ προδῷ. ubi junctum vides προδῦναι. Olynth. III. p. 36. B. εἰ καθυφιέμενά τι τ πραγμάτων pari modo *Joſeph.* de B. J. II. c. 16. p. 191. ὐδὲν τ σωτηρίων ὑμῖν καθυφιέμλν. A. J. VI. c. 3. §. 3. de Samueli filiis a paterna virtute longe deſciſcentibus: δῶρα ϗ λημμάτων αἰσχρῶν καθυφίετο τὸ δίκαιον, id eſt, ἀντηλλάτ[illegible], καὶ προδίδοσαν, ut loco hoc prolato *Suidas* interpretatur. Quare legendum cenſeo de B. J. VI. c. 3. §. 3. καθυφιέμλν τ λόγον, ὧν πάππος (ὁ πατρὶς) τὰ ἔργα, ut in *Euſebio* H. E. III. p. 97. ſcribitur: *H.* quidem *Valeſio*, quod Mazarinus C. praefert τ λόγων, magis placet; ſed multo minus expedite fluit ſententia, neque hujus loci eſt vel verbi ſecundus caſus. Quid autem in his locutionibus diſtet Activi Mediique uſus, non eſt ut pluribus ad peritiores exponam. *Heſychium* emenda: Καθυφεῖναι, ὑφεῖναι, ὑποχωρεῖν, καθυποβάλλειν· editur, Καθυφαίνειν. Alia *Budaeus* C. L. G. p. 25. *T.H.*

39. Καὶ οὐκ ἂν] Illud ϗ amotum mallem, & ordine continuo legi: ὡς εἶδε &c. προνομεῖν, οὐκ ἂν ἐπολέμει,

βδα τῷ ῥῶ, ἀμφισβητῶν πρὸς τὸ κισσήρεως, καὶ κεφαλαλγίας· ὅτε τὸ γάμμα τῷ κάππα διηγωνίζετο, καὶ ἐς χεῖρας μικρῶ δεῖν ἦρχετο πολλάκις ἐν τῷ γναφείῳ ὑπὲρ γναφάλων· ἐπέπαυτο δ' ἂν καὶ πρὸς τὸ λάμβδα μαχόμενον τὸ, μόγις, ἀφαιρούμενον αὐτῶ, καὶ μάλιστα παρακλέπτον, καὶ

βδα cum ῥῶ, disceptans de voce κίσσηρις & κεφαλαλγία. Neque etiam τῷ γάμμα esset cum κάππα certamen; neque tam sæpe ad manus propemodum venisset in fullonia, de dictionibus γναφεῖον & γνάφαλα. Quin cessasset etiam hoc γάμμα cum λάμβδα contendere, dictionem μόγις illi extorquens, imo suffurans. Adeoque reli-

a Κισσήρεως] κισήρεως F. b Δ' ἂν] ἂν omisso δὲ solum habent C. Quaedam Edd. δὲ ἄν.

40. Κισήρεως] Κίσηλις δὲ φασὶ γράφεται καὶ * κεφαλαργίας. V.

* Κεφαλδ] Exc. G. κεφαλαργίας. V. κεφαλαλγίας. M. du S.

43. Ἐν τῷ γναφείῳ] Κναφεῖον μὲν δὲ † φασὶ γνάφαλλα δὲ τὰ ἀποξυόμενα. V.

† Φασὶ γνάφαλλα δὲ τὰ ἀποξ.] Adde καὶ γναφ. vel cum excerptore G. lege φασὶν γνάφαλλα δὲ. M. du S.

In E. A. γναφεῖον, & omissum δὲ utrumque restituit Doctiss. M. du Soul. Γνάφαλα notaverat in suo libro Matth. Sladus. T. H.

λίμει. Scio, ubi redundet haec particula: verum hic videtur ab iis inserta, qui istam periodum a priore divellebant. T. H.

40. Τῆς κισσήρεως] De pumice, & re ad exterendos expoliendosque libros apta. Κεφαλαλγίαν Attici vocant κεφαλαργίαν. G. C.

Κισσήρεως] Apud Atticos κίσηλις & κεφαλαργία, & litteræ invicem mutabiles λ. ρ. priorem tamen vocem neminem legisse puto. J. B.

41. Κεφαλαλγίας] Vide *H. Stephanum* de hac voce disputantem in App. de D. A. p. 56. Κεφαλαργεῖ apud *Hesychium* est in Ὠτοκοπεῖ. Κίσηλιν aeque ignoro, ac *Bourdelotius*, nisi quod blaesus genuinam vocem κίσηρις vel κίσηρις eo pacto sit pronunciaturus. Ex hoc linguae vitio risum captavit *Aristoph.* Equ. v. 79. Vesp. v. 45. de quibus *Eustath.* ad Od. Ξ. p. 1764. Vid. *Plutarch.* Quaest. Rom. p. 277. D. T. H.

Ibid. Γάμμα] In nummis etiam has literas frequenter permutari observat, rei nummariae cultor & ornator summus Ez. *Spanhem.* p. 119. M. du S.

43. Κναφείῳ] Atticorum sunt, & quidem veterum, ut scribunt *Harpocr.* in Γναφεὺς & *Scholiastes Aristoph.* ad Plut. v. 166. κνάπτειν, κναφεὺς, κναφεῖον, κνάφαλος sive κνάφαλον vel potius κνῆφαλος, ἐκναπτος &c. quae communis, quam vocant, Graecorum dialectus per γ solet efferre. *Moer.* & *Thom. Mag.* in Ἀκτικῶν. Κνῆφαλος *Poll.* X, 39. 41. ubi nonnulla Commentatores. In *Corintho* de Dial. Att. ordo est invertendus: τὸ γναφεῖον κναφεῖον λέγουσι· nimis laborat in hac parte *H. Stephan.* App. p. 56. Saepe *Galenus* unus utrumque γναφεῖον & κναφεῖον habet. Vid. *Nunnes.* ad *Phrynich.* p. 34. Quod in *Philoxeni* Glossis, *Tomentum*, κνάφαλον, κνάφαλλον scribitur, vetus Onomasticon exhibet γνάφαλον· hoc *Alcaeus* utitur, ἀμφὶ κόρσᾳ μαλθακὸν γνάφαλλον. Illud est apud *Strabonem*, qui tradit XV. p. 1016. B. quibusdam Indicarum arborum ἐπανθεῖν ἔριον, quo Macedones usi sint ἀντὶ κναφάλων. Atticis κνίφαλον dicitur ipsa culcita: *Hesych.* in V. unde κλίνη ἀμφικνίφαλος, cujus meminit *Poll.* X, 36. T. H.

45. Μαχόμενον τὸ μόγις ἀφαιρούμενον αὐτῶ, καὶ μάλιστα παρακλέπτον] Voluit si forte *Lucianus*: ἐπέπαυτο δ' ἂν καὶ πρὸς τὸ λάμβδα μαχόμενον τῷ γάμματι, τὸ μόγις ἀφαιρούμενον αὐτῶ, καὶ μαγίδα παρακλέπτον. Latine dixeris, *cessant vero etiam Lambda pugnans cum Gamma, propter surreptum sibi μόγις atque id ipsum etiam furripiens μαγίδα sive magidem*, &c. Intelligi vult utrumque & lambda & gamma esse fures ac furari mutua. Gamma furripit μόγις, quia id μόλις rectius dicitur, sed maluere οἱ Ἀτθικιστὰς, μόγις: Lambda furripuit μαγίδα quia corruptione Attica, tunc μαλίδα dixere. Th. M.

Ibid. Μόγις] *Helladius* etiam *Besantinos* eos damnat, qui μόλις pro μόγις dicunt, quod Ionibus & Aeolibus frequens est. Sed de lingua communi intelligendus uterque. Vide tamen Τίμ. c. 13. & Ἐρωτ. c. 71. M. du S.

Μόγις] Si ridendo verum dixit *Lucianus*, antiquum erit & genuinum μόλις, quod postea degenerarit in μόγις. Antiquitati τῶ μόλις favent AEoles, quorum vetustissima est dialectus: iis enim hoc vocabulum adscribit *Helladius* apud Phot. p. 866. τὸ μόγις, inquit, ἀναλογώτερον ἀφὲ τοῦ γ γράφεται, ἐπὶ τοῦ κατὰ πόνου γινομένου τάττομεν· οἱ δὲ Ἴωνες καὶ Αἰολεῖς παραλόγως ἀφὲ τοῦ λ. μόλις λέγουσις ἐκφέροντες γράφουσι· deduxit a μόγος, & utrumque pro eadem habuit voce. Alii non origine tantum, sed & potestate distinguunt, hoc a μόλλω vel μώλω repetitum exponentes βραδίως, illud a μόγος vel μογεῖν, μετὰ βίας vel μετὰ πόνου· vide *Etymol.* & *Thom. Mag.* quod significandi discrimen etsi non plane repudio, quin tamen ab eodem fonte manent, vix mihi dubium est. In nostris *Homeri* Edd. utrumque reperias: in priscis alterutrum extitisse tantummodo, prout huic illive scripturae Grammaticorum natio studebat, a vero non abhorret. Haec est causa, cur *Apollonium Rhodium*, cum posuisset μόλις I, 674. Scholiastes, iniquiore quidem censura, notare non sit veritus: κακῶς ἀφὲ τοῦ λ. ἴδιοι γὰρ ἀφὲ τοῦ γ μόγις ὡς ἐπὶ τοῦ μόγου. secutus nimirum eos, qui tum in *Homero*, tum

reliquæ item literæ quieviſſent, nec confuſionem legibus vetitam inferrent. Eſt enim pulchrum unamquamque literam in eo ordine, quem primum ſortita eſt, manere: tranſcendere vero eo, quo non oportet, ejus eſt, qui jus & æquum evertit.

5. Et qui primus nobis has leges fixit, ſive Cadmus fuerit ille inſularis,

τὰ λοιπὰ δ' ἂν ἡρέμει συγχύσεως ἄρχεσθαι παρανόμου. καλὸν γὰρ ἕκαστον μένειν ἐφ' [c] ἧς τετύχηκε τάξεως. τὸ δὲ ὑπερβαίνειν ἐς ἃ μὴ χρὴ, λύοντός ἐστι τὸ δίκαιον.

Καὶ ὅστις πρῶτος ἡμῖν τοὺς νόμους τούτους ἀγραπτώσας, εἴτε Κάδμος ὁ νησιώτης, εἴ-

[c] Ἧς] οὗς F.

45. Μόγις] Μόγις οἱ Ἀθηναῖοι μόλις ἢ κοπῇ. V. [a] Μόγις, φησὶν Ἀττικιστὴς, ἀναλογώτερον λέγ τὸ Γ γράφει ἐπὶ τῶ μὴ πόνῳ γινομένῳ· οἱ δὲ Ἴωνες καὶ Ἰάλεις λέγ Λ ἐκφέρουσι Ε γράφουσι. C.G.

[a] Μόγις] Atticiſtes hic eſt *Helladius Beſaminous*, cujus locum in adnotationibus protuli; ex quo patet, legendum eſſe διὰ τῦ Γ γράφεται & Αἰολικῶς. T.H.

tum alibi ſemper iſtum in modum ſcribi volebant. *Corinthus* inter Attica reponit τὸ μόγις. Alia lege apud *Joſ. Waſſe* ad *Thucyd.* p. 11. n. 60. p. 45. n. 5. p. 470. n. 85. p. 474. n. 13. T.H.

46. Καὶ μάλιστα] Locus corruptus, ſed cui non medeor. J.B.

Καὶ μάλιστα] Merito rejectis *Bourdelotio* & *Marcilio J. Gronovius* ad *Arrian.* IV. p. 166. emendat μὰ Δία quod eo probabilius eſt, quia omnes ibi Codd. μὰ Δία vice vulgati μάλιστα praeferunt. Proderit haec obſervatio ad alia *Luciani* loca. Quanquam conjectura minime ſit ſpernenda, hic nondum video, cur nos poenitere debeat vulgatae lectionis: μάλιστα ſaepius uſu concinniore vim habet adſeverandi: e Noſtro exempla ſuppeditabit Index. *Harpocrat.* in Ἀσωπιστάλου· ὁ μάλιστα οὐκ ἂν δύναιτό τις σωφρονεῖν, τί ποτέ φησιν. *Suidas*: Μάλιστα, ἀντὶ τῦ ἀκριβῶς ὁ Θουκυδίδης λαμβάνων ſumtum e *Schol. Thucyd.* ad I, 17. qui perinde III, 92. σαθρὸν μάλιστα τιτωράκισθαι explicat, ἀντὶ τῦ καθ' ἀκρίβειαν ſed in his propria quadam ratione ad numeros pertinet. T.H.

50. Ὑπερβ. εἰς ἃ μὴ χρὴ] Uſurpat *Feder. Morell.* ad *Dion. Chryſ.* p. 13. ſed parum appoſite. *Demoſth.* in Mid. p. 613. D. δεῖ ὅλως πρωτίστα, ὅτου μὴ πρωτίστου αὐτῦ. Adverſus φυγάδας ὅτου μὴ ἔξεστι καταίτιος dabatur ἔνδειξις. *Suid.* in ea V. *Ovid.* I. Pont. VII, 23. *Nec tamen irrumpo, quo non licet ire. Valer. Maxim.* VI. c. 2. de libertate dictis pariter ac factis teſtata, quae inter virtutem vitiumque poſita, ſi ſalubri modo ſe temperaverit, laudem; *ſi, quo non debuit, profuderit*, reprehenſionem meretur; εἰ ὑπερβαίη εἰς ἃ μὴ χρή. T.H.

53. Κάδμ. ὁ νησιώτης] *Phoenix* fertur ſuae aetatis hominibus ingenii acumine praecelluiſſe, ut qui & ſedecim literas primus omnium in Graeciam e Phoenicia attulerit: α. β. γ. δ. ι. μ. ν. ο. π. ρ. σ. τ. υ. His *Palamedes* Nauplius Trojano bello quatuor adjecit, θ. ξ. φ. χ. & totidem *Simonides* Syracuſ. medicus. ζ. η. ψ. ω. G.C.

Κάδμ.] Hac de re copioſe vir clariſſ. *Juſt. Lipſ.* ad *Tacit.* Claud. qui haec omnia diligenter exequitur. J.B.

Ibid. Ὁ νησιώτης] *Cadmus* ſecundum quosdam Tyrius fuit. Inſulam autem olim fuiſſe Tyrum, docet inter alios *Ovid.* Met. XV, 288. Vide *Bochartum* Geogr. II. l. 2. c. 27. *Alexandri M.* oppugnantis operibus continenti juncta eſt. A *Cadmo* autem invecta in Graeciam literarum elementa conſtans & vera traditio eſt. V. *Lipſ.* ad *Tacit.* Ann. XI, 14. De origine literarum apud Graecos lege eruditiſſimam *Scaligeri*, ſupra laudatam, Diſſertationem. Sed XVI. tantum ab eo illatos veteres volunt. V. *Spanh.* 83. M. du S.

Ὁ νησιώτης] Tyrius, ut Cadmum *Ennius* vocat apud *Saſip. Chariſ.* p. 99. *Jam inde a Belidis, natalique urbis ab anno Cecropiae* (ita legendum, non Cecropis: Ceeropiam vel Athenas intelligit) *atque altae Tyrii ab origine Cadmi.* De inſula Tyro praeclare *Relandus* Palaeſt. III. p. 1052. hoc *Luciani* loco non praetermiſſo. Tyrum *Euripides* appellat πῆσον in Phoen. v. 212. Φοινίσσας λιπὼν πάτου. Schol. τινὲς δὲ Φοινίσσας πάτου ἢ Τύρου νησιώζεσθαι γάρ. hoc rectum atque ex veterum ſententia; nam quae praecedunt a recentiore manu, nullius ſunt pretii. Ejusdem fabulae verſum ſextum, Ἰκλιῶν Φοινίσσων ἀνάλιον χθόνα, ita vertunt, *relinquens Phoeniciam terram maritimam*, quum debuiſſent, *Phoeniciam urbem*, ſive, *Tyrum mari cinctam.* Χθὼν: χάρων, γῆν pro urbe poni, praeſertim a Poëtis, docet *Kuſter.* ad *Ariſtoph.* Theſmoph. v. 115. nobis adſtipulantur antiqui Commentatores, quorum ad hunc locum explicatio luculentius, quam ad v. 212. & meliore fide repraeſentatur: delendum autem ἡ Φοινίκη hominis indocti adſumentum. *Meleager* Anthol. III. c. 6. Ep. 17. Νᾶσον ἰμὰ Φρίττειρα Τύρου. Apud *Joſeph.* A. J. VIII. c. 2. §. 7. Hiramus Tyri rex ad Salomonem ſcribit, ut ſibi pro opera ceteris in rebus navata frumentum mittat, ὃ λέγ τὸ πῆσον εἰκεῖν διόμοσθαι quae repetuntur c. 5. §. 3. *Diaconus* e *Feſto: Sarra, inſula Tyrus.* Conſentiunt Eruditi poſt magnum *Scaligerum* Sarram & Tyrum ab eodem manare vocabulo Phoenicio: at, ſi, quod *If. Voſſius* ad *Scylac.* p. 101. contendit, accipimus, non eſſe dubitandum, quin Sarra proprie ſit Palaetyrus, erroris abſolvi nequit.

εἴτε Παλαμήδης ὁ Ναυπλίου, (ἢ Σιμωνίδῃ δὲ ἔνιοι προσάπτουσι τὴν προμήθειαν ταύτην,) ἐν τῇ τάξει μόνον, καθ' ἣν αἱ προαιρέσεις βεβαιοῦνται, διώρισαν, τί πρῶτον ἔσται, ἢ δεύτερον, ἀλλὰ καὶ ποιότητας, ἃς ἕκαστον ἡμῶν ἔχει, καὶ δυνάμεις σωτείδον. καὶ ὑμῖν μέν, ὦ δικασταί, τὴν μείζω δεδώκασι τιμήν, ὅτι καθ' αὑτὰ δύνασθε φθέγγεσθαι· ἡμιφώνοις δὲ, τὴν ἐφεξῆς, ὅτι προσδέχεσθαι εἰς τὸ ἀκουσθῆναι δεῖται. πασῶν δὲ ἐσχάτην ἐνόμισαν ἔχειν μοῖραν ἔνια τῶν πάντων, οἷς οὐδὲ φωνὴ

sive Palamedes Nauplii filius, (sunt & qui hanc curam Simonidi tribuant) non ordinem tantum, per quem sua quibusque literis sedes stabilita est, finierunt, quae debeat esse prima, quae secunda: sed qualitates etiam & virtutes, quas habent singulae nostrûm, perspexerunt. Et vobis quidem, judices, honorem tribuerunt maximum, propterea quod sonum edere sine ope aliena valetis. Semivocalibus vero secundum, quia, ut perfecte audiantur, vestra accessione egent. Omnium autem postremum quibusdam decreverunt, quibus ne vox quidem per

quit *Festus*, qui *Tyrum insularem* exponat: sic tamen & *Servius* ad Georg. II, 506. *quae enim nunc Tyros dicitur, olim Sarra vocabatur*: idque etiam tradiderat ille nescio quis, Graecus certe scriptor apud *Gell.* N. A. XIV, 6. Mihi quidem satis exploratum videtur, & non levibus argumentis nixum, haud longe post Palaetyri initia Tyrum ob egregias loci opportunitates in insula proxima fuisse conditam, & jam ante Salomonis aetatem opibus floruisse; nullaque adeo proferri potest ratio, quae Sarram veterem esse solam Tyrum, excusa nova, cogat. *T. H.*

54. Παλαμήδης] Παλαμήδης ἴδιον τὸ Ζ. καὶ Π. καὶ Φ. καὶ Χ. στοιχεῖα. *Hesych.* περὶ σοφῶν. *A. V.*

Παλαμήδης] Quatuor a *Palamede* additas alphabeto literas tradidere quidam. Vide *Tacit.* A. XI. 14. *M. du S.*

Ibid. Σιμωνίδῃ] Et hic quatuor literarum additione apud veteres nobilis, quas *Plinius* VII, 56. facit Z. H. Υ. Ω. Sed pro Z. *Suidas* & *Salmasius* Ξ ab eo additam statuunt, Not. ad inscript. *Herod.* p. 224. Consule *Spanhem.* p. 41. & 84. 85. *M. du S.*

Σιμωνίδῃ] Repertis, vel potius invectis in Graeciam literis, literarumque formis Cadmus supra ceteros omnes inclaruit. Graeci, quasi originem artis omnium utilissimae peregrinam aequo animo non ferrent, Palamedem in hujus partem laudis vocarunt: testes quidem in ejus causa sane quam multi, qui simpliciter literas illum invenisse perhibent: *Gorgias* & *Alcidamas* personati Declamationibus adversis, *Hygin.* F. 274. *Dion Chrys.* Or. XIII. p. 225. *Philostr.* de V. A. T. IV. c. 33. Her. p. 708. 710. ubi gruum commemorat artificem volatum, de quo praeter *S. Bochartum* Hieroz. P. II. lib. I. c. 11. *Raderus* ad *Martial.* XIII, 75. ex *Philostrato* notans, quod & alii priores fecerunt, quae nusquam in eo compareant: hoc autem commentum a quo sit auctore, quamque antiquum, nunc exquirere nihil attinet. *Themistius* Cadmum & Palamedem itidem adjungens Or. IV. p. 60. A. librarios eleganter vocat τοὺς τὰ Κάδμου καὶ Παλαμήδους τέχνης δημιουργούς. Nescio an Euripidem pro hujus opinionis auctore fuerint secuti: videntur certe: ejus ex Palamede locum egregium servavit *Stob.* p. 469. in quo minus miror tot homines Eruditissimos, eorum autem, qui de literis scripserunt, nemo fere praetermisit, nullam tetigisse vitii suspicionem, postquam Scaligeri acerrimum illud ingenium cessaverat ad *Manil.* IV, 206. praeclaram posterioris partis emendationem Viro Maximo hora melior suggessit, ut discimus ab *H. Grotio* ad Floril. Tit. LXXXI. Priores versus, quum hactenus etiam, ut puto, nonnihil laborent, ita legendos arbitror: Τὰ τ' γε λήθης φάρμαχ' ἁρμόσας μόνος Ἄφατα ἐ φωνῆντα (φωνοῦντα, quasi Graecum foret, nimium patienter tulerunt) συλλαβάς τε θεὶς ἁρμόσας dedi pro ὀρθώσας, utpote, me quidem judice, convenientius: tametsi, si quis illud tueri velit pro, *in commodum reclusumque ordinem digerere*, quomodo fere Iph. in A. v. 24. τὰ θεῶν σὺν ὀρθωθέντα, id est, ὀρθῶς διοικηθέντα, διατεθέντα, non valde sim repugnaturus: tum porro σάφα Δίκτῳ διφυῆ restituo pro καλὰ, quod, utcumque cesserit emendatio, corruptum profecto est. Ex his quidem solis, quod veteres videntur fecisse, fecerunt certe recentiores *J. Meursius* aliique, ut Palamedi literarum inventionem tribuerit Euripides, haud sane conficias: nihil utique aliud affirmat, quam quod literis ordinatis faciliorem utendi scribendique rationem commonstraverit; quemadmodum *Aeschylus* Prometheo inter alia magnifica, quae Tragicorum more perquam liberaliter heroï suo donat, etiam adsignavit v. 459. γραμμάτων τε συνθέσεις, vel potius σύνθεσιν Μνήμης ἀπάντων μουσομήτορ' ἐργάνην sic enim reponendum censeo: is tamen idem, ut scenae serviret, nihil alienum facere sibi visus est, si, quorum hic Prometheum dixisset auctorem, eorum quaedam ad Palamedem multo posteriorem alibi referret, quod observat *Schol.* adv. 457. *Sophocles* vero, qui Palamedem quoque suum ornatissime instruxit, nullam, opinor, inter ceteras ejus laudes literarum fecerat mentionem; saltem tale nihil apparet eo in loco, quem protulit vir magnus ad *Manilium*, sed ista, ex adversariis, ut saepenumero solet, deproperata parum caute scribens: *In Tragoedia autem Sophoclis Nauplio ita quidam de Palamede narrat*: nam sic *Achilles Tatius* p. 122. Σοφοκλῆς ὁ Παλαμήδει ἀναπίθησι λέγοντα τὸν Ναύπλιον ἐπάγει· unde nec colligi potest, sumtos esse versus illos ex fabula Nauplio, & simul constat, de filio Palamede ipsum Nauplum, non alium

per ſe ulla eſt. Has itaque leges per vos Vocales conſervari decet.

6. Hoc vero ταῦ, (neque enim poſſum ipſum turpiori nomine appellare, quam quo nominari ſolet) quod per Deos, niſi duæ quædam bonæ ex vobis, & auditu decenti, ἄλφα ſcilicet, & ὖψιλον, (ejus miſertæ) conveniſſent, ne audiretur quidem, hoc inquam ταῦ mihi majorem vim, quam ullæ unquam literæ, inferre auſum eſt. Nam nominibus & verbis patriis me extrudere, præterea ex ipſis etiam conjunctionibus &

65 περόσεσι καθ' αὐτά. τὰ μὲν οὖν φωνήεντα φυλάττειν ἔοικε τοὺς νόμους τούτους.

[a] Τὸ δὲ Τ τοῦτο, εἰ γοῦν ἔχω αὐτὸ χείρονι ὀνομάσαι ῥήματι, ἢ ᾧ καλεῖται, ὃ μὰ τοὺς θεούς, εἰ μὴ ἐξ ὑμοῖν δύο συνῆλθον 70 ἀγαθοὶ, καὶ καθήκουσες ὀραθῆναι, τό, τε ἄλφα, καὶ τὸ Υ, οὐκ ἂν ἠνέσθη μόνον, τοῦτο [b] ὃν ἐτόλμησεν ἀδικεῖν με πλείω τοῦ πόλε βιασάμενον, ὀνομάτων με καὶ ῥημάτων ἀπελάσαι πατρίων, ἐκβλῶξαι δὲ ὑμῶ

[a] Τὸ] τὸ δὲ abeſt a F. τί δ' ἐγὼ C. [b] Οὗν] τοιοῦν margo A I W.

lium quendam, iſta commemoraſſe. Praeterea quatuor verſus, quos *Scaliger* adnectit, poſtremi optime quidem ad ſenſum reſpondent; ſed, ſi verum eſt, ut ſane videri non diffiteor, ex Nauplio Πυρκαεῖ priores eſſe depromtos, hi certe quatuor cum illis, quantumvis congruant, conjungi non debent: extiterunt enim in Sophoclis fabula Palamede, ut diſerte teſtatur *Euſtath.* ad Il. B. p. 228. Od. A. p. 1397. A vero igitur non abhorret propagatam eſſe ex Euripide minus bene intellecto illam de Palamede literarum inventore opinionem, quam quum refutaret, ſapiebat ſane *Tzetzes*, in illis etiam, ubi ſapit, ineptiſſimus Chil. V, 804. XII, 39. Rectius alii curam Palamedis, nam quin ejus non fuerint hac in re nullae partes, minime dubito, ad paucas literas easque compoſitas adſtringunt: *Serv.* ad AEn. II, 86. ſatis circumſpecte: *ſecundum quosdam ipſe reperit literas: quae res ſi forte ſit dubia, tamen certum eſt Θ, Φ, Χ ab hoc inventas cum adſpiratione.* Ζ addit cum aliis *Schol. Gregor. Nazianz.* ad Stelit I. p. 66. hic quam parum veteres inter ſe conſentiant, expoſitum leges tum ab aliis, tum a *J. Meurſio* ad *Heſych. Illuſt.* p. 159. & *J. G. Voſſio* Art. Gramm. I. c. 10. Loquitur autem ne *Lucianus* quidem de literis inventis, ſed per certas leges ad commodum ordinem atque uſum diſpoſitis: ceteroquin poſt Cadmum & Palamedem non nimis accurate Simonidem addidiſſet, qui trium tantummodo, vel quatuor ad ſummum compoſitarum habetur auctor. Operae pretium erit conferri, quae de Lino tradit *Diodor.* III. p. 140. B. prava Rhodomanni verſio, quod Lino *Diodorus* adſcriptum volebat, Cadmo perperam tribuit: hoc quamvis animadverſum a *J. Perizonio AElian.* V. H. III, 32. n. 5. fraudi tamen fuit Ampliſſ. *Bouhier.* Diſſ. de Pr. G. & L. L. §. 14. Apud *Plutarchum* etiam τάξις γραμμάτων & προσθήκη Symp. IX. Qu. 2. ubi & Cadmum, Palamedem ac Simonidem ſimiliter atque a *Luciano* commemoratos reperies, & plura, quae ad hoc genus omnino pertinent. Ὅπως δ' ἡ τάξις τῶν γραμμάτων ἴσχυσε γενομένη]. *Tatian.* Orat. ad Gr. §. 29. Mox placet Codd. lectio, οὐκ ἐν τῇ τάξει μόνῃ quod poſterius retineas an μόνον etſi parum referat, hoc tamen malo propter ἀλλὰ καὶ ſequens. In Nigr. tamen §. 1. ἐν κεφαλαίῳ μόνῳ §. 38. οὐκ αὐτοῖ μόνοι λυσιτῶσιν, ἀλλὰ καὶ &c. Haec ſaepius a librariis confuſa. *T. H.*

56. Οὐ τῇ τάξει μόνον] Mſſ. οὐκ ἐν τῇ τάξει μόνῃ. quod idem. *J. B.*

61. Ἡμιφώνους] De his & *mutis* conſule *Dionyſ. Halic.* de Str. Or. XIV. p. 96. Ed. Uptonianae. *M. du S.*

65. Καθ' αὐτὰ] Prave hunc locum interpungi in omnibus in hunc modum, καθ' αὐτὰ μὲν οὖν τὰ φ. video. Revocavi igitur genuinam hanc, quam vides, lectionem: qua admiſſa, omnia jam plana ſunt. Sola *J.* τὰ ante μὲν οὖν habet, quod adjumento fuit. *M. du S.*

67. Οὐ γοῦν ἔχω] Utitur hoc loco *Sam. Petitus*, vir doctrina quam recto judicio melior, Miſc. III. c. 9. ut mirificam illam Virgiliani in Tullium Cimbrum epigrammatis emendationem illuſtret. *T. H.*

70. Καθήκουσες ὀραθῆναι] Cedo mihi ex veterum aliquo exemplum, quod talem uſum τῷ καθήκειν probet, & deſiſtam huic ſcripturae litem movere. Interea corrigo mutatione non ita magna: καλοὶ ὄντες ὀραθῆναι· quae uſitatiſſima eſt loquendi formula. Καλὸς ἰδεῖν *Euripid.* Rheſ. v. 380. κάλλιστος ὀφθῆναι *Cornut.* de N. D. c. 32. p. 225. *Eunap.* Priſc. p. 114. v. 15. εὐπρεπὴς ἐν ἰδεῖν *AEſchin.* in Tim. p. 22. v. 25. In *Platonis* Parmenide p. 1110. B. Parmenides ipſe καλὸς καὶ ἀγαθὸς τὸν ὄψιν, Zeno autem εὐμήκης & χαρίεις ἰδεῖν· ſicut in *Luciani* Prom. in verb. §. 3. ὀφθῆναι χαρίστατον contra αἰσχρὸν & ὀφθῆναι τὸν ὄψιν de Hiſt. Conſcr. §. 9. Rarius illud *AEſchinis* in Tim. p. 7. v. 34. αἱ φύσεις ἀνθρώπων πολὺ ἀμφίφρονται ὀφθῆναι ἀλλήλων τὰ περὶ τὸν ἰλιτὸν quo loco ſi quis vulgatam *Luciani* lectionem defendere conetur, is, meo quidem judicio, multum errabit. Ὀραθῆναι autem ne ſede ſua deturbetur, intercedo: eo magis, quod ἀκουσθῆναι conjecturae ſane parum felici, non vetuſto Codici debeatur. Sunt enimvero A & Υ ſpecie ad videndum pulchra, ſi ad literam Τ comparentur, quae crucem referat: tum animadverte, quam illud auribus ingratum accidat, καθήκουσες ἀκουσθῆναι, οὐκ ἂν ἠκούσθη μόνον. *T. H.*

Ibid. Ἀκουσθῆναι] Ex Cod. L. haec ſcriptura eſt. reliqui libri ὀραθῆναι. *M. du S.*

74. Ἀπελάσαι] Melius congruere ἀπελάσαι & ὠθίζαι

ὁμῶ σωνδέσμων ἅμα ϗ προθέσεων, ὡς μηκέτι φέρειν † ἔκλοπον πλεονεξίαν. ὅθεν δὲ, ϗ ἀπό τινων ἀρξάμενον, ὥρα λέγειν.

Ἐπεδήμουν ποτὲ Κυβέλῳ (τὸ δὲ ἐστὶ πολίχνιον οὐκ ἀηδὲς, ἄποικον, ὡς ἐπέχει λόγος, Ἀθηναίων,) ἐπηγόμην δὲ ϗ τὸ κράτιστον ἐγγειτόνων τὸ βέλτιστον. καλῆγόμην δὲ παρ' κωμῳδιῶν τινι ποιητῇ, Λυσίμαχῳ ἐκαλεῖτο, Βοιώτιος μὲν, ὡς ἐφαίνετο, τὸ γένος ἀνέκαθεν,

præpositionibus expellere tentat ; adeo ut istam immanem aviditatem ferre ulterius nequeam. Verum jam tempus est dicere, unde & a quibus initiis cœperit.

7. Peregrinabar aliquando Cybeli, (id oppidulum est non injucundum, colonia, sicuti fertur, Athenienſium,) adduxeramque mecum fortissimum ex vicinis meis optimum. Divertebam vero apud comicum quendam poëtam, Lysimachum nomine, genere, quantum apparebat, Bœotium, sed

82. Λυσίμαχος] Οὗτος μὲν πρῶτος ἤρξατο τὸ τοῦ σίγμα εἰς τὸ ταῦ μιταβολῆς, τίτταρα * κατατολμήσας ἀντὶ τῶν ϗ τήμερον. *V.*

* Κατατολμήσας] Levis menda ; lege κατατολμήσας, Lysimachus scilicet. *J. J.*

Ita restituerant *M. du Soul*, & *Matth. Sladus*. *T. H.*

ἀκούειν nemo, qui ad nexum orationis attenderit, diffitebitur: hoc satis liquidum ; sed βιασάμβων legatur, an βιασαμένων non multum interest. *T. H.*

75. Σωνδέσμων] Quo respexerit mihi non liquet; neque enim in lingua vulgari quicquam est quod huc faciat. Dialectos non moror. *M. du S.*

76. Ἔκλοπον] Mss. ἔκπλυτον, ἤτοι βίαιον ϗ ἁφάρπαστον. *J. B.*

78. Κυβέλῳ] Dico ad *Pausan.* *J. B.*

Κυβέλῳ] Bourdelotio solenne est, eorum, quae nullus intelligit, explicationem in aliud tempus promittere. Equidem de Cybelo Athenienſium colonia, & Lysimacho Comico nihil habeo quicquam, quod in medium adferam, certi. *Berkelius* ad *Stephan.* in Κυβίλεια illud oppidum esse censet, quod genere feminino dicatur a *Stephano* Κυβελλα, idemque Cuballum *Livii*, Galliograeciae castellum XXXVIII, 18. hoc posterius ob rationes multas, quas promere longum foret, probabile non videtur. De *Stephani* loco aliter sentit *L. Holstenius* existimans esse scribendum, ἔστι δὲ Κύβελα Φρυγίας· scilicet ὄρος. Κύβελα sane notissimi Phrygiae montes, praecipue matris Deûm religione & sacris. *Hesych.* Κύβελα, ὄρη Φρυγίας ϗ ἄντρα δὲ Θαλάμαι· ita lege, non Θάλαμοι. *Schol. Homer.* ad Il. Z. 135. ex vetustioribus : ἐν Κυβέλοις τῆ Φρυγίας vide *Marqu. Gudium* ad *Phaedr.* p. 77. *Th. Reines.* ad Inscr. Ant. Cl. II. n. 68. Quominus adsentiar, interpellat me non *Tzetzes* quidem, quis enim ejus hominis auctoritate moveatur? sed quod e Scholiis ad *Lycophronis* Alexandram veterioribus ad v. 1170. videtur exscripsisse : ὁ Ἱππώναξ κῶθωνι τὴν Ῥέαν λέγει διὰ τὸ ἐν Κυβέλλα πόλει Φρυγίας τιμᾶσθαι· haec si fidem merentur, habemus urbem Phrygiae Cybellam geminata litera λ similiter ac Κυβέλλεια κώμη post Erythras inter montem Mimantem & promontorium atrum sita *Strab.* XIV. p. 954. C. de qua mihi non probantur, quae notat *Is. Vossius* ad *Mel.* I. p. 119. Haec me inducunt, ut credam in Stephano sic esse reponendum: Κυβέλεια, πόλις Ἰωνίας· Ἑκαταῖος Ἀσίᾳ· Ἡρωδιανὸς ϗ Κυβέλην φησὶ πόλιν Φρυγίας· ἔστι δὲ Κύβελλα Φρυγίας· (πόλις nimirum ex praecedentibus) ϗ Κύβελα, ὄρος ἱερὸν, ἀφ' οὗ Κυβέλη ἡ Ῥέα λέγεται. Neque tamen eo magis adfirmavero, id ipsum oppidum esse Luciani Cybelum ; quanquam Nelidas etiam in Cariam & Phrygiam perveniſse satis constet: *Schol.* Apollon. Rhod. ad I, 959. Non me praeterit Thraciae, quo plures fuisse missas Atticorum colonias certum est, urbs Κύψελα prope Hebrum fluvium, cujus praeter *Stephan.* in V. meminerunt *Appian.* de B. Mithr. p. 349. *Polyaen.* IV. c. 16. facili quidem errore Κυψέλη (utrumque numerum in multarum urbium nominibus usurpari nemo nescit) migrare poterat in Κυβέλη· sed haec an Athenienſium fuerit ἄποικος, juxta cum ignarissimis scio. Quicquid est ferme veteris memoriae Lysimachorum ob oculos mihi versatur: nullum tamen alibi reperio, in quem, quae narrat Lucianus, conveniant : nam Lysimachus iste, cujus e Lycurgo tanquam ὑτιλοῦς μιλοποιοῦ meminit *Harpocration*, huc pertineat, nec ne, quis adfirmaverit? Ergo Luciano, cui alia non pauca soli, hujus etiam Lysimachi veteris Comici notitiam debemus : is quia primus, aut saltem inter primos praecipuus, σσ, quod prisca dialectus Atticorum usurpabat, in τ commutare sustinuit : ideo Βοιώτιος ἀνέκαθεν dicitur, quem jocum aut valde fallor, aut a quodam vetustae Comoediae poëta Lucianus accepit : non enim Atticis erat hic usus vernaculus, sed a vicinis Boeotis ad eos existimabatur perveniſse. Egregius extat inprimis ad hanc rem illustrandam AElii Dionysii locus apud *Eustath.* ad Il. K. p. 813. quem totum describere non gravabor : Ἰστέον ὃ ϗ ὅτι ὁ πάνυ εὑρηται χαίρων ὁ ποιητὴς τῇ προφορᾷ τοῦ τ ἀντὶ τοῦ σ κατὰ τοὺς ὑστέρους Ἀττικούς, οἷς Ὁμήρου σήμερον λέγουσι, τήμερον αὐτοί φασιν. ὡς δὲ τὴν κοινὴν σύριττα τύρβην λέγουσι, ϗ τὸ σιῦτλον τεῦτλον. Αἴλιος ὁ Διονύσιος ἱστορεῖ τοὺς κωμικοὺς μάλιστα ἐκκλῖναι πᾶν τὸ ἔχον σιγμὸν ϗ ἐξηχησιν ϗ ψόφον, ἃ τῇ τραγῳδίᾳ μάλιστα ἁρμόττει· διὸ δὲ Ἀριστοφάνης τοὺς τραγικοὺς ὡς μὴ τοιούτους προστωίζουσι ἐν τῷ, ἵστασας ἡμᾶς ἐκ τῶν σιγμάτων Εὐριπίδου (ex Ἑορταῖς Platonis Comici versus, ut ostendit *Schol. Euripid.* ad Med. v. 476. ubi melius ἡμᾶς, quod hic legem jambi violat, omittitur) λέγει δὲ

ſed qui ſe tamen e media Attica oriundum dici volebat. Apud hunc hoſpitem ego hujus ταῦ aviditatem deprehendi. Quod dum paucis aggrederetur dicere τετταράκοντα, privans me meis cognatis, exiſtimabam eam eſſe conſuetudinem literarum, quæ una eſſent educatæ. Præterea cum τήμερον & ſimiles quasdam voces ad ſeſe pertraheret, dicereturque eas eſſe ſuas, audiebam patienter, nec vehementer admodum me ea res mordebat.

ἀπὸ μέσης δὲ ἀξιοῦντι λέγεσθαι τὸ Ἀτθικῆς. καὶ τούτῳ δὴ τῷ ξένῳ τὸ τοῦ ταῦ τοῦτο πλεονεξίαν ἐφώρασα. μέχρι μὲν γὰρ ὀλίγοις ἐπεχείρει τετταράκοντα λέγειν, ἀποστερῶν με τὸ συγγενεημιδίων μοι, συνήθειαν [a] ὥμιλω σωτεθραμμένων γραμμάτων· ἔτι δὲ τήμερον καὶ τὰ ὅμοια ὑπισπώμενον, ἴδια ταυτὶ λέγειν, καὶ οὐκ ὀνήσιμον μοι τὸ ἄχθημα, καὶ εἴ πάνυ τι ἐδακνόμην ἐπ' αὐτοῖς.

Ὑπό-

a Ὥμιλω] Poſt ὥμιλω margo *A* 1 *W.* interſerit τὸ πρᾶγμα.

ὃ δ' ὅτι Πραξιλλέα φασὶ πρῶτον ἐκκλῖναι τὸ Λ εἰς τὸ σιγμα χαμαιζηλισμὸν τῆς φύσεως ὡς ἀπρεπῆ δ' πλατυν, γυμναζόμενον αὖ πρὸς τὸ κάτοπτρον καὶ ὅτι Θέτταλοι δ' Κιτιεῖς, οὐχ οἱ κατὰ Φοινίκην, ἀλλ' οἱ περὶ Κύπρον, ὧν πόλις Κίτιον πλησίον ἔστι φασὶν ἀπὸ Κιτίου γυναικός τινος, Θαλάτταν ἔλεγον καὶ πίτταν καὶ καρδώττειν δ' Μακεδόνας καὶ τοιαῦτα, ὅσα ἰδιωμοῦ Ἀττικὰ νομίζονται, ἀλλὰ τῆ γειτόνων, φησὶ, Βοιωτῶν, τῷ μήτε Ὁμήρου, μήτε τραγικοὺς, μήτε Θουκυδίδην ἢ Πλάτωνα κεχρῆσθαι αὐτοῖς· ἐν δὲ τῷ τέλει τῆς λόγου &c. Haec talia ſunt, ut ſequi debuiſſe putes, quae de Lyſimacho refert noſter *Lucianus.* Ceterum, quod obſervat AElius, Θάλαττα, πίττα, iſtiusque generis ſimilia rarius ab iis, qui τὴν παλαιὰν Ἀτθίδα, eamque adhuc intemeratam ſectantur, uſurpata reperies: quamobrem jure ſuſpicari licet, ubicumque in Thucydide & Platone aliter haec ſcribantur, librariorum id accidiſſe culpa: nam Atticorum vetuſta dialectus eadem propemodum, quae Ionum, frequentem literae τ, praeſertim duplicatae uſum abhorrebat. Quantum autem Iones ſigmate delectantur, tantum Dores ac Boeoti refugiunt: nec defuere, qui totas odas, offenſi ingrato literae ſibilo, fecerint ἀσίγμους quin Pindarus ignominioſo titulo Σὼν κίδαλον appellavit, ut teſtantur *Dionyſ. Halic.* de Comp. Verb. p. 23. & *Athen.* X. p. 455. C. qua de re jam ante monuit *Brodaeus* Miſc. III. c. 14. Hoc porro Luciani loco parum diligenter inſpecto *Chriſt. Waſius* inconſiderate ſcripſit de Lic. Vet. Poët. c. II. p. 17. Lucianus *in Actione* Σ *adverſus* T *injuriarum & damni dati Lyſimachum Comicum poëtam Boeotia oriundum inducit, unde illa omnia reſciveris.* T. H.

Ibid. Πολίχνιον] Sic *Julian.* Imperat. *Miſop.* de Lutecia. Mendoſe in Mſſ. πολύχνιον. J. B.

82. Λυσίμαχον] Hujus Comici quis alius meminerit neſcio. M. du S.

86. Μέχρι . . . . . .] Reſtituere plene non poſſum: alii, ſi lubet, tentent. Ed. J. σ. ὥμην τὸ σ..γ. & poſt λέγειν, πρᾶγμα, haud dubie ſuo loco motum. ex qua lectione (collata cum ea, quam *Bourd.* Mſ. praeferebat) videtur locus totus ſic legendus; ἀποστερῶν με τὸ συγγενεημίων δ' σωτετραφημένων γραμμάτων. ἔτι δ' τήμερον καὶ τὰ ὅμοια ὑπισπώμενον ἰδια ταυτὶ λέγειν συνήθειαν ὥμην τὸ πρᾶγμα. Nam λέγειν, quod praeceſſit, mutandum non videtur, ob ἀποστερῶν participium ſequens. V. *Eur.* Tr. p. 501. A. ἀλλ' ὑδὶ πῶλος ἥτις ἂν διαζυγῇ τὸ σωτραφείσης, ῥᾳδίως ἕλκει ζυγά. M. du S.

Μέχρι μὲν γὰρ] In perturbato loco, interea dum liber aliquis oriatur, qui difficultatem omnem expediat, non oberit, credo, liberior quaedam alea conjectandi. Proxime ad Mſſ. lectionem, quam *Bourdelotius* adnotavit, hunc in modum conſtitui poſſunt Luciani verba: Μέχρι μὲν γὰρ ὀλίγοις ἐπεχείρει τετταράκοντα λέγειν, ἀποστερῶν τί με τὸ συγγεγενημένων μοὶ καὶ σωτεθραμμένων (alterutrum, ut alterius explicatio, poſſet omitti) γραμμάτων, ἔτι δ' τήμερον καὶ τὰ ὅμοια ὑπισπώμενον, ἴδια ταυτὶ λέγειν, συνήθειαν ὥμην τὸ πρᾶγμα, καὶ οὐκ ὀνήσιμον μοι &c. Forte nonneminem offendat λέγειν in tam brevi ſpatio bis repetitum: huic etiam faſtidio poteſt occurri: M. μ. γ. ὀλ. ἐπ. τὸ τετταράκοντα ἀποστερῶν με, ἔτι δ' τήμερον καὶ τὰ ὁμ. ὑπισπώμενον ἴδια ταυτὶ λέγειν, συνήθειαν ὥμην τὸ πρᾶγμα τῶν συγγεγενημένων δ' σωτεθραμμένων γραμμάτων, καὶ οὐκ ὀνήσιμον &c. Ut liberales ſimus, tertium aliquod remedium addere placet; M. μ. ὀλ. ἐπ. τοῖς τετταράκοντα ἀποστερῶν με τὸ συγγεγενημένων μοι, ἔτι δὲ τ. καὶ τὰ ὁμ. ὑπισπώμενον, ἴδια ταυτὶ λέγειν, συνήθειαν ὥμην τὸ πρᾶγμα τῶν σωτεθραμμένων γραμμάτων, καὶ οὐκ ὀνήσιμον &c. Quomodocumque ſtatuatur, hoc certe adfirmare poſſe videor, σωνήθειαν recte mutatum eſſe in σύνθειαν, ſive apertam quandam ipſius literae T ſimplicitatem intelligas ſine dolo corripientis, & ad ſe trahentis, quae propria putabat, quod ſane paulo magis ferendum, quam ſi per vim & injuriam eadem facere deprehenderetur; ſive, ut in ſecunda tertiaque conjectura ſumi neceſſe eſt, ſtultam ceterarum literarum facilitatem, quae, temere deſerto Σ pene contubernali, ad violentiſſimum illud T ſponte ſe applicarent. Σωνήθειαν profecto, in quamcumque partem vertas, quem ſenſum habere poſſit, non video: niſi forte conſuetudinem ac familiaritatem interpreteris, per quam licuiſſe ſibi cenſuerit T, ut vicinae amiciſſimaeque literae Σ res proprias ex veteri dicto, Πάντα φίλων κοινὰ, pro ſuis uſurparet: huic autem poteſtati, modo cujusquam calculum ferat, extra primam conjecturam locus eſſe non poteſt. T. H.

87. Λέγειν] Pater adſcripſit λέγον. J. G.

88. Συνήθειαν ὥμιλω] Deſunt in Mſ. J. B.

90. Ταυτὶ λέγειν] Poſt λέγειν in Mſ. σωνήθειαν ὥμιλω τὸ πρᾶγμα. J. B.

Ὁπότε δὲ καὶ ἐκ τούτων δεξάμενον ἐτόλμησε καττίτερον εἰπεῖν, καὶ κάτλυμα, κἀ πίτταν, εἶτα [a] ἀπερυθριάσαν, κἀ βασι-95λίτταν [b] ὀνομάζειν, ἐμὲ μέρμις ὅπως τούτοις ἀγαναχτῶ, κἀ πίμπραμαι, δεδιὸς μὴ τῷ χρόνῳ κἀ τὰ σῦκα τύκα τις ὀνομάσῃ. καί μοι πρὸς Διὸς ἀθυμοῦντι, καὶ μεμονωμένῳ τῶν βοηθησόντων, σύγγνωθι τὴν δικαίαν ὀργήν. ἐπὶ γὰρ οὐ τὰ μικρὰ κἀ τὰ τυχόντα ἐστὶν ὁ κίνδυνος, ἀφαιρουμένῳ τὸ συνή-

8. Verum poſtquam, ſumpto ab his initio, eo audaciæ proceſſiſſet etiam, ut καττίτερον, κάττυμα, & πίτταν pronuntiaret, deinde, abjecto omni pudore, βασιλίτταν quoque nominaret: haud leviter ſum commotus, & ira accenſus, timens ne quis temporis ſucceſſu etiam σῦκα, σῦκα appellet. Oro autem vos per Jovem, ut afflicti, & omni ope & auxilio deſtituti, juſtam indignationem feratis. Neque enim parvum hoc, aut vulgare periculum eſt, cum aſſue-

a Ἀπερυθριάσαν] ἀπεριθριάσαι F. b Ὀνομάζειν] ὀνομάζει J.

3. Ἀφαιρουμένῳ * τῶν συνήθων] Ἀντὶ τοῦ ἀποστερουμένῳ· ἢ ὅτι καὶ τὸ † ἀφελίσθαι αἰτιατικῇ συντάσσεται· Ὅμηρος· ἐπεὶ μ' ἀφέλεσθέ γε αὐτήν. V.

* Τῶν συνήθων] Perperam in Scholiaſte pro συνήθων ponitur συνίτων. Mox ubi ille Interpres τὸ ἀφαιρουμένῳ exponit, verba ejus ita concinnanda, Ἀντὶ τοῦ ἀποστερουμένῳ· ἢ ὅτι καὶ τὸ ἀφελίσθαι αἰτιατικῇ συντάσσεται. Ὅμηρος, ἐπεί μ' ἀφέλεσθέ γε αὐτήν. Vulgo ἀποστερούμενον & ἀφελίσται excuſum & punctum poſt συντάσσεται omiſſum. J. J.

† Ἀφελίσθαι] ἀφελεῖ V. Homeri locus Il. A, 299. ubi nunc pro αὐτὴν vulgo δ' ἑοῦσαν. M. du S.

95. Βασιλίτταν] Quae ante commemorantur, ſic ſatis praeſertim apud Comicos & Sophiſtas ſunt pervulgata: βασιλίτταν qui dixerit ex iis, qui ſuperſunt, ſcriptoribus necdum reperi, niſi forte librariorum vitio alicubi obſcuratum lateat; quare tanquam graviſſimum literae T facinus exagitatur, quo prorumpere non potuerit, niſi pudore omni excuſſo. Sic autem exiſtimandum eſt, Lyſimachum; quum hoc inter alia primus in Attica ſcena novaſſet, horum indignationem, riſum aliorum commoviſſe. Verum eſt porro, quod initio diximus de uſu duplicis τ a Boeotis recepto: *Strabo* IX. p. 619. A. quum Mycaleſſi Tanagricae meminiſſet, monere non praetermiſit: καλοῦσι δὲ Βοιωτικῶς Μυκαληττόν· quod repetitum ab Euſtath. ad Il. B. p. 266. Tarentinorum erant, atque adeo AEolum ἀνάζω pro ἀνάσσω, πλάζω pro πλάσσω contra quae ab aliis efferebantur per ζ, iſti mutabant in σσ veluti μύζω, μύσσω· σαλπίζω, σαλπίσσω· φράζω, φράσσω· in his etiam Boeoti duplex τ ſubjiciebant, σαλπίττω, φράττω· hoc quidem eo inſolentius, quod alias diverſa longe poteſtate φράσσω vel φράττω a Graecis uſurparetur: ideo Heraclides, cujus eximium locum invenies apud *Euſtath.* ad Od. K. p. 1654. verbum illud Corinnae auctoritate munire voluit. Hoc ſcribendi genus antiqua dialectus Atticorum prorſus fuit adſpernata, maxima ſaltem ex parte, ſicut obſervatum quoque Viris Eruditiſſimis *J. Waſſe* ad *Thucyd.* I. p. 16. n. 7. *C. A. Dukero* p. 83. n. 49. nova, quam vocant, auctoribus Comicis cupidius adſcivit; neque tamen ita promiſcue nulloque diſcrimine, ut non multum & aurium judicio, & normae loquendi tribueretur. Quid familiarius quam θῆττα, Θρᾷττα (Ἀθηναῖοι δὲ Θρᾶττα λέγουσι, Etymol. p. 454. v. 24.) & hujusmodi innumera: at raro, ſi modo unquam, Κλίνταν, Κρῆνταν, ἄνακτες leges. Λυκοῦργος, Τυρτὸς conſtantiſſimus uſus ſanxit, & ad ipſos Latinos transmiſit: contra cedo mihi vel unum, qui ſcripſerit Ἀλισαρνατὸν aut Ἀλισαρνητὸν, Παρνατὸν aut Παρνητὸν, quanquam hic in Phocide, ubi Dorice loquebantur, erat ſitus. Iſta monendi cauſa, quae latius deducere per notarum leges non licet. Βασίλισσα autem, unde formatum βασίλιττα, ne *Polybium*, *Diodorum Siculum*, Graecos Hebraei Codicis Interpretes, *Joſephum* atque alios uſurpem, *Alcaei* ipſiusque *Ariſtotelis* auctoritate defenditur: non negat *Phrynichus*; verum ex eorum ſententia, qui ſtrictam nimis Atticae dialecti regulam condiderunt, tanto opere averſatur, ut hoc etiam argumento p. 42. *Demoſtheni* Orationem in Neaeram abjudicet, quod in ea Regis ſacrorum uxor βασίλισσα nominetur, non βασιλὶς vel βασίλαινα quo jure, nunc non diſputo: at *Pollucem* certe non retinuit illud Grammaticorum decretum, quin ſcriberet, τὴν δὲ συνοικοῦσαν αὐτῷ (βασιλεῖ) βασίλισσαν καλοῦσι VIII, 90. conſentit *AElius Dionyſius* apud *Euſtath.* ad Od. A. p. 1425. τῶν βασιλέως τὸ θηλυκὸν οὐ μόνον βασίλεια, ὡς ἱερεὺς ἱέρεια, ἀλλὰ καὶ βασίλισσα κατὰ Αἴλιον Διονύσιον Ἀττικῶς· βασίλινναν δὲ φησι Μένανδρος λέγει. hoc jam plane Doricum, aut, ſi mavis, Macedonicum, ſimili forma, qua ſcribuntur Ἥρινα, Κόρινα, Μύρινα, Φίλινα pluraque talia. *Menandri*, pro quo *Nunneſius* ad *Phrynich.* p. 45. *Alexandrum* male poſuit, locus ab *AEliano* ſervatus apud *Suid.* in Πεισάνωρ & Τριχορυσία· καὶ τὸ τῆς Μενάνδρου, ἵνα τι καὶ παίσω, Τριχορυσία βασίλινναν· faſtu elatam, ut puto, & quae criſtas tolleret, intelligi voluit: qui meminerit ἐμπαίζοντος Τριχορυσίας in *Ariſtophanis* Lyſiſtr. v. 1031. is unde haec appellationis Comicae facetia ſit derivata, ſtatim perſentiet. T. H.

98. Τὰ σῦκα τύκα] Alludit ad notum proverbium, quo qui libere & audacter vitiis ſua nomina ponunt, di-

ſuetis & familiaribus me rebus ſpoliat; nam κίσσαν (id eſt picam) avem meam loquaciſſimam, ex medio, ut ita dicam, ſinu, abreptam, κίτταν appellavit. Quin & φάσσαν, (id eſt palumbum,) una cum νήτταις (id eſt anatibus) & κοσσύφοις, (id eſt, merulis,) interdicente Ariſtarcho, eripuit. Pertraxit etiam ad ſe non paucas μέλισσας (apes.) In Atticam vero veniens, ex media illa regione Ὑμηττὸν præter jus rapuit, idque vobis ipſis aliisque ſyllabis videntibus.

ἅπαν ἡ συνεχολακότων μου [c] γραμμάτων ἁρπάσαι μου, λάλον ὄρνεον, ἐκ μέσων, ὡς ἔπος εἰπεῖν, τῆς πόλεως [d] ἁρπάσασα κίτταν ἀπήνεγκεν. ἀφείλετο δέ μου φάσσαν ἅμα νήτταις τε, καὶ κοσσύφοις, ἀπαγορεύοντος Ἀριστάρχου. ἐξέσπασε δὲ καὶ μελισσῶν οὐκ ὀλίγας. ἐπ' Ἀττικὴν δὲ ἐλθοῦσα, καὶ ἐκ μέσης αὐτῆς ἁρπάσασα ἀνόμως Ὑμηττὸν, ὁρώντων ὑμῶν καὶ τῆς ἄλλης συλλαβῆς.

Ἀλ-

c Γραμμάτων] ῥημάτων C. d Ἁρπάσασα] Abeſt a F.

dicuntur vocare τὰ σῦκα, σῦκα. Sic *de Hiſt. Scrib.* c. 41. inter alia quibus ornatum ſibi dari vult virum, qui ſeſe ad ſcribendam hiſtoriam accingat, hoc numerat, παῤῥησίας καὶ ἀληθείας φίλον. ὡς ὁ κωμικός — φησι, τὰ σῦκα, σῦκα, τὴν σκάφην δὲ σκάφην ὀνομάσαν. Peracute itaque veretur hic *Sigma*, ne, graſſante adverſarii licentia, eo res tandem deveniat, ut σῦκα non amplius σῦκα, ſed τῦκα, dicantur; atque adeo veritas & in dicendo libertas e genere humano intercidat. *M. du S.*

Τὰ σῦκα τῦκα] Jure metuebat pro ficubus, arbuti generis fructu ſuaviſſimo, ne Tau tam grati ſaporis delicias ſibi ſurreptum veniret, adjutore Lyſimacho, quippe Βοιωτίῳ τὸ γένος ἀνέκαθεν nam Thebani revera τῦκα pro σύκοις efferebant: docet *Strattis* in fabula Phoeniſſis apud *Athen.* XIV. p. 621. A. *Alexidis* quaedam paulo ante proferuntur, unde Lacones etiam τιῦτλον & τιτλίον dixiſſe conſtat: hinc inſula Τιτλόσσα, Τιτλοῦσσα, Τιύτλουσσα, quod ſcilicet foetu betaceo abundaret: atque ita ſine dubio ſcribendum apud *Thucydid.* VIII, 42. *T. H.*

4. Γραμμάτων] Lege χρημάτων. Certe de *literis* ſermo eſſe non poteſt, cum mox *aves*, & id genus alia, nominet. Coll. habent ῥημάτων, quod proxime accedit. V. Δ. XXVI. Uſurpat alibi vocem πραγμάτων, Τιμ. c. 27. *M. du S.*

5. Ἐκ μέσων τῆς πόλεως] Hoc proverb. etiam in *Achill. Tat.* lib. 2. dico ad *Heliod.* lib. 4. *J. B.*

7. Φάσσαν] Multitudinis numero aptius dictum foret, φάσσας. *M. du S.*

8. Κοσσύφους] Φάττας, νήττας, (quas miror Bocotum in Acharn. Comici v. 875. νάσσας vocare, quum debuiſſet potius νάττας) κίττας ſemper in Ariſtophanis Avibus, alibique: plurimum etiam in Ariſtotele περὶ Ζώων apud eundem, ut nunc quidem editur, vix aliter quam κοττύφους reperias: κοσσύφους habet Athen. VII. p. 305. B. Harum avium ſingulare quoddam genus Cyllene mons Arcadiae nutriebat: *Stephan.* in Κυλλήνη ἐν τούτῳ δὲ φασι τῷ ὄρει τοὺς κοττύφους λάλους γίγνεσθαι· in eadem hiſtoria ſimiliter *Ariſtot* IX, 19. verum κοσσύφους dederunt *AElian.* de Anim. V, 27. & *Pauſan.* VIII. p. 634. quem perperam intellectum quum deſcripſit Commentator quisquis eſt ille in Anthol. p. 314. peſſime lapſus eſt: nunquam aliter, ſi recte memini, *AElianus*: vide XII, 28. & ſimillimum plane *Clementis* locum Paed. II. p. 188. D. Arcadas autem ipſos, quorum lingua Doricae dialecto contribuitur, κοττύφους enunciaſſe, perquam fit veroſimile, quia Gottyphus Arcas, quem Amphictyones imperatorem legerunt, memoratur ab *AEſchine* in Cteliph. p. 71. v. 40. & *Demoſthene* pro Cor. p. 498. 499. Hoc quidem apud Atticos itidem uſitatum; ſed ii tamen proprios ſibi κωψίχους vindicant, notante *Moſchopulo* περὶ Σχεδῶν p. 61. quare in *Moeride* Atticiſta malo legere: Κώψυχος Ἀττικῶς ἀντὶ τοῦ κόσυφος Ἑλληνικῶς. Sic ſane plus una vice *Ariſtophanes* in Avibus, & apud *Athenaeum* ſaepe veteres Comici: vid. p. 65. D. 558. D. VI. p. 238. D. *Ariſtophon* in Pythagoriſta de paraſito perquam facete, Ὑπαιθριος χυμοῦται λέγειν, κώψιχος· ἐπὶ ἰσι κόσυφος, inquit *Euſtathius* iſta proferens ad Od. Ω. p. 1951. *Philoſtratus* Attici moris obſervantiſſimus de V. A. T. VI. c. 36. ubi quae notavit *Olearius*, Index *H. Stephani* ad Theſaurum haud paulo meliora ſubminiſtrabit. In *Longo* ſcribitur κόψυχος III. p. 96. 99. 102. nec ſecus *Suidas*: Κόψυχος, ἐπὶ ὀρνέων. Κόσυφος ἐπὶ ἰχθύων quod ego discrimen Grammaticorum commentis adnumerandum cenſeo. *Heſychius*, niſi & hic etiam, ut plurimis in locis, foede truncatum accepimus, quando Κομψεία reddit inter alia τὰ τῶν κοσύφων κρέα, errorem non levem commiſit: praeponendum fuerat Κωψίχεια· quod fieri poteſt, ut corrupte ſcriptum invenerit Κομψίχεια, quemadmodum in *Moeridis* membranis legebatur κομψυχός. *T. H.*

12. Ὑμηττὸν] Mons eſt ſatis notus. *M. du S.*

13. Συλλαβῶν] Ὑμῶν, quia Hymettus ab iisdem incipit literis: tum quoque συλλαβὰς intelligo vocis Ὑμηττὸς· alioqui pro ipſis elementis συλλαβαὶ hic deberent poni, quod nusquam fieri credo. Γράμματα quidem exponit *Heſychius* συλλαβάς, & paulo diverſe *AEſchylus* γραμμάτων ἐν συλλαβαῖς Sept. contra Theb. v. 474. ſed hic uſus quomodo poſſit inverti, nulla conſtat ratio. Praeterea talis eorum, quae praecedunt, eſt ſenſus: apibus etiam me fraudavit non paucis ſane: quin ipſum Hymettum mihi ſubductum ex Attica media ſublimem rapuit, idque vobis inſpectantibus: Hymettus enim, ut notum eſt, μελισσοτροφὴς

Ἀλλὰ τί λέγω ταῦτα; Θεσσαλίας με ἐξέβαλεν ὅλης, Θετταλίαν ἀξιῶν λέγειν, ἢ πᾶσαν [a] ἀποκέκλεικέ μοι τὴν θάλασσαν, οὐδὲ τῶν ἐν κήποις φεισάμενον [b] σεύτλων· ὡς, τὸ δὴ λεγόμενον, μηδὲ πάσαλόν μοι καταλιπεῖν. ὅτι δὲ ἀνεξίκακόν εἰμι γράμμα, μαρτυρεῖτέ μοι καὶ αὐτοὶ μηδέποτε ἐγκαλέσαντι τῷ ζῆτα σμαράγδου ἀποσπάσαντι, καὶ πᾶσαν ἀφελομένῳ τὴν Σμύρναν· μήτε τῷ ξῦ πᾶσαν συνθήκην, καὶ τὴν συγγραφέα τοιούτων ἔχοντι Θουκυδίδην σύμμαχον. τῷ μὲν γείτονί μου ῥᾳθυμήσαντι συγγνώμη, καὶ

9. Verum quid ego iſta commemoro? tota me Theſſalia expulit, vultque eam Thettaliam dici? Toto inſuper (θάλασσαν,) mari ſum excluſus. Neque a (σεύτλων,) betis hortenſibus ſibi temperat, ut jam, quod dici ſolet, ne (πάσταλος) paxillus quidem mihi reliquus ſit. Quod vero litera ſim injuriarum patiens, vos ipſi mihi reſtes eſtis: neque enim unquam accuſavi literam ζῆτα, quæ mihi σμάραγδον abſtulit, & totam Σμύρναν ſurripuit; Nec ipſi etiam ξῦ, omnia (συνθήκαι) fœdera rumpenti, litem intendi, ipſo etiam Thucydide opem illi ad hanc tuendam injuriam ferente. Etenim vicino meo ῥᾳθυμήσαντι venia danda, quod morbo la-

a Ἀποκέκλειμέ μοι] μου C. Edd. priores praeter *F.* ἀποκεκλεισμένον τὴν θ. b Σεύτλων] σταλίων *F.*

mellificio praeſtantiſſimo adfluebat. Hanc elegantiam nulli videntur priorum Interpretum cepiſſe. *T. H.*

16. Ἀποκεκλεισμένον τὴν θάλ.] Mſ. ἀποκέκλεικέ μοι τὴν θάλασσαν. *F. B.*

Ἀποκέκλειμέ μοι] Sic reſtituimus ſecuti Ed. *F.* & Mſſ. L. & *Bourd.* In reliquis legebatur ἀποκεκλεισμένον. *M. du S.*

Ἀποκεκλεισμένον] Dedimus ἀποκέκλεικέ μοι, ut congrueret cum ἐξέβαλεν. Hiſtoricis frequens. *Dion Caſſius* XLVII. p. 345. A. ἀπέκλεισε οἱ [ἐκ] τὴν θάλασσαν· & variata ſtructura, ἀποκλείειν τοὺς πολεμίους τῆ θαλάσσης apud *Suid.* in Ἕρμα. Hinc patet, jure *Kuhnium* in *Pauſania* VIII. p. 598. voluiſſe legi, Ἀρκαδὶς τὸ ἐντὸς οἰκοῦσιν ἀποκλειόμενοι θαλάσσης παλαιχθὲν nam θαλάσσῃ, quomodo vulgatur, valet, *maris interjectu ab omnibus aliis ſeclusi*: quod a Pauſaniae mente longe diſtat. *T. H.*

21. Τῷ ζῆτα] Utraeque literae Z & Σ multis in vocibus altera locum alterius obtinuit. Ζάλα, Ζαμβύκη, Ζάμολξις, Ζεῖρα, Ζιδώνη utrovis modo ſaepe ſcribuntur. At ubi literis B vel M praejiciendum erat Σίγμα, vicem ejus, invitante pronunciandi ſuavitate, ſubſidere coepit Ζῆτα· tanta quidem juris ſpecie, ut apud Grammaticos in diſceptationem venerit, ζμύρνα ſcribendum eſſet an σμύρνα, ζμίλιον an σμίλιον, ut patet ex *Sexto Empir.* adv. Gramm. I. S. 169. ubi vide eruditiſſimae diligentiae virum *J. A. Fabricium.* In *Gloſſ. Cyrilli*, Ζμύρνα, *murra. Scalpellum*, *Scalpulus*, ζωίλη in aliis iſtius generis alia. Rem pluribus exemplis illuſtrat *Euſtath.* ad Il. B. p. 217. 228. ea tradens, quae, ſi vera ſunt, cauſam literae noſtrae Σ non parum laedant: ἐφ' ὧν (παλαιῶν γραμματικῶν) καὶ τὸ ζμύρνα ἐκ τοῦ ζμικροῦ ἀφῆ τοῦ ζ' κατήρχετο καταργηθὲν παρὰ τὸ ὕστερον τῇ ἀντιθέσει τοῦ σ'. His ergo teſtibus habebit, quod conqueratur de priſtina poſſeſſione dejectum Ζῆτα, & Sigma noſtrum eodem implicabitur crimine, cujus vicinum T inſimulabat. Verum ne ſic quidem, me judice, nihil erit, cur cauſae ſuae diffidat: quibus enim argumentis perſuadebimur, ut Z literae duplicis, duplicis, inquam, quicquid obnitatur *J. Pier. Valerianus* ad AEn. VII, 648. priores in hujus uſus poſſeſſione fuiſſe partes ſtatuamus? Latini, ſed, ut puto, recentiores pari modo: in *Catullo* Zmyrnam praeferre libros veteres monet *Iſ. Voſſius* p. 321. itaque nomen illud ſcribi juſſit *Mart. Capella* III. p. 57. Zmilus vel potius Zmilis *Plinio* H. N. XXXVI. c. 13. qui Graecis Σμίλις. Zmaragdos in duobus Lucretii Codd. reperiſſe ſe teſtatur *Lambinus* ad IV, 1119. in *Propertio* II, 13. v. 43. edere non dubitavit cultiſſimus *Broukhuſius*: invito certe *Priſciano* & multum reclamante lib. I. p. 564. *S quoque ſequente m, ut, Smyrna, Smaragdus: nam vitium faciunt, qui z ante m ſcribunt.* Idque adeo verum eſt, ut vetuſtiores Grammatici illius apud Latinos ſcribendi moris omnino nullam fecerint mentionem. *T. H.*

23. Σμύρναν.] In nummis hodieque ſaepe ZMYPNA. V. *Spanhem.* 116. quem, cum haec obſervaret, locus hic non latuit. *M. du S.*

Ibid. Τῷ ξῦ] Nos vulgo *Xi* vocamus, cum tamen recte *mu*, & *nu* efferamus. Vides quid uſus faciat. *M. du S.*

Τῷ ξῦ] Atticis, & quidem ſolis, eſt proprium ξῶν ſcribere pro σύν· verum illa literae mutatione non aeque omnes Attici, nec in iisdem utuntur vocabulis. Qui veterem Ἀτθίδα ſecutus eſt *Thucydides* ſingulis propemodum habet paginis ξύν, ξυμβάλλειν, ξυντίθεσθαι, ξύμμαχος, ξυμφορά &c. *Ariſtophanes* etiam hoc multo frequentius, quam alterum illud. In *Platone* autem, *Demoſthene* atque aliis, qui novam & emollitam Atticae dialecti formam uſurparunt, tantum non ſemper legas σωιλέναι, σωτίθεσθαι, σύμμαχος &c. In Sophiſtis recentioribus tanta apparet in utramque partem ſcribendi diverſitas, ut certa quaedam iniri ratio non poſſit. Credibile quidem eſt, in iſtis haud ſane magni momenti librarios a vera ſcriptorum manu ſaepius aberraſſe: ſed de *Thucydide* dubitare nos *Lucia-*

laborans meas apud ſe μυρίνας (id eſt myrtus) plantarit, & aliquando atra bile percitum me (ἐπὶ κόρῃς) in faciem percuſſerit. Talis quidem ego ſum.

10. Hoc vero ταῦ quam ſit natura vio-30 lentum adverſus reliquas etiam literas, & quam a nullis omnino abſtinuerit, conſideremus: ſed & δέλτα & θῆτα & ζῆτα, & prope omnia literarum elementa injuria affecerit. Accerſe mihi læſa Elementa. Auditis, Vocales judices, ipſum δέλτα dicens: Surripuit35 mihi meam ἐνδελέχειαν, pro qua ἐντελέχειαν dicere jubet; quod ſane contrarium eſt omnibus legibus. Auditis θῆτα plangens, & capiti

ε παρ' αὐτῷ φυτεύσαντί με τὰς μυρρίνας, καὶ παίσαντί με ποτὲ ὑπὸ μελαγχολίας ὀπὶ κόρρης. κἀγὼ μὲν τοιοῦτον.

Τὸ δὲ ταῦ τοῦτο σκοπῶμεν ὡς φύσει βίαιον καὶ πρὸς τὰ λοιπά. ὅτι δὲ οὐδὲ τῶν ἄλλων ἀπέσχετο γραμμάτων, ἀλλὰ καὶ τὸ δέλτα, καὶ τὸ θῆτα, καὶ τὸ ζῆτα, μικρῶ δεῖν πάντα ἠδίκησε τὰ στοιχεῖα, αὐτά μοι κάλει τὰ ἀδικηθέντα γράμματα. Ἀκούετε, φωνήεντα δικασταὶ, καὶ μὴ δ λέγοντος, ὠφείλετό μου ἡ ἐνδελέχειαν, ἐντελέχειαν ἀξιῶν λέγεσθαι πρὸς πάντας τοὺς νόμους· καὶ θῆτα κρούοντος, καὶ τὴν κεφαλῆς

ε Παρ' αὐτῷ] πρὸς τῷ C.

cianus, cui principum Criticorum obſervationes legendi fuit copia, non patitur. Quandoquidem vero aſperior eſt τῦ ΕΥ pronunciatio, non abſurde conjecit Salmaſius de L. H. p. 432. a barbaris & Thracibus, qui Atticam olim incoluerunt, frequentiorem literae durioris uſum remanſiſſe. Verſatur in illuſtrando hoc *Luciani* loco & quibusdam proximis *H. Stephanus* Anim. in Joann. Gramm, p. 13. *T.H.*

27. Μυρίνας] Notant *Moeris Attic. Thom. Magiſter* & *Moſchopul.* περὶ Σχεδῶν p. 140. Vide *H. Stephan.* Anim. ad Joann. Gramm. & Corinth. p. 16. 55. In Ariſtophane ſemper Μυρσίνας ſcribuntur: nam quod in Equit. v. 59. βυρσύλλω, & v. 447. Τῶν Βυρσίνης τ' Ἰππίου, quaſi ex μυρσύνη, ridiculi cauſa fictum, ut bene Schol. expoſuit, ad Cleonis opificium & βύρσαν ſpectat; in quo quidem vocabulo licere ſibi mutationem illam Attici noluerunt. Ad poſteriorem vero Comici locum referenda, quae notantur ab *Heſychio* in Βυρσίνης. Apud *Thucydidem* ſaepius legi Θάρσος & Θαρσεῖν, quam Θάρρος & Θαρρεῖν obſervat Vir Egregius *C. A. Dukerus* ad V. p. 321. n. 84. *T.H.*

33. Μικροῦ δεῖν] Vel καὶ μ. δεῖν vel μ. δὲ δεῖν. Prius ob crebram voculae repetitionem; alterum ob ſimilitudinem ſyllabae ſequentis excidere facile potuit: alterutrum certe ad nexum orationis continuandum requiritur. Tum in iſtis, αὐτά μοι κάλει aut deeſſe dixero μάρτυρας, aut eum in modum debere ſcribi pro αὐτά· quod illis me non magno negotio perſuaſurum eſſe confido, qui perſpexerint, quam recte jungantur, ὅτι οὐδὲ τῶν ἄλλων ἀπέσχετο γραμμάτων, μάρτυρας, tam incompoſite cohaerere, ὅτι οὐδὲ τῶν ἄλλων ἀπέσχετο γρ. αὐτά μοι κάλει. Formula vero forenſis, μάρτυρας κάλει, qua nihil eſt in Oratorum ſcriptis frequentius: *Syneſ.* Φ. E. p. 77. A. αἰτία, ἐφ' ᾗ ὑμεῖς τὸν πεῖραν ἐκαλέσαμεν μάρτυρα. *T.H.*

37. Ἐνδελέχειαν] De qua quæſtione inter Grammaticos Philoſophosque *Budaei* ætate ſumma contentione certabatur: vide eum *de Aſſe*. Luciano aſſentire videtur *Cicer.* Tuſc. I, 10. ubi vide Cl. *Daviſii* notas. *M. du S.*

Ἐνδελέχειαν] Locus hic eorum diligentiam fugit, qui de ἐντελεχείᾳ Ariſtotelica ſunt commentati: is tamen evincit tum diſputationem illam eſſe perquam vetuſtam & philoſophorum in ſcholis jactatam, tum *Luciano* placuiſſe ἐνδελέχειαν ceteroquin, etſi homo facetus in omnes ſe formas induere ſoleat, hoc nomine parum apte Δ teſtimonium dicere juſſiſſet adverſus Τ. Igitur *Ciceroni*, a multis propterea reprehenſo, ſuffragatur Noſter: vide T. D. I. c. 10. & Eruditiſſ. *Daviſium* p. 20. *T.H.*

Ibid. Ἐντελέχειαν] *Corinthus* de Attica dialecto agens proprium fuiſſe Atticorum ait ἐνδελέχειαν ἐντελέχειαν vocare his verbis: τὰς μυρρίνας μυρσίνας λέγουσι (de Atticis loquitur) καὶ τὸ συρίζειν, συρίττειν, καὶ τὴν ἐνδελέχειαν ἐντελέχειαν. Ἐντελέχεια per τ pluribus probatur, de quo *Budaeus* de Aſſe lib. I. qui dici putat quaſi τῦ ἐντελοῦς σωσχὴν, *perfecti corporis comprehenſionem*. *Ariſtot.* II. de Gener. Anim. c. 1. *Gaza* I. c. 16. de Cauſ. Plant. *G.C.*

39. Κρούοντος] Non debuerat contra loquendi conſuetudinem in iſta doloris ſignificatione verbum hoc ita nudum poni. Initio cogitabam κλαίοντος pro κρούοντος deinde potius mihi videbatur, translata in ſuam ſedem voce, κρούοντος τὴν κεφαλὴν, καὶ τὰς τρίχας τίλλοντος quam locutionem poſtremam veteres onerare non ſolent inutili adjectione τῆ κεφαλῆς. Τίλλειν τὰς τρίχας ἐκ κόπτεσθαι *Schol. Ariſtoph.* ad Ran. v. 426. & Pac. v. 545. ubi lege λαβώμεθον pro λαβόμεθα. *Lucian.* in Peregr. §. 6. τὰς τρίχας ἐτίλλετο quod ipſum bene reſtituit in *Cteſiae* verbis apud *Heſych.* V. Σάραπις *Guyetus*: τὰς τρίχας παθεινῶν ἐτίλλετό τε ἐκ βαθὺ ἐκοάς. Κρούειν vero τὴν κεφαλὴν ſimiliter ac κόπτειν, τύπτειν, πλήττειν τὴν κεφαλὴν, τὸ πρόσωπον, τὸ μέτωπον *Libanius* πρὸς τοὺς βαρὺν αὐτὸν καλέσαντας §. 25. τό τε μέτωπον ἔπληξε, καὶ τὴν τριχῶν ἔτιλε. *Pectoris, foeminum, capitis percuſſiones*: *Cicer.* T. D. III. c. 20.

Qui

λῆς τὰς τρίχας τίλλοντος ἐπὶ τῷ [a] κολοκύνθης ἐστεφθαι· ἃ ζητα, [b] τὸ συριζειν, καὶ σαλπίζειν, ὡς μηκέτ' αὐτῷ [c] ἐξεῖναι μηδὲ γρύζειν· τίς ἂν τούτων ἀνάσχοιτο; ἢ τίς ἐξαρκέσειε δίκη πρὸς τὸ πονηρότατον τοῦτο ταῦ;

Τὸ δὲ ἆρα [d] οὐ τὸ ὁμόφυλον τῶν στοιχείων μόνον ἀδικεῖ γένος, ἀλλ' ἤδη καὶ πρὸς τὸ ἀνθρώπειον μεταβέβηκε, τοιοῦτον τρόπον. οὐ γὰρ ἐπιτρέπει γε [e] αὐτοὺς κατ' εὐθὺ φέρεσθαι ταῖς γλώτταις· μᾶλλον δὲ, ὦ δικασταί· μεταξὺ γάρ με πάλιν τὰ τῶν ἀνθρώπων πράγματα ἀνέμνησε περὶ τῆς γλώττης, ὅτι καὶ ταύτης με τὸ μέρος ἀπήλασε, καὶ γλωττᾶν ποιεῖ τὴν γλῶτταν. ὦ γλώττης ἀληθῶς νόσημα ταῦ. ἀλλὰ μεταβήσομαι πάλιν ἐπ' ἐκεῖνο, καὶ τοῖς ἀνθρώποις συναγορεύσω ὑπὲρ ὧν εἰς αὐτοὺς πλημμελεῖ. δεσμοῖς γάρ τισι στρέλλειν καὶ σπαράττειν αὐτῆς τὴν φωνὴν ἐπιχειρεῖ. καὶ ὁ μέν τι καλὸν ἰδὼν, καλὸν [f] αὐ-

capillos evellens, eo quod privatum est (κολοκύνθη,) cucurbita. Auditis ipsum etiam ζῆτα suis vocibus συρίζειν & σαλπίζειν spoliatum se querens, adeo ut ne γρύζειν quidem (id est mutire) illi porro liceat. Quis ista quaeso ferat? aut quae poena satis magna erit tam scelesto Tau?

11. Verum hoc non tantum cognatum sibi elementorum genus laedit, sed jam in homines ipsos grassatur, in hunc modum. Neque enim permittit, ut recta ferantur linguis. Imo vero, Judices: interim enim res humanae rursus me admonuerunt γλώττης, (id est linguae:) nam me hac quoque ex parte extrusit, & γλῶσσαν facit γλῶτταν. O linguae vere morbus ταῦ. Verum redeo ad illud, quod coeperam, hominibusque patrocinabor in iis, in quibus adversus eos delinquit. Nam vinculis quibusdam vocem eorum torquere & discerpere conatur. Cum quis pulchrum quidpiam videns, id καλὸν (pulchrum) appellare

a Τῆς κολοκύνθης] ης τ C. *F.* b Τὸ συρίζειν] τῶ *F. A 1 W.* c Ἐξεῖναι] εἶναι C. d Οὐ] οὐδὲ C. e Αὐτοὺς] αὐτᾶς C. Margo *A 1 W.* f Εἰκῆ] ικτῶν αὐτὸ C.

43. Γρύζειν] Γρύττειν ἢ λέγεται. *V.*

53. Τὸ μὲν] Ἀντὶ τοῦ ὅσον κατ' αὐτό. *V.*

Qui saepius aliquo dolore perculsi & caput plangant, & pectora pugnis obtundant: Firmicus V. c. 6. *T. H.*

41. Κολοκύνθης] Κολοκύντης enim quidam scribunt. *F. G.*

Καὶ ἡ κολοκ.] Ed. *F.* & *Call.* *M. du S.*

Πόθεν γε] Priores Interpretes, quaſi cum ſequentibus una ſerie cohaereret, πόθεν γε ἢ ἐπικουρήσεις. Rectius disjunxit *Faber*, ſed parum accurate vertens. Diſtinguendum, ut bene in Ed. *P.* πόθεν γε; ἢ ἐπικουρήσεις, intelligendumque haud aliter, atque apud *Demoſthenem* creberrime, *non amplius agnoſcentes illum, aut adſpicientes (nihil illi quidem mimus: vel, nequaquam ſane) aut opem ferentes.* Ita ſolet interponi, praeſertim apud Atticos πόθεν; πόθεν γάρ; quando non ſimpliciter ſed oratione morata negant. Saepe fefellit Interpretes; ut apud *Liban.* Declam. XIV. p. 418. C. τί οὖν; ἡρκισά μοι βύσσινος; πόθεν; *quid ergo? valuitne ad me liberandum ara? neutiquam;* ubi pejus inſuper tentatur: *Dion. Chryſoſt.* p. 395. D. 421. C. ad quem optime monuit *Caſaubon.* Diatr. p. 49. Grammatici exponunt ὀδυμῶς *Schol.* ad *Euripid.* Phoen. v. 1614. ad *Ariſtoph.* Ran. v. 1503. quem *Suidas* deſcripſit: *Euripid.* apud *Plutarch.* T. II. p. 107. B. Corruptus *Heſychius*: Ποθὲν, ἀπό τινος μίσους, ἢ μεθ' ὑποκρίσεως ἀντὶ τοῦ ἄτου lege: Ποθὲν, ἀπό τινος μίσους· ἢ μεθ' ὑποκρίσεως ἀντὶ τοῦ ἄτου· vel ἄτου· hoc poſterius ad πόθεν pertinet; nam accentus ſignificandi diſcrimen: illud autem μεθ' ὑποκρίσεως eſt, quod diximus, in oratione morata. Vide *Etymol.* in Πώ, qui perinde Atticis notat uſurpari πώμαλα. Haec ſatis eſt tetigiſſe; nam ubivis obvia ſunt exempla. Adde, ſi lubet, *Perizon.* ad *AElian.* V. H. XIII, 2. *Kuſter.* ad Ecclez. *Ariſtoph.* v. 968. *T. H.*

39. Ἐν τῷ μέρει] *viciſſim.* *J. Br.*

41. Τὸ ἄστυ] *Urbem, Athenas.* *J. Br.*

42. Μελαγχολῶν τοῖς κακοῖς] *Micyllus, Benedictus: adverſus ingratos atra bile ſtomachatur:* hoc ſi verum foret, ſcribi debuerat, omiſſo οἱ, ὅτι πλουτοῦντες παρ' αὐτῷ &c. Sed multum ſudabunt, dum probent Graecos uſurpare μελαγχολῶν τινι pro, *atra bile percitum ſtomachari alicui.* Recte *Faber*: τοῖς κακοῖς eſt ὑπὸ τῶν κακῶν neque aliter *H. Stephan.* Theſ. T. IV. p. 555. A. quem dum deſcribit *Barlaeus*, invitum onerat adſumento deterioris verſionis, *ob mala* vel *malos.* *T. H.*

46. Ἠγανάκτει] Duo hic mutat *Tanaq. Faber*, ἀγανακτεῖ pro ἠγανάκτει, & ποιήσομεν pro ποιήσωμεν. quae utraque mutatio ex non ſatis perſpecto Graecae linguae, hoc in caſu, genio orta eſt. Verba autem, ſicut recte vulgo leguntur, ita interpretanda, *At vero homo hic neutiquam faſtidiendus & negligendus; jure enim indignaretur ſuam infelicitatem, quum & nos ſimiles foremus exſecrandis illis adulatoribus, obliti virum, qui nobis*, &c. Ἠγανάκτει tritiſſimo Helenismo poſitum eſt pro Fabri ἀγαναχτεῖ, *indignaretur.* ποιήσομεν vero itidem pro ποιήσειμεν vel ποιήσωμεν; plane ut in Reviviſcent. §. 10. ubi Socrates reliquos Reviviſcentes Philoſophos perpellere ſtudens, ut Lucianum, ad quem lapidibus obruendum, pauliſper

ἐπεὶ ἢ ὅμοια ποιήσομεν τοῖς καλαράτοις κόλαξιν ἐκείνοις, ὑπιλελησμόσι ἀνδρὸς, τοσαῦτα [a] μηρία ταύρων τε, ἢ αἰγῶν πιόταλα καύσαντι ἡμῖν ὑπὲρ τ βωμῶν. ἔτι γῆν ἐν ταῖς ῥισὶ τ νίσαν αὐτῶν ἔχω. πολὴν ὑπ' ἀχολίας τε, ἢ θορύβου πολλοῦ τ ὑπορκούντων, ἢ βιαζομένων, ἢ ἁρπαζόντων, ἔτι δὲ καὶ φόβου ἢ πρὸ τ ἱεροσυλούντων, πολλοὶ γὰρ ὅτοι, ἢ δυσφύλακτοι, καὶ οὐδὲ ἐπ' ὀλίγον καλαμῶσαι ἡμῖν ἐφιᾶσι, πολὺν ἤδη χρόνον εἰδ' ἀπέβλεψα

si eadem faceremus ac scelesti illi assentatores, virum talem negligentes, qui nobis tot caprarum, totque taurorum femora in altaribus cremaverit; eorum certe nidorem etiam in naribus habeo. Ceterum propter negotia, quibus districtus fui, ingentemque pejerantium turbam, nec non eorum, qui per vim rapiunt; tum vero propter metum sacrilegorum (ii enim bene multi sunt, & quos haud facile quis vitet, neque nobis connivendi spatium relinquunt) jamdiu in Atticam oculos non con-

a Μηρία] Hac voce, quam R. habet, caruerunt priores Edd. Pro ὑπιλιλησμόσι Margo *AIW.* ὑπιλιλησμένοις. male.

νεκρῶν κλήθρωνα καὶ σκότου πύλας λιπόντες, venissent, causam suam dicere sinerent, ait, Παρίξομεν γὰρ ἀφορμὰς τοῖς κακηγορεῖν ἐθέλουσι, καλαλευσανίδες ἄιδρα μηδὲ ἀπολογησάμενοι ὥσπερ ἑαυτῶν. Rotundior namque hic sensus est, si παρίξομεν intelligatur pro παρίξοιμεν, *praebuerimus*. Manifestissime iterum apud *Nostrum* de Saltatione §. 3. Ὅπερ ἐστὶν ἂν ἔγκλημα εἴη μόνον, ἀλλὰ καὶ ἡμῶν, εἰ μή σε κατὰ τ Ὀδυσσέα τὸ λωτὸν ἀποσπάσαντες, ἐπὶ τὰς συνηθεῖς ἀφετηρίας ἐπανάξομεν, &c. ubi recte Interpres, *Quae non modo tua, sed etiam nostra foret, culpa, si non Ulyssis in morem te a loto abstractum, ad consueta literarum studia reduxerimus.*

Sed nec solus *Faber* in hanc utilitatissimam, si quaequam, loquendi impingit formulam; Interpres *Luciani* Latinus, ubi tamen alibi bene se in eo gerat, habitur in Hermotimo §. 3. dum ὅσῳ γὰρ ἐπ' ἐκεῖνα, σπάλαι ἀνασπάσμῳ ἄνω, καὶ συὼν αὐτοῖς, vertit, *Etenim quantum ad illius operam attinet, jam dudum trahor sursum, & cum ipsis versor*; quum debuerit; *Dudum attractus fuissem sursum, cumque iis* (Virtute & Magistro, quique praeterea ἐν τῷ ἄκρῳ fuerint. Vide superiora) *versarer*. Idem errat in Scytha §. 3. ubi in verbis, Ὁ Ἀνάχαρσις ϗ, πόθεν ἂν ἐκεῖνον ἔγνω ὁμοεθνῆ ὄντα, vertit ἔγνω *agnovit* pro *novisset*, ut jam animadvertit Cl. *Graevius*. Insulsa quoque est interpretatio, qua haec verba ibidem §. 8. [καὶ οὐκ ἂν ἐδὴ ἀνὶς ῥεψεν οἴκαδε ἐς Σκύθας, εἰ μὴ Σόλων ἀπέθανε] vertuntur, *Sed neque, ut puto, nisi mortuo Solone, rediit ad Scythas* Anacharsis. Tu verte: *Quin ne revertisset quidem, puto, in Scythas, si non mortuus fuisset Solon.* Nec minus inepte vertitur & hoc in Phalaride I. §. 5. Ταῦτ' οἶδ' ὅτι σωτηρίαν βουλεύσατ' ἄν, *hoc, sat scio, consilium mihi dedistis. Lucianus* voluit, *Id, sat scio, consilium mihi dedisse tis.* At quid diutius his Interpretis inficetiis immoror, quae passim & in aliis locutionibus vertendis, inquinatissimam tersissimi scriptoris versionem exhibent. Vel hinc etiam discimus, quam tuto stetur saepe versionibus. Non perspexit hunc Hellenismum etiam *Corn. Tollius*; qui ubi in *Palaephati* Incredibilium c. VI. post memoratam sationem dentium Draconis a Cadmo factam, unde homines armati exstiterunt, legitur, Εἰ ϗ αὐτὸ ἦν ἀληθές, οὐδεὶς ἂν τ ἀνθρώπων ἔσπειρεν ἄλλο τι ἢ ὀδόντας δρακόντων, vertit, *Illud autem si verum esset, nullus quidem hominum aliud consevit, quam draconum dentes.* Sed debuit, *nullus hominum quidquam aliud quam dentes draconum sereret*, vel *severit*. Non debuit in hac sola hujus loci mente fluctuari eruditus ad *Palaephatum* commentator; quum ea sit simplex, nec alia huic loco affingi queat. Video hunc interpretis errorem correctum in Mythologorum Graecorum fasciculo, quem typis Wetstenianis edidit *Th. Gale.* *J. F.*

47. Ὑπὸ. ποιησ.] *Eorum ingratitudinem imitaturi sumus.* *J. Br.*

48. Τοσαῦτα ταύρων τε ἢ αἰγῶν πιόταλα] Barbarum hic pronunciat *Faber* τοσαῦτα πιόταλα, legitque ex Cod. Reg. Τοσαῦτα μηρία ταύρων τε, &c. Nec certe aliter videtur scripsisse *Noster*, qui & eadem haec habet in de Sacrificiis §. 3. Τοσαῦτά σοι μηρία ταύρων τε καὶ αἰγῶν ἔκαυσα ἐπὶ τ βωμῶν. & in Philopatride §. 8. Ἀλλὰ τοῖς σωζομένοις μηρία καίομεν ταύρων, ἢδ' αἰγῶν. Nimium tamen immite videtur *Fabri* dictum, τὸ, τοσαῦτα πιόταλα, esse barbarum; quum ferme simili modo legatur in Demonacte: Πρὸς τὰ ἀρχαῖα μόνα τ παραδείγματων σφᾶς αὐτοὺς ῥυθμίζειν. *J. F.*

Τοσαῦτα τ. τε ϗ αἰγῶν πιόταλα] Vocis μηρία ex Regio C. restitutae gratiam habemus *Tan. Fabro*: sine hoc enim adjumento oratio vitiosa male claudicat. Priores Interpretes secutus est inconsiderate *Barlaeus*, in istis αἰγῶν πιόταλα pro αἴγας πιοτάτας etiam constructionem Atticam nobis imputans. Quin rectissime dicantur αἰγῶν πιόταλα, nemo dubitabit: αἰγῶν πιόταλα, hoc quidem sensu, multum vereor, ut pro *Barlaeo* quisquam idoneis exemplis confirmet; nam si proferat τ κολάκων τὰ πρῶτα, τὰ ἄκρα τ Ἑλλήνων & similia, de quibus alibi exponam, operam omnino ludat. Errorem plane geminum, qui fuerat commissus ad *Sallust.* B. C. c. 52. ubi *effoeta parentum* pro *parentibus effoetis* nonnulli capiebant, castigavit acutissimus Latinae proprietatis judex *J. Fr. Gronovius* Obs. I. c. 2. p. 21. 22. Nihil huc faciunt *strata viarum*, & quae plura praeter alios collegit *de la Cerda*

conjeci; maxime poſtquam Philoſophia, & verboſæ illæ concertationes inter eos exortæ ſunt. Cum enim inter ſe ſe digladientur, perpetuoque vociferentur, non eſt ut quisquam noſtrum preces & vota hominum poſſit exaudire; quare vel obſtructis auribus otioſe ſedendum eſt, aut ab iis moleſtia confici neceſſe, Virtutem neſcio quam, & Incorporea, & meras nugas magna voce connectentibus. Hanc ipſam ob cauſam evenit, ut hic Timon, vir ſane neutiquam contemnendus, a nobis usque adhuc fuerit neglectus.

εἰς τὴν Ἀτθικήν· ᾗ μάλιστα ἐξ ὧν φιλοσοφία, καὶ λόγων ἔριδες ἐπεπόλασαν αὐτοῖς. μαχομένων γὰρ πρὸς ἀλλήλους, καὶ κεκραγότων, οὐδὲ ἐπακούειν ἐστὶ τῶν εὐχῶν. ὥστε ἢ ἐπιβυσάμενον χρὴ τὰ ὦτα καθῆσθαι, ἢ ἐπιρρηγῆναι πρὸς αὐτούς, ἀρετήν τινα, ἢ ἀσώματα, καὶ λήρους μεγάλῃ τῇ φωνῇ ξυνειρόντων. ἀφ' ταῦτά τοι καὶ τῆτον ἀμεληθῆναι συνέβη πρὸς [b] ἡμῶν, οὐ φαῦλον ὄντα.

Ὅμως

[b] Ἡμῶν] Priores Edd. ὑμῶν. Reſtituta lectio eſt in R. L. Marg. *AIW.*

da ad *Virgil.* AEn. I, 426. Verum eſt, hunc ſtructurae morem, ut adjectivis ſecundos adjungant ſubſtantivorum caſus, libenter uſurpare Graecos, idque tum potiſſimum, quum res aliqua poteſt in varias ſeparari ſpecies, ut οἱ σπουδαῖοι τῶν γονέων, οἱ μεγαλοφυεῖς, οἱ πολύπειροι, οἱ ἀρχαῖοι τῶν ἀνθρώπων, οἱ πρακτικοὶ τῶν λόγων, τὰ δημόσια τῶν πραγμάτων, αἱ τοιαῦται τῶν ἀκροάσεων apud *Noſtrum* in Πρ. ἐν ἰν λ. §. 2. cujus generis, ſi quaeras, plura contulit *J. Jenſ* ad Tragop. v. 9. illamque formam, quam nulla non lingua facile ferat, Latinos etiam fuiſſe imitatos, qua de re notant *Salmaſ.* ad *Tertullian.* Pall. p. 311. *Drakenborch.* ad *Sil. Italic.* I, 564. ſed oſtende vel unum, qui genere mutato ſcripſerit τὰ σπουδαῖα τῶν γονέων, τὰ ἀρχαῖα τῶν ἀνθρώπων. Aliquantulum diſcrepat, quando ſingulari numero frequentant, τὸ πλεῖστον τοῦ βίου ἐντεῦθεν ἐποιοῦντο. *Thucyd.* I, 5. τὸ πολλὸν τοῦ χρόνου διατρίβουσα, *Herodot.* I, 24. τὸ ἥμισυ τοῦ χρόνου, *Demoſth.* in Leptin. p. 542. B. πολλὴν τὴν Ἀσίας, *Plutarch.* T. II. p. 211. A. quomodo ſaepe πολλὴν τὴν γῆς, τὴν ἱερὰς χώρας apud *Thucydidem* & *Diodorum Siculum*, πολλὴν τὴν στρατιᾶς ἀπολέσας *Joſeph.* A. J. XI. c. 8. §. 3. Ex his autem necdum mihi ſatis eſt apertum, an vulgata *Zoſimi* lectio I. p. 7. Τιβέριον . . . . . εἰς ἐχάτλω ὠμότητον ἐκφαπεῖς, adverſus *Stephanum* defendi poſſit ſcribentem ἴχαλον ὠμότητον vel ἰχάτλω ὠμότητα. Porro, ſi dicere licet, quod ſentio, non nimis videtur immite *Fabri* dictum ad ſolos relegantis barbaros τοσαῦτα ψιόταται huc minime quadrat, quod *Fabro* Doctiſſ. *Jenſius* oppoſuit, τὰ ἀρχαῖα μόνα τῶν διαθυμάτων. *T. H.*

49. Μηδέ] Hanc vocem, quae in omnibus editis deerat, cum in Mſſ. inveniri teſtetur *Tan. Faber*, in textum lubens recepi. *M. du S.*

Ibid. Ταύρων τε καὶ αἰγῶν] Ex *Homer.* I. Iliad. quae repetit multoties. *J. B.*

59. Καὶ λόγων ἔριδες] Sic in omnibus dialogis: haec enim *Luciano* ſubjecta materies. *J. B.*

Ibid. Ἐπεπόλασαν] Nullum verbum aeque *Luciano* frequens. Sic Catapl. §. 1. de Merc. Cond. §. 23. & paſſim. ἐμπολὴ τὸ ἀπὸ τῶν πιπρασκομένων ἀνεγόητον, ἐπεμπολῶν, περδαίνων. *Interp. Sophocl.* ad Ajac. Flag. *Heſych. Suid. Poll.* *J. B.*

Ἐπεπόλασαν] Abſurdiſſima adnotatio, quam conſuetum *Bourdelotio* feſtinanter & inconſiderate ſcribendi dicam, an vix tenui cogitatione informata profundendi cacoëthes peperit. Eum in modum commentatur, ac ſi extaret in *Luciano* ἐμπόλησαν, ἐπημπόλησαν, vel ἀπημπόλησαν haec verba occurrunt illis in locis, quae adduxit. Multa ſunt in obſervatiunculis ejus haud ſane magni pretii peccata; quae quidem ſingula mihi notare non lubet, neque operae eſt pretium. *T. H.*

60. Μαχομένων] τῶν φιλοσόφων. *J. Br.*

62. Ἐπιβυσάμενον] *Procopio* verbum hoc reddidit *D. Hoeſchel.* de AEdif. Juſtin. p. 17. v. 18. attulitque hanc ipſam *Luciani* noſtri locutionem. *T. H.*

63. Ἀρετήν τινα] Hic Stoicos pungit Lucianus. *J. Br.*

64. Μεγάλῃ τῇ φωνῇ] Sic paſſim inducit Pſeudophiloſophos ſuos μεγάλῃ τῇ φωνῇ κεκραγότας, magna & tragica voce ſibi invicem obſtrepentes. *J. B.*

66. Πρὸς ἡμῶν] Potuit *Tan. Faber* oportuniorem locum reperire invehendi in lectores incurioſos & editores. Licet enim pro certiſſimo ſit hanc lectionem ſic ſtare non poſſe, non tamen ideo diſcedendum ei fuit ad mutationem ejus omnino non neceſſariam, immo prorſus vanam. *Benedictus* eſt, qui ad hanc lectionem concinnavit iſta Latina, *hinc factum eſt, ut hic quoque a nobis neglectus fuerit, quamvis non ſit deſpicabilis.* Sed & *Benedictis* his & *Fabris* longe perſpicacior *Eraſmus* noſter, *hac in cauſa fuerunt, ut hunc quoque neglexerim, quum haud mediocriter de nobis ſit meritus.* Unde patet divinum virum ita cenſuiſſe diſtinguendum διὰ ταῦτα τοι καὶ τῆτον ἀμεληθῆναι συνέβη, πρὸς ἡμῶν οὐ φαῦλον ὄντα, quae ipſa manus & mens *Luciani* eſt ringentibus licet illis: ut taceam enervari omnem ſententiae huc facientis efficaciam, dum φαῦλον vertit *contemnendum*, quod huc non pertinet, voce adſtricta & alludente ad pium & gratum erga Deos & eorum metuentem animum. *J. G.*

Πρὸς ἡμῶν] Monet *Tan Faber* locum hunc aliter in Mſſ. legi, nempe πρὸς ἡμῶν, οὐ φ. ο. Et ſane in L. ita legi Excerpta penes Cl. *Perizonium* docent; ut Προμ.

Ὅμως δὲ τ Πλοῦτον, ὦ Ἑρμῆ, παραλαβών, ἄπιθι παρ' αὐτὸν χτ τάχος. ἀγέτω δὲ ὁ Πλοῦτος ἢ τ Θησαυρὸν μετ' αὐτοῦ, ἢ μενέτωσαν ἄμφω παρὰ τῷ Τίμωνι, μηδὲ ἀπαλλαττέσθωσαν ὅτω ῥᾳδίως, κἂν ὅτι μάλιστα ὑπὸ χρηστότητος αὖθις ἐκδιώκῃ αὐτοὺς τ οἰκίας. περὶ δὲ τ κολάκων ἐκείνων, ἢ τ ἀχαριστίας, ἣν ἐπεδείξαντο πρὸς αὐτόν, ἢ αὖθις ἓν σκέψομαι, ἢ δίκην δώσουσιν, ἐπειδὰν τ κεραυνὸν ὀπισθύσω· καλεαγμένη γὰρ αὐτοῦ καὶ ἀπεστομωμένη εἰσὶ δύο ἀκτῖνες αἱ μέγι-

10. Sed ut ut haec ſe habent; aſſumpto tecum Pluto abi, Mercuri, ad illum quam ocyſſime. adjungat ſibi comitem Theſaurum Plutus; maneantque ambo apud Timonem, neque tam cito ex ejus ædibus concedant, licet eos Timon, qua bonitate eſt, denuo emittat: de aſſentatoribus autem, qui ſe adeo immemores beneficiorum præbent, poſt videro: eos plectere certum eſt, ubi fulmen recuſum fuerit. Radii enim ejus duo omnium maximi diffracti ſunt & re-

c. 8. & aut ita legendum fuit, aut aliter erat interpungendum; ut ad ὄντα referretur, ut mox ὡς πρὸς ἐμέ. & ὑ. εἰκ. c. 8. Aliter tamen in Διαλ. c. 17. ὃν τρόπον διάκειται πρὸς ἐμοῦ. *M. du S.*

Πρὸς ἡμᾶς] Si retineas, omnino probanda eſt *J. Gronovii* ſententia: ſin minus, jungi convenit ἀμειληθῆναι πρὸς ἡμῶν, ut §. 5. οἶδ' γνωρίζομαι πρὸς αὐτῶν. §. 25. Hoc, praeter auctoritatem Regii Codicis, quia magis congruit ad mentem *Luciani*, & jam olim ſecutus ſum, & adhuc ſequendum puto. *T. H.*

79. Ἡκόντισα] Hiſtoriam, quam tangit, varie a veteribus narrari tradit *Diog. Laertius*, p. 36. A. Sed quod de fulmine habet noſter fruſtra apud alios quæras. Nempe ficta ſunt inquies; neque ego repugno. Ita tamen ficta eſſe ſtatuendum eſt, ut quod de incenſa æde Dioſcurorum fulmine dicitur verum eſſe deceat. De eo tamen nihil *Meurſius*. Pericles autem, cujus tum auctoritas in civitate ſumma, vix eripere Anaxagoram valuit, cum ſe palam ejus diſcipulum eſſet confeſſus. Quod ait autem ὑπερέχειν χ. petitum videtur ex *Il.* Δ. 249. & Ε. 433. I, 420. Od. Ξ. 184. *Euſeb.* Præpar. Ev. XIV, 5. & *Plutarch.* 583, 2. *M. du S.*

81. Ἡμᾶς τοὺς θεούς] Ead. in Jove Confut. & Tragœd. *J. B.*

82. Ὑπερέχε αὐτῷ τὴν χεῖρα] Etſi minime ſit audiendus, *Cuperum* tamen audiamus Obſ. III. c. 2. *Jovem introducit dicentem ſe fulmen vibraſſe in Anaxagoram philoſophum, eumque tutatum eſſe a Pericle: ὑπερέχε, inquit, γὰρ αὐτοῦ τὴν χεῖρα Περικλῆς*, protenta namque manu tutatus eum eſt Pericles: *Quod interpretandum de judicio; nam in eo impietatis accuſatus Anaxagoras a Pericle defenſus eſt diſcipulo ſuo: ὑπερέχε τὴν χεῖρα autem eleganter dixit, quia in orando manus dextra movebatur, & accommodabatur ejus motus ad verba pronuntiantis. Teſtatur id locus elegans Ariſtophanis ἐν Ἐκκλησιάζ. v. 263. ubi ſalax mulier: Ἐκεῖνο δ' ἐ πεφροντίκαμεν, ὅταν τρόπῳ Τὰς χεῖρας αἴρειν μνημονεύσομεν τότε. Εἰθισμέναι γὰρ ἐσμὲν αἴρειν τὰ σκέλη.* Illud autem non praevidimus, quonam modo Manus tollere tunc meminerimus: Quippe non manus, ſed pedes tollere aſſuetae ſumus. *Iſque apud Graecos in dicendo habitus erat, ut dextrum brachium humero exſererent. Praxagora ibid.* Χαλεπὸν τὸ πρᾶγμ', ὅμως ὁ χειροτονητέον Ἐξωμισάσαις τ ἕτερον βραχίονα. Res illa difficilis eſt, tamen extendendae manus Ab humero nudantibus brachium. *Quare unius tantum manus mentionem facit Lucianus.* Haec *Cuperus*, quae talia ſunt, ut a tirone parum adhuc exercitato, qui prima ſtudiorum rudimenta publico commendabat, profecta eſſe facile exiſtimes: eo certe capite quicquid in *Luciano* conatur excuſatione, quam laude dignius eſt. Ut cetera praetermittam, quam alienum eſt, quod *J. Gronovius* etiam attigit, locutionem illam ὑπερέχειν τὴν χεῖρα, vetante Graeci ſermonis genio, ad motum geſtumque oratorum referre; praeſertim in Pericle, cujus aetate, quemadmodum *Aeſchines* teſtatur in Timarch. tam compoſita rhetorum erat modeſtia, ab omnique orationis externo cultu abhorrens, ut audax videretur & importunum τὴν χεῖρα ἔξω ἔχοντα λέγειν nihil dicam de Comici locis perperam huc allatis. Eſt autem in ea loquendi formula, ὑπερέχειν τὴν χεῖρα, praecipua quaedam virtus, quae ad Deos commodorum humanorum cuſtodes proprie pertinet, inprimis ſi velut objecta manu imminentia mala propulſent avertantque. Ita quidem *Homerus* ſemper, Il. Ω, 374. in Camino: Διῒ δ' ἀγχ' Ἀθηναίη θ ὑπερέχε χεῖρα καμόντι. Nec poëtae ſolum poëtarum principi, ſed & orationis proſae ſcriptores hanc elegantiam debere voluerunt: *Philoſtr.* de V. A. T. VII. p. 302. ἡμῶν ἐς ἀμήχανά τε ἢ φοβερὰ ἐμβεβηκότων, θεῶν τις αὖμαι ὑπερέχει χεῖρα, ὡς μὴ ἐκπέσοιμεν σωτηρίας πάσης. *Ariſtid.* T. I. p. 302. D. καλελείπετο τὰ πράγματα οὐ τούτῳ Λακεδαιμονίοις, ὅτε δῆτ' ἂ θεῶν τινὰ χεῖρα ὑπερέχειν *Philo Jud.* Leg. ad Caj. p. 1024. B. θεὸ μοι προνοίᾳ δοκῶ τὴν χεῖρα τ ἀδικουμένων ἀφανῶς ὑπερέχοντ *Maxim. Tyr.* Δ. XXVI. p. 267. τούτοις θ, τὸ θεῖον ἐθέλει ξυνίσασθαί τε θ ξυνεπιλαμβάνειν τῷ βίου ὑπερέχον χεῖρα θ κηδόμενον. In *Euripidis* Iph. in Aul. v. 915. Clytaemneſtra difficillimo tempore Achillem implorat, quaſi praeſentiſſimum aliquod ac tutelare numen: — ἢν ὁ τολμήσας σό μου Χεῖρ' ὑπερτείνας, σεσώσμεθ' — *Nicol. Damaſc.* in Exc. p. 433. εἰ μὴ βασιλεὺς ὁ θειότατος αὐτῷ ὑπέρεχοι τὴν δεξιάν. Hinc feſtiviſſime jocum duxit *Ariſtoph.* Equ. v. 1170. Ὦ δῆμ', ἐναργῶς ἡ θεὸς σ' ἐπισκοπεῖ, Καὶ νῦν ὑπερέχει σου χύτραν ζωμοῦ πλέαν obſcure Scholiaſtes unus: ἀντὶ τοῦ ὑπεραστράζει σοι. (iſta deſcripſit *Suidas* in Ὑπερέχει) ἀντὶ δὲ τοῦ εἰπεῖν εὐεκεφάλαιον, εἶπε χύτραν, ὡς μαγείρου alter optime, ἀντὶ τοῦ εἰπεῖν χεῖρα. Horum tamen leporem fruſtra fis, ſi capere te putes, niſi, quo reſpexerit *Comitus*, ante habeas exploratum: ſunt *Solonis* verſus apud

retusi ; cum illud vehementius paulo in Anaxagoram Sophistam jacularer, qui discipulis suis persuadebat nos Deos in rerum natura non existere ; & ab eo aberravi frustrato ictu ; protenta namque manu tutatus eum est Pericles ; fulmen autem in Castorum ædem cum præter spem delatum esset, eam exussit ; ipsum autem fulmen tantum non ad saxum comminutum est. Quanquam interea satis pœnarum luent assentatores, si in re perquam ampla Timonem viderint.

11. MER. Quantam affert utilitatem magnis clamoribus rem agere, & molestum

ται, ὁπότε φιλοψιμώτεροι ἠκούσατε πρώην ἐπὶ τ σοφιστὴν Ἀναξαγόραν· ὃς ἔπειθε τοὺς ὁμιλητὰς μηδὲ ὅλως εἶναί τινας ἡμᾶς τοὺς θεούς· ἀλλ' ἐκείνου μὲ διήμαρτον (ὑπερέσχε γὰρ [a] αὐτῦ τ χεῖρα Περικλῆς.) ὁ δὲ κεραυνὸς εἰς τὸ ἀνάκειον ἐμβαλὼν, ἐκεῖνό τε κατέφλεξε, κ αὐτὸς ὀλίγου δεῖν συνερρίφη [b] περὶ τὴ πέτρα. πλὴν ἱκανὰ σὶ τοσούτῳ κ αὐτὴ τιμωρία ἔσται αὐτοῖς, εἰ ὑπερπλουτοῦσι τ Τίμωνα ὁρῶσιν.

EP. Οἷον ἦν τὸ μέγα κεκραγέναι, κ ἀχληρὸν εἶναι

a Αὐτῦ] αὐτὸν *J.* b Περὶ] Ex R. ante ἐμβαλὼν edebatur.

83. Ἐς τὸ Ἀνάκειον] Τὸ τ Διοσκούρων ἱερὸν Ἀνάκειον ἐκαλεῖτο· Ἄνακες γὰ αὐτοὶ παρ' Ἕλλησιν ἐκαλοῦντο. *V.*

apud *Demosthen.* περὶ Παραπρ. p. 333. A. Τοίνυν γὰρ μεγάθυμόν τε ἐπίσκοπόν τε Ὀδρυμοπάτρη Παλλὰς Ἀθηναίη χεῖρας ὑπερθῦ ἔχει proxime, quod omnem dubitandi locum intercludit, sequitur in *Aristophane* Ὀμοδριμοπάτρα. Simul ex his patet, perquam facete *Lucianum* Olympio Pericli tributile telum phrasin, quae Jovem ceterosque Deos eximie decebat. *T.H.*

83. Εἰς τὸ ἀνάκειον] Vide *Suid.* & *Hesych.* verbo Ἄνακας. *J.B.*

Εἰς τὸ ἀν.] Templum Castoris & Pollucis : ἄνακες enim διόσκουροι παρὰ Ἀττικοῖς. *A.V.*

Εἰς τὸ ἀνάκειον] Addendus & hic locus illis est, quae ab *Maussaco* perdocte notantur ad hanc vocem in *Harpocratione*. Quod propterea moneo, ut vites cum prioribus interpretibus vertere *in Castoris & Pollucis templum*, aut cum *Fabro in Castorum aedem*, quo nil nasutius. Vera enim esse, quae observat *Maussacus*, censeo, & plane illos Ἀνακτας ex *Cicerone* intelligendos, ut nil commune habeant cum aliorum Graecorum aut Latinorum Castore & Polluce vel Castoribus; quos sane quum innuere vult auctor, novit ille Διοσκούρους, ut apparet ex dialogo de saltatione. Itaque idem observari debet in Reviviscentibus c. 42. ubi rursus dicuntur οἱ ὁ κ πρὸς τὸ ἀνάκειον προθύμως κλύσαντας. Miror autem ea, quae observari video ad praecedentia ὑπερέχει γὰρ αὐτῦ τὴν χεῖρα Περικλῆς, quasi id respiceret ad orationis pronunciandique gestum, & non unice ad patrocinium ac tutelam, eo modo, quo excellentissime id notavit familia Æmilia in nummo, Lepidum tutorem pueri Ptolemæi exhibente. *J.G.*

Εἰς τὸ ἀνάκειον] Quum *J. Gronovius Maussacum* laudabat ad *Harpocr.* in Ἀνάκειον, nondum viderat, quae adversus sententiam ejus confidenter, ut solet, venditatam crudite disputata sunt ab *Henr. Valesio* p. 225. Eundem errorem notavit etiam *Jac. Oizel.* ad *Minuc. Felic.* p. 126. De Διοσκούροις ἄνακτι studiose *Davis.* ad *Ciceron.* de N. D. III, 21. de Ἀνακείῳ *Meurs.* Athen. Att. I, 7. quem, ibi non una vice labentem, *Lucianus* loca fugerunt : hunc ipsum attulit *Menag.* ad *Diogen. L.* II, 12. Fuit autem Ἀνάκειον vetustum, quod hoc proprio nomine sic dicebatur, in asty, ut liquido patet ex *Thucyd.* VIII, 93. *Andocid.* περὶ τ Μυσ. p. 7. v. 9. *Lucian.* Asin. §. 42. nam aliud erat multo recentius Διοσκούρων ἱερὸν in Piraeeo. Equidem non dubito, quin Anaeei fulmine icti conflagrationem ab historia sumserit *Lucianus*, cujus memoriam ex tot Comicorum, qui nunc perierunt, numero potuit unus aliquis facile conservasse. Ejusmodi sunt apud artis Rhetoricae magistros non pauca, de quibus, etsi prima specie ficti videri queant, idem statuere licet. Veluti quod legimus in *Hermogene* de Inv. I. p. 86. de hoc nostro Pericle : ἠνίχθη σκηπτὸς ἐπὶ τὴν Περικλέους εἰκόνα, κ συμβουλεύει τις μηκέτι αὐτὸν Ὀλύμπιον καλεῖν fulminatum vere Periclis simulacrum ingenia rhetorum excitavit. *T.H.*

86. Ἐν τοσούτῳ] *Interim dum fulmen instauro & exacuo.* *J.Br.*

Ἐν τοσούτῳ] Interpres : *Quanquam vel id supplicii satis magnum in illis fuerit.* Ego malim : *veruntamen satis magna interim & haec ipsis erat poena.* Omisit Interpres illa ἐν τοσούτῳ, quae significant *interea*. Auctor Noster in Dial. Panopes & Galen. Ὁ γὰρ Ποσειδῶν ἐκέλευσέ με, ὦ Παιόπη, ἀκύμαντον ἐν τοσούτῳ φυλάττειν τὸ πέλαγος· *nam me Neptunus jusserat, Panope, tranquillum interea servare pelagus :* & paulo post : ἡ Ἔρις ὁ ἐν τοσούτῳ &c. In *Contempl.* §. 14. ἐν τοσούτῳ δὲ ἐπαιρόμεθα· ubi perperam Interpres : *verum adeo in sublime attollantur.* Debebat : *interim autem in sublime svehantur* : i. e. dum adhuc vivunt, ante mortem : habet iterum in *Sympos.*, ubi Schol. exponit, μεταξύ. *L. Bos* Anim. c. XIII. p. 58. Eundem vide de Ellip. p. 200.

89. Κεκραγ.] Sic enim vociferatus est Timon : ὦ Ζεῦ φίλιε & ξένιε, & reliqua. *J.Br.*

91. Ἀλ-

εἶναι, καὶ θρασύν; ὃ τοῖς δικαιολογοῦσι μόνοις, ἀλλὰ καὶ τοῖς εὐχομένοις τοῦτο χρήσιμον· ἰδοὺ γοῦν αὐτίκα μάλα πλούσιον ἐκ πενέτου καλαχήσει ὁ Τίμων, βοήσας, καὶ παῤῥησιασάμενον ἐν τῇ εὐχῇ, καὶ ὑπορρέψας τὸν Δία. εἰ δὲ σιωπῇ ἔσκαπτεν ὑπικεκυφὼς, ἔτι ἂν ἔσκαπτεν ἀμελούμενον. ΠΛΟΥ. ἀλλ' ἐγὼ οὐκ ἂν ἀπέλθοιμι, ὦ Ζεῦ, παρ' [a] αὐτόν. ΖΕΥΣ. Διατί, ὦ ἄριστε Πλοῦτε, καὶ ταῦτα, ἐμοῦ κελεύσαντος;

ΠΛ. Ὅτι νὴ Δία ὑβριζέν εἰς ἐμὲ, καὶ ἐξεφόρει, καὶ εἰς πολλὰ καλεμέριζε, καὶ ταῦτα, παίρων αὐτῷ φίλον ὄντα· καὶ μόνον οὐχὶ δικράνοις με ἐξεώθει τῆς οἰκίας, καθάπερ οἱ τὸ πῦρ ἐκ τῶν [b] χειρῶν ἀποῤῥιπτοῦντες. αὖθις οὖν ἀπέλθω πρὸς τοὺς κόλακας καὶ πρὸς τοὺς

90 esse atque audacem! neque id modo causarum actoribus utile est, sed iis etiam, qui deos comprecantur. Vel hic Timon, quam repente dives ex pauperculo factus est! nimirum ingenti clamore vociferans, & magna dicendi libertate in precibus usus, Jovem ad sese advertit denique: sin vero tacitus incurvusque fodisset, etiamnum neglectus foderet. PLUT. At ego, Jupiter, ad ipsum non ibo. JUP. Quid ita autem, optime Plute, me præsertim jubente?

95 PLUT. Quia per Jovem in me injurius erat, domo me extrudens, ac frustulatim partiens, qui tamen ipsi paternus essem amicus; meque tantum non furca expellebat, aut ut eos facere videmus, qui ignem manibus hærentem excutiunt. Quid igitur? redeamne ad eum, parasitis, assentatoribus, & mere-

a Αὐτόν] αὐτῷ F. b Χειρῶν] τειχῶν L.

1. Ἐξεφόρει] Ἀπήντλει, ἐξέφερε. C. G.
4. Δικράνοις] Δίκρανα πῦρ τινὰ ἐ σωιεχῆ, ἀλλὰ δυοῖν ἡμιμβόα, οἷς ἁφάπτουσι τὸ σωρεῦ, * ἢ κατὰ δύο ἢ κατὰ τρία· τούτοις δὲ λιπαροῦσιν οἱ ταῖς ἄλωσιν. V.

* Ἢ κατὰ δύο] Transpone: δυοῖν ἡμιμβόα ἢ κ. δ. ἢ κ. τρ. οἷς ἁφάπτονται. T.H.

91. Ἀλλὰ καὶ τοῖς εὐχομένοις τοῦτο χρήσιμον] Pater adscripsit τούτοις legere *Priceum* ad *Matthaeum* 6, 7. quod sane nec necessarium, & convenientior vulgata scriptura. J.G.

96. Ἀμελούμενον] A Jove neglectus ac pro nihilo habitus. J.Br.

4. Δικράνοις] Absurdum est quod hic vides Scholium. δίκρανα sunt *furcae*; & proverbium est apud Graecos tritum, quod & *Horatius* Latine dixit *naturam expellas furca, tamen usque recurret* &c. Sed haec jam *Barlaeus* occupavit. M. du S.

Δικράνοις ἐξεώθει] Tanti paene non est, fateor, ut subsistam: sed tamen jure voluit *Faber* καὶ interjungi ante καθάπερ. Timonis sollicitam illam & male sedulam festinationem domo exturbandi Plutum duplici figura *Lucianus* exponit, *tantum non furcillis*, &, *velut illi solent, qui quam possunt celeriter ignem de manibus excutiunt*: haec sane, ut oratio recte procedat, separari debent. Est autem δικράνοις ἐξωθεῖν, *vi maxima ejicere atque exturbare*, quod docuit *Turneb.* Adv. XIII, 3. Tu vide *Scaligerum* ad *Fest.* in *Furcilles*, ubi Vir Maximus *Cedreni* locum adduxit peropportunum. T.H.

Ibid. Καθάπερ οἱ τὸ πῦρ ἐκ τ. χ. ἀπ.] Ut verum fatear, non adsequor hic acumen T. *Fabri*, ἀνακόλουθον in his verbis videntis, ideoque καὶ ante καθάπερ inculcantis. Quaeso & ego, quae ἀνακολούθου species in his? *Et tantum non furcillis me ejecit domo, velut qui ignem e manibus abjiciunt.* Tam propere, & ne minimo quidem morae interjecto, ait Plutus, me Timon profudit, ac ii, qui ignem in manibus tenentes, eum prae dolore acerrime pungenti, illico dejiciunt. Certe illud Fabri καὶ videretur mihi, si adforet, δικράνοις ἐξωθοῦντίον. J.J.

7. Ἑταίροις] Scribe, ἑταίραις, *scortis*. J.Br.

Ἑταίραις] Ita primae Edd. ceteraeque, ni fallor, omnes. Mutandum censuit *Cuperus* Obs. III, 2. *Emendo ἑταίροις· neque enim meretricum ullibi hic mentio, quas sine dubio huc introduxisset emunctae naris homo, non secus ac parasitos, adulatores, aliosque socios & amicos Timonis.* Et hoc sane notatum quoque reperio ad marginem Ed. A. 1. *Wesselingii.* At vide, quantum judicia discrepent: invenerat *Brodaeus* in nescio qua sive editione sive membrana scripta ἑταίροις is reponi jubet ἑταίραις. Nos etiam meretricibus suum esse locum inter damnosissimas fundi quantumvis opulenti calamitates facile patimur: argumento *Cuperi* ficulneo nihil est, cur quisquam moveatur; tanto minus, quia in *Alciphronis* III. Ep. 34. de hoc Timone nostro scribit Gnatho, σκαλεύσας τὴν οὐσίαν εἰς ἡμᾶς τοὺς δορυφόρους καὶ τὰς ἑταίρας ibi commode *Berglerus* verba *Luciani* protulit: vid. Plutum *Aristoph.* v. 243. *Joh. Chrysost.* Οἱ μὲ πορνεῖς διδόασι, οἱ δὲ δορυφόροι, οἱ δὲ κόλακες, οἱ δὲ τύραννοι. Diogenes apud *Stob.* p. 506. elegantissima divitiarum cum vitibus arbustisque, quae praeruptis & inaccessis rupibus innascuntur, com-

meretriculis objiciendus? Ad illos, Jupiter, me, quæso, mittas, qui benignitatis modum intelligant, qui me amplectantur, quibus pretiosus sim & desiderabilis: hi vero fatui cum Paupertate usque & usque versentur, quando illam me potiorem ducunt, acceptoque ab ea rhenone & ligone, quatuor obolorum mercedula contenti vivant; qui decem talentorum munera sic neglectim abjiciunt.

13. JUP. Nil tale posthac adversus te Timon faciet; a ligone probe perdoctus fuit te Paupertati anteponere; nisi si lumbos forte fortitus est cuilibet dolori impenetrabiles. At tu mihi mirum in modum querulus videris, qui nunc Timonem accuses, quod tibi recluſis foribus hac illac vagari, prout libet, ἐξεῖναι.

ΖΕΥΣ. Οὐδὲν ἔτι τοιοῦτον ὁ Τίμων ἐργάσεται περὶ σέ. πάνυ γὰρ αὐτὸν ἡ δίκελλα πεπαιδαγώγηκεν, εἰ μὴ παντάπασιν ἀνάλγητός ἐστι τὸ ὀσφῦν, ὡς χρῆν σε ἀντὶ τῆς πενίας προαιρεῖσθαι. σὺ μέντοι πάνυ μεμψίμοιρος εἶναί μοι δοκεῖς, ὃς νῦν μὲν τὸν Τίμωνα αἰτιᾷ, διότι σοι τὰς θύρας ἀναπετάσας, ἐφίει πανταχοῦ ἐλευθέρᾳ τῇ παρρησίᾳ χρῆσθαι· ἐπὶ δὲ τοὺς ἑταίρους τοὺς ἐμοὺς οὐκ ἐθέλεις ἐλθεῖν, οὓς ἐκεῖνος ἐκτήσατο, ἀλλ' ἐμὲ μόνον ἀσπάζῃ, καὶ ἐμοὶ μόνῳ ἐντυγχάνεις, ἐμοὶ μόνῳ ἐπιτρέπεις τὰς θύρας; ἐκεῖνοι δὲ ἐν τῇ πενίᾳ ἀπολείπουσιν αὐτόν, καὶ ἐπὶ τὰς θύρας οὐκ ἐλθεῖν ἐθέλουσιν, ἀλλὰ τὸν μὲν ἀπωθοῦνται, σὲ δὲ ἀσπάζονται. ἀλλ' ἐγὼ ἐκείνους μὲν ἀπελαύνω, σὲ δὲ ἀσπάζομαι

λθυθέρως, ὅτε ἀποκλείων, ὅτε ζηλοτυπῶν. ἄλλοτε δὲ τουναντίον ἠγανάκτεις τῷ πλουσίων, καλαχεκλεῖ λέγων πρὸς αὐτὸν ὑπὸ μοχλοῖς, ἢ κλωσί, ἢ σημείων [a] ἐπιβολαῖς· ὡς μηδὲ παρακύψαι σοι ἐς τὸ φῶς δυνατὸν εἶναι. ταῦτα γὰρ ἀπωδύρω πρός με, ἀποπνίγεσθαι λέγων ὑπὸ πολλῷ τῷ σκότῳ· καὶ διὰ τοῦτο ὠχρὸς ἡμῖν ἐφαίνου, ἢ φροντίδων ἀνάπλεως, συνεσπακὼς τὰς δακτύλους πρὸς τὸ ἔθος τῶν συλλογισμῶν, ἢ [b] ἀποδράσεσθαι ἀπειλῶν εἰ καιρὸν λάβοιο παρ' αὐτοῦ. καὶ ὅλως, τὸ πρᾶγμα ὑπέρδεινον ἐδόκει σοι, ὑπὸ χαλκῷ, ἢ σιδηρῷ θαλάμῳ, καθάπερ τὴν Δανάην, παρθενεύεσθαι ὑπ' ἀκριβέσι ἢ παμ-

bitum fuit, permiſit, neque domi claudens, neque in re zelotypia ardens. Olim autem adverſus divites indignabaris, claudi te ab iis conquerens repagulis, clavibus, & annulo impreſſo, ut ne oculis quidem obliqui lucem tibi fas eſſet aſpicere. Hæc igitur apud me lamentabaris, in tantis tenebris ſuffocari te dictitans: atque id propterea pallidus eras, curis perditus, digitosque contractos habebas ob frequentem computandi conſuetudinem; quin & minitabaris te quandoque aufugiturum, ſi quam nanciſci occaſionem poſſes. Ad pauca ut redeam, graviſſimum tibi videbatur, in ferreo aut æreo thalamo virginem cuſtodiri velut alteram Danaën, & ſub acribus & ſcelero-

a Ἐπιβολαῖς] ἐπηβολαῖς F. J. A1. b Ἀποδράσεσθαι] ἀποδράσεις Schol. Aor. 1. & Fut. 1. ſæpe commutantur, ſic ut, quid ab ipſo Scriptore venerit, dijudicari nequeat.

32. Καὶ ἀποδράσεσθαι] Ἀποδράσεσθαι παρ' αὐτῶν, ἀντὶ τοῦ ἐξ αὐτῶν. V.

26. Ἐπιβολαῖς] Antiquiores Edd. omnes ἐπηβολαῖς, quod obſervatione haud indignum viſum eſt. Nihil tamen hactenus repperi. *M. du S.*

28. Ἀποπνίγεσθαι] *Strangulari*: illud enim optime poteſt cum hoc verbo comparari, cujus apud Latinos elegantiam quum explanaret *J. Fr. Gronov.* Diatr. Stat. c. XXVII. mirum eſt eum, qui proxima *Luciani* loca in medium adferebat, praetervidiſſe τὸ ἀποπνίγεσθαι. Herodes, homo liberalis & ſplendidus, ἐκάλει τοὺς θησαύρους, εἰς οὓς ἀποτίθει τὰ χρήματα ἕνιοι, πλούτου διεμωτήρια, narrante *Philoſtrato* in Ejus Vita c. I. *Dion Chryſoſt.* Or. IV. p. 75. C. ἀνέῳξαν καὶ ἀρχεῖον φυλάττοντα τὸν πλοῦτον τοῦ ὄντι, κατάκλειστον ἴσως τισὶ κρυπτοῖς καὶ ἀφυγγίοις βαράθροις. Sed omitto plura, quorum ex utriusque linguae ſcriptoribus larga ſeges eſt ad manum, conſtipare Lucianeis hisce ſenſu verbisque quam ſimillima. *T. H.*

31. Συνεσπακὼς τοὺς δακτύλους] Primum probo *J. Fr. Gronovii* συλλογισμῶν neque improbabit quisquam, qui, quid orationis legitimae ſeries poſtulet, attenderit. Tum συνεσπακὼς τ. δ. ita plerique Interpretes accipiunt, quaſi dicat, ex conſuetudine ſupputandi vix unquam intermiſſa digitos obriguiſſe, curvatosque vitium contraxiſſe, quemadmodum fere in Gall. §. 31. ὁρᾷς ὑπαγρυπνοῦντα καὶ τοῦτον ὑπὸ φροντίδων, ἀναλογιζόμενον τοὺς τόκους, καὶ τοὺς δακτύλους κατισχληκότως perperam, me judice. Paulo rectius, ut quidem videtur, *Benedictus: contractis contortisque digitis, ut fieri ſolet in rationum collectionibus*: nam ſolebant mobili digitorum geſtu flexibusque variis numeros & rationes ducere: hæc ſunt τῶν δακτύλων αἱ κάμψεις *Alciphronis* p. 108. ubi vide *Bergler.* & inprimis *Joh. Wowwer.* de Polym. c. VII. *Firmic.* Aſtron. I. p. 6. *Vides me primos diſcentes computos digitos tarda agitatione deflectant*: dixit etiam in eadem re *digitos agitare Plin.* II. Ep. 20. Eſt ergo συνεσπακὼς τοὺς δακτύλους, qui digitis ſedet conſtrictis, ut numerorum formas effingendo colligat rationes ſuas atque explicet. *Apollin. Sidon.* IX. Ep. 9. per gymnaſia pingi refert *Chryſippum digitis propter numerorum indicia conſtrictis, Euclidem propter menſurarum ſpatia laxatis*: vide *Savaronem. Martian. Capell.* VII. p. 236. *Quae* (Arithmetica) *mox ingreſſa ſeptingentos decem & ſeptem numeros, complicatis in eos digitis, Jovem ſalutabunda ſubrexit*: habes ibi συνεσπασμένους δακτύλους· neque omittendum eſt, quod proxime praecedit: *Digiti vero Virginis recurſantes, & quadam incomprehenſae mobilitatis ſcaturigine vermiculati*: id eſt, ſi modo tumidam Afri Scriptoris locutionem recte capio, in modum operis vermiculati multifariam implexi. Addam *Zenonis Veronenſis* locum Serm. I. de Avaritia. *Hinc* (Hic) *unus petuniam ſuam tanquam hamum proponit, ut facultates ad ſe attrahat alienas: quam peregrinantem ferali ſupputatione nutrire* (mox *Lucian.* ἀνατριφόμενον) *non deſinit, ut ſummam quaerat, non quam commodatio dedit, ſed quam ei pepererint armati numero dies, menſes & digiti.* Haec admodum eſſe corrupta, qualia in iſtius ſive Zenonis, ſive cujuslibet ſermonibus, aut dicam potius laceris reliquiis ſunt ſane permulta, nemo diffitebitur: etiamſi quis poſteriora ſic refingat; *armati numero*, vel, *arctati in numeros dierum menſiumque digiti*, ab auctoris ipſa manu abeſſe tamen procul credo: certius a vetuſtis Codicibus expectandum eſt auxilium. *T. H.*

32. Τῶν συλλογισμῶν] Adſcripſit Pater, forte συλλογιστῶν. Quod quidem manifeſtius, ſed poteſt retineri

ferosis pædagogis educari, Fœnore & Ratiocinio.

14. Eos itaque plane ineptos esse dicebas, qui cum te misere amarent, possentque frui, non auderent tamen: neque amore suo secure uterentur, quibus id liberum esset; sed te pervigili custodia servarent, sigillum aut repagulum oculis haudquaquam demotis aspicientes; seque abunde potiri existimantes, non si fruerentur ipsi, sed omnibus fruendi facultatem si præreptum irent; quod plane canem in præsepio factitare videmus, qui nec ipse hordeum attingat, nec equum esurientem sinat attingere. Insuper, si satis memini, eos irridebas, qui perpetuo parcerent, & custodi-

ποτήρους παιδαγωγοῖς ἀναιρεθόμενον τῷ Τόκῳ, ϗ τῷ Λογισμῷ.

Ἄτοπα γὰν ποιεῖν ἔφασκες αὐτὺς, ἐρῶντας μὲ εἰς ὑπερβολὴν, ἐξὸν δὲ ἀπολαύειν, ϗ τολμῶντας, ϗδὲ ἐπ' ἀδείας χρωμένους τῷ ἔρωτι, κυρίως γε ὄντας, ἀλλὰ φυλάττειν ἐγρηγορότας, ἐς τὸ σημεῖον ϗ τ μοχλὸν ἀσκαρδαμυκτὶ βλέποντας, ἱκανὴν ἀπόλαυσιν οἰομένους, ϗ τὸ αὐτὺς ἀπολαύειν ἔχειν, ἀλλὰ τὸ μηδενὶ μεταδιδόναι τ ἀπολαύσεως, καθάπερ ἢ ὁ τῇ Φάτνῃ κύων, μήτε αὐτὸν ἐσθίοντα τὸν κριθῶν, μήτε τῷ ἵππῳ πεινῶντι ἐπιτρέποντα. ϗ προσέτι γε ϗ ζηλοτυπίας αὐτὸν φεισομένων, ϗ φυλαττόν-

neri quoque alterum. *J.G.*

Ibid. Ἀποδράσας] Sic recte Scholia. In omnibus Impr. ἀποδράσασ, minus apte. *M. du S.*

36. Δανάην παρθενεύσας] Sic postea Δανάης παρθενεύσεις. Dial. Deor. & de Salt. ubi in quibusdam edition. Δαν. ἀπαρθένωσις *imminutio, inforatio.* *J.B.*

49. Ἐξὸν δὲ] *Cum autem liceret.* *J. Br.*

43. Ἐς τὸ σημεῖον] *Quo obsignata erant domi omnia.* *J.Br.*

44. Ἀσκαρδαμυκτὶ βλέποντας] Ἀσκαρδάμυκτον, μὴ μύοντας τοὺς ὀφθαλμούς. σκαρδαμυκτεῖν τὸ σκαίειν ἢ μύειν τοὺς ὀφθαλμούς, τὸ πυκνῶς βλεφαρίζειν, ἰλαπτεῖν ἢ ἰλλαπίζειν. *Schol. Arist. ἱππ. Hesych. Suid. Poll.* aliam tamen etymologiam proferunt alii Grammatici, de qua postea. *J.B.*

45. Ἀπολαύειν ἔχειν] Mira dictio. sine Mss. auctoritate mutare nolui. *M. du S.*

Ἀπολαύειν ἔχειν] Sensus minus attento paullum intricatior, sic tamen, ut haud difficulter expediri possit. Avari ἐξὸν ἀπολαύειν ἐ τολμῶσι, ut modo *Lucianus:* magnos acervos oculis obire ipsis votorum finis est, congestosque nummos in arca contemplari, dum experiri non audent, quo valeat nummus, quem praebeat usum: itaque, quod ad eos attinet, videri poterat ἱκανὴ ἀπόλαυσις, copiam bonorum possidere satis largam, quibus, modo animum inducerent, possent frui: hoc est, τὸ αὐτὸς ἀπολαύειν ἔχειν, reconditis thesauris defossisque non quidem frui, id enim sapientis esset, sed duntaxat posse frui. Interea cur non hoc ἀπολαύσεως genere, quam avaritiae credas sufficere, contenti, fructum divitiarum aliquem, quod ipsi reformidant, alios capere patiuntur? Verum hoc ut faciant tantum abest, ut contra illam demum ἱκανὴ ἀπόλαυσιν existiment, si ceteros omnes pariter ab usu rerum suarum omni prohibeant, haud secus ac canis ad praesepe &c. In his nihil est, ut arbitror, quod quis jure mutatum velit, nisi ipsos avarorum mores. *T.H.*

47. Τὸν ὡ τῇ φ. κ.] *Erasmus* in Paroem. *Canis in praesepi.* *J.Br.*

Ἐν τῇ Φάτνῃ κύνα] Sic alibi Proverb. κύων ἐν Φάτνῃ, sic saepe vocat Philosophos & praecipue Cynicos, obvios insequentes. Repetit illud, adversus Indoctum. *J.B.*

Ἐν τῇ φ. κ.] Eadem libro ad Indoctum libros coëmentem. *Th.M.*

K. τὸν ὡ τῇ φ. κύνα] Alludit manifeste ad *Æsopi* fabulam, quae in Æsopo hodierno non extat: eandem iterum tangit extremo ἀπαιδ. *M du S.*

49. Καὶ προσέτι γε ϗ κατ. &c.] Haec verba ita vulgo vertuntur: *Quinetiam ridebas istos qui parcerent, asservarentque, & (quod esset absurdissimum) se ipsos zelotypia prosequerentur: nec intelligerent fore, ut aut sceleratissimus famulus, vel oeconomus, aut puerorum praeceptor furtim subiret, ludibrio habiturus infelicem & inamabilem herum, quem postea sinat ad fuliginosam & oris angusti lucernulam, ac siticulosum scirpulum usuris invigilare.* Praeterquam quod illud *quem postea* de suo addidit, nihil minus hic fecit bonus Interpres, quam cepit mentem *Luciani*, sive Jovis. Agitur nempe, ut diximus, de sordidissimo avarorum genere, quorum animi tanta macerentur enecenturque avaritia, ut non modo ipsi non fruantur honeste bonis suis, sed ne aliis quidem quidquam impertiant; eoque vesaniae abripiantur, ut dum tenacissima cura opibus suis parcant, easque conditas servent, sibi ipsi quasi invideant, ac ferme diffidant; at qui ignorent, quemadmodum perditus aliquis servus, vel dispensator, vel pueris erudiendis praefectus, clam subrepens (in cellam videlicet, vel penum, ubi cibus potusque accumulata serventur: tale quid enim hic intelligi debere, ex fine paginae praecedentis liquidum est) intemperanter se ingurgitet, ac basilice agat, infelicem & morosum herum ad fuliginosam & oris angusti lucernulam usuris suis invigilare sinens. Hoc, & nihil aliud, vult *Lucianus*, Servos furtim quibusdam hero suo subtractis, hilariter ac temulente vivere, dum

τόντων, καὶ τὸ καινόταλον, αὐτοὺς ζηλοτυπούντων· ἀγνοούντων δὲ ὡς κατάρατος οἰκέτης, ἢ οἰκονόμος, ἢ παιδότριψ [a] ὑπεισιὼν λαθραίως ἐμπαροινήσει, τὸ κακοδαίμονα, καὶ ἀνέδαστον δεσπότῃ, πρὸς ἀμαυρόν τι καὶ μικρόστομον λυχνίδιον, καὶ διψαλέον θρυαλλίδιον ἐπαγρυπνεῖν ἐάσας τοῖς τόκοις. [b] πῶς ἂν οὖν ἄδικον, πάλαι μέν

rent, & (quod prodigii inſtar ſit) in ſe ipſos zelotypi forent; ignorarent autem ſceleſtiſſimum aliquem ſervulum, aut pædotribam, clanculum ſubeuntem, hero inamabili & diis iratis nato ſubliturum os, dum ad lucernam obſcuram, & exiguum habentem ellychnium, paululoque inſtructam oleo, uſuris computandis invigilat. Qui autem, o Plute, abſurdum non ſit, hæc olim diviti-

a Ὑπεισιὼν] ἐπεισιὼν *J.* Marg. *AiW.* b Πῶς ἂν οὖν ἄ.] πῶς ἂν οὖν ἄδικα ταυ. . . . πάλαι μὲ ἐκεῖνα αἰτιᾶ. . . . : Ita notatur in Exc. ex P. In C. πῶς ἂν οὖν ἄδικα ταῦτα π. μ. ἐκεῖνα. *J.* habet πῶς ἂν οὖν ἄδικα ταῦτα σοι, πάλαι μὲ ἐκείνων αἰτιᾶσθαι.

53. Παιδότριψ] Παιδοτρίβης, ἀλειπτης, διδάσκαλος, γυμναστής. *V.*

miſerrimus herus, ut ad juſtam ſedeat lucernam, ab avariſſimo animo impetrare nequeat. Ἐμπαροινήσει (pro quo multo potius legerem ἐμπαροινήσῃ, ut ſignificetur, furacem ſervum id jam perpetraſſe, & in ſecreta aedium parte etiamnum temulentum laſcivire) non conjungendum cum κακοδαίμονα & iis quae ſequuntur, ſed commate dividendum. Neque vero quarti caſus illi, qui ſubjiciuntur, ab ἐμπαροινήσει pendent, ſed ab ultima voce ἐάσας· quod Interpreti fraudi fuit, eumque, ut ſupra monui, coëgit de ſuo duas voces allinere. Sed nec ἐμπαροινεῖν cum quarto, verum cum tertio caſu conſtrui, docet nos ipſe *Lucianus* infra in Deor. Dialog. V. ubi Juno ad Jovem, Μίμνησο γοῦν οἷά μοι ἔφ. τ' οἰνοχόον τῦτον (Γανυμήδη) ἐμπαροινεῖς. & in Cataplo §. 26. Πάντα τρόπον τοῖς ὑπηκόοις ἐμπαροινῶν. Scio aliter ibi ἐμπαροινεῖν ſumi, nempe pro ὑβρίζειν, ut vulgo ab omnibus gloſſographis exponitur; at hic loci τὸ ἐμπαροινεῖν ſimpliciter eſſe *intemperanter indulgere cibo ac potui, atque inde laſcivire*; ut & hunc locum non aliter, ac nos fecimus, ad mentem Auctoris exponendum eſſe, non putem, alicui attenta mente totam hanc *Luciani* periodon luſtranti, viſum iri dubium.

Caeterum quod avarus ille herus dicitur ſedere πρὸς ἀμαυρόν τι καὶ μικρόστομον λυχνίδιον, καὶ διψαλέον θρυαλλίδιον, eodem ferme modo itidem de avaro ſermo fit in *Noſtri* Gallo §. 29. Ὁρᾷς γὰρ Δία πρὸς ἀμαυρόν γε καὶ διψῶσαν τὴν θρυαλλίδα. Quae de Strepſiade habet *Ariſtophanes*, notarunt alii. *J. J.*

53. Παιδότριψ] *Suid.* Παιδοτρίβας, ἀλείπτας, γυμνασίας· καὶ παιδοτρίβης ἡ εὐθεῖα· καὶ παιδότριψ ὡσαύτως. Λουκιανὸς ἐν Τίμωνι ἢ Μισανθρώπῳ. Miſcet παιδοτρίβην & παιδότριβα, a quo errore nec *Stephanus* ſibi cavit in Theſ. T. III. p. 9. παιδοτρίβης eſt *magiſter exercitor*: παιδότριψ in familia ſervulus, qui curam habet puerorum, in eoque munere operam conterit. *H. Stephanus*, quando e *Platonis*, vel potius *AEſchinis* Axiocho profert, καὶ γυμνασαὶ, καὶ παιδοτριβες, lectorem fruſtratur: extat ibi c. 7. παιδοβρίβαι, etiam in Codice Mediceo. Pari forma εἰκότριψ. *T. H.*

55. Πρὸς ἀμαυρόν τι] Lege ἀμαυρόν τι. *J. Br.*

Ibid. Πρὸς ἀμαυρόν τι κ. μ. λυχνίδιον] Hunc locum imitatus eſt *Apul.* lib. 2. Mileſ. ubi de Milone hoſpite ſuo. *Lucian.* in Gall. §. 29. *J. B.*

56. Διψαλέον] Cui prae avaritia oleum parce infunditur. *J. Br.*

Διψαλέον θρυαλλίδιον] Vid. *J. Gronovium* ad *Harpocrat.* in Ἀδδηφάγους p. 11. *T. H.*

58. Ἄδικα . . . . .] Sic optime Ed. *J.* In omnibus impreſſis peſſime ἄδικον, π. μ. σου ταῦτα ἀι. Unde doctorum conjecturae, quae plerumque corruptum quidem locum eſſe demonſtrant, raro absque codicum ope veram reſtituunt ſcripturam. Coll. & P. ἄδικα ταῦτα; πάλαι μὲ ἐκεῖνα. L. σοι. *M. du S.*

Πῶς ἂν οὖν ἄδικον] Nihil admodum juvat Ed. Juntinae lectio, quae ut ipſa poſſit conſiſtere, mutatione habet opus: πῶς ἂν οὖν ἄδικα ταῦτα, σὺ πάλαι μὲ ἐκείνων αἰτιᾶσθαι &c. Sed in eo, quod a *Fl.* Ed. proditum plurimae retinent, dummodo pro σὺ reſcribas, ut in re facili plerique jam viderunt, σὺ, nihil eſt, quod quemquam morari poſſit aut offendere. Quae *J. Gronovius* hic argutatur, nullius ſunt pretii. Mox autem ὡς πρὸς ἐμὲ eam ob cauſam interſeritur, quia liberalitas illa Timonis erga alios effuſiſſima praeclarum erat εὐποιΐας, quantum ad eos quidem adtinebat, ſpecimen: ſaltem iſtam in partem τῦ Τίμωνος τὸ πάνυ τῦτο ἀνειμένον, quod Pluto tanto opere diſpliceat, interpretaturi erant adulatores, ad quos fructus inde non contemnendus redundabat: ideo reſtringi debuit illud οὐκ εὐποίκον appoſito, ὡς πρὸς ἐμέ. Paulo poſt οὐ θύραις, quod certatim impugnant, rectiſſimum eſt: vim praepoſitionis οὐ in iſtiusmodi multis loquendi formulis alibi ſatis munitam praeſtabo. *T. H.*

Ibid. Π. μέν σου] Scribo σε. *J. Er.*

Πάλαι μέν σου ταῦτα αἰτιᾶσθ'] Non utique ſignificabit *te in his accuſare* vel *harum rerum*, ut rebatur Cl. *Faber*, & ideo ſcribit σε. Poteſt enim intelligi *haec tui* vel *hanc tuam rationem olim accuſaſſe*. ut in Hermotimo. ὁ γοῦν Μῶμος, ἀκήκοας οἶμαι ἅττα ἠτιάσατο τῦ Ἡφαίστου. Ita hoc loco vides eosdem rei & perſonae caſus, in quo reticetur quartus caſus agens, quia ipſe is erat. Codici Academiae adſcriptum πάλαι μέν σου.

vitibus objeciſſe te, nunc vero plane contraria Timoni vitio vertere?

σὺ ταῦτα αἰτιᾶσθε, νῦν δὲ τῷ Τίμωνι τὰ ὀλιγωρία ἐγκαλεῖν;

15. PLUT. Atqui ſi vera lubet inquirere, utrumque meritiſſimo videbor facere. Nam hujus quidem Timonis ſoluta licentia, mera negligentia, non benevolentia, ad me quod ſpectat, haberi debet: illos autem qui me clauſum tot oſtiis in tenebris deti-

ΠΛΟΥ. Καὶ μὴν εἴγε ταληθῆ ἐξετάζοις, ἄμφω σοι εὔλογα δόξω ποιεῖν. ἔστε γὰρ Τίμωνος τὸ πάνυ τοῦτο ἀνειμένον ἀμελὲς καὶ οὐκ εὐνοϊκὸν, ὡς πρὸς ἐμὲ, εἰκότως ἂν δοκοίη· τοὺς δέ τε αὖ κατάκλειστον ἐν θύραις καὶ σκότῳ φυλάτ-

---

τον. Sed non neceſſarium. In duabus ſequentibus notulis apparet, eundem *Fabrum* ſibi feciſſe fraudem, imminutas & decurtatas contemplantem neſcio unde voces, quæ in ipſo contextu ſunt integerrimæ & pleniſſimæ. *J.G.*

62. Τῶ τε γὰρ Τίμωνος &c.] Pulchre vidit & monuit Vir Clariſſimus, *Jac. Gronovius*, *Fabrum* in duabus ad haec verba [τῶτε γὰρ Τίμωνος τὸ πάνυ ἀνειμένον ἀμελὲς, καὶ οὐκ εὐνοϊκὸν ὡς πρὸς ἐμὲ ἂν δοκοίη] notulis, fraudem ſibi feciſſe, qui decurtata & imminuta ſpectarit verba. Priora certe nemini vel leviter his literis tincto, poſſunt non cenſeri elegantia. Quod ad ὡς πρὸς ἐμὲ (*Faber* has duas voculas citans, omittens πρὸς, corrigit εἰς ἐμὲ) attinet, non male id vulgatus Interpres *quod ad me attinet* reddidit: eſtque locutio alibi ab *Noſtro* amata. Ipſe Timon poſthac §. 42. Ω Μίδα, ὦ Κροῖσε, καὶ σὺ Δελφοῖς ἀναθήματα, ὡς οὐδὲν ἄρα ἦτε ὡς πρὸς τὸν Τίμωνα & τὸν Τίμωνος πλοῦτον. *Nihil eratis ad Timonem* (ſic namque Latini etiam loquuntur) ſive, *cum Timone ejusque opibus non fuiſtis comparandi.* In Contemplant. §. 7. Τυφλὸς ὁ Λυγκεὺς ἐκεῖνος ὡς πρὸς ἐμέ. *Prae me*, ſive, ut Interpres, *ſi mecum comparatur, caecus eſt ille Lynceus.* In Hermotimo §. 4. Καὶ τοῦτο ὀλίγον ὡς πρὸς ἀρετῆς ἄσκησιν. *Et hoc, ſi ad virtutis exercitationem referas, exiguum.* Ibid. §. 13. Παῖδας ὦ ἰοὺ ἰού σε ἅπαντας ὡς πρὸς σε. *Perſuaſum habeas, te putaturum omnes, ſi tecum comparentur, eſſe infantes.* §. 81. Ἀγροικος ἄνθρωπος & ἰδιώτης ὡς πρὸς τὰ ὑμέτερα. *Agreſtis homo & rudis, cum veſtris rebus collatus.* paulo poſt: Τοὺς δ' ἄλλους, ἀνδράποδα, καὶ καθάρματα νομίζειν ὡς πρὸς ἐμέ. *Alios vero mancipia & piacula prae me cenſere.* Apud eumdem Noſtrum in Imaginibus §. 13. Ἄμουσα γὰρ ὡς πρὸς ἐκείνην ἅπαντα. *Prae illa enim omnia a Muſis abhorrentia.* In Philopſeude §. 16. Ἀμαυρόν τι δίκαιμα, ὡς πρὸς ἡμᾶς τοὺς ἀμβλυόττους. *Res ſpectatu tenuiſſima, quantum ad nos obtuſa acie laborantes.* In Hippia §. 5. Εἶτ' ἐχόμην & αὐτῶν οἶκος, ἄθλιος μὲν ὡς πρὸς τὸν λουτρὸν, ἀναγκαῖος δὲ ὡς πρὸς τὴν τῶν εὐδαιμονεστέρων ὑποδοχήν. *Deinde continua illis domus, longe quidem praeſtantior, quam ut balneo conveniat; ſed neceſſaria ad excipiendos opulentiores.* De non temere cred. Calumn. §. 24. Δίκαιος μὲν γὰρ ὡς πρὸς τοὺς ἄλλους Ἀριστείδης. *Etenim juſtus quidem erat, ſi cum aliis compararetur, Ariſtides.* Xenophon quoque I. Κυροπαιδ. Ἰωσιν ἐπὶ τοὺς πολεμίους, ὡς ἐγὼ σαφῶς ἐπίσταμαι αὐτὸς ἰδὼν ἰδιώτας ὄντας ὡς πρὸς ὑμᾶς ἀγωνίζεσθαι. Non ſatis accurate Leuenclavius, *eamus in hoſtem, quem ego viſum a me antehac, certo ſcio pugnandi adverſum nos rudem eſſe*, vertit. Praeterquam quod ὑμᾶς non ἡμᾶς legitur, atque adeo *vos*, non *nos* in verſione dicendum fuerat, debuit quoque ita, *pugnandi rudem eſſe, ſi vobiſcum comparetur.*

Saepe omittitur ὡς, eadem ſignificationis vi manente. *Noſter* in Halcyone §. 3. Νεογιλὸς ὁ τῦ βίου χρόνος πρὸς τὸν πάντα αἰῶνα. In Hermotimo §. 7. Οὐδὲν γὰρ ἴσως ταῦτα πρὸς τὸν τῆς ἀριστῆς βίον. In Zeuxide, Τί ἂν ἡμεῖς ἦμεν πρὸς αὐτούς; In Pſeudomanti, Παῖς ἂν εὖ οἶδα ὅτι πρὸς αὐτὸν εἶναι ἔδοξε. De Paraſito, τοιοῦτος μὲν ὁ πολέμιος πρὸς ῥήτορας & φιλοσόφους οἷσιν οἱ θεράποντες. In Rhetorum praeceptis, τί γὰρ ὁ Παιανιεὺς πρὸς ἐμέ; De Electro, ὡς τοὺς κύρκακας, ἢ τοὺς κολοιοὺς στερεοὺς μὲν εἶναι πρὸς αὐτούς. In Pſeudologiſta, ὡς τὸν Σισυφίου πίθον, τὴν Διὸς αὐλὴν εἶναι πρὸς αὐτό. In Navigio ſeu Votis, οἱ δὲ νῦν πλούσιοι, πρὸς ἐμὲ Ἴριοι. Ex tot itaque in uno *Luciano* exemplis patet mira doctiſſimi caeteroquin *Fabri* oſcitatio; neque enim eum nunquam ad hanc locutionem, ita frequentem, advertiſſe, credibile eſt. Haec autem, qua de agimus, loquendi ratio eſt elliptica; ut, cum dicitur, οὐδὲν ἄρα ἦτε ὡς πρὸς Τίμωνα, ſubaudiendum ſit ἐξετάζειν. Ita enim plene hanc phraſin effert *Noſter* in Saturnalibus §. 4. Οὐ μικρὰ ὅλως, οὐδὲ παντάπασιν εὐκαταφρόνητα, ὡς πρὸς τὴν δύναμιν ἐξετάζεσθαι τῆ συμπάσης ἀρχῆς. *Non omnino exigua, neque prorſus facile abjicienda, ſi ad vim univerſi imperii exigantur.* Intelligi poteſt & ὡς θεραπεύεσθαι, id quod addit *Joſephus* contra Apionem p. 1070. D. Ed. Genev. Λυκοῦργοι καὶ Σόλωνες ὡς ἐχθὲς δὲ & πρώην, ὡς πρὸς Μωσέα ὡθεραπεύοντο, φαίνονται γεγονότες. *J.F.*

64. Ὡς πρὸς ἐμὲ] Aut non vidit *Tan. Faber* illud πρὸς, aut non ſatis attendit cum videret. ὡς ἐμὲ aliud longe eſt quam ὡς πρὸς ἐμέ. Vide notam noſtram ad c. 6. πρὸς ἡμᾶς δὲ φαῦλον ὄντα. Adde Ἰπ. εἰκ. c. 8. τὰ πρὸς τοὺς Θεούς. Ego nihil muto. *M. du S.*

65. Ἐν δίκαις] Reſtituo ἐν δίκαις nec δίραις (δέραις) placet. *J. Br.*

Ἐν δίραις] Patet jam olim fuiſſe variam hic lectionem. *Brodaeus* enim IX. Miſcell. c. 7. videtur legiſſe δίκαις & δίραις· at rejiciens utrumque, reponit δίκαις. Cl. quoque *Faber* ita emendat; qui non raro cum *Brodaeo* convenit. Sic in verbis apud *Noſtrum* praecedentibus [πάλαι μέν σου ταῦτα αἰτιᾶσθαι] *Brodaeus* pariter ac *Faber* legunt σε pro σου. (ſed iſtum locum aliter exponit Cl. *Gronovius*. Ita infra §. 28. in verbis [ὃ γὰρ δεῖ καὶ τότε ἀγνοεῖν εἰκὸς αὐτούς.] *Brodaeus* pro δεῖ legit δὴ, item *Faber*. *J.F.*

Ἐν δίραις] *Brodaeus* δίκαις. alii δίκαις, quod probo V. *Athen.* 129. E. & *Caſaub.* *M. du S.*

λάτιονίας, ὅπως αὐτοῖς ταχύτερον γενοίμην, καὶ πιμελὴς, ἢ ὑπέργυος, ὑπομελυθμίους, οὔτε προσαπτομένους αὐτοὺς, οὔτε εἰς τὸ φῶς προάγοντας, ὡς μηδὲ ὀφθείην πρός τινος, ἀνοήτους ἐνόμιζον εἶναι, ἢ ὑβριστάς, ἐνδεῖν ἀδικουμένους με ὑπὸ τοσούτοις δεσμοῖς καλασιρίδας· οὐκ [a] εἰδότας ὡς μικρὸν ἀπέσαιν ἄλλῳ τινὶ τὴν εὐδαιμόνων με καταλιπόντες.

Οὔτ' οὖν ἐκείνους, οὔτε τοὺς πάνυ προχείρους εἰς ἐμὲ τούτους ἐπαινῶ, ἀλλὰ τοὺς, ὅσῳ ἄριστόν ἐστι, μέτρον ὑπιθέντας τῷ πράγματι, καὶ μήτε ἀφεξομένους τοπαράπαν, μήτε προησομένους τὸ ὅλον. σκόπει γὰρ, ὦ Ζεῦ, πρὸς τὸ Διὸς, εἴ τις νόμῳ γήμας γυναῖκα νέαν, καὶ καλὴν, ἔπειτα μή-

nerent, dantes operam, ut me craſſiorem redderent & pinguiorem, atque corpulentiorem æquo, neque ipſi me attingentes, neque in lucem producentes, ut ne a quoquam viderer, prorſus deſipere, & in me contumelioſos eſſe rebar, qui nil peccantem computreſcere juberent tot vinculis impeditum, neſcientes interim poſt paulo ſe e vita deceſſuros, meque fortunatorum cuipiam relicturos.

16. Itaque adeo neque illos reſtrictos laudem, neque eos rurſus, qui me libentius contrectant & inſumunt, ſed potius eos, qui, quod adprime in vita utile eſt, moderationem adhibeant; qui neque prorſus abſtineant, neque omnino projiciant, & cuilibet obtrudant. Illud enim per Jovem ſide, quæſo, Jupiter; ſi quis legitimis nuptiis formoſulam aliquam uxorem in ipſo ætatis flore duxerit, deinde neque domi cu-

a Εἰδότας] εἰδότες F.

78. Σκόπει γὰρ ὦ Ζεῦ] Παίζει πρὸς τοὺς ῥήτορας ἴσως * συνηχῶς κεχρημένους ἢ ἐκ ἰδιωτικοῦ τοῦτο ποιεῖ καὶ ἀπλοϊκόν. V.

* Συνηχῶς] Nimirum vult rhetoras a Luciano irrideri, quibus nihil inter declamandum in ore ſit crebrius, quam ὦ Ζεῦ καὶ θεοὶ & πρὸς τοῦ Διός. Sed illa demum ratio, quae ſequitur, vera eſt, & commode mentem Luciani exponit. T. H.

66. Ταχύτερος] Unde Horatius feſtive dixit *nummos alienos paſcere.* Anonym.

68. Οὔτε εἰς τὸ φῶς προάγοντας] Hoc omne Pluti mutuatum ab *Ariſtophanis* Pluto. tu conſule. Tangit idem in Catapl. in Somnio & alibi. J. B.

72. Ἀπίασιν] *E vita migraturi ſunt.* J. Br.

78. Τὸ ὅλον] *Prorſus, penitus.* J. Br.

84. Ἀπάγοι] *Tanaq. Faber* concoquere ait ſe non poſſe illud ἀπάγοι, quum in ſequentibus non legatur educta foras ab marito uxor, ſed domi cujuslibet libidini vulgata: quare legit προάγοι. Mitis ſcilicet haec & plauſu digna criſis. Sed & parum differentiae, hoc quidem in loco, ἀπάγειν inter & προάγειν, mihi liquet. At nihil profecto mutandum. Quamquam non revera foras educta hic intelligenda eſt femina, ſatis tamen commode *Lucianus* utitur verbo in perductionibus ad ſtuprum uſitato. Ita enim ipſe illud iterum de hac re uſurpat in De Gymnaſiis: τὰς ἀρετὰς, καὶ τὰς εὐεξίας, καὶ τὰ κάλλη, καὶ τόλμαν, ὁρῶ ἐδένος μεγάλου ἔνεκα ὑπομελυνομένας ὑμῶν, οὔτε πατρίδα κινδυνεύουσαν, οὔτε χώρας πορθουμένης, οὔτε φίλων, ἢ οἰκείων πρὸς ὕβριν ἀπαγομένων. *Virtutes, corporum bonas habitudines, pulchritudines, & audaciam, nullius magnae rei gratia vobis perire video, cum neque periclitetur patria, neque devaſtetur regio, aut amici, vel domeſtici ad ſtuprum rapiantur.* Ita quoque in Catapl.: οἱ δὲ, υἱεῖς πρὸς ὕβριν ἀπαγομένων ἀγαπακτήσαντες. *Illi vero liberos ad ſtuprum raptos indignati.* In Fugitivis §. 18. Ἔνιοι δὲ, καὶ ξένων τὰς σφετέρων γυναῖκας ἀπάγουσι μοιχεύσοντες. *Alii vero hoſpitum ſuorum uxores rapiunt, eas ſtupraturi.* & §. 30. Οὗ τὴν γυναῖκα ἤχθη ἀπάγων. *Cujus uxorem rapiebat. Antoninus Liberalis* c. 13. de Melitaeo quodam Tyranno, cui nomen Tartaro; Οὗτος εἴ τις ἀγχοῦσθαι παρθένος ἐπὶ κάλλει τὴν ἐγχωρίων, ἀπῆγεν αὐτὴν ἐμιγνύτο πρὸ γάμου κατὰ βίαν. *Hic ſiqua virgo inter populates formae praeſtantia ferretur, abducebat eam, & ante nuptias violabat.* Iterum ibid. τότε δ' ἂν ἤρητο (ὁ Τάρταρος) πρὸς τοὺς Θέσπιας ἀπάγειν Ἀσπαλίδα, &c. *Tunc vero dicebatur ad miniſtros Aſpalidem perducere.* & iterum, ἡ δὲ παῖς, ὡς ἤκουσε ὁ λόγος ἐγίνετο, πρὶν ἀφικέσθαι τοὺς ἀπάξοντας, ἀπήτησεν ἑαυτήν. *Puella vero ſimul rumor differebatur, antequam abducturi ipſam venirent, ſuſpendit ſe.* Aelianus in elegantiſſima illa Aſpaſiae hiſtoria lib. XII. Ποικιλ. cap. 1. Ἡ δὲ Φωκαὶς τῷ προστάγματι οὐδὲ προσεῖχεν, ἕως αὐτὴν ὁ ἀπάγων Σατράπης πρὸς βίαν ἐκάθισεν. *Phocais vero non juſſui paruit, donec eam Satrapa, qui perducebat eam, conſidere cogeret.* Et hic certe ὁ ἀπάγων Σατράπης Aſpaſiam non foras eduxit, quippe quae jam erat in aula Cyri; quare eo magis fruſtra *Lucianum* hic refingere tentat *Faber.* Ita & γυναικῶν ἀπαγωγαὶ leguntur in *Noſtri* Phalaride. In eodem hoc ſenſu, quo ἀπάγειν, invenio & ἀνάγειν ſumptum ab *Noſtro* in Tyrannicida c. 5. Ὁ τοὺς ἐφήβους ἀναστὰς, ὁ ἐμβρίζων τοῖς γάμοις, ἐκεῖνος αἱ παρθένοι ἀνήγοντο. *Ad eum, qui ephebos ad ſe trahebat, qui nuptis vim inferebat,* vir-

cuſtodiat, neque ullo zelotypiæ ſenſu moveatur, noctu & interdiu qua viſum eſt vagari permittens, & cum obviis quibusque ætatulam ſuam oblectare; aut potius aliquo corrumpendam ab adulteris ducat, fores aperiens, proſtituens, & omnes ad eam convocans; quid, quæſo, talis vir uxorem amare videatur? Haud iſtud tu quidem dixeris, Jupiter, qui quid ſit amor, re ſæpenumero expertus es.

17. Si quis contra uxorem lege domum duxerit, *Arvo ut venereo latus liberos ſerat*, florentem autem puellam nec attingat ipſe, neque alium quemquam ad illam oculos adjicere ſinat; domi autem concluſam cuſtodiat, nullam ex ea prolem ſuſcipiens, ejus tamen amore flagrare ſe dictitans,

τε φυλάτ]οι, μήτε ζηλοτυποῖ τοπαράπαν, ἀφεὶς ἢ βαδίζειν ἔνθα ἂν ἐθέλοι πάστωρ, ἢ μεθ' ἡμέραν, ἢ ξυνεῖναι τοῖς βουλομένοις, μᾶλλον δὲ [b] αὐτὸς ἀπάγοι μοιχθυησομένῳ, ἀνοίγων τὰς θύρας, ἢ μαστροπεύων, ἢ πάσ]ας ἐπ' αὐτὴν καλῶν, ἆρα ὁ τοιοῦτος ἐρᾶν δόξειεν ἄν; ἐ σύ γε, ὦ Ζεῦ, τοῦτο φαίης ἂν, ἐραθεὶς πολλάκις.

Εἰ δέ τις ἔμπαλιν ἐλευθέραν γυναῖκα εἰς οἰκίαν νόμῳ θαλαβὼν ἐπ' ἀρότῳ παίδων γνησίων, ὁ δὲ μήτε αὐτὸς προσάπ]οιτο ἀκμαίας ἢ καλῆς παρθένου, μήτε ἄλλῳ προσελέπειν ἐπι]ράποι, ἄγονον δὲ ἢ τεῖραν καλαχλείσας παρθενεύοι, ἢ ταῦτα ἐρᾶν φάσκων, ἢ

[b] Αὐτὸς] *αὐτοὺς F.*

90. Ἐπ' ἀρότῳ] Ἐπὶ στορᾷ, *C.G.*

virgines perducebantur. Per me tamen licuerit, ſi quis & hic maluerit ἀπήγεσθαι. Dixerunt id Latini *perducere. Suetonius* in Tiberio cap. XLV. *Feminarum quoque, & quidem illuſtrium, capitibus quantopere ſolitus ſit illudere, evidentiſſime apparuit Malloniae cujusdam exitu, quam perductam, nec quidquam amplius pati conſtantiſſime recuſantem, delatoribus objecit.* Sic Lollia Paullina *perducta* Caligulae memoratur ab eodem in Calig. c. XXV. Sic *perductus*, haud dubie ad ſtuprum, dicitur Pauſanias, interfector Philippi Macedonis, ab *Juſtino* IX. c. 6. ubi vide *Bernecceram.* Apud Ciceron. lib. I. in Verr. 12. *lenonum, aleatorum, perductorum nulla mentio fiat*: & V. in Verr. 12. dicitur Tertia quaedam per dolum ad Verrem perducta. *J. J.*

90. Ἐπ' ἀρότῳ] *Ad liberos procreandos.* *J. Br.*

Ἐπ' ἀρότῳ] εἰς τὸ σπειρωσίου γονὴν, ut ait *Heſiod.* ἐς σπόρον ἢ γονῆς. *J. B.*

Ἐπ' ἀρότῳ] Conſule Not. ad *Jamblich.* n. 210. *M. du S.*

Ἐπ' ἀρότῳ παίδων γνησίων] Legitima quaedam apud Athenienſes haec erat formula: *Iſidor. Peluſ.* III, 243. παρ' Ἀθηναίοις ἡ συνάφεια ἡ κατὰ νόμον ἐπ' ἀρότῳ παίδων ἐλέγετο γίνεσθαι· quanquam in *Artemidoro* II. c. 24. ἄροτρον dicatur eſſe ἀγαθὸν πρὸς γάμου ἢ παίδων γονὴν, ſi hoc viſum ſomnianti obveniat, hic tamen ſatis eſt certum debere legi ἐπ' ἀρότῳ. Vitium frequens fefellit *Sam. Petitum* ad LL. Att. p. 436. & *Lindebrog.* ad *Donat.* p. 643. animadverterunt *Gataker.* de N. T. Styl. c. XI. ubi verecundas honeſtioresque de re venerea locutiones pluribus illuſtrat, & *L. Kuſter.* ad *Jamblich.* de V. P. §. 210. cui γνησίοις memorantur καὶ ἐπὶ τεκνοποιίᾳ σώφρονι τε ἢ γαμίμῳ γενομένοις. *Ariſtaen.* I. Ep. 19. ἢ ἐπ' ἀρότῳ παίδων γνησίων ἐμμένῳ ἠγάγετο γαμετὴν· mireris ſane Elegantiſſimi *Joſiae Merceri* perſpicaciam non minus hic ceſſaſſe, quam *Lambecii* in Prodr. Gell. ad IV, 3. Quin *Deſid. Heraldus*, tametſi ad *Arnob.* VII. p. 263. hunc ipſum protuliſſet *Luciani* locum, p. 119. ſcripſit *contrahitur matrimonium ἐπ' ἀρότῳ παίδων.* Multo gravius corruptum in *Alciphr.* I. Ep. 6. peritiſſimo linguae Graecae *Berglero* non obſtitit, quominus certam emendationem perviderer: parentes, inquit, οἵ μοι ἐγγυητὴν ἐπέκλωσαν ἐπὶ παίδων ἀρότου γνησίων σωτῆρίᾳ σοι γάμου· non aliter extabat in duobus Bibliothecae Heidelbergenſis Codicibus, quorum a *Neveleto* inſtituta collatio penes me eſt. Audi *Platonem* in Crat. p. 279. C. ubi inter alias τῆς Ἀρτέμιδος origines hanc etiam, neſcio an nimis ridiculam, adjungit: τάχα δ' ἂν εἰκὸς ἦν τὴν ἄροσιν μισητὴν τοῖς ἀνδράσι γυναικί. Ad Amorem ſic *Oppian.* Halieut. IV, 26. Πρῶτα δὲ νύμφαις ἀρότους ἐπεθήκατο τέκμωρ. (paulo ante ſimili ratione *Lucian.* μίτρου ἐπιθησομένῳ) ubi *Ritterſhuſius*, ut ſolet, plena manu. Imo liberos ipſos *Euripid.* Med. v. 1281. vocat, τέκνων, ὧν ἔτεκες, ἄροτον *Heſych.* Ἥρωσιν, ἐγέντησιν inde ἀροτὴρ, *pater legitimus.* Ceterum utriusque vocis ἄροτος & ἄροτρον invicem commutatae, ſi quis quaerat, exempla reperire licet in *Theophr.* H. Pl. VI, 5. & *Dionyſ. Halic.* A. R. I. p. 9. v. 44. *Plutarch.* T. II. p. 495. E. *Suid.* in Προπροσίαι. *T. H.*

93. Καλαχλείσας παρθενεύοι] Vid. *Budaei* C. L. G. p. 691. ubi ex hoc loco docet παρθενεύειν eſſe *virginem cuſtodire.* Eodem pertinet καλαχλείσας nam caſtae virgines, & honeſtiores matronae, quae publicum virorumque conſpectum fugientes thalamum ſervabant, κατάπλειστοι & θαλαμοδόμφας *Salmaſ.* ad *Tertul-*

καὶ ὅλως ἀπὸ τοῦ χρόας, καὶ τοῦ σαρκὸς ἐκλείψεως, καὶ τῶν ὀφθαλμῶν ὑποδεδυκότων, ἐφ' ὅπως ὁ τοιοῦτος ἐμπαίειν δόξειεν ἄν, δέον παιδοποιεῖσθαι, καὶ ἀπολαύειν τοῦ γάμου, καλλαμπραίνων εὐπρόσωπον ἅτα καὶ ἑπέρασον κόρην, καθάπερ ἱέρειαν τῇ Θεσμοφόρῳ τρέφων ἀφ' παντὸς τοῦ βίου; ταῦτα καὶ αὐτὸς ἀγανακτῶ, πρὸς ἐνίων μὲν ἀτίμως λακτιζόμενος καὶ λαφυσσόμενος, καὶ ἐξαντλούμενος· ὑπ' ἐνίων δὲ, ὥσπερ στιγματίας δραπέτης πεπεδημένος.

ZEYΣ. Τί δ' ἂν ἀγανακτεῖς κατ' αὐτῶν; διδάσι γὰρ ἄμφω καλὴν τὴν δίκην· οἱ μὲν, ὥσπερ ὁ Τάνταλος, ἄποροι καὶ ἄβυσσοι, καὶ ξηροὶ τὸ στόμα, ὀπτεχνηκότες μόνον τῷ χρυσίῳ· οἱ δὲ, καθάπερ ὁ Φινεὺς, ἀπὸ τοῦ φάρυγγος τὴν τροφὴν ὑπὸ τῶν ἁρπυιῶν ἀφαιρούμενοι. ἀλλ' ἄπιθι ἤδη σωφρονεστέρῳ πολὺ τῷ Τίμωνι ἐντυχών. ΠΛ. Ἐκεῖνος γὰρ ποτε παύσεται ὥσπερ ἐκ κοφίνου τετρυπη-

idque indicans vultus colore, macreſcente in dies & horas corpore, concavis & introrſum recedentibus oculis; annon ejusmodi vir pro cerrito circumferri debeat, qui quaſi Cereri ſacerdotem per totam vitam nutriens, tam venuſtam, tamque amabilem puellam defloreſcere absque omni Veneris uſu ſineret, cum contra liberos ex ea tollere & conjugio frui deberet? Ad hunc plane modum quidam me calcibus ignominioſe quatiunt, luxuriaque ſua effundunt atque exhauriunt: a nonnullis autem velut fugitivus aliquis notis compunctus vincior.

18. JUP. Quid, quæſo, illis ſuccenſes? utrique enim graves pœnas dant: alii enim veluti Tantalus aliquis, ore ſicco ac jejuno perſtant, ad auri aſpectum rictu diducto hiantes: alii autem ſibi, itidem ut Phineus, cibum ex penitiſſimis faucibus ab Harpyis eripi vident. Sed jam abi: nam Timonem multo impenſius quam antea ſapere deprehendes. PLUT. Quid autem! an is aliquando deſinet conſulto, veluti ex perforato

1. Θεσμοφόρῳ] Τῇ ἱερείᾳ ἐπαρθενεύοντο δὲ αἱ ἱέρειαι αὐτῆς παλαιοῦ. *V.*

4. Καὶ λαφυσσόμενος] Ἀντὶ τοῦ λαφύσσειν καὶ ἐξαντλεῖσθαι ὑδροχοούμενος. *V.*

tullian. Pall. p. 177. utrumque junxit *Philo* in Flacc. p. 977. E. γυναῖα κατάκλειστα μηδὲ τὸ αὐλείου προερχόμενα ἐθαλαμεύεσθαι παρθένοι. *Plutarch.* περὶ Πολυτρ. p. 519. E. τὸ δὲ τοσαύτας παρελθόντα κοινὰς καὶ δεδημοσιωμένας γυναῖκας ἐπὶ τὴν κατάκλειστον ὠθεῖσθαι καὶ πολυτελῆ &c. hoc ſane vel *Horatio* judice vincet *Plutarchus*. *Clem.* Paedag. III. p. 232. C. ἔξεστι δὲ τοῖς βουλομένοις τὰ ἄλλων οἴκοι τὰς καλλακλείστους γυμνὰς σὺν τοῖς βαλανείοις θεάσασθαι. Vid. *Hieronym.* ad *Jeſ.* c. VII. *T.H.*

96. Ὀφθ. ὑποδ.] Ὀφθαλμῶν κοιλῶν, quæ omnia amoris ac triſtitiae ſigna ſunt. *J.Br.*

97. Παραπαίειν] *Non deſipere videretur.* Recte vim verbi explicuit *Barlaeus*. Addam tantummodo *Lucianum* hoc verbum ab *Ariſtophane* deſumſiſſe, qui conjungit λῆρεῖν & παραπαίειν in *Plut.* v. 508. Δύο πρεσβύτα ξωβιασώτα τὸ λῆρεῖν καὶ παραπαίειν. *Vos duo vetuli, nugarum & veſaniae ſocii.* *H.V.*

1. Ἱ. τῇ Θεσμ.] *Cereri.* *J.Br.*

Ἱέρειαν τῇ Θεσμοφόρῳ] *Æſchines*, *Demoſthen.* *Æſchyl.* quales Veſtales. *J.B.*

Ἱέρειαν τῇ Θεσμ.] De continentia matronarum in hoc feſto an hic locus ſit intelligendus neſcio; de *virginibus* enim loqui videtur *Lucianus*, quæ quaſi Cereris *Veſtales* eſſent. *Bourdelotius* nos, pro more ſuo, ad auctores, non citatis locis, amandat. *Lucianus* alibi etiam meminit; *Dial. matris & Muſarii*: καθάπερ ἐκ ἱερείας, ἢ ὑπὸ Θεσμοφόρου ἱέρειά τις ἔσται. At nullibi, inquies, legimus apud Auctores de ejusmodi *Sacerdotibus*. Fatcor. Sed *Scholiaſtes Theocriti* ad Id. IV. p. m. 328. C. *Virginum* meminit, quæ eaedem videntur cum ea, quam hic *Lucianus* ἱέρειαν vocat. Adi etiam *Heſych.* (v. πρυτανῆον) ubi tales publice ali ſolitas docet. V. Pott. 369. Ceres *legifera*. *Virgil.* IX, 58. *Ovid.* Met. V, 343. V. *Plutarch.* V. 1576, 2. *M.du S.*

Ἱέρειαν τῇ Θεσμοφόρῳ] *J. Meurſ.* Graec. Fer. in Θεσμοφόρια. *T.H.*

5. Στιγματίας] Frontem litteratus hoc charactere ΦΦ. ἁπλῶς pro ſervo, ut Catapl. *J.B.*

Στιγματίας δραπέτης] His uſus eſt *Deſ. Heraldus* ad *Martial.* III. Ep. 21. *Clem. Alex.* Paed. III. p. 220. A. ὡς δὲ τὸ δραπέτῃ τὰ στίγματα, ἵνα τὴν μοιχαλίδα δείκνυσι τὰ ἀνθίσματα. *T.H.*

8. Ἄμφω] Sic *Il.* B. 124. pro ἀμφότεροι. *M.du S.*

9. Τάνταλος] *Horat.*

Tantalus a labris ſitiens fugientia captat
Flumina . . . . . Quid rides? mutato nomine, de te
Fabula narratur. Congeſtis undique ſaccis
Indormis inhians, & tanquam parcere ſacris
Cogeris, aut pictis tanquam gaudere tabellis. *M.du S.*

19. Ἐς τὸν τῶν Δ. πίθ. ὑδρ.] *Plato* ſcribit Danaidas apud inferos has poenas dare, ut urnis perſtillantibus aquas aſſidue hauriant, atque in perforata dolia inferant, gravi

rato cophino exhaurire me, priusquam totus influxero, (veluti prævenire ſtudens nimiarum opum influxum,) ne copioſior incidens ipſum inundem? Quare videor mihi aquam in Danaïdum dolium congeſturus, & fruſtra infuſurus, cum vas perfluat, & id quod ingeſtum fuerit, jam jamque ſit effluxurum, priusquam influxerit; adeo latus eſt ad effluxum liquoris hiatus dolii ac facilis exitus.

μένῳ, πρὶν ὅλως εἰσρυῆναί με, τὴν σπουδὴν ἐξαιλῶν, φθάσαι βυλόμενος τὴν ὑπερροήν, μὴ ὑπέραιλος εἰσπεσὼν ὑπικλύσω αὐτόν; ὥστε ἐς τὴν τῶν Δαναΐδων πίθον ὑδροφορήσειν μοι δοκῶ, ἢ μάτην ἐπαιλήσειν, ἢ κύτους μὴ σταγόνος· ἀλλὰ πρὶν εἰσρυῆναι, σχεδὸν ἐκχυθησομένῳ ἢ ὑπορρέοντος. ὕτως εὐρύτερον τὸ πρὸς τὴν ἔκχυσιν κεχηνὸς ἢ πίθου, ἢ ἀκώλυτος ἡ ἔξοδος.

19. JUP. Proinde rimam iſtam & hiatum niſi ſemel & diligenter obſtruxerit, in fæce dolii rhenonem una cum ligone reperiet, poſtquam tu cito effuſus fueris. Sed jam aliquando abite, atque hominem ditate. At heus tu, Mercuri, curato adductos tecum ex Ætna Cyclopas, qui mihi fulmen exacuant ac reficiant; eo enim perquam acuto nobis opus erit.

ΖΕΥΣ. Οὐκοῦν εἰ μὴ ἐμφράξῃ τὸ κεχηνὸς τοῦτο, ἢ εἰς τὸ ἄπαξ ἀναπεπταμένον, ἐκχυθέντος σε βραχεῖ σου, ῥᾳδίως εὑρήσει τὴν διφθέραν αὖθις, ἢ τὴν δίκελλαν σὺν τῇ τρυγὶ τοῦ πίθου. ἀλλ' ἄπιτε ἤδη, ἢ πλουτίζετε αὐτόν· σὺ δὲ μέμνησο, ὦ Ἑρμῆ, ἐπανιὼν, τοὺς ἡμᾶς ἄγειν τοὺς Κύκλωπας ἐκ τῆς Αἴτνης, ὅπως τὸν κεραυνὸν ἀκονήσαντες ὑποσκλάσωσιν, ὡς ἤδη γε τεθηγμένῳ αὐτοῖς δεησόμεθα.

20. MER. Pergamus, Plute. Quid hoc autem?

ΕΡ. Προΐωμεν, ὦ Πλοῦτε. τί τοῦτο; ὑπο-

12. Ἀφαιρούμενοι] Παθητικῶς ἀκουτέον, ἀντὶ τοῦ ἀφαιρούμενοι. V.

22. Τοῦ ἐπιῤῥέοντος] Τῆς ἐπιῤῥοῆς. V.

26. Εἰς τὸ ἄπαξ] Ἀντὶ τοῦ ἅπαξ. V.

gravi nimirum & inutili labore. *Ovid.* IV. Metam. *Moliriquo ſuis lethum patruelibus auſae Aſſidue repetunt, quas perdunt, Belides undas.* Idem in Ibin: *Quaeque gerunt humeris perituras Belides undas.* Hujus fabulae mentionem facit rurſus *Lucian.* in Hermot. item de Dipſad. & in Dial. Crat. ac Diog. *Alciphron* in Ep. Galeni ad Cyrtonem ad hanc alluſit: ἢ τὸ λεγόμενον δὴ τοῦτο εἰς Δαναΐδων τοὺς ἀμφορέας ἐκχέομεν πίθους. *Plautus* in Pſeud. *In pertuſum ingerimus dicta dolium: operam ludimus. Catullus: Dolia virgineis idem Ille repleverit urnis.* G.C.

Εἰς τὴν τῶν Δαναΐδων] Accentuum etiam ad nos cura pertinet, ſi quid inde redundet ad *Lucianum* detrimenti. Δαναΐδων Edd. quotquot inſpexi, omnes: ſcribi tamen debebat ſine controverſia Δαναΐδων, ut recte monuit *Berglerus* ad *Alciphr.* p. 10. Quod paulo ante praeceſſit, ὥσπερ ἐκ κοφίνου τετρυπημένου, quem uſum in hac oratione praeſtet, aut quomodo cum ceteris apte cohaereat, vix ac ne vix quidem intelligo: ſi ab ipſo *Luciano*, quod inficias ire non auſim, fuerit profectum, ego quidem veteres illos, accuratiſſimos ſtyli exactores, ſic ſcripſiſſe exiſtimo, ut quaedam tamen emendatius, ſi diligentiorem adhibuiſſent limam, potuerint ſcribi: lubens in *Horatii*, judicis acerrimi, ſententiam concedo: ubi plura nitent, non ego paucis offendar maculis, quas aut incuria fudit, aut humana parum cavit natura. T.H.

20. Τῷ κ. μὴ ϛ.] *Fundo vaſis liquorem non continente.* J. Br.

21. Σχεδὸν ἐκχυθησομένῳ τῷ ἐπιῤῥέοντος· ὕτως εὐρύτερον] Sic diſtingue has voces, ut recte Latina praeiverunt, & nuper fecit quoque *Faber.* Mox διφθέραν inepte verterunt Salmurii *ſagum*, & ineptius nunc impreſſum *fagum*. Faber *rhenonem* transtulit. J.G.

25. Εἰ μὴ ἐμφράξηται &c.] Verto: *niſi hiatum iſtum, & perpetuo apertam fiſſuram obturaverit:* quod hic eſt τὸ ἀναπεπταμένον, id in Dial. Mort. IV. τὸ ἀνεωγὸς dicitur. Paſſim apud *Lucianum* τὸ ἀναπεπταμένον ſumitur pro *apertura*, ſive pro *eo quod apertum eſt.* Ita de Domo §. 3. 6. Merc. Cond. §. 3. Abdic. §. 27. H.V.

26. Εἰς τὸ ἄπαξ ἀν.] *Tan. Faber* aliter haec conjicit tranſponenda. Sed profecto εἰς τὸ ἅπαξ ἀναπεπταμένον ſenſu commodiſſimo, & huic loco ſatis conveniente, dicitur; quem non abſurde expreſſit Interpres, *perpetuam perſtillationem.* Adde quod *Th. Magiſter*, voce ΚΑΘΑΠΑΞ, haec verba, eo, quo hodie in Luciano legimus, ordine diſpoſita, in dictionibus Atticis allegat. J.J.

Εἰς τὸ ἄπαξ] Dem. (77. C.) *Tan. Faber* εἰ μὴ——ἐμφράξ — &c. *Th. Mag.* cum Codd. noſtris facit in Καθάπαξ. M. du S.

31. Ἐκ τῆς Αἴτνης] Illic enim fabrili arti dare operam feruntur. J. Br.

34. Τί τοῦτο ὑποσκάζεις] Diſtingue: τί τοῦτο; ὑποσκάζεις; Τί ἦν; τί τοῦτο; ſic ſolent uſurpari. T.H.

ὑποσκάζεις; ἐλελήθεις με, ὦ γενν[ά]δα, ὑ τυφλὸς μόνον, ἀλλὰ κ᾽ χωλὸς ὤν. ΠΛ. Οὐκ ἀεὶ τοῦτο, ὦ Ἑρμῆ, ἀλλ᾽ ὁπόταν μ᾽ ἀπίω πρός τινα πεμφθεὶς ὑπὸ τ᾽ Διὸς, οὐκ οἶδ᾽ ὅπως βραδύς εἰμι κ᾽ χωλὸς ἀμφοτέροις, ὡς μόλις [a] τελεῖν δοκεῖ τὸ τέρμα· προγηράσαντι δ᾽ ἐνίοτε τ᾽ περιμύοντος. ὁπόταν δὲ ἀπαλλάττεσθαι δέῃ, πτηνὸν ὄφει, πολὺ τ᾽ [b] ὀρνέων ὠκύτερον. ἅμα γὰρ ἔπεσεν ἡ ὕσπληγξ, κἀγὼ ἤδη ἀνακηρύττομαι νενικηκὼς, ὑποπηδήσας τὸ στάδιον, ὑπ᾽ ἰδόντων ἐνίοτε τ᾽ θεατῶν. ΕΡ. Οὐκ ἀληθῆ ταῦτα φῄς. ἐγὼ δὲ [c] κ᾽ πολλοὺς ἂν εἰπεῖν ἔχοιμί σοι, χθὲς μὲν οὐδὲ ὀβολὸν, ὥστε

claudicas? Ignorabam, o bone, esse te non modo cæcum, sed claudum etiam. PLUT. Id mihi non semper usu evenit: sed cum ab Jove ad quempiam mittor, repente tardior paulo fio, & utroque crure claudus, ita ut vix atque ægre itineris finem attingam, cum is jam, ad quem missus fueram, longo senio confectus plerumque jacet. At si quando discedendum sit, tum vero me alatum dicas, ipsis avibus celeriorem. Itaque ubi primum excidit circi repagulum, jam me victorem proclamat præco, qui stadium tanta pernicitate percurrerim, ut quandoque ne spectatores ipsi oculis me currentem sequi potuerint. MER. Minus vere isthæc, Plute; nam multos ego memorare possum, qui, cum heri ne obolum quidem haberent, quî sibi

a Τελεῖν] ἐλθεῖν R. P. L. *J.* Marg. *Aiw.* b Ὀρνέων] ὀνείρων R. P. *J.* Marg. *Aiw.* c Καὶ] τοὺς R.

43. Ἔπεσεν ἡ ὕσπληξ] * Τὸν συνίχοντα τὰς κιγκλίδας μοχλὸν, ἢν ἀρτίως ** λάμνας φασὶ, ὕσπληγα καλεῖ. *V.*

* Τὸν συνίχοντα] C. ὅτι κατὰ τ. σ. τῶ κιγκλίδ. L. τῆς. *M. du S.* Scribi debet, ὅτι καὶ τὸν συνίχοντα τῆς κ. &c. Editum fuit in Schol. Καὶ τὸν συνίχ. τ. κ. μοχλὸν, *nai* delevit *M. du Soul*, auctoritatem, ut puto, scripti libri secutus: alioquin nihil est, cur ejiciendum videatur. *T. H.*

** Λάμνας] Id est, *laminam*: sic σίτνας fistulam apud *Trallianum*. Ita recte *M. Sladus*. Retinui ὕσπληξ & ὕσπληγα formam scribendi consuetam in vetustis Codd. & Edd. Non aliter apud *Phrynich.* p. 12. & *Th. Magistrum* in V. *T. H.*

35. Οὐ τυφλὸς μ.] Caecus a Graecis divitiarum deus fingitur: *Posidonius* in subterraneis Hispaniae locis hujus domicilium constituit, eo quod regio ea metallorum foecunditate reliquis antecellat. Battus apud *Theocrit.* in Messor. non solum caecum esse Plutum, sed & Cupidinem dicit. *G. C.*

36. Καὶ χ. ὤν] Lege ὢν. *J. Br.*

39. Χωλὸς ἀμφ.] *Lucianus* hic imitatus est *Aristophanem* in Pluto, qui consimilia quaedam de Pluto divitiarum Deo narrat, qui caecus quidem semper est, at tum demum claudicans, quoties ad bonos viros mittitur, alias pedibus pernicissimis. *G. C.*

Χωλὸς ἀμφοτέροις] Ἀμφιγυήεις. Ut Vulcan. Homericus. *Aristoph.* in Plut. *J. B.*

Ibid. Ἀμφοτέροις] Ποσὶν addi non solet. *J. Br.*

40. Ἐλεῖν] P. L. & Ed. *J.* pro τελεῖν. *M. du S.*

Τελεῖν ἐπὶ τὸ τ.] Retinendum omnino videbatur cum *Fabro*: talia sunt τελεῖν ἐπὶ vel εἰς τ᾽ σκόπον, τὸ προκείμενον, τὴν ἐλπίδα. *T. H.*

Ibid. Τὸ τέρμα] Metaphora a curforibus. *J. Br.*

43. Ὀνείρων] Alii Codices ὀρνίων. *J. Br.*

Ὀρνίων] P. & Ed. *J.* ὀνείρων, quod etiam in Mſ. R. G. reperiri testatur *Faber*, quodque ego verum puto. Vid. *Od. A.* 221. *M. du S.*

Τῶν ὀρνίων] *Euripides* quidem in Meleagro πλούτου ὠκεῖαν esse πτέρυγα dixit apud *Stob.* p. 448. sed valde tamen languet vulgata lectio, si comparetur ad ὀνείρων, quod perquam venusta figura significat divitias, quando negligentissima profusione diffluxerunt, quasi somnium aliquod opulentae felicitatis praetervolasse. Ὀνείρους quoque veteres alis instruxerunt: ταπεινόπτερα ἄλλα ὀνείρατα *Orpheus* H. 85. πτηνῶν ὀνείρων *Basil. Seleuc.* in V. Th. p. 78. ὀνείρου φύσις &c. λάπτοντα πάλιν ἀφανῶς. Ad ὀνείρους conferri solent, quae ita dispereunt, ut nullum pristinae possessionis ne vestigium quidem relinquant: *Apollon. Rhod.* IV, 385. —— δίκην δὲ τοῦ ἴσου ὀνείρου Οἴχοιτ᾽ εἰς ἴριδος μείλιμα μύθων —. *T. H.*

44. Ὑσπληγξ] Allegorice haec dicta a celeritate equorum in stadio Olympico, aut aliis stadiis, vel eorum, qui pedum pernicitate certabant. *Anonym.*

49. Πρόσεσθαι βρόχον] Sic fine hujus dialogi. *J. B.*

50. Ἐπὶ λάινοῦ ζυγοῦ] Sic de Merced. cond. dixi ad *Heliod.* fine operis. *J. B.*

Λαινοῦ ζυγοῦ] *Horat.* Sisennas, Basros ut equis praecurreret albis. *Anonym.*

Ἐπὶ λάινοῦ ζυγοῦ] Hoc inter praecipuas pretiosasque splendidorum hominum delicias adnumerat inprimis *Lucianus*, non mediocriter, ut videtur, ista descriptione delectatus: nihil in eo frequentius quam οἱ ἐξελαυνοῦντες ἐπὶ λάινοῦ ζυγοῦ, οἱ ἐξαστιάζοντες ἐπὶ λ. ζ. *Chrysostom.* περὶ Τελείας ἀγάπης· ζυγῷ λάινῳ ἡμιόνων χρυσῷ κεκοσμημένων· ex eo longum foret similia congerere. Vid. *Bocharti* Hieroz. II. c. 7. §. 2. *T. H.*

52. Χρυσόχειρες] *Annulos aureos manibus gestantes. J. Br.*

Χρυ-

ſibi pararent laqueum, hodie repente divites exiſtunt, ſumptus ingentes faciunt, & bigis albis vehuntur, quibus ne aſellus quidem unquam domi fuit; & tamen purpura aureisque annulis fulgentes incedunt, qui, ut opinor, nondum ſatis ſibi perſuadere poſſunt, ſuas illas opes ſomnium non eſſe.

21. PLUT. Iſtuc quod dicis, Mercuri, longe diverſum eſt; nec tunc meis me pedibus porto, neque me tunc Jupiter, ſed Pluto ad eos mittit, ut pote qui πλουτοδότης & ipſe ſit (opum largitor) & ſplendidorum munerum dator, quod & ſuo ipſius nomine ſatis indicat. Itaque cum mihi ab alio ad alium migrandum eſt, me in tabulas teſtamentarias conjiciunt; ac diligenter obſignantes

πρίασθαι βρόχον, ἐσχηκότας, ἄφνω δὲ τὴμερον πλουσίους, καὶ πολυτελεῖς, ὀπὶ λευκῶν ζεύγους ἐξελαύνοντας, οἷς οὐδὲ καθ' ὄνον ὑπῆρξε πώποτε. καὶ ὅμως πορφυροὶ καὶ χρυσόχειρες περιέρχονται, οὐδ' αὐτοὶ πιστεύοντες οἶμαι ὅτι μὴ ὄναρ πλουτοῦσιν.

ΠΛ. Ἕτερόν τοῦτ' ἐστὶν, ὦ Ἑρμῆ, καὶ οὐχὶ τοῖς ἐμαυτοῦ ποσὶ βαδίζω τότε. οὐδὲ ὁ Ζεὺς, ἀλλ' ὁ Πλούτων ἀποστέλλει με παρ' αὐτούς, ἅτε πλουτοδότης, καὶ μεγαλόδωρος καὶ αὐτὸς ὤν. δηλοῖ γοῦν καὶ τὸ ὄνομα. ἐπειδὰν τοίνυν μεταπωλῆται δέῃ με παρ' ἑτέρου πρὸς ἕτερον, ἐς δέλτον ἐμβαλόντες με, καὶ κατασημηνάμενοι ἐπιμελῶς,

Φορη-

49. Πρίασθαι βρόχον] Βρόχον εἰς τὸ δι' ἀπορίας βίου ἀνάψαντας ἑαυτοὺς ἀπολῦσαι τοῦ ζῆν. *V.*

52. Χρυσόχειρες] Χρυσόχειρες ἤτοι τοῖς δακτυλίοις περιπαγαζόμενοι τοῖς χρυσοῖς, ἢ δι' εὐπορίαν ὑπερβάλλουσαι χειροπληθῶς † χρυσὸν † διασπείροντες. *V.*

57. Ἀλλ' ὁ Πλούτων] Αἰνίττεται εἰς τοὺς ἀπὸ τῆς τελευτῆς πλουσίους διαθεμένους † κλῆρον. ‡ ταύτῃ τοι καὶ ἐπὶ τοῦ Πλούτωνος φησὶν § αὐτοῖς τὸν λαὸν ‖ χειρόνων ἐπὶ τὰ κρείττονα μεταβολήν. *V.*

61. Δέλτον] Δέλτον καλεῖ καὶ ¶ τὸ ἐν ἐλέφασι βιβλίον. *C.G.*

† Διασπείροντες] Sic legendum, non, ut edium, διασπείροντας· Χρυσόχειρες, *ſive aureis annulis undique ſplendeſcentes, vel ob affluentiſſimam copiam, plena manu aurum profundentes.* *J.J.*

‡ Ταύτῃ] L. ταυτῇ pro ταύτῃ, φησὶν pro φασὶν, κρείττονα pro κρίττονα. *M. du S.*

§ Αὐτοῖς] Αὐτὸς *V.* *M. du S.*

¶ Τὸν ἐν ἐλέφασι β.] Τὸ ἐνελεφάντινον βιβλίον. *T.H.*

Χρυσόχειρες] Quibus manus auro ſunt annulisque oneratae: ἀντὶ χρυσοδακτύλου· τὸ λαμπρᾷ ἐσθῆτι· Epiſt. *Jacob.* II, 2. ubi notavit *Luciani* locum *L. Bos.* Πορφυροῖ, purpureis induti: ſimiliter ἀλουργὴς res in pleriſque facilis & nota; in paucis tamen, quae paulo reconditiorem habent rationem, quosdam fefellit. *Simmias* in Securi: Δαιδαλικαῖσι χρυσοφαρῆς τ' ἰσωφιλεῖς ἐν ἁμίλλαις ἄναξας· hoc video tentari in nuperrimis ad *Philen* Animadv. p. 181. ſcilicet vix dubitatur, quin legendum ſit, χρυσοφαρεῖς, *opulentos & longe ditiſſimos.* Non bene, ſi quid video: neque tamen opus erit propterea, ut reges ipſos in cortinam tinctoriam demittamus: χρυσοφαρεῖς, quia veſtibus χρυσοφαρέσι auro variegatis induuntur. Vox autem ipſa ne ſcrupulum injiciat, ἐμβάδας χρυσοφαρεῖς dabit *Callixen.* apud *Athen.* p. 200. D. Quam *Caſaubonus* ex Epitoma protulit non contemnendam, ut ait, lectionem χρυσογράμμους, illud interpretamentum eſt lectionis priſcae. *Heſych.* Χρυσοφόρους, χρυσοφαρεῖς· prius vocabulum unde ſit ductum, diſcere licet ex ipſo *Heſychio*, in Ῥήγια, *Etymol.* in Ῥήγιος, *Schol. Homer.* ad Il. I, 657. *T.H.*

54. Ὄναρ] *Per ſomnium.* *J.Br.*

58. Πλουτοδότης] Conſtantinus πλουσιοδότην exhibet ex *Heſiodo*, apud quem non reperio. Hinc DIS, & DIS PATER, Romanis. *M. du S.*

Πλουτοδότης] Extat illa vox in *Heſiodi* E. καὶ H. δαίμονες Πλουσιοδόται, in quos poſt mortem abierunt aurei generis homines. *Orpheus* δαίμονα ſive Genium Πλουτοδότειρα vocat H. 72. Cererem Eleuſiniam Πλουτοδότειραν θεὸν H. 39. De Plutone H. 17. Πλουσιοδοτῶν γενὲν βροτέην καρποῖς ἰναυτῶν, quod a vetuſta τοῦ πλοῦτος, quam bene *D. Heinſius* ad *Heſiodum* expoſuit, poteſtate pendet. Tradit *Schol. Ariſtoph.* ad Ran. v. 482. quum Daduchus in Lenaeorum feſto praelata face diceret, Καλεῖτε θεὸν, reſpondiſſe magno clamore, qui ſacris intererant, Σεμνῷ Ἰάκχῳ Πλουσιοδότῃ. Jacchus Diis χθονίοις adcenſetur: *Artemid.* II, 44. Serapis etiam πλουτοδότης· in quibus omnibus appellationis ratio non eſt obſcura. *Lucian.* D. Meretr. VII. δώσει τεφανῶσαι ἐν τῷ Πλουσιοδοτείῳ. *T.H.*

61. Ἐς δέλτον ἐμβαλόντες] Tabulae teſtamenti ſive ligneae cerataeque, ſive cujuscumque generis apud veteres quidem Atticos, niſi fallit memoria, nunquam; apud recentiores aliquando δέλτος vel δέλτος. In *Hieroclis* Ἀστίοις §. 22. πινακίδες· Scholaſticus in naufragii periculo πινακίδας ᾔτει, ἵνα ἀξιόπιστος γράφῃ. Merito autem *Lucianus* καλασημηνάμενοι ἐπιμελῶς· quanta enim in obſignando cura debuerit adhiberi, ex Jure notum. Hac tota de re teſtamentaria quum multi diligentiſſime tractaverint, hujus loci, digni profecto cujus haberetur ratio, mentionem a quoquam eſſe factam, non ſuccurrit. *T.H.*

φορηδὸν δεάμενοι, μελαχομίζουσι. καὶ ὁ μὲν νεκρὸς ἐν σκοτεινῷ που τῆς οἰκίας πρόκειται, ὑπὲρ τὰ γόνατα παλαιᾷ τῇ ὀθόνῃ σκεπόμενος, ξυμάχῃ ταῖς γαλαῖς. ἐμὲ δὲ οἱ ἐπελπίσαντες ἐν τῇ ἀγορᾷ ξυμένουσι κεχηνότες, ὥσπερ τὴν χελιδόνα προσπελομένην τετριγότες οἱ νεοττοί.

domo me bajulorum opera efferunt; interea mortuus in obſcuro aliquo ædium loco jacet, detrito linteo obtectis genibus, dum circa ipſum decertant feles, ejus cadaver attingere geſtientes; me autem ii, qui tamdiu ſperaverant, ad forum itidem ut hirundinem advolantem pulli expectant.

Ἐπειδὰν δὲ τὸ σημεῖον [a] ἀφαιρεθῇ, καὶ τὸ λῖνον ἐνέμηθῇ, καὶ ἡ δέλτος ἀνοιχθῇ, καὶ

22. Ubi autem ſublatum eſt ſigillum, & lineum teſtamenti vinculum inciſum eſt, tabulæque apertæ, ac novus

a Ἀφαιρεθῇ] ἀφηρηθῇ & mox ἀνοιχθῇ A.

70. Ἀφαιρεθῇ] Τὸ ἀφαιρεθῇ ἐς τὰ ἰξῆς χῆμα ἐσὶν ἰσοκατάληκτον ὥσθ' τοῖς ῥήτορσι λεγόμενον, [a] ἢ ἐς πέμπτον. V.

a Ἢ καὶ πάμπτον] ὃ καὶ παρ' ἴσον. C. G. M. du S.

64. Πρόκειται] Ad mortui πρόθεσιν vel conlocationem proprie pertinet: *Noſter* de Luct. §. 12. 13. *Proclus* ad *Platonis* X. de Rep. ὁρᾶσθαι πᾶσι νεκρὸν ἐν τῇ πατρῴᾳ προκειμένην οἰκίᾳ· alibi, ſi quid diligentiam hominum Eruditiſſimorum effugit, ſedulo colligemus. Quandoquidem vero conlocatio in celeberrimis aedium locis ipſoque adeo atrio fiebat, ut cadaver ab omnibus inſpici poſſet, quid eſt rei, cur *Lucianus* addiderit, ἐν σκοτεινῷ που τῆς οἰκίας; potuit intelligere priorem illum mox poſt animam efflatam corporis in humum deponendi morem, quod Graecis eſt χαμαὶ κλατιθέναι, χαμαὶ κεῖσθαι· malo tamen exiſtimare, haec ad veram πρόθεσιν eſſe referenda, ſed invidioſius a *Luciano* deſcribi, ut amicorum familiariumque contemtum & in curando divitis jam emortui corpore gravem incuriam perſtringat: eodem ſpectant παλαιᾷ τῇ ὀθόνῃ & ξυμάχῃ ταῖς γαλαῖς. *T. H.*

66. Ἐμὲ ὃ οἱ ἐπελπίσαντες] Cum alibi active fere hanc vocem uſurpari apud alios, & hunc noſtrum conſtet, videtur requiri ἐπελπίσαντες· ſed praeterquam quod *Baſilium* ſic etiam uſurpaſſe video (in *Conſtantini* lexico) contra fidem Codd. non placet temere conjecturas pro Lucianeis obtrudere. *M. du S.*

Ἐμὲ ὃ οἱ ἐπελπίσαντες] Ἐμὲ conjungi non debet cum ἐπελπίσαντες, ſed cum ξυμένουσι· tantilla res implicuit eruditos: ceterum vide, quae dicemus ad D. M. V. *T. H.*

69. Τετριγότες οἱ νεοττοί] Ex Iliad. B. In vaticinatione Calchantis. *J. B.*

70. Ἀφαιρεθῇ] Anglic. ἀφηρηθῇ & ἀνοιχθῇ. Tangit autem veterem teſtamentorum formam & literarum, de qua alibi. *J. B.*

Ibid. Τὸ λῖνον] *Quo tabulae teſtamenti ligantur. J. Br.*

Τὸ λῖνον ἐντμηθῇ] *Tabulae, quae publici vel privati contractus ſcripturam continent, adhibitis teſtibus ita ſignantur, ut in ſumma marginis ad mediam partem perforatae triplici lino conſtringantur, atque impoſitae ſupra linum cerae ſigna imprimantur:* haec *Paulus* V. Sent. Rec. T. XXV. §. 6. proinde recte *Lucianus*, primo loco poſuit τὸ σημεῖον ἀφαιρεθῆναι, quae locutio apud *Demoſth.* eſt in Phaen. p. 1023. E. altero τὸ λῖνον ἐντμηθῆναι, tertio τὴν δέλτον ἀνοιχθῆναι. Vid. *Kirchmann.* de Ann. c. VII. qui Noſtri verba produxit. Haec autem ſcena quamquam in agro Attico agatur, eaque aetate, a qua procul abeſt *Lucianus*, multa nihilominus intermiſcet, quae in pravos ſui temporis mores praecipue conveniant. *T. H.*

72. Ὁ κοινὸς] Placet κακὸς. *J. Br.*

74. Ἐκ παιδικῶν τίμιος] Id. Dial. Mort. interpretes *Martial.* & *Petronii.* *J. B.*

Ibid. Ἐπιξυρημένος] An ut pubertatem vixdum ingreſſus videatur? An vero notatur hoc ut Barbarum? Vide Δ. N. IX. & Συν. c. 3. *M. du S.*

76. Ἔξυρος] Vide *Dial. Simyli & Pol.* ubi aetas diſerte additur, & ſi clarius velis, finem Galli; & Ἰσ. β'. c. 28. Eadem vox occurrit & Θυσ. c. 7. & Ἀλεξ. c. 6. *M. du S.*

80. Πυῤῥίου] Dixerunt ad Perſium viri clariſſimi: de his nominibus copioſe *Ariſtoph.* *J. B.*

Π. Δ. ἢ Τιβίου] Nomina Servorum, quorum ultimum a regione ductum eſt; eſt enim in Phrygia mons *Tibius*. Emenda obiter apud *Theophr. Eth. Char.* π. ἀναιχ. — p. 30. B. Τίβις. Vid. *Steph.* Byz. & *Salm.* Plin. Ex. 34. G. & Μυθ. c. 25. Ἀλ. c. 29. A primo fit *Byrrhia* — Terentii; cujus ut & *Dromonis* etymologia in propatulo eſt. V. *Grav.* ad περὶ Ὀρχ. §. 29. *M. du S.*

Πυῤῥίου ἢ Δρ. ἢ Τιβίου] Servorum apud veteres nomina variis ex cauſis ducta, ut exponunt *Donatus* ad *Terent.* Andr. A. I. Sc. 3. ubi vide *Lindenbrog.* p. 635. *Hellad.* apud *Phot.* p. 870. v. 20. *Strabo* VII. p. 467. A. a qualitate corporis & ſpecie formae, ut *Pyrrhias*, *Thylacus*: a moribus, ingenio, itidemque, quod ominis ergo fieri ſolebat, ſerviendi diligentia, *Dromo*, *Synetus*, *Oneſimus*, *Molo*, *Parmeno*: creberrime tamen aut ex iis gentibus, unde mangones advehebant, ut, *Thrax*, *Syrus*, *Davus*, *Carion*, *Geta*, *Phryx*, *Lydus*; Δυδὸς ὁ Φερεκλέους, Lydus Phereclis ſervus apud *An-*

novus opum dominus declaratus eſt cognatus aliquis, aut aſſentator, aut ſervulus denique, qui ad obſequium venereum præſto erat, & ea gratia ceteris prælatus omnibus, raſa etiamnum barba; magnum pretium ferens tot voluptatum, quas hero attulit, dum ſe, jam exoletus, ei perdepſendum obſequioſe permittit. Is igitur, quisquis tandem ſit, me cum teſtamenti tabulis arripiens, curriculo domum contendit, mutato repente nomine, ut qui antea Byrria, vel Dro-

ἀνακηρυχθῇ μὲ ὁ καινὸς δεσπότης, ἤτοι συγγενής τις, ἢ κόλαξ, ἢ καλαπύγων οἰκέτης, ἐπὶ παιδικῶν τίμιος, ὑπεξυρημένος ἔτι τὴν γνάθον, ἀντὶ ποικίλων καὶ παντοδαπῶν ἡδονῶν, ἃς ἤδη ἔξωρος ὢν ὑπηρέτησεν αὐτῷ, μέγα τὸ μίσθωμα ὁ γεναῖος Σπλαδῶν, σκεῖος μέν, ὅστις ἂν ἦ ποτε, ἁρπασάμενός με αὐτῇ δέλτῳ, δρόμωνος Θέτει φέρων, ἀντὶ δὲ τέως Πυρρίου, ἢ Δρόμωνος,

80. Ἀντὶ τοῦ τέως Πυρρίου] Οἰκειοτικὸν ταῦτα ὡς πρὸς τοὺς παλαιοὺς ὀνόματα. V.

Andocid. de Myſter. p. 3. v. 23. aut talia certe indebantur, quae penes eas gentes pro nominibus propriis plurimum eſſent uſitata; *Manes*, *Midas*. Ad horum alterutrum Tibius quoque referri debet; nonnihil enim hac in parte diſcedunt. Aliis tantundem eſt, ac Phryx: nam tota Phrygia, ſi *Suidae* fides conſtat, dicta quondam Tibia: ſumſit a Proverbiorum auctore in App. Vatic. C. II. n. 71. locus paululum intricatior, quem ſic lego: Μάνης (hoc recte viderat *Canterus*) καὶ Τίβης· ταῦτα ὀνόματά ἐστι Φρυγιακὰ διὸ καὶ ἐπιφωνεῖται, ὡς Μάνης ὁ Φρυγία· (quaſi nullum fere hominis aliud ibi nomen reperiatur) ἢ δὲ Τίβη ὁ Μάσδης σωιχῶς (an σωιθῶς; quanquam non valde neceſſarium: *Th. Reineſius* V. L. III. c. 6. p. 467. *Glaſeri* praeceptoris ſui interpretationem merito repudiavit) Τίβιον ὀνομάζει (ego in *Menandri* reliquiis ſaltem extare vocabulum illud non recordor) καὶ ὅλη ἡ Φρυγία Τίβια καλεῖται· neque tamen in his nihil adhuc ſupereſſe, quod me moretur, lubens fateor. Tibium ex *Stephano* multi notarunt, Phrygiae montem, a Tibio quodam, ut ait, appellatione deducta: ἀπ' τούτου καὶ Τιβίους τοὺς δούλους καλοῦσι. At *Strabo* diſertis verbis ſignificat, in Paphlagonia tritiſſimum Tibii fuiſſe nomen, atque ideo ſervis indidem adportatis tributum. Haec *Caſaubono* ratio conſtitit, cur XII. p. 830. B. ubi nomina *Strabo* non pauca recenſet Paphlagonica, quorum uſus itidem frequens fuerit per Cappadociam finitimasque regiones, pro Τίβηρος reponi voluerit Τίβιος· neque multum refragor; niſi parum intereſſe putes, utrum legatur, quia videri poſſunt eadem origine profecta Τίβιος, Τίβης, Τίβις, Τίβηρος. Minimum tamen abeſt, quin lib. IV. p. 298. A. ἐνδιδοῖ οἱ Ὀσίσμιοί εἰσιν, οὓς Τιμίους ὀνομάζει Πυθέας corrigendum cenſeam Τιβίους· poſtquam commemoraverat Belgarum παροικιανιτῶν, qui Oceanum attingunt, partem Venetos, monet, eos ſibi videri οἰκίσεως εἶναι τῆς κατὰ τὴν Ἀδρίαν, quorum alii aborigines eſſe Paphlagonas opinentur: λέγει δὲ τὴν ὁμωνυμίαν Παφλάγονας φασὶν αὐτούς· inde ſequuntur in productiore promontorio Oſiſmii, quos ſi Timios appellavit Pytheas, id nullam non tantum auctoritatem habet, ſed nec rationem: ſi Tibios, fateor equidem neminem a me poſſe proferri alium, qui nomen hoc uſurparit: verum tam propinqua Paphlagonum mentio conjecturam ſuggerit haud abſurdam, Pytheam exiſtimaſſe, derivatos ſimul & dictos ut Venetos a Paphlagonibus Venetis, ſic Oſiſmios ſeu Tibios a Tibiis. Hoc utcumque ſit, nam aliorum induſtriam provocare potius volui, non certi quicquam conſtituere, peraeque vitiata fuit haec vox in *Theophraſti* Char. Eth. c. IX. p. 44. σώφρονος Τίμιος, judice *Salmaſio* P. E. p. 34. cui praeter *Menagium* acceſſit *Needhamus*: tametſi hoc quidem in loco patrocinium *Caſaubono* parari, & ſatis commode vindicari poſſe lectionem vulgatam arbitror. Hic autem qualiscumque de Tibio diſſenſus ad concordiam redigi poteſt, ſi ſumas plura fuiſſe, quod ſane verum eſt, nomina virorum propria, quae & gentium ſint, olimve fuerint: ſic Σῶν, Ἕλλην, Λάκων, Ἀττικός, Ἀθηναῖος, ejusque generis non pauca. Pari modo Τίβιος & antiquum populi nomen, quod pedetentim exolevit, & multorum in ea gente proprium: quocirca ſervis, qui ex Phrygia, Paphlagonia proximisque terris petebantur, imponi conſuevit. Hoc & plura reperies Epigr. XVII. eorum, quae *Bachetus* edidit ad *Diophant.* V. Quaeſt. 33. *Syneſ.* Ep. III. τούτου (Harmonii) τὴν θυγατριδῆν ὁ θεῖος Ἡράδης ἐν θυρωρὸς εἰς Σωσίας τι ἐν Τιβίους ἀπέδοτο, id eſt, ut ego quidem intelligo, *viliſſimo mancipio deſponſam velut vendidit, atque in manus tradidit:* mitto, quae aliis jamdudum obſervata: ſaepe *Noſter*, ut Index oſtendet: hujus autem loci plerique, quos ſupra memoravi, meminerunt. Quae vero in uſu quotidiano frequentiſſima fuerunt ſervorum nomina, ad ſcenam eadem ſunt traducta: hinc Davi, Syri, Phryges, Getae, Sacae. *Schol. Ariſtoph.* ad Acharn. v. 242. Εἰσὶ δὲ καὶ ἐν τῇ κωμῳδίᾳ εἰωθότες, Σκυθίας, Τίβιος, Σωσίας, Δᾶος, Γέται. Porro nominibus olim liberi ſervique diſtinguebantur: poſtea diſcrimen illud ſic confuſum eſt, ut iſta nota non amplius poſſent dignoſci. Inſignis eſt *Olympiodori* locus ad Alcib. I. *Platonis* a *Caſaubono* productus ad *Perſ.* V, 116. πάλαι μὲν ἐν τοῖς ὀνόμασι διεκρίνοντο οἱ ἐλεύθεροι τῶν δούλων καὶ τοῖς θρέμμασι. Γέται γὰρ ἐν Δάοι καὶ Φρύγες ὀνομάζοντο· νῦν δὲ καὶ ταῦτα συνεχύθησαν. Hinc jam patet, ob quam cauſam *Lucianus* mancipium infame, poſtquam obſequio flagitioſo luculentam haereditatem crevit, repente mutato nomine ſcribat in publicum prodire, & pro Pyrrhia, Dromone vel Tibio ſalutari Megaclem, Megabyzum aut

μενος, ἢ Τίβιος, Μεγακλῆς, ἢ Μεγάβυζος, ἢ Πρώταρχος μελοποιὸς

mo, aut, ſi mavis, Tibius vocabatur, deinceps Megacles, Protarchus, aut Megabyzus dicatur: il-

Protarchum, haud ſecus ac Simon ille coriarius in Gallo divitiis auctus Simonidem ſe dici poſtulavit. Diverſas mutandi nominis rationes ex vitae conditione mutata politiſſimus exponit idemque doctiſſimus *Joſ. Mercerus* ad *Ariſtaen.* I. Ep. 14. Ad *Lucianum* optime conveniunt, quae ponit *Theophraſtus* in Maledici deſcriptione p. 110. *Illius*, ſic iſte nequam, in cujuscumque mentionem inciderit, *patri nomen primitus erat Soſias: deinde in caſtris militavit Soſiſtratus:* ἡ μέντοι μήτηρ εὐγενὴς Θρᾷττά ἐστι· τὰς δὲ τοιαύτας εἰώθασι τῇ πατρίδι εὐγενεῖς εἶναι φασίν· haec ego ſaniſſima judico, neque digna, quae, cum Eruditiſſ. *Needhamo*, ullam in partem ſollicitentur: perquam maligne & ἰδιικῶς loquitur maledicentiſſimus veterator: id ſervuli ſervaeque conditionis humilitatem ſolantes dictitabant, inter ſuos nobili ſe loco natos eſſe; fortunae ſcilicet invidia factum, ut malam ſervitutem ſerviant: Thraces inprimis: unde notum illud *Menandri* apud *Zenob.* C. II. n. 12. Θρᾴξ εὐγενὴς εἰ πρὸς ἄλλας ἠγορασμένος, vel, ut *Apoſtol.* habet C. II. n. 59. ἐωνημένος· ſed ex eodem Comico quae leguntur apud *Strabon.* p. 455. C. omnem dubitandi anſam amovent: Πάντες μὲν Θρᾷκες, μάλιστα δ' οἱ Γέται Ἡμεῖς ἁπάντων (καὶ ἡδὺ αὐτὸς εὔχομαι Ἑκάβην εἶναι τὸ γένος) &c. quae tu Getam aliquem de Comoedia vernilis ingenii crede pronunciaſſe. Hoc illud eſt, quod AEſchini Demoſthenes objecit pro Cor. p. 494. F. quum turpiſſimis ortus parentibus in civium adſcriptus numerum fortuna paulo meliore uteretur, patrem, qui Tromes dictus fuerit, Atrometum vocaſſe; matrem Empuſam, eo ſaltem cognomine notiſſimam, ſatis magnifice Glaucotheam. Inter Chriſtianos idem quoque nec unam ob cauſam factitatum: de haereticis, quando ſcholae ſuae praeficiebantur, colligere licet e *Photio* I. contra Manich. §. 3. 4. De iis, qui martyrium ſubituri nomen vel prophetae, vel ſanctiſſimi cujusdam viri adſciſcebant, *Euſeb.* de Martyr. Palaeſt. p. 429. quae totidem pene verbis ab eo repetuntur ad *Jeſaiae* c. XLIV. p. 527. B. *T. H.*

81. Μεγακλῆς] Studio *Lucianus* ea delegit nomina, quae grande quiddam & ſuperbum ſonarent. Megacles non unus in Alcmaeonidarum gente Athenis nobiliſſima: Comici hominem primarium, qui multum ſplendori generis arroget, aliosque prae ſe faſtidiat, ita vocant, quemadmodum Κοισύραν feminam potentem: *Ariſtoph.* Nub. v. 46. ubi ἐγκικισυρωμένην intelligo longa Coeſyrarum ſerie ſuperbam: *Heſychius* e vetuſtis Grammaticis opportune, ſed hoc pacto conſtituendus: Ἐγκικισυρωμένη, ἀντὶ τοῦ Κοισύραν τὴν Μεγακλέους μητέρα τοῦ Ἀλκμαιωνίδου· ἐστὶ δὲ, σεμνυνομένη τῷ γένει. Ἐγκεκορδυλημένη, ἐνειλημένη ἢ ἐγκεκαλυμμένην plura ſine dubio plenius adnotarat, quae nefaria manus, ut alia in eo infinita, truncavit. Protarchus, praeter alios, ex *Platonis* Philebo notus. De Megabyzo Vir Magnus ad *Diogen.* L. II, 51. *Sic vocabantur Epheſiae Dianae ſacerdotes, ut obſervavit Doctiſſ.* Turnebus. *Sed & alios ita ſolitos appellari, conjicio ex hoc* Luciani *loco in Timone*, Ἐκεῖνο μὰ, ὅτις ἂν ἦ πότε (*loquitur de ſervo, quem herus inſtituit haeredem*) ἀφανισάμενός μου &c. Graecorumne ullus iſto nomine unquam fuerit appellatus, haud equidem ſcio: ſed tum Perſarum multos, eosque nobiliſſimos & hiſtoriae Graecae cognitiſſimos, tum antiſtites Epheſiae Dianae ita fuiſſe dictos, ſatis eſt exploratum. Inter Perſas qui orti memorantur ex illuſtri familia & regibus conjuncta nunc Megabazi, alias Megabyzi parvula variatione ſolent ſcribi: utramque formam habet *Herodotus*; ſecundam ſemper *Cteſias*, in *Photii* ſaltem Excerptis: nam Megabazum ex eo producit *Stephan.* in Κυρταῖα, quod ne nimis calide mutaret in Megabyzum, retinere debuerat *Berkelium* non ignota ſcripturae diſcordia: vide exactiſſimae Virum doctrinae *C. A. Duker.* ad *Thucydid.* I, 109. Corruptum arbitror literis trajectis in *Xenoph.* K. II. VIII. p. 136. v. 25. ubi Cyrus in Arabiam miſit Μεγάζωνον. *Liban.* T. II. p. 490. C. οἱ τοὺς περὶ Μεγάβαζον λοιδοροῦντες ὡς Μακεδονίᾳ μὴ τὸ δίκαιον ἐνφερομένους εἰς ἀφροδίσιον ἄδικον ὑπὸ τῆ μέθης· Interpres: *qui Megabaſum interfecerant:* nec cetera nimis recte: ſi ſic reliquit, vix *Libanius* effugere poteſt, quin hiſtoriae violatae ſit reus; non enim ipſe Megabazus eo venerat, tantum abeſt, ut fuerit interfectus, ſed legatos miſerat ad Amyntam Macedonem, teſte *Herodoto* V, 17. cum quo ut illi conveniat, malim ſane leniſſima manu mederi, *ei παρὰ Μεγαβάζου, miſſi a Megabazo.* Idem homo *Cteſiae* Megabyzus, ſed *Dinoni*, quod aliquanto longius diſtat, Bagazus apud *Athen.* XIII. p. 609. A. ὁ Βαγάζου γυνὴ, ἥτις ἦν ὁμοπάτριος Ξέρξῃ ἀδελφὴ ὄνομα Ἀμυτις καλλίστη ἦν τῶν ἐν Ἀσίᾳ γυναικῶν ἡ ἀκολασταίνουσα· ſcio Caſaubonum haec eum in modum reformare, ut cum Cteſia conſentiant: verum cur Viro Maximo non plane ſubſcribam, rationes habeo, quas nunc quidem explicare commodum non eſt: ex eo autem mihi probabile fit, Perſicae vocis aſperitatem, ut ſolebant ſaepius, emolliviſſe Graecos, ad ſuaeque linguae ſimilitudinem ac mitiorem ſonum accommodaſſe: quare eos, qui nominis iſtius, tanquam ſi de genuina pronunciatione liquido conſtaret, originem ex hodierno Perſarum ſermone repetere ſatagunt, ſi quis in tenebris micare exiſtimet, ab opinione mea non multum diſſidebit. Porro ad Perſarum Megabyzos quam prope accedant, quidve habuerint commune Dianae Epheſiae ſacerdotes, non facile dixero: eos certe, ſeu ἱρεῖς ſive νεωκόρους, appellatos fuiſſe Μεγαβύζους tam luculentis veterum teſtimoniis eſt firmatum, ut nullus dubitationi relictus ſit locus: diſerte *Strabo* XIV. p. 950. A. Ἱρεῖς δ' εἰσὶν οὗτοι, ὃς ἐκάλουν Μεγαλοβύζους, καὶ ἀλλαχόθεν μετιόντας ἀεί τινας ἀξίους τῆς τοιαύτης προσωνυμίας, καὶ ἦγον ἐν τιμῇ μεγάλῃ σωφρονεῖσθαι δὲ τούτους ἐχρῆν παρθένους. *Strabonem* in hac cauſa teſtem quis prudens aſpernetur? qui & ipſe, quando Epheſi verſabatur, curioſiſſimus rerum antiquarum indagator potuit ſciſcitari, & *Appianum* habet ſuffragatorem de B. C. V. p. 676. B. καὶ τὸ ἐν Ἐφέσῳ δὴ τῆς Ἀρ-

illos incaſſum hiantes, & inter ſe aſpicientes relinquens, dolore non ficto lugentes,

τὺς μάτην κεχηνότας ἐκείνους εἰς ἀλλήλους ἀποβλέποντας καὶ λιτὸν, ἀληθῆ ἄγοντας τὸ πένθος, οἱ

Ἀρτέμιδος ἱερέα, ὃν Μεγάβυζον ἀγορεύουσι, ὑποδεδέμθαι πρὸ τοῦ τὸν Ἀρχωνίδην εἰς βασιλίδα, ἀχθῆναι μὲ ἐκέλευσεν, Ἐφεσίων δὲ αὐτὴν Κλεοπάτραν ἱκετεύσαντων μεθῆκεν Antonius: ex quibus ſimul liquet, tum qua vixerit aetate, quantaque dignatione fuerit Megabyzus iſte, tum quam carum habuerint Dianae ſuae ſacerdotem Epheſii. Verum in *Strabone*, niſi fallor, vitium haeret unius literae: refinge μετιόντες, *etiam aliunde arceſſentes*: nam fieri potuiſſe ſaepius exiſtimo, ut civium nemo dignitatem quantumvis ampliſſimam amiſſae virilitatis damno cuperet conſequi: quare eunuchus aliquis, ſed tamen ἀξιοῦ τὴν προεδρίας, aut talis certe, qui corporis integritatem ſplendidiſſimo muneri poſtponeret: alicunde fuit conquirendus. *Heraclit.* Ep. ad Hermodor. *Sed neque canem canis exſecat, ut vos Deae ſacerdotem exſecuiſtis Megabyzum, metu ne virgini vir conſecretur: & quo pacto impii adverſus naturam, pii eſtis adverſus ſimulacrum. Principio enim id agitis, ut Dils primus imprecetur ſacerdos amiſſa virilitate.* Haec & plura Latine dedit *Politianus* Obſ. & Em. c. LI. cujus fidem ut in dubium non voco, ſic unde literas illas Heracliti habuerit erutas, neſcire me profiteor. tale quidem nihil iis in Epiſtolis invenias, quae nunc vulgatae Heracliti nomen mentiuntur. Eodem refero *Menandri* locum apud *Suid.* in Ζάκερος — ὁ Μεγάβυζος ἦν, ὅς τις (forte melius Ὥς τις) γένοιτο ζάκορος — ubi plane videtur poſitum pro Eunucho: nam de *Quinctiliano* I. O. V, 12. p. 456. quin ita voluerit intelligi, nihil eſt cur dubitemus, praeſertim quum lateri junctus haereat Bagoas. At *Plauto* quid facies in Bacch. A. II. Sc. III, 72. *Nos apud Theotimum omne aurum depoſivimus, Qui illic ſacerdos eſt Dianae Epheſinae.* Nic. *Qui iſtic Theotimus eſt?* Chr. *Megalobuli filius, Qui nunc in Epheſo eſt, Epheſiis cariſſimus.* *J. Meurſius* primum legit Megalobuzi, vel Megabyzi, quod jam praeceperant *Turneb.* Adv. XVIII, 31. & *Lambinus*; deinde nodum hunc nectit: *Sed hoc quid eſt, quod Plautus dicit*, Theotimum filium Megabyzi, *ſi ille Megabyxus Eunuchus?* quem ut ſolvat, operae pretium eſt audire: *Explico:* Megabyzi filius *idem valet, ac ſi dixiſſet* Megabyzus: *nam appellativum illud nomen fuit: quomodo ἰατρῶν παῖς pro eo quod eſt ἰατρός.* Vide, quo poſſit prolabi, qui nativam Graeci ſermonis indolem non penitus perſpexerit; quod Meurſio defuiſſe ſcientiſſimo ceteroquin univerſae Graecorum antiquitatis, adfirmare non vereor: falli ſe paſſus eſt Vir egregius iſto vulgari, γραμματικῶν, φιλοσόφων, ἰατρῶν παῖδες, putavitque nihil obſtare, quominus eadem loquendi ratio e numero plurali migraret in ſingularem: hoc ſi vel Graecis licuiſſe ponas, probandum utique fuerat, Latinis idem placuiſſe. Ut autem motae difficultati occurratur, quid ſi *Megabuli* (hoc ad metri leges aptius reſpondet) *filius* retineas; non ſacerdotis, ſed viri clari, cujus filius ſacerdotio fuerit functus? Sin malis, in quam ſententiam Eruditi Viri propendent, *Megabyzi filius*, ſtatuendum eſt, Megabyzum iſtum, antequam imminuta virilitate dignitatem ſuſciperet antiſtitis, liberos, Theotimum ſaltem, procreaſſe, qui Theotimus ſacerdos quidem Epheſiae Dianae, non princeps ſive Megabyzus (hoc patris erat munus) ſed inferioris gradus, Suſpicari tamen potius lubet vitii quiddam in hoc Plautino loco reſidere, quod vide, an ſic curari poſſit: *Megalobyzus fidius*, pro, *medius fidius*: quo pacto optime ſane ſententiae conſultum erit. Ipſum vero nomen fueritne dignitatis, & ſplendidum hominem apud Epheſios ac magnificum proprie ſignificarit, an ab antiquiore quodam Megabyzo, qui ſumma cum laude in hoc munere ſit verſatus, ad ſucceſſores propagatum venerit, ego quidem, ubi veteres ſilent, definire non ſuſtineo: hoc tamen docet memoriae vetuſtae fides, ſaepius uſu veniſſe, ut primi ſacri ordinis auctoris nomen ad poſteros demanaret. In Olba Jovis templum Αἰαντεὺς ἵδρυμα τοῦ Τεύκρου unde οἱ πλεῖστοί γε τῶν ἱερέων ἀπωνόμαζον τοὺς Τεύκρους ἢ Αἰαντίδας. *Strab.* XIV. p. 989. Lucianus autem quin, ut Megaclem & Protarchum, vulgata quidem inter Graecos nomina, non ab uſu tamen communi, ſed a Comoedia, ſic & Megabyzum petiverit, minime dubito. Fuit apud Comicos in iſta voce non poteſtas ſolum, ut arbitror, viri divitis & ſplendidi, verum praeterea divitiarum oſtentatoris inepti. Sic fere *Crates* apud *Athen.* VI. p. 248. A. eximie reſtitutus a *Caſaubono*: μηδὲν δὲ ὦ Μεγαβύζου δεῖται ἐπὶ μισθῷ σῖτον *Apollon. Tyan.* Ep. II. ἡ πρώτη γε χρησίς αὐτῆ (σοφιστικὴ) πρὸς τοὺς εὐτυχοῦντας ἐπιτήρ ἤδη σοι τὰ τοῦ Μεγαβύζου *quoniam tibi jam partae ſunt opes ingenuae, quae ſupercilium tollant.* Vim comicam ipſa nominis forma Graeca multum adjuvat, quippe quae complectatur & τὸ μέγα, ex quo factum, ut μεγαλοβύζους etiam dixerint, & βυζον, id eſt, ut *Heſychius* exponit, πυγμὴν, σωστὸν χεῖρα ὃ & μέγα. *Etymol.* in Βύσσος τὸ γὰρ βᾶ ἐπὶ τοῦ μεγάλου λέγεται· καὶ Σώφρων βύβα (an βυζα? quamvis apud *Heſych.* Βυβᾶ (ita legendum) τοῦτο ἐπὶ τοῦ μεγάλου τάττεται) ἀντὶ τοῦ μεγα & πλέον & μεγάλα· βύζειν ἀπὸ τοῦ πῦμα hunc in modum iſto locus diſtingui debet: poſteriorum ſenſus; *de verbo βύζειν quaerendo eſt vox πῦμα*, quam vide p. 603. v. 38. Ex ſcena delati quoque Μεγαβύζιοι λόγοι, quos *Heſychius* interpretatur, ſed ita, ut facile ſit intellectu, diverſos abiiſſe veteres Grammaticos, unde ratio ſignificationis ſit derivanda, a Perſicis Megabyzis, an ab Epheſiae Dianae ſacerdotibus: hoc mihi veroſimilius videtur. Multa reperies de Megabyzis ad *Quinctilianum* notata, ſed parum accurate cogitateque, ut Virum Doctiſſimum ſatis appareat feſtinantem & rerum copia, quae ad manus erat, obrutum meditandi tempus digerendique ſibi non indulſiſſe. *T. H.*

82. Μετεωρισθείς] Ut ille etiam in Somnio Luciani, qui ex Simone ſit Simonides. *Anonym.*

84. Ἀλλὰς .. πολὺ] Juvenal. *Ploratur lacrymis amiſſa pecunia veris.* *Anonym.*

85. Θεὸν

Πίττοντα] Sic Ed. J. Coll. & Mſ. R. G. In reliquis Edd. βαπτίζοντα. Lege πιέζοντα, & vide Ἑρμ. c. 79. & quae ibi a me annotata ſunt. M. du S.

Βαπτίζοιμι] *Tan. Fabro*, qua erat recte judicandi facultate, merito diſplicuit πίττοιμι· quod ſi reperiretur in contextu Lucianeo, ſedes mutare juſſiſſem. Nihil eſt certius, quam βαπτίζοιμι non ſatis erat Timoni in caput iſtum dare praecipitem, niſi protinus etiam ſubmergeret, nulla relicta fugiendi periculi ſpe. Plane poſtulat illam lectionem, quod ſequitur, ὡς μηδὲ ἀνακύψαι δυνηθείη. Porro uſitatiſſima phraſis in *Luciano* ὠθεῖν ἐπὶ κεφαλήν, quae, quo ſuſtentetur, illo πίττοιμι nequaquam indiget. T. H.

30. Τὴν ἴσην] δίκην, τιμωρίαν. J. Br.

31. Ἐχεκρατίδης] Scribe Ἐχεκρατίδου. J. Br.

Ἐχεκρατίδου] Liquidam *Tan. Fabri* emendationem, invitis omnibus libris, admiſimus. M. du S.

Ἐχεκρατίδης] Verum eſt, praeter hunc locum nusquam in hoc libello ſic ſcribi: quia tamen defendi poteſt, a Luciano refingendo manum abſtinui. Primum Ἐχεκράτης & Ἐχεκρατίδης inter ſe convertuntur; neque inſolens eſt, ut primitivum & patronymicum nomen in eadem perſona locum obtineant: ita Λάμπωνος & Λαμπωνίδης· Ἀδείμαντος ὁ Λαμπωνίδου, quemadmodum legi debet in *Xenophontis* E. I. p. 258. v. 15. atque *Ariſtoph.* Scholiaſta ad Ran. v. 1561. ut patet ex eo *Platonis*, quem profert, loco Protag. p. 220. F. hic tamen ab *Ariſtophane* dictus & *Eupolide* Λαμπώνδου. *Hippocr.* Ἐπιδημ. I. p. 951. E. Ἐπαμείνωνα vocat, qui p. 957. B. eſt Ἐπαμεινώνδας. Apud *Harpocr.* in Ἐπιβολή· ὡς ἐν τῷ πρὸς Λυσίαν ἐν τῷ κατὰ Νικομαχίδου atqui haec ipſa eſt oratio, quae extat, κατὰ Νικομάχου γραμματείως εὐθυνῶν κατηγορία· in ea Νικομαχίδην uno loco p. 184. v. 10. nominat *Lyſias*, quem alibi ſemper Nicomachum. Hercules etiam Ἡρακλείδης, ut monet *Euſtath.* ad Il. Υ. p. 989. v. 47. Euripides filius Μνησάρχου ἢ Μνησαρχίδου *Suidae*. Hinc apparet, non eſſe de nihilo, quod pro *ab Agnonide* quidam Codices in *Corn. Nep.* Phoc. c. III. praeferant, teſte *Hier. Magio*, *ab Agnone:* quomodo in Argum. Pythion. *Pindari* idem archon Athenis Simon & Simonides: multa de hoc genere in medium proferre poſſem, quorum ignoratio errandi anſam ſaepe praebuit. Deinde filio nomen patris raro quidem, ſed tamen aliquando aptatur; ut Diogenem Laërtium dici cenſuit *Valeſius*, Laertii filium: quod nunc pluribus perſequi non vacat; interea vide *Burmann.* ad *Grat.* Cyneg. v. 103. Utroque modo Timon Ἐχεκρατίδης Echecratis vel Echecratidae filius dici potuit: nihilominus, ſi vel unus Codex acceſſiſſet, reddere non fuiſſem veritus Ἐχεκρατίδου. T. H.

32. Ἐπεψήφισε τῇ ἐκκλησίᾳ] Interpretum errores perſequi non juvat. Egregie de hac loquendi formula meritus eſt *L. Kuſterus* de Verb. Med. p. 133. & ſequ. longoque intervallo induſtriam ſuperavit *Budaei* C. L. G. p. 167. 168. & *H. Stephani* in Theſ. T. IV. p. 730. tametſi nonnulla ſint, quae mallem mutata. *AEmilium Portum* nihil hic vidiſſe in Lex. Jon. pro hominis ingenio non valde mirum eſt. Otium aliis feciſſe potuerat *H. Valeſius*, ſi, quae collegit ad Harpocr. p. 74. 284. diſponere licuiſſet ipſi atque in ordinem redigere. Νόμον εἰσηγεῖσθαι dicitur is, qui in comitiis populi legem proponit ac ſuadet: tum Ἐπιστάτης, vel Πρόεδρος, vel Πρύτανις ſententias rogat, populumque mittit in ſuffragia: hoc eſt apud Atticos ἐπιψηφίζειν τῇ ἐκκλησίᾳ, τὸν δῆμον, εἰς τὴν ἐκκλησίαν, ut *Thucydid.* I, 87. Emendandus *Diogen. L.* VII, 10. ἐκκλησίᾳ κυρίᾳ τὸ πρόσθεν ἐπεψήφισεν Ἵππων Κραλιστοτέλους Ἐυπετιών *concionem legitimam in ſuffragia miſit ex Proëdris Hippon F. Cratiſtotelis, demo Xypetaeon:* iſtorum mirifica circumfertur verſio: neque boni Interpretis munere funguntur apud *Thucydid.* VIII, 15. melius *Hudſonus* in Pſephismate, quod *Joſephus* habet A. J. XIV, 8. ſed prava loci diſtinctio virum Doctiſſimum fefellit: ſcribendum eſt: ἐκκλησίας γενομένης ἐν τῷ

αὐτός· εἶεν, ταῦτα ἡμῖν δεδόχθω, ᾗ ἀνδρικῶς ἐμμένωμεν αὐτοῖς.

Πλὴν ἀλλὰ δεῖ πολλὴν ἀν ἐποιησάμην ἅπασι γνώριμά πως ταῦτα γενέσθαι, διότι ὑπερπλουτῶ· ἀγχόνη γὰρ ἂν τὸ πρᾶγμα γένοιτο αὐτοῖς· καίτοι τί τοῦτο; φεῦ τῆς τάχους· πανταχόθεν συνθέουσι κεκονιμένοι, ᾗ πνευστιῶντες, οὐκ οἶδα ὅθεν ὀσφραινόμενοι τοῦ χρυσίου. πότερον οὖν ὅπως τὸ πάγον τοῦτον ἀναβὰς ἀπελαύνω αὐτοὺς τοῖς λίθοις, ἐξ ὑπερδεξίων ἀκροβολιζόμενος, ἢ τόγε τοσοῦτον παρανομήσομεν, εἰσάπαξ αὐτοῖς ὁμιλήσαντες, ὡς πλέον ἀνιῶντο παρορώμενοι· τοῦτο οἶμαι ᾗ ἄμεινον, ὥστε δεχώμεθα ἤδη αὐτούς, ὑποστάντες τῷ θεάτρῳ, τὸ προοίδιον ἐπιψηφίζε Δαμόδου ἀρχαιρεσίας ᾗ οἱ συμπρόεδροι τῷ δήμῳ, perinde atque apud *Diogenem L.* In *AEliani* Editione curatiſſima H. V. III, 17. p. 234. exhibuit e Mſſ. *Abrah. Gronovius*: ᾗ λέγε ταῦτα ἔστι ἐψηφίζειν Ἀθηναίοις τὸ τῆ δίκα τραπέζῃ θανάτου quae ſimulac vidi, non amplius dubitandum putabam, quin vere dudum conjeciſſem: ὅτ' ἐπιψηφίσειν Ἀθηναίοις τὸ τῆ δ, &c. ſententia non minus liquida, quam expedita. In ipſo hoc Socratis facto referendo ejusdem verbi uſus eſt apud *Xenoph.* Ἀπομν. I. p. 414. v. 16. ſtructura variata *Themiſt.* Or. XX. p. 239. B. ὅτε ἐπιψηφίσαι καλοιάσθη κατὰ τὸ ἀμφὶ Περικλέα &c. τραπέζῃ non intellexit *Petavius*. Male nonnunquam mutari ſolent ψηφίζειν & ἐπιψηφίζειν hoc pro altero reſtitui debet *Heſychio* in Αἰξ ὡραῖα e *Suida*: is in Κατεχειροτόνησαν αὐτῆ neſcio cujus antiqui Scriptoris locum adtulit, qui ad eandem ſine controverſia pertinet hiſtoriam Socratis: ὁ δὲ ὅτε ἐψηφίζετο, ὅτε καὶ χειροτόνησε, καίτοι Ἐπιστάτης ὤν in quo ne crediderit quicquam eſſe praeſidii ad tuendam *AEliani* vulgatam lectionem: multum differunt ψηφίζεσθαι, quod hic ſumtum e *Platonis* Apol. p. 25. B. & ἐπιψηφίζειν. Ejus vice Socrates in *AEſchinis* Axiocho §. 12. πῶς δ', οἱ πρώην δέκα τραπεζαῖ; ὅτ' ἐγὼ μὲν οὐκ ἐπεφόμην τὴν γνώμην· omnino perperam haec acceperunt *Ficinus*, ab eoque praeeunte deceptus *Clericus*: quod recte quidem animadverſum a Doctiſſ. *Horreo*; ſed idem gravius commiſit, quando locutionem ſaniſſimam & Attici fori propriam ſollicitat, & talem ſubſtituit, quae Graeci ſermonis ingenio prorſus repugnat: *Demoſth.* adv. Androt. p, 699. F. ταῦτ' ἐπῃνεῖ ὁ Ἐπιστάτης, διεχειροτόνησεν ὁ δῆμος· p. 700. C. οἱ προεδρεύοντες τῇ βουλῆς ᾗ ὁ ταῦτ' ἐπιψηφίζων Ἐπιστάτης ἠρώτων ᾗ διεχειροτόνουν ἑκάστην· nam & ἐρωτᾶν ſimiliter uſurpari ſolet, *Schol. Ariſtoph.* ad Pac. v. 664. ex *Philochoro*, προβούλευμα ἀφῆκε ψηφίσαι *Xenoph.* E. I. p. 263. v. 39. προτιθέναι, ἀναβάλλεσθαι ψῆφον, χειροτονίαν quorum diverſam rationem explanandi tempus non eſt; haec enim extremo digito tetigiſſe nunc contenti ſumus. Illud autem Timonis perquam elegans ac facetum, quod ſolus & legem ſuadeat, & ſententias perroget, & ſe quaſi totam populi concionem adſpiciat. *T. H.*

37. Ἀγχόνη] *Ingens dolor*, propter quem laqueo vitam finiant. *J. Br.*

Ἀγχόνη γὰρ] *Inde laqueus illis paretur*: laqueus pro quolibet mortis genere, ut alibi obſervamus. *J. B.*

Ἀγχόνη] *Ariſtoph.* Ach. v. 125. — ταῦτα δῆτ' οὐκ ἀγχόνη; ibi *Schol.* accentu diſtingui docet ἀγχόνη & ἀγχονη· ἐκτόνως μὲν γὰρ τὸ εἶδος τῆς πάθους· βαρυτόνως δὲ τὸ χωρίον ἢ ὁ βρόχος quod praeceptum non hujus tantum, ſed aliorum etiam, ſi verum eſt, ſaepiſſime violatur. *AEſchin.* περὶ Παραπρ. p. 33. v. 18. τοῦτο δὴ ἆρα ἦν ἀγχόνη ἢ λύπη τούτῳ. Ita βρόχος apud *Noſtrum* Pſeudol. §. 19. *Heliodor.* VII. p. 339. πνιγμὸς τοίνυν εἶχε τὴν γραῦν. Expreſſit *Fulgent.* Mythol. p. 7. *moerorum improbior angina.* *T. H.*

39. Κεκονιμένοι] *Pulvere conſperſi, feſtinantes.* *J. Br.*

Κεκονιμένοι] Saepe *Lucianus*, cujus loca *Kuſterus* indicavit ad *Ariſtoph.* Eccleſ. v. 291. *Polyaen.* IV. c. 2. p. 313. Φάλανθος ἰδίᾳ τι ῥόμβῳ, κονιορτῷ ex palaeſtra: prave legitur p. 387. τραπέζῃ ἐκβαλεῖν πνευστιῶντα (idem vocabulum *Lucianus* adjunxit) κεκονιμένον. Correxerunt in *Heſychio*: Κεκονιμένῳ, κεκονιορταμένος perinde eſt utrum probes κεκονιμένος an κεκονισμένος· κονιορτεῖν frequens in *Theophraſto* περὶ Φ. I. pro, *pulverem plantarum radicibus adſpergere.* Addenda, quae perdocte notat *Weſſelingius* noſter Obſ. II, 23. *T. H.*

40. Ὀσ-

43. Ἢ τόγε τοσοῦτον παρανομήσομεν] Ἀντὶ τοῦ, ἢ τοῦτο μόνον παρανομήσομεν, * ἢ ἀντὶ τοῦ βραχὺ ἢ ὀλίγον παρανομήσομεν. *V.*

* Ἢ ἀντὶ . . . . παρανομήσομεν] Haec addidit *M. du Soul.* *T. H.*

excipiamus. Age ; videam quis hic ſit, qui agmen ducit ? is eſt Gnathonides aſſentator , qui nuper mihi eranum petenti laqueum porrexit, & tamen integra dolia ſæpe apud me vomuit ; ſed bene ſane quod venit ; ante enim alios ejulabit.

τες. Φέρε ἴδω, τίς ὁ πρῶτος αὐτῶν ἐστὸς ὄγει; Γναθωνίδης ὁ κόλαξ, ὁ πρώην ἔρανον αἰτήσαντί μοι ὀρέξας τὸν βρόχον, πίθους ὅλους σαρ' ἐμοὶ πολλάκις ἐμεμεκώς· ἀλλ' εὖγε ἐποίησεν ἀφικόμενος. οἰμώξεται γοῦν πρὸ τῶν ἄλλων.

46. GNATH. Dixin' ego ſæpius, Timonem virum bonum a diis non ſemper neglectum iri ? Salve , Timon formoſiſſime, & ſuaviſſime , & potator hilariſſime. TIM. Salve tu quoque , Gnathonide , vulturum omnium voraciſſime , & hominum nequiſſime. GNATH. Tu quidem ſemper dicax es ; ſed ubi paratæ ſunt epulæ ? affero enim tibi novum quoddam can-

ΓΝΑ. Οὐκ ἐγὼ ἔλεγον ὡς οὐκ ἀμελήσουσι Τίμωνος ἀγαθοῦ ἀνδρὸς οἱ θεοί; χαῖρε Τίμων [a] εὐμορφότατε, καὶ ἥδιστε, καὶ συμποτικώτατε. ΤΙ. νὴ καὶ σύγε, ὦ Γναθωνίδη, γυπῶν ἁπάντων βορώτατε, καὶ ἀνθρώπων ἐλαττριπτότατε; ΓΝΑ. ἀεὶ φιλοσκώμμων σύγε· ἀλλὰ ποῦ τὸ συμπόσιον; ὡς καινόν τι σοι ᾄσμα τῶν νεοδιδάκτων

[a] Εὐμορφότατε] Εὐμορφώτατε Ita priores Edd. monuit *J. Jenſius.*

40. Ὀσφρησόμενοι τῆς χρ.] Pariter in Anac. §. 48. ὀσφρᾶται τῆς χρυσίου. *Ariſtid.* T. III. p. 512. C. de philoſophorum iſtius aetatis impudentiſſima natione : κἂν πρεσβύταν (τὴν πλουσίων) εὑρὼν ὠσφρήθη· κἂν ὠδελακόντες ἄγωσι, κἂν τὴν ἀρτύν ὠδελάσεσθαι ἐπιχωροῦσαι· quae belle conveniunt cum perpetua fere *Luciani* querela. *Cicer.* Or. I. contra Rull. §. 11. *Nunc quisnam tam abſtruſus usquam nummus videtur , quem non architecti hujusce legis olfecerint ? Amm. Marcellin.* XXII. c. 4. *lucra ex omni odorantes occaſione :* meminerat , credo, dicti *Juvenalis — lucri bonus eſt odor ex re Qualibet.* His propemodum inducor , ut venuſtius ſcribi credam in *Ariſtoph.* Pl. v. 783. Βάλλ' ἐς κόραμας· ὡς χαλεπόν ἐσθ' οἱ φίλοι Ὀσφρησόμενοι παραχρῆμ' ὅταν πρόττῃ τις εὖ, quam , quod vulgatur , Οἱ φιλοσόφοι. Paulo aliter *Arrian.* Epict. I. c. 10. p. 112. ἀλλ' ὀσφρηθεὶς μόνον τῆς Ῥώμης , ἀπέστην τούτων ἐπιλήσμων. *T. H.*

42. Ἀκροβολιζόμενος] E loco altiore atque opportuno lapidibus e longinquo impetens: *Xenoph.* E. IV. p. 301. v. 27. τὸ μὲν πρῶτον ἐκ τῆς ὑπερδεξίου βάλλοντες μάλα πολλοὺς ἐποίουν. Ἀκροβολισμὸς eſt lapidum conjectus apud Philoſtr. de V. A. T. IV. p. 147. in quo haeret *Olearius :* diverſa loquendi figura VIII. c. 3. p. 324. τοιαῦτα ἀκροβολίσασθε πρὸ τῆς δίκης. *T. H.*

43. Παρασημήσομεν] *Scholia* ὠδησόμεθα , quod placet : πότερον ἀπελαύνω, ἢ τάχα τοσοῦτον ὠδησόμεθα μόνον. Παρασημῶ vero , quia omne cum hominibus commercium velut lege lata ſibi Timon interdixerat: ſaepius autem illi παρασημῶ dicuntur , qui praeter ordinem conſuetum & vitae inſtitutum faciunt. *Liban.* T. I. p. 806. D. ὁ ἁλιεὺς πλοῦτος ἀνίσως καὶ ὠδησόμενος. *T. H.*

48. Γναθωνίδης ὁ κόλαξ] Hoc nomen paraſiticum. *Terent. Liban. Long. J. B.*

Ibid. Ἔρανον] Copioſe Clariſſ. *Caſaub.* ad *Theophraſti* Char. pag. 281. *J. B.*

49. Ὁρίξας] Emendo ex conjectura, ὁρίξαιο. *J. Br.*

Ὁρίξας] Cur ex conjectura, vel qualicumque cauſa alia, ſuſpicetur *Brodaeus* IX. Miſcell. c. 7. legendum hic ὁρίξαιο, pro vulgato ὁρίξας, ne conjectura quidem adſequor. Quin ſi ὁρίξαιο eſſet ſcriptum , locus haud dubie foret vitii poſtulandus. Quid enim, quaeſo , ὁ πρώην ὁρίξατο foret ? Deberet ὃν ὁρίξατο. At vulgata ſunt plana & rotunda ; quod qui non prorſus infans in his literis eſt , abunde perſpicit. Caeterum lepidiſſime in fine dicit *Lucianus* ἐρημικόν· pro quo Lector exſpectaret ἐκπιπτωκὸς , *qui epotavit ſaepe domi meae integra dolia.* At id , quod conſequitur , ponens loco ejus , quod neceſſario praecedit , miram quamdam captat iſthoc ἀπροσδοκήτῳ elegantiam; ſimul lurconis illius & bibonis ſpurciſſimam intemperiem tanto magis declaraus , ut qui non modo ingentem vini vim in unius domo exhauſerit , ſed & ibidem evomuerit. *J. J.*

50. Ἐμεμηκώς] *Diog. Laërt.* 139. F. ἐμεμήκει. *M. du S.*

56. Νὴ κὰ σύγε, ὦ Γναθωνίδη, γυπῶν ἁπάντων βορώτατε] Niſi hic excidit Δία, ut legendum ſit Νὴ Δία; notandus eſt uſus τοῦ νὴ ſimpliciter pro *revera*, ſine Dei alicujus adjuncto nomine. *J. J.*

57. Βορώτατε] Vide diligentiſſimi *Maittairii* Ind. *Aretaei* in Βορός. *T. H.*

58. Ἐπιτριπτότατε] Sic antea ἐπίτριπτοι ῥήτορες, quod epitheton philoſophis paſſim accommodat. *J. B.*

60. Νεοδιδάκτων διθυράμβων] Adſentior in hujus vocis explicatione *Tan. Fabro.* Ceterum nova cantica prurientes aures inprimis delectabant. De Homeri loco, quem protulit *Barlaeus*, vide *Plat.* de Rep. IV. p. 634. *Xenoph.* K. II. I. p. 21. v. 21. σφόδρα μὲ ἐκ τοῦ μουσικοῦ τὰ νέα καὶ ἀνθηρὰ ἡδύνεται. *Clem. Alex.* Strom. VI. p. 685. C. Ἐπτατόνῳ φορμιγγὶ νέους κελαδήσομεν ὕμνους ποιητής τις, inquit, ὅτι ἄσημος γράφις eum eſſe Terpandrum oſtendit *Strabo* XIII. p. 919. B. & *Euclid.* Introd. Harm. p. 19. ex quo Terpandri locus apud *Strabonem* eſt emendandus. *T. H.*

61. Δι-

χλων διθυράμβων ἤκω κομίζων. ΤΙ. καὶ μὴν ἐλεγεῖά γε ἄσῃ μάλα παθητικῶς ὑπὸ ταύτῃ τῇ δικέλλῃ. ΓΝΑ. τί τοῦτο; παίεις, ὦ Τίμων; μαρτύρομαι· ὦ Ἡράκλεις, ἰὼ, ἰώ, προκαλοῦμαί σε τραύματος εἰς Ἄρειον πάγον. ΤΙ. καὶ μὴν ἄν γε μικρὸν ὀπισθαδήσῃς, φόνῳ τάχα [a] προκεκλήσῃ με. ΓΝΑ. μηδαμῶς· ἀλλὰ σύ γε πάντως τὸ τραῦμα ἴασαι, μικρὸν ὀπιπάσας ᾧ χρυσίῳ· δεινῶς γὰρ ἰχαιμόν ὅδι τὸ φάρμακον. ΤΙ. ἔτι μένεις; ΓΝΑ. ἄπειμι, σὺ δὲ ὁ χαιρήσεις ὕστω σκαιὸς ὢν χρηστῷ γενόμενος.

ΤΙ. Τίς ὅτός ἐστιν ὁ προσιὼν, ὁ ἀναφαλαντίας; Φιλιάδης, κολάκων ἁπάντων ὁ βδελυρώτατος. ὅτος δὲ παρ' ἐμοῦ ἀγρὸν ὅλον λαβὼν, καὶ τῇ θυγατρὶ προῖκα δύο τάλαντα, μισθὸν γ' ἐπαίνου, ὁπότε ᾄσαντά με, πάντων σιωπώντων, μόνος ὑπερεπήνεσεν, [b] ἐπομοσάμενος ᾠδικότερον εἶναι τῶν κύκνων, ἐπειδὴ νοσοῦντα [c] πρώην εἶδέ με, καὶ προσῆλθον ὀπικουρίας δεόμενος, πληγὰς ὁ γενναῖος προσενέτεινε.

ΦΙΛ. Ὦ σ' ἀναισχυντίας, νὴ Τίμωνα γνωρίζεις; νὴ Γναθωνίδης φίλος καὶ συμ-

ticum ex recentioribus dithyrambis. TIM. Atqui elegiaca ad hunc ligonem canes, & quidem perquam pathetice. GNATH. Quid istuc, o Timon, men' tu percutis? testes capiam. o Hercules! hei, hei. Vulneris tibi dicam dico apud Areopagum. TIM. At si paululum modo cesses, tu mihi fortasse dicam cædis dixeris. GNATH. Non fiet. Sed tu huic vulneri medicinam facito, auri aliquid ei inspergens; facit enim aurum in primis ad sistendum sanguinem. TIM. Etiam hic manes? GNATH. Abeo vero. at tibi male erit ob istam morum conversionem; qui cum olim perquam benignus fueris & comis, nunc te adeo agrestem atque inhumanum præbeas.

47. TIM. Quis hic recalvaster horsum veniens? is Philiades est, supra omnes assentatores execrandus. Hic vero, qui a me agrum accepit, tum in dotem filiæ talenta duo, quia vocem meam, ceteris tacentibus, miris tulisset laudibus, jurejurando affirmans, me vel cycnis ipsis suavius canere; ubi me nuper ægrotantem vidit, (ad eum enim me contuleram, mihi ut subveniret, orans) plagas etiam, si diis placet, bonus vir mihi infligere sustinuit.

48. PHIL. O impudentiam! nunc Timonem agnoscitis? Nunccine Gnathonides amicus, & conviva? me-

a Προκεκλήσῃ μοι] F. προκεκλήσομαι. notatum etiam in marg. *AiW.* b Ἐπομοσάμενος] Ἐπωμοσ. Edd. c Πρώην] πρότερον l. Marg. *AiW.*

70. Ἰχαιμον] Ἐπίχον τὸ αἷμα. *V.*

61. Διθυράμβων] De quibus fuse Clariss. *Marcil.* ad Horat. Alii ad artem poëticam. Gl. Mss. διθύραμβος, ὕμνος εἰς Διόνυσον. *J. B.*

62. Ἐλεγεῖα] *Lugubre carmen.* *J. Br.*

Ἐλεγεῖα] Unde *Elegi miserabiles*, quorum usus maxime in threnis. *Anonym.*

65. Προκαλοῦμαί σε] Vulneris consulto dati cognitio pertinebat ad Areopagitas: itidem φόνου, πυρκαϊᾶς, φαρμάκων, in Amor. §. 29. qui locus fugit *J. Meurs.* in Areop. c. IX. ceteroquin studiosissimum eorum collectorem, quae de Areopago *Noster* hinc inde commemorat. His *Luciani* verbis utuntur praeter *Meursium Heraldus* Anim. in *Salmas.* Obs. ad J. A. & R. V. c. 3. §. 8. *Perizon.* ad *AElian.* V. H. V, 15. *T. H.*

70. Ἰχαιμον] *Sanguinem sistens.* *J. Br.*

Ἰχαιμον] *Sanguinem sedans.* Vox medica. *Hippocr. Galen.* ut θυμὸς, θύμιος, *Tzetz.* ad *Lycoph.* *J. B.*

73. Ὁ ἀναφαλαντίας] Meminit hujus loci *J. C. Scaliger* ad *Aristot.* H. An. p. 344. Extat praeterea vox haec in Philopatr. §. 12. sæpius apud *Poll.* II, 26. ubi vide Comment. IV, 144. 149. Istum, quem describit, e scena ἄλων διαπρεπτα, ἄλων μὲν τὰς τρίχας, αὐστὶ δὲ πυῤῥαὶ, ἄστιν ὃ τὸ χρῶμα, καὶ ἀναφαλαντίαν Latini proprie vocant *reburrum:* Gloss. veteres: *Reburrus*, ἀναφάλαντος· in iisdem *Calvaster*, *Recalvaster*, ἀναφαλαντίας. Rariore forma, quam vix in antiquioribus invenias ἀναφάλας. *Joh. Malela* Chron. P. I. p. 133. P. II. p. 151. φαλαντίας in Philopsr. §. 18. *Alciphroni* restituo I. Ep. 28. τρίχωμα καὶ φάλαντον, vel, φάλαν-θον (utroque enim modo scribitur) γυρώτιον, pro τάλαν-

merito igitur, qui adeo ingratus ſit, a Timone ita depexus exornatusque eſt. At nos, qui jam pridem ejus familiares, & ſynephebi ſumus, ad hæc populares, tamen verecunde agimus, ut ne in ejus congreſſum irrumpere videamur. Here, ſalve; a ſceleratis iſtis aſſentatoribus caveto, qui ad menſam tantum præſto ſunt: ceterum eos inter & corvos nihil diſcriminis. Noſtræ memoriæ hominibus nulla fides habenda eſt: ingrati omnes ſunt & impuri; at ego talentum tibi afferens, quo uti ad ea, quæ res poſtularet, poſſes, in itinere, cum jam huc viciniæ perveniſſem, accepi in re ampla & bene aucta ſorte eſſe te. Venio igitur, hæc, quæ jam audies, præcepta daturus; etſi fortaſſe, cum tanta ſis præditus ſapientia, his meis ſermonibus haud egeas, qui vel Neſtori præcipere potes, quid factu opus ſit. TIM. Sane bene, o Philiade; ſed adesdum, ut te quoque hoc ligone amantiſſime excipiam. PHIL. O cives, fractum mihi ab hoc ingrato cranium eſt; quoniam quæ ipſi conducibilia ſunt monebam.

49. TIM. Ecce autem tertius ille advenit, rhetor ille Demea, decretum in dextra ferens, ſeque mihi cognatum dicens. Hic cum

8 πότης; τοιγαροῦν δίκαια πέπονθεν [d] οὗτος ἀχάριστος ὤν. ἡμεῖς δὲ οἱ πάλαι ξυνήθεις, καὶ ξυνέφηβοι, καὶ δημόται, ὅμως μελριάζομεν, ὡς μὴ ὀπιπηδᾶν δοκῶμεν. χαῖρε, ὦ δέσποτα, καὶ ὅπως τοὺς μιαροὺς τουτουσὶ κόλακας φυλάξῃ, τοὺς ὅτι τραπέζης μόνον, τὰ ἄλλα δὲ κοράκων οὐδὲν διαφέροντας. οὐκ ἔτι [e] πιστευτέα τῷ νῦν οὐδενὶ πάντες ἀχάριστοι, καὶ πονηροί· ἐγὼ δὲ τάλαντόν σοι κομίζων, ὡς ἔχοις πρὸς 9 τὰ καιριώτατα χρῆσθαι, καθ' ὁδὸν ἤδη πλησίον ἥκουσα, ὡς πλουτοίης ὑπερμεγέθη τινὰ πλοῦτον. ἦκω τοιγαροῦν ταῦτά σε νουθετήσων· καίτοι σύ γε ἴσως σοφὸς ὤν, οὐδὲν ἴσως δέοιο τῶν παρ' ἐμοῦ λόγων, ὃς κἂν Ιτῷ Νέστορι τὸ δέον παραινέσειας ἄν. TI. ἔσται ταῦτα, ὦ Φιλιάδη· πλὴν ἀλλὰ πρόσιθι, ὡς καὶ σὲ [f] φιλοφρονήσομαι τῇ δικέλλῃ. ΦΙΛ. Ἄνθρωποι, κατέαγα τῆς κρανίου ὑπὸ τοῦ ἀχαρίστου, διότι τὰ συμφέροντα συνεβούλευον αὐτόν.

TI. Ἰδοὺ τρίτος οὗτος ὁ ῥήτωρ Δημέας προσέρχεται, ψήφισμα ἔχων ἐν τῇ δεξιᾷ, καὶ συγγενῆς ἡμέτερος εἶναι λέγων. οὗτος ἐκ-

καί-

[d] Οὗτος] οὕτως Marg. *AIW.* idque *Fabrum* probaſſe verſio declarat. [e] Πιστευτέα] P. πιστευτέον. [f] Φιλοφρονήσομαι] φιλοφρονήσωμαι B2.

4. Κατέαγα τῆς κρανίου] Καὶ τοῦτο Ἀττικὸν αὐτοὶ μὲν ἀεὶ ἐπὶ μόνους εἰώθασι λέγειν, ἔφαγον τοῦ ἄρτου, ἔπιον τοῦ οἴνου. οὕτως ἐν κατέαγα τῆς κρανίου. *V.*

λαστον prioris vocabuli poteſtatem pete ab *Heſychio* in Τρίκουρος. *T.H.*

75. Βδελυρώτατος] *Impuriſſimus.* Legend. *Caſaub.* ad Char. *Theophr.* *J.Br.*

79. Ἐπομοσάρδῳ] Saepius peccatum in hac voce: in omnibus enim legitur ἐπωμ. — *Jenſius* de mendo primus monuit. Alicubi tamen recte ſcribitur in Edd. ut in *Hermot.* & in *Apol. pro Merc. cond.* c. 6. *M. du S.*

Ibid. Ὠδικότερον τῆς κύνων] Eodem proverbio paſſim utitur. Sic in Cycnis. *J.B.*

88. Ἐπιπεδᾶν] Lego ἐπιπηδᾶν. *J.Br.*

89. Καὶ ὅπως] Ὅρα ſubaudi. *J.Br.*

Καὶ ὅπως] Vide Προμ. c. 3. & Θ. κρ. c. 1. Sic *Eurip.* Κυ. ἀλλ' ὅπως ἀνὴρ ἔσῃ. Sic *Xenoph. Cyrop.* V. p. Ed. St. 72. C. *M. du S.*

90. Ἐπὶ τ' τραπ. μ.] Theogn. 115. Πολλοι τοι πόσιος ἑ βρώσιος εἰσὶν ἑταῖροι. *M. du S.*

92. Πιστευτέα] Pro πιστευτέον. *J.Br.*

Πιστευτέα] Ad eandem fere formam, qua *Homerus* Od. Λ. 455. ἐπεὶ οὐκ ἔτι πίστις γυναιξίν. *M. du S.*

1. Τὸ δέον] *Si opus ſit.* *J.Br.*

Τὸ δέον] Idem eſt propemodum τὸ δέον vel τὰ δέοντα ὠδαινῶν τινι, quod mox τὰ συμφέροντα νουθετῶν τινά. Errat *Brodaeus:* recte *Faber.* *T.H.*

4. Κατέαγα τ. κ.] *Comminuta eſt mihi calvaria.* *J.Br.*

Κατέαγα τῆς κρανίου] Adducit *Thom. Mag.* in Καλαγῶναι & Κιφαλή. Vid. *H. Stephan.* Anim. ad Lib. de Dial. p. 44. Κατέαγα τὸ κρανίον ſtructura minus Attica, ut quidem ſanciunt Grammatici, Alciphr. III. Ep. 54. *T.H.*

8. Ψήφισμα] *Plebiſcitum, decretum,* de quo mox. *J.Br.*

9. Συγ[γενὴς &c.] Perquam appoſite Niceratus apud *Xenoph.* in Symp. p. 518. v. 19. ἐμοὶ γὰρ αὖ τὸ φίλων εἶ μὲν τῷ πράττοντες ἐκποδὼν ἀπίοιεν ἀπιόντες, οἱ δ' ἂν κακόν τι λάβωσι, γυναικογοῦσι τῷ συγγένεσθαι, καὶ ἐδέησέ μοῦ λοιπὸν λειποῦσαι. *T.H.*

καίδεκα παρ' ἐμοῦ τάλαντα μιᾶς ἡμέρας ἐκτίσας τῇ πόλει (καταδεδίκαστο γάρ, ὦ ἑταῖρε, οὐκ ἀποδιδούς, κἀγὼ ἐλεήσας ἐλυσάμην αὐτόν) ἐπειδὴ πρώην ἔλαχε τῇ Ἐρεχθηίδι φυλῇ διανέμειν τὸ θεωρικόν, κἀγὼ προσῆλθον αὐτῷ τὸ γιγνόμενον, ἵν' εἰδείην εἰ πολίτης ὄντα με.

de meo solvisset reipublicae uno die sedecim talenta (damnatus enim fuerat, ac in vincula conjectus, cum solvere nequiret; ego autem, quem illius commiserescceret, hominem liberavi) nuper autem sortito theoricum Erechtheidi tribui diriberet, ego vero accessissem, ut, quod mihi obtingebat, acciperem, dixit, non constare sibi civis necne forem.

ΔΗ. Χαῖρε, ὦ Τίμων, τὸ μέγα ὄφελος τῆς γένυος, τὸ ἕρεισμα τῶν Ἀθηναίων, τὸ πρό-

50. DEM. Salve, Timon, totius gentis decus, Athenienſium fulcrum, Graeciae pro-

14. Διανέμειν τὸ (1) Θεωρικὸν] (2) Ἐσπουδάζει τὸ ἀρχαῖον ἡ τῶν Ἀθηναίων πόλις περὶ τὰ θεωρεῖα, καὶ μάλιστα περὶ τὰς θέας τῶν Διονυσίων ἀφ' ἧς τὴν τραγῳδίαν ἐπὶ πλεῖον

(1) Θεωρικόν] Pro θεωρικὸν legitur in *Luciano* θεωρεῖον, & quidem melius, ut apparet ex *Suida*, & notis Bourdelotii & *Barlaei*. *J. C.*

(2) Ἐσπουδάζει ἀρχαῖον] Diviſi voces male conjunctas, ne Graecae linguae genio vis fieret. *T. H.*

(3) Προβάσεων] Ante legebatur σημβάσεων quod Graecia non agnoſcit. *T. H.*

(4) Μόνῳ δὲ τῷ θεάτρῳ καταλαμβανόντων ἡ χλησις τὸ ἐγίνοντο καὶ μάχαι ἐπ' πλαγγαὶ. (5) ἔδοξεν εἶ τοῖς

(4) Μόνῳ δὲ τῷ θεάτρῳ καταλ.] Hiat oratio: verſus unus librarii culpa videtur intercidiſſe, quod vulnus hunc in modum reſarcio: μόνῳ δὲ τῷ θεάτρῳ ἀποδυμηθέντων, πολλαὶ τῶν τοῦ θέας, vel, τὰς τόπους καταλαμβανόντων ὀχλ. &c. Aliter etiam haec expleri poſſunt, ſi quis *Etymologum* & *Suidam* adhibeat: ſed, quod dedi, accommodatiſſimum puto. *T. H.*

(5) Ἔδοξεν] Ita ſcripti pro ἔδοξαν. *T. H.*

ἀξιώματος (3) προσῆσαν πολιτῶν ἀφετοῖς ἐ χορηγῶν φιλοτιμίαις· (4) μόνῳ δὲ τῷ θεάτρῳ καταλαμβανόντων φλησις τὸ ἐγίνοντο καὶ μάχαι ἐπ' πλαγγαὶ. (5) ἔδοξεν εἶ τοῖς

30. Παρ' ἐμοῦ] Sicuti Latinis *ab aliquo ſolvere*, *numerare*, *dare*, ſic & Graecis ἀπό. *Theophraſti* Teſtamentum apud *Diogen. L.* V, 54. εἴ τι αὐτοὶ ἐπήσαντο, καὶ ἃ ἐν παρ' Ἱππάρχου αὐτοῖς σωτίτυχα διχιλίας δραχμάς. *T. H.*

11. Καὶ ἐδέδετο] *Et in vinculis erat.* *J. Br.*

13. Ἐπειδὴ πρώην ἔλαχε τῇ Ἐρεχθηίδι φυλῇ διανέμειν τὸ θεωρικὸν, κἀγὼ προσῆλθον αὐτῷ τὸ γινόμενον] Haec ultima verba in mendo deliteſcunt. Lege, αὐτῷ τό γε ἐόμενον, & videtur bene legiſſe *Eraſmus*, qui vertit, *id quod ad me redibat*. Sed non tam bene ei ſucceſſit, quando θεωρικὸν interpretatus eſt *aerarium*. Debebat potius interpretari *donativum*. Erat enim τὸ θεωρικὸν pecunia, quae ex publico populo tribuebatur ad ſpectaculorum impenſas Panathenaicorum, Pythiorum & Olympiacorum tempore. Sed ex hoc loco emergit non mediocris difficultas. Timon ſupra non ſemel Κολυττιὸς dictus eſt. At Κόλυττος demus ſeu pagus Atticae, vel potius pars Athenarum *Harpocrationi* & *Suidae* AEgeidi tribui tribuitur: quomodo igitur hic Timon dicit ſe acceſſiſſe ad illum, qui Erechtheidi tribui donativum theoricum diſtribuebat, ut ſuam legitimam partem acciperet, qui cum eſſet Colyttenſis domo, non erat Erechtheidis tribulis. Certe hoc videtur ἀσύστατον. Ergo vel falſus eſt *Harpocration*, & qui eum ſequitur *Suidas*, & male Colyttum pagum accenſuerunt AEgeidi, (quod magis puto) vel male *Lucianus* Timonem Colyttenſem facit; quod non eſt veriſimile, cum id non ſemel dixerit. *J. P.*

Ibid. Ἔλαχε . . . διανέμειν] V. *Plaut. Aſin.* I, 2. v. 29. . . . *Turnebus* τριττυάρχῳ dictum ait, qui hoc munere fungebatur. *M. du S.*

14. Ἐρεχθ.] Ἐρεχθεὶς δῆμος τῆς Ἀττικῆς τῆς Αἰγηΐδος φυλῆς. *Steph. Byz.* Adi *A. G.* IV, 1083. nec quicquam muta. *M. du S.*

Τῇ Ἐρεχθηίδι φυλῇ] Quam difficultatem Eruditiſſimi Viri *Palmerius* & *Faber* moverunt, qui tolli poſſit, non video. Legi quidem jubet *Faber* Αἰγηΐδι, tempore *Suidae* nondum locum hunc *Luciani* corruptum fuiſſe putans: ſed ex *Suida* quibus machinis hoc extundi poſſit, mihi plane obſcurum eſt. Ego injuriam Luciano fieri nullam arbitror, ſi culpam tribus perperam poſitae in ejus incogitantiam conferamus: qualia praeſtantiſſimis etiam ſcriptoribus excidiſſe nonnunquam imprudentibus, palam eſt. In *Stephano* Byzant. vitioſe ſcribitur Ἐρεχθεία, ut jam *Meurſius* animadvertit in Rel. Att. nullo tamen jure *Stephanum* ipſum accuſans, & corruptiſſimum, in quod inciderit, exemplar: objecti criminis eum abſolvit ordo literarum, qui ſatis clare teſtatur legi debere Ἐρχία vel Ἔρχεια. Tum porro totus locus hunc in modum eſt conſtituendus: Ἔρχεια, δῆμος τῆς Ἀττικῆς, τῆς Αἰγηΐδος φυλῆς, ἀπὸ Ἔρχους τοῦ ξενίσαντος Δήμητραν τετρασυλλάβως δὲ τοὺς Ἐρχέας φασὶν οἱ δημόται Ἐρχεῖοι καὶ Ἰσοκράτης Ἐρχειεῖς ἐν τοῖς τοπικοῖς, Ἐρχειάδην, Ἐρχειάζειν, Ἐρχειάσιν. Diphthongum in iſtis vocabulis adſciſcas, an ſimplex ι parum refert. *T. H.*

Ibid. Διανέμειν τὸ θεωρικὸν] Pecunia primum bellica; dein χρήματα εἰς θεῶν τιμὰς ἐ ἑορτὰς διδόμενα εἰ τοῖς Παναθηναίοις καὶ Διονυσίοις. *Heſych.* haec autem pecunia dividebatur in ſolos cives, ut pararent ſibi πεπλώματα, & alia vel ad ſacrificia vel ad ſpectacula neceſſaria, ut patet ſin. ſeq. diſtributio videtur μυᾶς. ἐκίδοσις τοῖς εἰς πασῶν τῶν φυλῶν θεωρικοῖς εἰς ἕκαστον μυᾶς, εἰς θυσίας. *Demoſthen.* ex quibus verbis non omnibus civibus diſtributum videtur τὸ θεωρικὸν, ſed τοῖς θεωρικοῖς. Vocabant autem θεωρικοὺς τοὺς τοῖς θεοῖς ἀπαρχὰς ἀπάγοντας, ἐξεφαινομένους. *Heſych.* ſive θεωρικοὶ ἢ θεωροὶ erant oratores illi, quos extra fines ad ſacra, vel ad trium dierum continuorum ludos, vel ad oracula Senatus mittebat. *Sept. Flor. Chriſtian.* ad Pac. *Ariſtoph.* Locus alius hac de re fuſius dicendi. *J. B.*

Διανέμειν τὸ θεωρικὸν] Luculenti commentarii vicem huic loco praeſtabit *Demoſth.* adv. Leochar. p. 1047. B. C. καὶ μὴν ταῦτα ἦν Παναθηναίων ὄντων καὶ μεγάλων τῇ ἀφ-

propugnaculum ; jamdiu te totius populi conventus, & utraque curia expectant. Sed prius audito decretum, quod in honorem tuum a me ſcriptum eſt : *Quandoquidem Timon Colyttenſis Echecratida F. vir non tantum probitate præſtans, ſed ſapientia etiam præditus, quanta haud in quoquam Græci nominis reperiatur, usque adhuc multa pro republica præclare geſſit ; vicis autem nuper die pugilatu, & luctu, & curſu*

βλημα τῆς Ἑλλάδος· ἡ μὲν βουλὴ καὶ ὁ δῆμος ξυνελεγμένοι, αἱ δὲ βουλαὶ ἀμφότεραι παρεμένουσι· πρότερον δὲ ἄκουσον τὸ ψήφισμα, ὃ ὑπὲρ σοῦ γέγραφα· Ἐπειδὴ Τίμων ὁ Ἐχεκρατίδου, Κολυττεὺς, ἀνὴρ οὐ μόνον καλὸς κἀγαθὸς, ἀλλὰ καὶ σοφὸς, ὡς οὐκ ἄλλος ὁ τῇ Ἑλλάδι, πολλὰ πάντα χρόνον διατελεῖ τὰ ἄριστα πράττων τῇ πόλει· νενίκηκε δὲ πυξ, καὶ πάλην, καὶ δρόμου, ὃ

τέπους μισθοῦν, ἵνα ἱκανὸν ἔχωσι τὸν οἰκεῖον τόπον μὴ ἐνοχλοῦντο φυλάττειν καὶ προκαταλαμβάνωσιν, μήτε μὴν ὑγιαῖν δεησιμαῖον τῆς θέας. Ἐπειδὴ δὲ ἠλαττοῦντο οἱ πένητες τῆς πλουσίων πολλῷ ἐτοίμου μισθουμένων, τὸ εἰς τοῦτο ἀνάλωμα ἡ πόλις παρεῖχεν ἀπὸ τῶν κοινῶν ἰκάστῳ. Δραχμὴν δὲ ἦν τὸ διδόμενον, καὶ ὅτι πλέον ἔξῃν δοῦναι δραχμῆς, ὅτε ἐλατ-

(6) Τούτου] Ante legebatur τῇ τοῦ. T. H.

τον, ὡς μήτε οἱ πλούσιοι λάβῃ τὸν χρυσὸν πλεονεκτοῦν, μηδὲ οἱ πένητες λάβῃ πενίαν βιάζοιντο. Ἔοικεν οὖν ὁ ὑποκείμενος κόλαξ Δημίας τὴν τοιαύτην ἐγχειρισθῆναι παρ' Ἀθηναίων λάφυρον· εἰκότως (6) τοῦτον ὁ δῆμος τῆς Τίμωνος ἀπομπῆς, ὡς αἰτήσαντος αὐτῆς (7) τότε τὸν θησαυρὸν δραχμῶν ἑξακισχιλίων παραμείναντος. V.

(7) Τότε] Reponi malo αὖτε. T. H.

διαδίδοσι (interponendum videtur ὁ τῇ λαφοδόσει) πρὸς τὸ θεωρικὸν καὶ ἐπειδὴ οἱ ἄλλοι δημόται ἐλάμβανον, ἐξίου καὶ αὐτῷ δίδοσθαι &c. Primus harum largitionum auctor Pericles ad captandam popularem auram, qui propterea in gravem bonorum civium reprehenſionem incurrit : *Plutarch.* T. I. p. 156. E. ἄλλοι δὲ πολλοὶ πρῶτον ὑπ' ἐκείνου φασὶ τὸν δῆμον ἐπὶ πλησμονῇ καὶ θεωρικὰ καὶ μισθῶν λαφυρισμὸς προσχέαι. Plura dabit de λαφυρμοῖς, etiam τῷ θεωρικῷ, *Herald.* Anim. in *Salmaſ.* Obſ. ad J. A. & R. VI. c. 3. Attulit hunc *Noſtri* locum *D. Heinſ.* Lect. Theocr. p. 321. Τὸ γιγνόμενον *Budaeus* interpretatur, *virilem portionem ex eo, quod diſtribuebatur poſcens.* C. L. G. p. 84. vid. *Kuhn.* ad *Pauſan.* p. 466. T. H.

Ibid. Τὸ θεωρικὸν] Duos aut tres obolos, qui ad ſpectandos ludos ſingulis Athenienſibus dabantur. J. Br.

15. Ἀ. τὸ γιγνόμενον] *ratam partem.* J. Br.

Αἰτῶν τὸ γιγνόμενον] Bene *Barlaus* præmunivit has poſtremas voces, ut contra *Palmerii* mutationem eſſent ſtabiles. Sed debuit ipſe *Lucianus* ſua vindicare, qui utique in principio ſomnii ſic loquutus fuit, σὺ δὲ εἰς μνημεῖον ἢ ἐς τὸ πατρῷον ἰόντων, λυπήσῃ μὲν τὸ γιγνόμενον, ubi advertit *Bourdelotium.* Sed ſic elegantiſſime Græcis dictum, nemo melius docebit Theophraſto, in capite περὶ ἀναιδείας· οἷος λογισάμενος ταῖς ψήφοις, καὶ κεφάλαιον ποιήσας, ἐρωτᾷ τὸν παραπλήσιον, τί γένοι]; Denique *Noſter* in Pſeudomanti c. 54. Μίαν ἐρώτησιν ἐπιφωνήσας, ἐπέγραψα τῇ βιβλίῳ κατὰ τὸ ἔθος, τῶν δώρων χρησμοὶ ἐκτὸς, ψευσάμβολός τι ὄνομα, καὶ τὰς ὀπτὰς δραχμὰς ἐς τὸ γιγνόμενον ἔτι πρὸς ταύταις ἐπίμψας. Ita proprium id eſt in pecuniariis rationibus. J. G.

16. Πολίτην] *Civem eſſe* : hi autem oboli peregrinis hominibus non elargiebantur. J. Br.

17. Μέγα ὄφελος] *Decus tui generis & præſidium* cum *Horatio* dicas. *Æſchin.* περὶ τ. Παραπρ. p. 31. v. 42. ridendo Demoſthenem vocat τὸ μέγα ὄφελος τῆς πόλεως. *Theodotus* ἀγωνιστὴς τῶν πολιτικῶν λόγων ἐν ῥητορικῇ ὄφελος *Philoſtr.* de V. S. II. p. 567. Vid. *Kuſter.* ad *Ariſtoph.* Eccleſ. v. 53. & quæ dicemus ad §. 55. T. H.

18. Τὸ ἔρεισμα τῶν Ἀθηναίων] Ex *Pindaro*, ἔρισμα. J. B.

Ἔρεισμα] V. *Plut.* 414, 1. 623, 2. & *Ariſtid. Panath.* & noſtrum ex *Pindaro* Δημοσθ. c. 10. M. du S.

Ἔρεισμα τῶν Ἀθηναίων] *Pindari* celebratiſſimum encomium Athenarum, αἱ λιπαραὶ καὶ ἀοίδιμοι Ἑλλάδος ἔρεισμα Ἀθῆναι, cujus præter alios meminerunt *Æſchin.* Ep. IV. *Liban.* Socr. Apol. p. 657. D. *Schol. Ariſtoph.* ad Nub. v. 298. ridendi materiam Comicis ſuppeditavit. Idem eſt principum virorum, qui civitatis ſunt columina, titulus: *Liban.* Decl. XXXVI. p. 813. προσωπεῖα σαυτῷ ἐκ εἰσηγήτου, καὶ ἔρισμα, καὶ ὀφθαλμὸν ἐκ πηχέως ἐκ τὰ κάλλιστα νομιζόντα. Plura, hoc etiam *Luciani* loco non prætermiſſo, collegit *Rittershuſ.* ad *Oppian.* Cyn. I. v. 1. T. H.

20. Αἱ βουλαὶ ἀμφ.] Conſule Libanium in hypotheſi Orat. κατὰ Ἀνδροτίωνος. J. Br.

Αἱ βουλαὶ ἀμφότεραι] Areopagum intelligit, & Senatum, qui ſingulis annis legebatur, Athenienſium : τὴν ἐπὶ βουλῇ, & τὴν βουλὴν τοὺς πεντακοσίους, vel poſtea, τοὺς ἑξακοσίους. Plerumque diſtingui ſolent : τὴν Ἄρειον πάγον ἢ τὴν βουλὴν τοὺς ἑξακοσίους *Dion Chryſoſt.* p. 541. D. Quid præter iſtius ætatis, qua Timon vixit, morem *Lucianus* in hoc libello Athenienſium reip. tribuerit, alibi diſputabimus. T. H.

22. Ἐπειδὴ Τίμων &c.] Menag. ad *Diogen. L.* III, 4. p. 136. T. H.

23. Κολυττεὺς] *Suidas* : Κολυττεὺς ὁ πρὸς Λουκιανῷ εἰς τὸ Τίμων ἢ Μισάνθρωπος. Κολυττεύς, ὁ δῆμος τῆς Αἰγηΐδος. F. G.

26. Διατελεῖ τὰ ἄριστα πράττων] Conſueta quædam in populi decretis formula, quibus viri optime de rep. meriti cohoneſtantur. Exempla, ſi lubet, quærè poſſunt in *Demoſth.* pro Cor. p. 481. D. 486. C. 487. D. 492. E. F. *Æſchin.* in Cteſiph. p. 435. D. *Diogen. L.* VII, 10. *Gruter.* p. 1159. Inſcr. 11. App. ad Marm. Oxon. p. 288. & ſeq. T. H.

27. Νενίκηκε] Ead. narrat. de Merc. cond. §. 13. J. B.

ἐν Ὀλυμπίᾳ μιᾶς ἡμέρας, ἐν τελείῳ ἅρματι καὶ συνωρίδι πωλικῇ. ΤΙ. ἀλλ' οὐδὲ ἐθεώρησα ἐγὼ πώποτε εἰς Ὀλυμπίαν. ΔΗ. τί οὖν; θεωρήσεις ὕστερον· τὰ τοιαῦτα δὲ πολλὰ προσκείσεται ἄμεινον. καὶ ἠρίστευσε δὲ ὑπὲρ τῆς πόλεως πέρυσι πρὸς Ἀχαρνέας, καὶ κατέκοψε Πελοποννησίων δύο μοίρας.

in ludis Olympicis, quadrigis praterea & bigis equestribus. TIM. Quî pote, Demea, cum nunquam ad ludos Olympicos me contulerim? DEM. Quid tum? eos aliquando spectabis: talia præterea hujus generis multa addi satius est: *Quin & anno præterito strenue se circa Acharnas adversus Peloponnesios pro republica gessit, & duas ipsorum μοίρας* M. viros *cecidit.*

ΤΙ. Πῶς; ἆρα γὰρ τὸ μὴ ἔχειν ὅπλα, διὰ τοῦτο [a] προεγράφην ἐγὼ τοῖς καλοῖς. ΔΗ. μέτρια τὰ περὶ σαυτοῦ λέγεις, ἡμεῖς δὲ ἀχάρι-

51. TIM. Quî tandem? nam arma mihi deerant; inde conscribi cum ceteris non potui. DEM. De te modeste loqueris, Timon; nos autem plane ingrati

[a] Προεγράφην] προεγράφην. Marg. *AIW.*

28. Ἐν Ὀλυμπίᾳ] Εἰς Ὀλυμπίαν, ἐν Ὀλυμπίᾳ, quum de ludis Olympicis sermo est, vulgo dici hinc monet *Cuper.* Obs. III, 14. *T.H.*

Ibid. Τελείῳ ἅρ.] *Quadriga ab equis perfectae adultaeque aetatis tracta.* *J.Br.*

Τελείῳ ἅρματι] *Euseb.* Chr. Can. p. 24. 205. de Nerone: ἅρματι πωλικῷ καὶ τῷ τελείῳ καὶ διηκοντόρῳ. *T.H.*

29. Συνωρίδι π.] *biga pullorum.* *J.Br.*

Συνωρίδι πωλικῇ] Πωλικῇ cur addiderit ex more ludorum patet, in quibus varie certabatur. Vide *Pausan.* El. II. 178, 7. & 35. *M.du S.*

Ibid. Ἐθεάσησε εἰς Ὀλυμπίαν] Hunc loquendi morem illustrat *Duker.* ad *Thucydid.* p. 230. n. 34. *Lysias* p. 103. v. 35. θύειν εἰς τοῦτον τὸν πανήγυριν βουλόμενοι ἢ θεωρεῖν. *T.H.*

33. Πρὸς Ἀχαρνέας] *J. Gronovius* ad *Harpocr.* p. 22. *Non dubito, quin etiam* Ἀχαρνεῖς *dixerint pro ipso demo, unde testatur Stephanus Herodianum dixisse* Ἀχάρνεις pro Ἀχάρνας· ὃν *sic fecit fortasse Lucianus Timon.* ἠρίστευσε δὲ ὑπὲρ τῆς πόλεως πέρυσι πρὸς Ἀχάρνας. Haec parum ad eximendum hujus loci scrupulum prosunt: πρὸς si retineas, eorum omnino adjungi accusativum necesse est, adversus quos res fortiter atque egregie sint gestae: ita postulat usus hujus praepositionis apud historicos frequentissimus. Jam vero Acharnenses hic omnium minime conveniunt, inter Atticae regionis demos pars praecipua & validissima, quorum imprimis intererat, ut Peloponnesii, Archidamo duce Athenienses adorti, agris suis, quos positis ibi castris evastabant, expellerentur. Quam ob rem non dubito, quin ingeniosa *Fabri* conjectura plerosque sit habitura suffragatores, περὶ Ἀχάρνας, ut respiciat *Lucianus* illam historiam, quam *Thucydides* memoriae mandavit II, 19. 20. & sequ. Ego tamen nondum a me possum impetrare, ut dimittam illud πρὸς atque adeo perlibenter restituam Ἀχαρνῶσι: ita duplici victoria Timonis virtutem, caesis & Acarnanibus & Peloponnesiis, fuisse potitam mentitur impurus adulator. Acarnanes autem strenui & belli laude ac mercenaria militia clari saepe cum Lacedaemoniis adversus Athenienses steterunt: quin etiam Pericles in Acarnaniam, prius Peloponnesum depopulatus, expeditionem suscepit: *Plutarch.* T. I. p. 163. D. quo pertinent haec *Aristidis* T. I. p. 302. C. τῶν ὑπὲρ τῆς Ἀκαρνανίας (ὑπὲρ τῶν ἐκεῖ πραχθέντων Ἑλλάδι) & T. II. p. 48. B. εἶδε δὲ καὶ εἰς Οἰνιάδας Ἀκαρνάνων ἀφεστώτας· vide *Diodor. Sic.* XI. p. 286. B. jam nihil impedit, quo minus Domeas ponere credatur, in hac ipsa expeditione virtutem Timonis enituisse: nam ut eo referas, quo voluit *Faber*, haud omnino necessarium videtur: ἀριστεύειν ὑπὲρ τῆς πόλεως recte dicitur, ubicumque locorum quis pro patria fortiter rem gerit. Porro non insolens est, has utrasque voces sedem inter se mutare: *Senecae* in Hippol. v. 21. pro *Acarnan* vel *Acharnan* reddiderunt *Acharneus J. Fr. Gronov.* & *J. Meursius* in Rel. Att. Vide, quae dicemus ad Δ. Ετ. VII. *T.H.*

34. Δύο μοίρας] Complures μόρας scribunt. *J.Br.*

Μοίρας] *T. Faber* vocem Graecam in versione retinet; idem (M. viros) inserit. Alius Vir Doctus *cohortes* mavult, ego *agmina.* *M.du S.*

Δύο μοίρας] Facinus illustre, si spectes, ad Iphicratem quanta redundarit laus ex eo, quod unam modo Lacedaemoniorum moram conciderit: in illa historia narranda formulam quasi solennem veteres usurpant Iphicratem κατακόψαι τὴν μοῖραν vel μόραν. *Demosthen.* in Aristocr. p. 757. D. *Plutarch.* Ages. p. 607. F. *Harpocr.* in Ξενικὸν τὸ Κορίνθιον ex *Androtione* & *Philochoro:* mihi dubium non est, quin hoc ipsum *Luciano* fuerit in mente. Nullum est discrimen inter μοῖρα & μόρα, nisi quod haec forma sit propria Laconicae dialecti: quare nihil erat causae, cur pro τὴν μοῖραν in *Pausania* III. p. 228. μόραν reponeret *Kuhnius:* vid. *Poll.* I, 129. De mora bene jamdudum notaverat ad Iphicr. *Corn. Nepotis Lambinus* n. 17. obiter etiam *Langbaen.* ad *Longin.* p. 112. A *Cragio* reprehendendo, qui μόρας & λόχους recte distinxerat, melius abstinuisset *J. Meursius*, ut ostensum ab *Henr. Valesio* in Not. *Maussaci* ad *Harpocr.* p. 309. *T.H.*

35. Διὰ τὸ μὴ ἔ. ὅπ.] Quod nulla arma possideam. *J.Br.*

36. Προεγράφην] Προστεγράφην. *Th.M.*

Ibid.

ti haberemur, niſi memores eſſemus: *Inſuper ſcriptis decretis, & conſilio dato, exercitu ducto, civitati in primis proſuit. Ob hæc omnia placuit curiæ, & populo, & Heliææ per tribus, populis autem Atticæ ſingillatim, omnibus communiter, aureum Timonem collocare juxta Minervam in arce, fulmen dextra tenentem, radiato capite; eum præterea ſeptem aureis coronis redimire, eumque honorem hodie in Dio-*

ριστοι ἂν εἶημεν ἀμνημονοῦντες. ἔτι δὲ γ' ψηφίσματα γράφων καὶ συμβουλεύων, καὶ στρατηγῶν, ἐ μικρὰ ὠφέλησε τὴν πόλιν· ὅπερ τούτοις ἅπασι, δέδοκται τῇ βουλῇ, καὶ τῷ δήμῳ, καὶ τῇ Ἡλιαίᾳ καὶ Φυλαῖς, καὶ τοῖς δήμοις ἰδίᾳ, καὶ κοινῇ πᾶσι χρυσοῦν ἀναστῆσαι τὸν Τίμωνα ὑπὸ τὴν Ἀθηνᾶν ἐν τῇ ἀκροπόλει, κεραυνὸν ἔχοντα ἐν τῇ δεξιᾷ ἔχοντα, καὶ ἀκτῖνας ὑπὲρ τῆς κεφαλῆς· καὶ στεφανῶσαι αὐτὸν χρυσοῖς στεφάνοις ἑπτά, καὶ ἀνακηρυχθῆναι τοὺς στεφάνους σήμερον

41. Καὶ τῇ Ἡλιαίᾳ κατὰ φύλας] Δικαστήριον Ἀθήνησιν ἡ Ἡλιαία· οὗ ὕπαιθρον προκαθημένων τῶν δικαστῶν παρ' ὃ ἡ Ἡλιαία ἐκαλεῖτο, ὥσθ' τὸ ἐλιεῖσθαι τοὺς οὕτω ἀθροιζομένους. *V.*

44. Κεραυνὸν ἐν τῇ δεξιᾷ] Κεραυνὸν φ', ὡς ἴσον θεῖον πῦρ Διὸς· ἀκτῖνας δὲ, ὡς τῷ Ἀπόλλωνι. *V.*

Ibid. Ἐν τῷ καταλόγῳ] Κατάλογος matricula vel tabula, in qua ex civibus eorum, qui militaris erant aetatis, atque ad expeditionem adigebantur, nomina proſcribi ſolebant: hoc eſt προγραφῆναι ἐν καταλόγῳ. *Marcilio* redonamus, quam male addidit, literam: vid. *Schol. Ariſtoph.* ad Equ. v. 1361. Illam tabulam affigi moris erat publice ad ſtatuas τῶν Ἐπωνύμων, heroum, a quibus tribuum Atticarum nomina ſunt ducta, in foro, ut *Idem* docet ad Pac. v. 1183. Qui a Stratego vel Taxiarchis in catalogum fuiſſet relatus, eum ſubterfugere militiam non licebat, niſi cauſas adtuliſſet graviſſimas: is litium in populo litigandi juxta & bellandi ſtudioſiſſimo fons perpetuus: Tolmides apud *Diodor. Sic.* XI. p. 285. D. κρίνειν ὑφῆν ἐθελοντὴν στρατεύειν μᾶλλον, ἢ ἐξὸν τὸν καταλόγον ἀναγραφῆναι δειλῶν Vide porro *Kuhn.* ad *AElian.* V. H. XIII, 12. *S. Petit.* ad LL. Att. p. 546. 549. *T. H.*

42. Τῇ Ἡλιαίᾳ] Ἡλιαία δέ ἐστι τὸ μέγα δικαστήριον Ἀθηναίων, ἐν ᾧ τὰ δημόσια τῶν πραγμάτων ἐκρίνετο. ἡ βουλὴ συνῆγεν ἐξ ἀνδρῶν χιλίων. *Etymol. A. V.*

43. Χρυσοῦν ἀναστῆσαι] *Alciphr.* I. p. 126. τότε ἂν ἀληθῶς χρυσοῦν αἱ ἑταῖραί σε ἐστήσαιμεν· ibi vide *Bergleruum.* Στῆσαι χρυσοῦν, χαλκοῦν vulgatius apud Atticos eſt receptum; ſed ἀναστῆσαι τινὶ χρυσῶν, χαλκῶν εἰκόνα *AElian.* H. V. VIII, 16. Plura dicemus ad Lexiph. §. 11. *T. H.*

44. Ἐν τῇ ἀκροπόλει] Dixi ad illud *Petron. ridens Tritonidis arces. J. B.*

45. Ἀκτῖνας] Radii capiti circumdati Deum notant. Sed numiſmatum enarratores adi, & vide Ἀλεξ. c. 27. *M. du S.*

Ἀκτῖνας ἐπὶ τῇ κεφαλῇ] Μηνίσκοι, *lunulae*, *nimbi radiati* ſtatuarum capitibus apponi ſolebant, ut monuit ex hoc loco *L. Kuſter.* ad *Ariſtoph.* Av. v. 1114. & diu ante, productis *Ariſtophanis* verſibus *Scaliger* ad Catal. p. 211. *Hug. Grotius* ad Imag. p. 39. Neque eo tantum addi ſolebant nimbi, ne deſuper ab avibus conſpurcarentur, quae *Scaligeri* fuiſſe videtur opinio, verum etiam honoris divinitatisque ſignificandae cauſa: quam ob rem eorum dignitati conceſſa fuit corona radiata, qui vulgarium hominum ſortem excedere videbantur, quod recte docuit *Th. Bartholin.* de Luc. Hom. I. c. 12. p. 72. adferens haec ipſa *Luciani* verba & quae leguntur in libello de Dea Syria. Alia quaedam dedit *Schegk.* ad *Vell. Paterc.* II. c. 59. §. 6. Hic autem turpiſſimus adulator eum in modum concinnat Timonis imaginem, ut mixtam Jovis Solisque formam complectatur. Solaribus ſignis acceſſiſſe radios nihil eſt mirum: *Pauſan.* VI. p. 514. τῶ δὲ (ἀγάλματος Ἡλίου) αἱ ἀκτῖνες ἀνίσχουσι· ſaepe duodeni: notum illud *Martiani Capellae* II. p. 43. — *radiisque ſacratum Bis ſenis perhibent caput aurea lumina ferre: Artemidor.* IV, 51. viſus ſibi fuit quidam per forum incedere ſpecie ſolis ἔχων ἀκτῖνας ἐνδεκα· στρατηγὸς ἀποδειχθεὶς τῆς αὐτῆς πόλεως καὶ μῦνας ἐνδεκα ἐπιζήσας τῇ ἀρχῇ ἀπέβαινε· apparet ſomniatorem iſtum duodecim habiturum fuiſſe radios, ſi integrum explendi menſium numerum poteſtas fato fuerat conceſſa. Plerumque ſepteni; unde Sol ἑπτάκτις, quae vox *Proclo* reſtituenda in Tim. *Plat.* p. 11. pro ἑπτάκις· cujus rei non naturalem tantum cauſam veteres Theologi, ſed & myſticam tradiderunt. Hinc ἑπτάτονοι ἀκτῖνες *Nonno* Dionyſ. XXXVIII. v. 303. eodemque relata fuit ἑπτάτονος vel ἑπτάχορδος λύρα. Inter amuleta quoque draco, is enim, ut notum, ſoli ſacer, ſeptem radiis circumdatus. *Galen.* περὶ τῶν Ἁπλ. Φαρμ. διῶν. IX. ἐντιθέασί τε ὁ δακτυλίῳ αὐτὸν (χλωρὸν ἰάσπιν) ἔνιοι, καὶ γλάφουσιν ἐν αὐτῷ τὰς ἀκτῖνας ἔχοντα δράκοντα, καθάπερ ὁ βασιλεὺς Νεχεψὼς ἔγραψεν ἐν τῇ τεσσαρακαιδεκάτῃ βίβλῳ· ut legendum credam τὰ ἑπτὰ ἀκτ. ἔχ. δ'. perſuadet mihi *Marcell. Empir.* p. 147. *In lapide jaſpide exſculpe draconem radiatum, ut habeat ſeptem radios, & claude auro, & utere in collo.* Tales hactenus reperiuntur in gemmis antiquis. His expenſis, prono curſu delabi me fateor ad illam opinionem, ſcripſiſſe *Lucianum*, καὶ ἀκτῖνας ἑπτὰ ἐπὶ τῇ κεφαλῇ· cur enim coronae ſeptem? at ratio numeri in noſtra lectione eſt manifeſta. *T. H.*

γον Διονυσίοις τραγῳδοῖς καινοῖς· (ἀχθῆναι γὰρ δι' αὐτὸν δεῖ τήμερον τὰ Διονύσια·) εἶπε δὲ γνώμην Δημέας ὁ ῥήτωρ, συγγενὴς αὐτῷ ἀγχιστεύς,

nysiis tragœdis novis proclamari (nam hodie Timonis causa Dionysia hic sunt.) Hanc sententiam dixit Demea rhetor, Timonis cognatus genere proximus,

ejus-

50. Ἀγχιστεύς] Ἀγχιστεὺς ἡ * ἀγχιστεία ἢ συγγένεια, καὶ ἀγχιστῆς, οἱ ἀπὸ ἀδελφῶν ἐξ ἀνεψιῶν καὶ θεῖον κατὰ πατέρα ἐξ μητέρα † ἐγγυτάτω τῷ τελευτήσαντος· οἱ δὲ ἕξω

* Ἀγχιστεὺς] Exc. G. ἀγχιστεία. *M. du S.*

Ita correxerat etiam *M. Sladus*. Ceterum haec omnia verbis iisdem sunt translata e *Suida* in Ἀγχιστεύς, nisi quod ἐγγυτάτω συναπέσαντος, ubi τῷ hinc est restituendum, & συγγενῶν μόνοι, quae utraque hic pejus leguntur. Mutari autem non debet ἐγγυτάτω· sic οἱ ἀνωτάτω, κατωτάτω &c. *T. H.*

† Ἐγγυτάτω] L. ἐγγύτατα. *M. du S.*

48. Τραγ. καινοῖς] Καινοῖς addi consuevit, quod novae quotannis tragoediae & comoediae agerentur. *J. Br.*

Τραγῳδοῖς καινοῖς] Apud *Demosth. pro Cor.* ea formula passim occurrit. *M. du S.*

Τραγῳδοῖς καινοῖς] Formula non ignota: majoris operae videtur rationem ejus certam reddere. *P. Victorius* V. L. IX, 20. novas fabulas a *Terentio* dici observat, ut a Graecis καινὰ δράματα· Graecos autem non fabulas solum novas appellasse, sed histriones etiam novos; unde καινοῖς τραγῳδοῖς apud *Plutarchum*. Per ista non multum profici satis patet. *Kuhnius* in *AElian.* Ind. V. Καινὸς, apertius exponit, *tempore, quo novi Tragoedi spectantur; novis Tragoedis certantibus:* quamquam ea veterum, quae profert, loca minus accurate cum hac locutione comparet. *J. Perizonius* ad *AElian.* V. H. II, 13. ita versatur in hac re, ut incertus fluctuet, nec satis expeditum habeat, quid constitui velit, aut qua in parte a *Kuhnio* sibi discedendum putet. Scripserat *Eusebius* in Chron. p. 205. Νέρων κιθαρῳδίας, τραγῳδίας κατὰ Ῥώμην &c. ἐστεφανοῦτο κήρυξιν· (addendum foret ex usitato Graecorum loquendi more ὑπὸ κήρυξιν, si recte *Scaliger* interpretatur, *sub praeconibus* vel *praeconio:* sed κήρυκες est *praeconum certamen*, ut in *Philostrati* V. A. T. IV. c. 24. de Nerone: οἱ δὲ ἵκαι ἦσαν κιθαρῳδίαι ἐξ κήρυκες· ipse *Euseb.* p. 44. Νέρων δὲ κηρύκων ἀγῶνα ἐστεφανοῦτο, τραγῳδὸς, κιθαρῳδὸς, ἅρμα πωλικὸν, καὶ τὸ τέλειον καὶ τὸ διπέπωλον.) Istorum pravam *Hieronymi* versionem postquam castigavit Vir Maximus Anim. in *Euseb.* p. 196. haec mox subjungit: *Malim vero*, ludis tragicis & citharoedicis coronabatur sub praeconio. *Nam hoc frequentissimum fuit, ut coronae bene meritis darentur celeberrima die, pota, τραγῳδοῖς, Διονυσίοις, hoc est*, spectaculis tragicis *aut* Liberalibus, *ut est apud Demosthenem in Oratione pro Corona, in ψηφίσμασι, quae ibi producuntur, & in Decreto Atheniensium in gratiam Hyrcani Judaeorum Ethnarchae apud Josephum.* In quibus nihil est, quod reprehendam, nisi quod disjungere videatur Scaliger, *spectaculis tragicis aut Liberalibus*, quae fuerant copulanda: quoniam vero ad certum aliquod tempus designandum aeque ac Διονυσίοις, cui pari structurae forma conjungitur, hic loquendi modus adhibetur, facile concedendum est *Scaligero* per τραγῳδοῖς ipsam significari temporis conditionem, atque adeo ludos scenicos, quibus fabulas agebant novi actores; cujus generis similia multa paulo peritiores praeterire non possunt: quamvis alioquin propria loquendi ratio alia non est, ac si Latine dicas, fabulam esse commissam, aut rem quamlibet evenisse Ludis Megalensibus, histrionibus vel actoribus novis, recteque propterea dederit *Faber, tragoedis novis:* nam quod priores Interpretes expressèrant, *per tragoedos novos*, abhorret ab antiqui moris veritate: non enim tragoedi, sed praecones in theatro solebant ἀνειπεῖν, ἀνακηρύττειν, ἀναγορεύειν στεφάνους, nisi quis forte tragicus actor idem esset & praeco. Nunc videndum est, ut cuncta simul sub lectoris conspectum adducantur, in hac formula quomodo veteres varient. *AEschin.* in Ctesiph. p. 433. C. commemorat νόμῳ τὸ διδόντα ἐξουσίαν ποιεῖσθαι τὴν ἀναῤῥησιν τῷ στεφάνου τραγῳδοῖς ἐν τῷ θεάτρῳ. & p. 434. E. μὴ κηρύττεσθαι τοῖς τραγῳδοῖς. Diversa sunt apud *Demosth.* περὶ Στεφ. populi decreta, ubi plenius occurrit, ἀναγορεῦσαι τὸ στέφανον ἐν τῷ θεάτρῳ Διονυσίοις, τραγῳδοῖς καινοῖς p. 486. C. p. 492. στεφανῶσαι Χαρίδημον ἐν Διέτιμον χρυσῷ στεφάνῳ, καὶ ἀναγορεῦσαι Παναθηναίοις τοῖς μεγάλοις ἐν τῷ γυμνικῷ ἀγῶνι, καὶ Διονυσίοις, τραγῳδοῖς καινοῖς· & 493. A. in eo psephismate, quod Ctesiphon in gratiam Demosthenis fuaserat: mox in Lege posterius omittitur ἐν τῷ θεάτρῳ Διονυσίοις ἀναγορεύειν, prius ab *AEliano* V. H. II. c. 13. sed in ipso accusationis libello, quem AEschines adversus Ctesiphontem detulit p. 481. D. auctius, ἀναγορεῦσαι ἐν τῷ θεάτρῳ Διονυσίοις τοῖς μεγάλοις, τραγῳδοῖς καινοῖς. Aliquantulum hinc divertit *Plutarch.* T. II. p. 603. C. Academia domicilium erat perpetuum Platonis, Xenocratis & Polemonis, πλὴν μιᾶς ἡμέρας, ἐν ᾗ Ξενοκράτης καθ' ἕκαστον ἔτος εἰς ἅπαν κατῄει Διονυσίων καινοῖς τραγῳδοῖς, ἐπικοσμῶν, ὡς ἔφασαν, τὴν ἑορτήν· ita distingui debent, ne quis errore Interpretis implicetur. Contra Scriptor Arg. ad *AEschinis* Orat. conditum a Ctesiphonte decretum jussisse refert ἀναγορεῦσαι τὸ στέφανον ἐν τῷ θεάτρῳ Διονυσίοις τραγῳδῶν καινῶν· mutat iterum hanc formam, modo scriptura vitio careat, *Anonym.* in Hypoth. Orat. pro Cor. ἐν τῷ θεάτρῳ τραγῳδῶν ἀγομένων καινῶν, ἴσως ὅτι πλήθη συνῆρχεν ἐπιθυμοῦντα καινὰ δράματα βλέπειν· optimum *Victorium* memoria fefellit, quando notat: *In plebiscito etiam quodam, incluso nunc in oratione Demosthenis pro Ctesiphonte, scriptum est*, τραγῳδῶν ἀγομένων καινῶν· extra Hypothesin illam, cujus auctor se non doctissimum satis prodit, nusquam invenias. Cum his jam tempus est ut componamus, quae in AEschinis ὠδῆς νόμων γραφῇ reperiuntur apud *Demosth.* p. 481. D. ἔτι δὲ μὴ ἀναγορεύειν τὸ στέφανον ἐν τῷ θεάτρῳ Διονυσίοις δὴ τραγῳδῶν τῇ καινῇ offendit lectio tam inusitata: *Wolfius* adsciscit ἀσόδῳ, haud inepte: *Perizonius*, si verum dicere licet, absurde ἠμέρᾳ· quis enim auribus exercitatis inauditum loquendi

go-

ejusque discipulus; etenim optimus rhetor est Timon, & quicquid ei libuerit.

ὑ μαθητὴς [a] αὐτῦ ὤν· ὑ γὰ ῥήτωρ ἄριστος ὁ Τίμων, ὑ τὰ ἄλλα πάντα ὁπόσα ἂν ἐθέλοι. Τυτὶ

[a] Αὐτῦ] Deest in *F.*

69. Οὐκ ἀτερπῆ] Leve mendum occurrit in omnibus editis, quod tamen Interpretes Latinos fefellit, & ut locum male verterent, effecit. Dixit Prometheus curam hominum Diis non magis gravem esse posse, quam pastori curam gregis, καὶ εἰ τούτῳ γε ἐργῶδες τοῦτο, καὶ ἡδὺ ἄλλως, καὶ ἡ φροντὶς οὐκ ἀτερπῆ ἔχουσά τινα ἀφορμήν. Ostomarus *Luscinius* vertit: *quando operosum ipsum sibi videbitur: cum alioqui cura illa propter conjunctam exercitationem non admodum appareat esse injucunda.* Salmuriensis autem Interpolator: *Cui si pr hoc operosum, est etiam jucundum, & haec non insuavis sollicitudo quandam habet exercitationem.* sed legendum: οὐκ ἀτερπῆ ἔχουσά τινα ἀφορμήν. Verte: *& si ei hoc sit laboriosum, jucundum tamen etiam est, & ipsa sollicitudo suavem habet exercitationem*, sive, *conjuncta est cum suavi labore.* *J. G. G.*

Οὐκ ἀτερπῆ] A *Graevio* non dissentio: atque ita plane legendum fuit, ne a se *Noster* ipse dissentiret: in

τομεν, οὐκ ἔχοντες [a] ὧν προνοῆμεν; ἠργῆμεν ἄν, καὶ τὸ νέκταρ ὀπίνομεν, καὶ τ' ἀμβροσίας ἐνεφορήμεθα, ὑδὲν ποιοῦντες.

Ὁ δὲ μάλιστά με πονεῖ, τοῦτ' ἐστίν· οἱ μεμφόμενοι τ' ἀνθρωποποιΐαν, καὶ μάλιστα τὰς γυναῖκας, ὅμως ἐρᾶτε αὐτῶν, καὶ ὐ διαλείπετε κατιόντες, ἄρτι μὲν, ταῦροι, ἄρτι δὲ, σάτυροι καὶ κύκνοι γενόμενοι, καὶ θεὺς ἐξ αὐτῶν ποιεῖσθαι ἀξιοῦντες. ἀλλ' ἐχρῆν, ἴσως φήσεις, ἀναπεπλάσθαι τοὺς ἀνθρώπους, ἄλλον δέ τινα τρόπον, ἀλλὰ μὴ ἡμῖν ὁμοίους· καὶ τί ἄλλο παράδειγμα τούτου ἄμεινον προεσχόμην, ὃ πάντως καλὸν ἡπιστάμην; ἢ ἀσύνετον καὶ θηριώδες ἔδει, καὶ ἄγριον ἀπεργάσασθαι τὸ ζῶον; καὶ πῶς ἂν ἢ θεοῖς ἔθυσαν, ἢ τὰς ἄλλας ὑμῖν τιμὰς ἀπένειμαν, εἰ μὴ τοιοῦτοι γενόμενοι; ἀλλ' ὑμεῖς ὅταν μὲν ὑμῖν τὰς ἑκατόμβας προσάγωσιν, οὐκ ὀκνεῖτε, κἂν

mus non habentes, quibus proſpiciamus? ceſſaremus ſcilicet, bibereturque nobis nectar, & ambroſia nos ingurgitaremus otioſi:

17. Quod vero me maxime urit, hoc eſt: qui incuſatis hominum fabricationem, & potiſſimum mulieres, ipſi tamen amatis eas, neque intermittitis in terram deſcendere nunc in tauros, alias in ſatyros & cycnos verſi, deosque ex illis procreare non dedignamini. At nihil oberat, forte dices, quominus homines effingerentur, ſed alium quendam in modum, nec nobis ſimiles: at quod aliud exemplar iſto melius mihi propoſuiſſem, quod omnino pulcrum ſciebam: num rationis expers & ferum conveniebat, atque agreſte elaborari animal? quomodo Diis ſacrificaſſent, aliosque vobis honores tribuiſſent? & vos tamen, quando hecatombas offerunt, nullam moram facitis, etſi vel

[a] Ὧν] ᾧ *J.*

77. Ἄρτι μὲ ταῦροι] Ταῦτα πάντα ὁ Ζεὺς γέγονε, δι' Εὐρώπην ταῦρος, δι' Ἀντιόπην σάτυρος, καὶ * Λήδαν κύκνος. *V.* ἴσως καὶ ἐπιγράμματα περὶ τούτων. *G.*

* Λήδαν] Sonus τῦ T cum ſono τῖ H confuſus: ſcriptum enim eſt Λήδαν pro Λήδαι. *J.C.*

Correxerat etiam *M. Sladus.* *T.H.*

in Somn. §. 3. ἀλλά μοι δοκεῖ παιδιάν τινα οὐκ ἀτεχνῶς ἐοικέναι ἔχειν (τὸ πρᾶγμα) Αλ. Ιστ. I. §. 3. Jambulus γνώριμον μὲ ἅπασι τὸ ψεῦδος παιγνίδιον, οὐκ ἀτεχνῶς δὲ ὅμοιος συνθεὶς τὴν ὑπόθεσιν. Anach. §. 6. ἀλλ' ἔχει τινὰ χρείαν οὐκ ἀτεχνῶς τὸ πρᾶγμα. Διατριβὴν non tam exercitationem vel exercitium hoc in loco notat, quam commodam & minime laborioſam occupationem, quae delectet, ac tempori fallendo ſit: ſic ποιεῖσθαί τι διατριβὴν *Philoſtr.* de V. S. I. p. 490. Ceterum ſi verba *Luciani* ſunt integra, tali diſtinctione juvandus eſt ſenſus: καὶ εἰ τούτῳ γε ἐργῶδες τοῦτο, καὶ ὑδὲν ἄλλως ἐστὶ φροντὶς, οὐκ ἀτ. &c. *jam licet ipſi paſtori operoſum illud ſit, tamen ſuavis alioqui etiam haec ipſa cura, quippe conjunctae cum occupatione quadam jucundiſſima.* Veruntamen valde vereor, ne quid deficiat: etenim argumenti, quod Prometheus urget, ſi complexionem totam conſideres, tali fere modo procedere debuiſſe, vix eſt, quin tibi perſuadeas: jam licet concedamus paſtori laborioſum eſſe, ſi pro grege continuo excubet; at nobis certe tanto excellentiore natura praeditis illa rerum humanarum cura non moleſta nec gravis, ſed potius facilis ac jucunda ludicram quandam & voluptatis non expertem habet delectationem: quid enim feciſſemus nullos habentes, quorum cura nobis erat gerenda? Haec igitur, τί γὰρ ἂν ἐκφεύγοιμεν, poſtulare videntur ejusmodi ſententiam, qualem dedimus. Quod ſi conjectura noſtra non eſt inanis, auxilium erit expectandum fideliorum membranarum, quae lacunam iſtam expleant. Facile autem deprehendi poteſt, ea diſputari a Prometheo, quae partim ab Epicuro, partim contra eum dicebantur: tu confer *Cic.* de Nat. Deor. c. XX. XXXVII. *T.H.*

71. Ἡγούμην] Sic in Timone. Hanc vocem interpretor alibi. Reliqua hujus Dialogi apud *Homerum* & dial. ſeq. cujus tamen finis alius videtur a fine hujus dialogi. *J.B.*

77. Ἄρτι μὲ ταῦροι] Jupiter in taurum mutatus Europam rapuit; in Satyrum transformatus Antiopen vitiavit; in olorem Ledam vel Nemeſim. *J.Br.*

78. Ἐξ αὐτῶν] *Ex ipſis mulieribus procreatos.* *J.Br.*

Ἐξ αὐτῶν] A ſenſu horum percipiendo longe abfuerunt Interpretes. Ut παῖδας ποιεῖσθαι οὐ γυναικὸς creberrimum eſt, ſic Prometheus hic perquam facete, mutata nonnihil locutione θεοὺς ποιεῖσθαι dixit: illos enim ipſos Deos, qui ſe tam graviter ob formatos homines accuſent, tanto in mortales feminas libidinis ardore ferri, ut nullam non formam quantumvis indecoram induentes perlibenter cum iis conſuescant; liberos etiam Deos ex iis procreare ac ſuſcipere haud dedignentur. *T.H.*

89. Μετ'

vel Oceanus longo itinere ſit petendus, ut viſatis probiſſimos AEthiopas: me vero, honorum vobis & victimarum cauſam, in patibulum egiſtis. De hominibus quidem iſta ſufficiunt.

18. Jam, ſi videtur, ad ignem tranſeo, exprobratumque tanto opere furtum. Per Deos ergo hoc mihi reſponde nihil moratus: eſtne quicquam iſtius ignis, quod amiſimus, ex quo apud homines eſt? non dixeris: hæc, opinor, natura ejus rei, nihil ut decreſcat, etſi vel alius inde partem capiat: non enim extinguitur, ſi quis ex eo lumen accenderit: invidia vero planiſſime eſt, ex quibus nullum ad vos damnum redeat, eorum prohibere ne uſus impertiatur indigentibus: atqui Dii quum ſitis, beneficos eſſe oportet, commodorumque largitores procul ab invidia remotos. (Hoccine vos ægre feratis) ubi, ſi vel omnem

ὅτι τ' Ὠκεανὸν ἐλθεῖν δέοι, μετ' ἀμύμονας Αἰθιοπῆας· τ δὲ τ τιμῆς ὑμῖν κ τ θυσιῶν αἴτιον ἀνεσταυρώκατε. καὶ μὲν δὴ τῆς ἀνθρώπων κ ταῦτα ἱκανά.

Ἤδη δέ, εἰ δοκεῖ, ὅτι τὸ πῦρ μέτειμι, κ τ ἐπονείδιστον ταύτῃ κλοπήν. κ πρὸς θεῶν τῦτό μοι ἀπόκριναι, μηδὲν ὀκνήσας ἐσθ' ὅ, τι ἡμεῖς γ πυρὸς ἀπολωλέκαμεν, ἐξ ὅτυ κ παρ' ἀνθρώποις ἐστίν; οὐκ ἂν εἴποις. αὕτη γάρ, οἶμαι, φύσις τυτυὶ γ κτήματος ἐδέν τι ἔλαττον γίγνε, εἰ καί τις ἄλλῳ αὐτῦ μεταλάβοι· ὁ γὰρ ἀποδόμενος ἐναυσαμμένου τινός· φθόνῳ δὴ ἄντικρυς τὸ τοιῦτο, ἀφ' ὧν μηδὲν ὑμεῖς ἠδικῆσθε, τέτων κωλύειν μεταδιδόναι τοῖς δεομένοις· καίτοι θεούς γε ὄντας, ἀγαθοὺς χρὴ εἶναι, κ δοτῆρας ἐάων, κ ἔξω φθόνυ πάντὸς ἐστάναι· ὅπυ γε εἰ κ τὸ πᾶν τῦ-

b Ἐναυσαμένου τινός] ἐκαυσαμένου C. male. c Δοτῆρας ἐάων] Ita F. P. Ceterae, quod apud *Homerum* eſt, δοτῆρας ἐάων formam vocum poëticam ſaepe *Noſter* mutat, ſaepe retinet? Ἐάων ſcribendum ſit, an ἐάων lis eſt ſub judicibus Grammaticis.

1. Ἐναυσαμμένου τινός] Ἀψαντος. *V.*

5. Ἐάων] Τῶν ἀγαθῶν. *V.*

89. Μετ' ἀμ. Αἰθιοπῆας] Il. A, 423. *J.Br.*

Μετ' ἀμ. Αἰθιοπῆας] Alludit ad locum *Homeri* Il. A, 423. *Euſtathius* ad eum locum recte animadvertit reſpici ſuperioris AEgypti incolas, qui Thebis ſeu Diospoli duodecim dies feſtos Jovi celebrabant. Similiter *Lucianus* ita Prometheum de nidore ſacrificii loquentem inducit §. 19. ὁρῶ δὲ ὑμᾶς &c. Ille nidor erat cibus Deorum; fumus vero θυμιαμάτων thure aliisque aromatibus conſtantium potus, qui dicebatur Νέκταρ, hoc eſt, Phoenicia lingua נקטר *ſuffitus*; quae vox deducitur a קטר *ſuffivit*. Vid. ad *Heſiodi* Theog. v. 640. *J.C.*

94. Κλόπευ] Lege κλοπήν. *J.Br.*

96. Ἐφ' ὅτι] Reſcribendum eſt, ἐφ' ὅτε ἡμεῖς τῷ πυρὸς ἀπολωλέκαμεν ἐξ ὅτου κ παρ' ἀνθρώποις ἐστιν; *unquam ne accidit, quod ignis jacturam fecerimus, ex quo ille apud homines eſt?* Sic Atticos loqui ἐφ' ὅτε, non ἐφ' ὅτι norunt, qui vel primis labris Atticos ſcriptores deguſtarunt. In Somnio §. 17. itidem ὅτε pro ὅτι ſcribendum: χειμερινὸς ὕπνος, ὅτε μάκιστοί εἰσιν αἱ νύκτες· *hibernum ſomnium, cum nocles ſunt longiſſimae:* inepte Interpres: *quoniam nocles ſunt longiſſimae*, quia legebatur ὅτι. *J.G.G.*

Ἐφ' ὅτι ἡμεῖς τῷ πυρὸς ἀπολωλέκαμεν] Vir Clariſſimus, mihique amiciſſimus, *J. G. Graevius* pro ἐφ' ὅτι legit ἐφ' ὅτε, *unquamne?* Sed mihi non dubium eſt quin ὅτι perperam, ut plus decies in hoc ſcriptore, conjunctum, dividendum ſit ἐφ' ὅ, τι ἡμεῖς τῷ πυρὸς ἀπολωλέκαμεν, &c. *Quidquamne eſt, quod ex igne amiſimus, ex quo ille etiam apud homines eſt.* *J.J.*

Ἐφ' ὅτι] Recte monuit Doctiſſ. *Jenſius*: neque aliter Interpretes, quibus difficile fuiſſet errare in ſententia tam perſpicua. Accedit *Petr Horreus* ad *AEſchin.* Dial. p. 84. neque enim ἐφ' ὅτι, vel potius, τί ἐφ' ὅτι, cujus idem meminit, locum hic ullo modo habet. *T.H.*

5. Δωτ. ἐάων] *Homer.* Od. Θ, 325. *J.Br.*

Ibid. Ἔξω φθόνου] Huc ſpectat proverb. φθόνος ἔξω θείου χορῦ ἵσταται. *Plutarch.* II. p. 679. D. *L.K.*

Ἔξω φθόνου] Sic uſurpat vocem ἔξω *Xenoph. Cyrop.* VIII. in extrema Cyri ad filios amicosque Oratione p. Ed. St. 140. l. 24. ἃ (ἔργα) ἦν μὲ καθαρὰ ἐ ἔξω τ ἀδίκων φαίνηται, δυνατοὺς ὑμᾶς σὺν πᾶσιν ἀνθρώποις ἀναδέξει. & Celſus apud Orig. VIII. p. 392. ὁ θεὸς ἀγαθός τε ἐ ἀπροσδεὴς ἐ ἔξω φθόνου. *M. du S.*

Ἔξω φθόνου] Fluxit a *Platone*, cujus eſt in Phaedr. p. 1222. B. φθόνῳ γὰρ ἔξω χορεῦ θείου ἵσται. *Philo Jud.* p. 867. A. ἐπειδὴ δὲ κατὰ τ λιγυρώτατον Πλάτωνα, φθόνος ἔξω θείου χορεῦ ἵσταται idem ſaepius uſurpat, nec minus *Plutarchus*. Similiter autem ſolet poni, ac ſi proverbii vulgaris formam induiſſet, quod tot veterum poetarum, *Platonis* etiam & *Xenophontis*, ſententiis accidit: vide *Clem. Alex.* Strom. V. p. 560. D. *Maxim. Tyr.* Δ. XXV. p. 253. ibique *D. Heinſium*. Jam itidem apparet, quid ſpectaverit *Eunap.* in AEdeſ. p. 54. ψεῦδος γὰρ ἦ μόνον ἔξω θείου χορεῦ, ἀλλὰ κ λόγου ἐστίν. *T.H.*

τοῦτο τοῦς ὑφελόμενος καλεχόμισα εἰς τὴν γῆν, μηδ' ὅλως τι αὐτοῦ καλαλιπὼν, ὑ μέγα ὑμᾶς ἠδίκηκ· εἰδὲ γὸ ὑμεῖς δεῖσθε αὐτοῦ, μήτε ῥιγοῦντες, μήτε ἕψοντες τὴν ἀμβροσίαν, μήτε φωτὸς ὀπιτεχνητοῦ δεόμενοι.

Οἱ δὲ ἄνθρωποι ὑ εἰς τὰ ἄλλα μὲν ἀναγκαίως χρῶν) τῷ πυρὶ, μάλιστα δὲ εἰς τὰς θυσίας, ὅπως ἔχοιεν κνισσᾶν ἁγυιὰς, ὑ γοῦν λιβανωτοῦ θυμιᾶν, ὑ τὰ μηρία καίειν ὅπι τοῦ βωμοῦ. ὁρῶ δὲ ὑμᾶς μάλιστα χαίροντας τῷ καπνῷ, ὑ τὴν εὐωχίαν ταύτην ἡδίστην οἰομένους, ὁπόταν εἰς τὸν οὐρανὸν ἡ κνίσα γένηται ἁλισσομένη τοῦ καπνοῦ. ἐναλιωτάτη τοίνυν ἡ μέμψις ἂν γένοιτο αὕτη τῆ [a] ὑμετέρα ὀπιθυμίᾳ. θαυμάζω δὲ ὅπως οὐχὶ ὑ τὸν ἥλιον κεκωλύκασι καλαλάμπειν αὐτούς· καίτοι τοῦς γε ὅτος ὄφι πολὺ θειότερόν τε, ὑ πυρωδέστερον. ἢ καὶκεῖνον αἰτιᾶσθε, ὡς σπαθῶντα ἡμῶν τὸ κτῆμα; εἰρήκα. σφὼ δὲ, ὦ Ἑρμῆ ὑ Ἥφαιστε, εἴ τι μὴ καλῶς εἰρῆσθαι δοκεῖ, διελθόντε, ὑ διελέγχετε· κἀγὼ αὖθις ἀπολογήσομαι.

hunc ignem ſubreptum detuliſſem in terram, nihilque omnino ex eo reliquiſſem, haud magna a me vobis injuria foret facta; neque enim vos eo indigetis, ut qui non frigeatis, nec ambroſiam coquatis, neque opus habeatis arte facta luce.

19. Hominibus vero ignis uſus eſt & ad alia perneceſſarius, & plurimum ad ſacrificia, ut poſſint nidore vaporare vias, thus adolere, & lumbos hoſtiarum in aris: video ſane vos ſummo opere delectari iſto fumo, easque epulas putare ſuaviſſimas, quando nidor in cœlum penetrat multo fumi volumine ſubvectus: adverſetur ergo hæc criminatio quam maxime veſtro deſiderio. Miror autem, quomodo nec ſolem vetueritis eos illuſtrare: atqui ignis hic eſt multo divinior & flagrantior: aut illumne etiam accuſatis, quaſi diſſipantem propriam vobis poſſeſſionem? Dixi: vos autem utrique, Mercuri & Vulcane, ſi quid minus recte dictum videatur, emendate & arguite; tumque ego iterum partes meas tuebor.

20. MERC.

a Ὑμετέρᾳ] Ita B2. Priores Edd. ἡμετέρᾳ.

14. Κνισσᾶν] Θυμιᾶν. V. ἀντὶ τοῦ θύειν. G.

14. Κνισσᾶν ἁγυιὰς] *Euripid.* fine Alceſt. — *βωμούς.* Formula hæc non Poetis tantum nota & familiaris, ſed & pedeſtri ſermoni. Vide *Demoſth.* *M. du S.*

Κνισσᾶν ἁγυιάς] Scribendumne ſit ἀγυιὰς, an ἀγυιᾶς, ipſi veteres in diverſum abierunt: utriusque ſententiae meminit ad *Demoſth.* Midian. p. 611. C. *Ulpian.* p. 653. A. pro poſteriore ſtant *Harpocr.* in Ἀγυιᾶς, & *Schol. Ariſtoph.* ad Equ. v. 1317. ubi vide *Kuſter.* Priorem ego amplector, ad quam conſtabiliendam pluribus opus foret, quam quae capiat lex notarum praeſcripta: *Lucianum* in eadem fuiſſe opinione, ex multis ejus locis plane colligi poteſt. Vid. *Demoſth* in Maſart. p. 1038. C. D. Poll. I, 28. *T. H.*

19. Ἑλ. περὶ καπνῷ] *Homer.* Il. A, 317. *J. Br.*

20. Ἡμετέρᾳ] An ὑμετέρᾳ; placet magis, ut ad Deos accuſantes Prometheum referatur. *F. G.*

Ὑμετέρᾳ] In omnibus libris legitur ἡμετέρᾳ. abſurde: probabunt, credo, belli homines noſtram emendationem. Poſtquam hæc ſcripſiſſem in *B2.* ita recte emendatum eſſe vidi. *M. du S.*

24. Ἡμῶν] Ὑμῶν ſcribendum videtur. *E. G.*

30. Ὅπως] *Gaudeas.* *J. Br.*

Ὅπως] Adducit *Thom. Mag.* in Ὡσόμοσε monens Atticum eſſe ὀπώμοσα & concinnius, quam ὀμώμοκα. Idem praeceperat *Phrynich.* p. 8. Ὅπου ubi repereriť *Brodaeus*, ignoro, niſi quod ſimiliter videtur legiſſe *Scholiaſtes.* *T. H.*

31. Ἐξ ἐ δίκα] Sic Dial. ſeq. XVI. vultures. *M. du S.*

34. Μάντις ὢν] Non vates tantum, qualem ſe probat Dial. ſequ. ſed omnis fere vaticinandi artis monſtrator; quod ipſe de ſe praedicat in *AEſchyli* Prom. V. v. 483. Exta dicitur inſpexiſſe Caucaſi paſtoris diſſecti apud *Plutarch.* de Flum. in Phaſide, ſed loco tam corrupto, ut operam in eo abutantur & *Mauſſacus*, & *Mauſſaco* longe major *Thom. Reineſius* V. L. I. c. 1. p. 4. Ego, ſi licet reparare, quae mihi videntur intercidiſſe, ſanum praeſtabo: ἐ εἰς Κροκόδιλον (ὁ Κρόν@·) μεταμορφωθεὶς ἔλαθεν· ὁ δὲ Προμηθεὺς ἵνα τὸ ἐγκεφάλου ποιμήνα Καύκασον ἀναταμὼν, ὑ παλαιοῦσας αὐτοῦ τὰς ἀλγήσεις τὸ σπλάγχνων, εἶπεν (ἀν potius εἶδεν) ὑ μακρὰν εἶναι τοὺς πολεμίους. Haec ſi quis improbet, is nobis expediat rationem eorum, quae paulo poſt conſequuntur. Simul hinc alia quaedam conſtat cauſa, cur Prometheus ad Caucaſum fuerit adfixus: quae ſi forte vera, jam oleum & opera plane perierit in hoc libello veteratori callidiſſimo. Sed in fabula Promethei, quemadmodum in plerisque aliis, ea veterum

eſt

20. MERC. Facile non eſt, Prometheu, cum tam valido ſophiſta contendere. Ceterum gratulare tibi, quod Jupiter iſtam orationem tuam non inaudiverit: ſexdecim enim, quod probe ſcio, vultures appoſuiſſet tibi ad inteſtina eruenda; tam graviter ipſum objurgaſti, dum cauſam tuam agere videris. Illud equidem miror, quo pacto, quum ſis vates, non præſciveris hoc te ſupplicio puniendum eſſe? PROM. Noveram illud, Mercuri; & me ſolvi debere in poſterum, novi: & jam quis Thebis adveniet tuus amicus non longo temporis intervallo, ſagittis confixurus eam, quam in me involaturam eſſe dicis, aquilam. MERC. Ea, Prometheu, utinam eveniant, teque intuear ſolutum, & una nobiſcum epulantem; ſic tamen, ut carnes non diſtribuas.

ΕΡ. Οὐ ῥᾴδιον, ὦ Προμηθεῦ, πρὸς ὅτῳ γενναῖον σοφιστὴν ἀμιλλᾶσθαι· πλὴν ἀλλὰ σώῃσο, διότι μὴ καὶ ὁ Ζεὺς ταῦτα ἐπήκουσέ σου. εὖ γὰρ οἶδα, ὡς ἓξ καὶ δέκα γύπας ἂν ἐπέπεμψέ σοι τὰ ἔγκαλα ἐξαιρήσοντας· ὅτῳ δεινῶς αὐτὸν καθηγόρησας, ἀπολογεῖσθαι δοκῶν. ἐκεῖνο δέ γε θαυμάζω, πῶς μάντις ὢν ὑπερεγίνωσκες ὅτῳ κολασθήσόμενος. ΠΡΟ. ἠπιστάμην, ὦ Ἑρμῆ, καὶ ταῦτα μὰ, καὶ ὅτι ἀπολυθήσομαι αὖθις οἶδα, καὶ ἤδη τις ἐκ Θηβῶν ἀφίξεται σὸς φίλος οὐκ εἰς μακρὰν, καλαλοξεύσων ὃν φὴς ἐπιπτήσεσθαί μοι τὸν ἀετόν. ΕΡ. εἰ γὰρ γένοιτο, ὦ Προμηθεῦ, ταῦτα, καὶ ἐπίδοιμί σε λελυμένον, καὶ κοινῇ σὺν ἡμῖν εὐωχούμενον, ἐμὲ μέν τοι [b] καὶ κρεανομοῦντά γε.

21. PROM. Bono eſto animo: & ſimul vobiſcum epulabor, & Jupiter me vinculis ſolvet pro non exigua felicitate. MERC. Quanam iſta? eloqui ne graveris. PROM. Noſtin', o Mercuri, The-

ΠΡΟ. Θάῤῥει· καὶ συνθωχήσομαι ὑμῖν, καὶ ὁ Ζεὺς λύσει με, οὐκ ἀντὶ μικρᾶς εὐδαιμονίας. ΕΡ. τίνος ταύτης; μὴ γὰρ ὀκνήσῃς εἰπεῖν. ΠΡΟ. οἶδα, ὦ Ἑρμῆ, τὴν Θέτιν;

[b] Καὶ] Ita *F. A1. f. V2. S. A.* Reliquae fere γάρ.

30. Ὅτῳ] Εὐφράνθητι, [a] ἀμοιώσω. *V.*

31. Οἶδα ὡς ἐξ καὶ δέκα] [a]Ἐξ ἓ δέκα· τὸ ξ Ἀττικῶς ἐφυλάχθη· αὐτοὶ γὰρ ἐπὶ † τῶν ἀριθμῶν συνθέσεως τὸ τέλος φυλάττουσι τῶν ἀσπάλων. *V.*

47. Οἶσθα, ὦ Ἑρμῆ, τὴν Θέτιν] Λέγουσιν ὅτι ὁ Ζεὺς ἐραθεὶς Θέτιδος ἰδίαις φλεξὶ βουλόμενος ὡς δὴ ἐγένετο κατὰ τὸ Προμηθέως, ὁ Προμηθεὺς εἰς τὸ Δία ἔφη, ὅτι δεῖ συγγένη τῇ Θέτιδι, ὁ ἐξ αὐτῆς γενόμενος ‡ ἀναιρεῖ σε, ὡς ἀπειλῆς οὖν τὸ πατέρα σὸν Κρόνον καὶ αἰδοῖόμενος ὁ Ζεὺς, ὅτι ἀλωθῆ εἶπεν, τὸν μὲ Θέτιν ἔζευξε τῷ Πηλεῖ, τὸ Προμηθέως δὲ δι' Ἡρακλέους τὸν δεσμὸν ἔλυσεν. *V.*

[a] Ἀμοιώσω] Corrupte. *M. du S.*
Credo legendum ἀφίλησω· hoc verbo Grammatici plurimum uti ſolent ad alterum explicandum. Legit autem, legere ſaltem ſe putavit ὄψομαι. *T. H.*

† Τοῖς] τῆς recte repoſuit *M. du Soul.* *T. H.*

‡ Ἀναιρεῖ] Ἀναιρεῖ. *V.* *M. du S.*
Potius ἀναιρήσει ἐσι. Modo εἰς τὸν Δ. pro σφὸς ſtribligo eſt recentiorum. *T. H.*

eſt diſſenſio, quae in concordiam omnino redigi non poſſit; quam rem latius pertractare noſtrarum non eſt partium. *T. H.*

38. Τις] Hercules, a quo etiam ſolutum eum quidam tradidere. Vide *Heſ. Θ.* 526. *M. du S.*

Ibid. Ἀφίξεται] Hercules: hoc proxime ſequens dialogus aperiet. *J. Br.*

39. Καλλατοξεύσων] *Diodor. Sic.* IV. p. 155. D. † μὲ ἀετὸν καλλιτόξευσι, † δὲ Δία πείσας λῦσαι † ὀργῆς ἔσωσε † κοινὸν εὐεργέτην. Vid. *Pherecyd.* apud *Schol. Apoll. Rhod.* ad IV, 1396. *T. H.*

47. Τὴν Θέτιν] Cum Jupiter Thetidis amore captus uxorem eam ducere vellet, Prometheus futurorum praeſcius a nuptiis ejusmodi magnopere eum deterruit, quod in fatis eſſe diceret, quicunque ex Thetide naſceretur, patre ſuo majorem fore. Memor itaque Jupiter ejus exempli, quod ipſe in patrem ſuum ediderat, veritusque ne ſimiliter a filio de coeli poſſeſſione depelleretur, a Thetidis nuptiis abſtinuit; memorque beneficii, quod in ſe Prometheus contulerat, Herculem ad Caucaſum mittit, qui, interfecta aquila, Prometheum vinculis liberavit. Vide plura apud *Servium* ad illud *Virgilii* Ecl. VI. *Caucaſeaque refert volucres, furtumque Promethei:* & in ſequ. Dial. ubi liberationem Promethei ad Vulcanum refert. Fabula extat apud *Pindar.* Iſthm. Hymn. VIII. *Apollon. Rhod.* carminis Argonautici libro IV. & *Ovid.* Metam. IX. *G. C.*

Τὴν Θέτιν] Quod prudenter hic reticet Prometheus, id ſequens aperiet Dialogus. *M. du S.*

τιν; ἀλλ' οὐ χρὴ λέγειν. φυλάττειν γὰρ ἄμεινον τὸ ἀπόῤῥητον, ὡς μισθὸς εἴη, ἢ λύτρα μοι ἀντὶ τῆς καλαδίκης. ΕΡ. ἀλλὰ φύλαττε, ὦ Τιτὰν, εἰ τοῦτ' ἄμεινον. ἡμεῖς δὲ ἀπίωμεν, ὦ Ἥφαιστε, ἢ γὰρ ἔστιν ἤδη πλησίον ὁ ἀετός. ὑπόμενε οὖν καρτερῶς· εἴη δέ γε ἤδη σοι τὸ Θηβαῖον, ὃν φῂς, ταξόπλου ἐπιφανῆναι, ὡς παύσειέ σε ἀπατεμόμενον ὑπὸ τοῦ ἀρέως.

tin? sed non expedit dicere: custodire præstat hoc arcanum, ut merces sit & pretium, quo me a pœna redimam. MERC. Quin tu tecum serva, o Titan, siquidem hoc melius est: nos autem abeamus, Vulcane; jam enim ecce, quæ prope adest, aquilam. Tu vero sustine fortiter: atque utinam tibi jam Thebanus ille, quem dicis, sagittarius exoriatur, ut te liberet laceratum ab ista alite.

55. Ἀπατεμόμενον] Lege ἀπατεμόμενον. T. H.

Θεῶν Διάλογοι.

I.

ΠΡΟΜΗΘΕΩΣ, ΚΑΙ ΔΙΟΣ.

ΠΡΟΜ.

Λυσόν με, ὦ Ζεῦ· δεινὰ γὰρ ἤδη πέπονθα.

ΖΕΥΣ. λύσω σε φῂς, ὃν ἐχρῆν βαρυτέρας πέδας ἔχοντα, καὶ τὸν Καύκασον ὅλον ὑπὲρ κεφαλῆς ὑπικείμενον, ὑπὸ ἑκκαίδεκα γυπῶν μὴ μόνον κείρεσθαι τὸ ἧπαρ, ἀλλὰ καὶ τὼ ὀφθαλμὼ ἐξορύττεσθαι, ἀνθ' ὧν τοιαῦθ' ἡμῖν ζῷα ἀνθρώπους ἔπλασας, καὶ τὸ πῦρ ἔκλεψας, καὶ τὰς γυναῖκας ἐδημιούργησας; ἃ μὲ γὰρ ἐμὲ ἐξηπάτησας ἐν τῇ διανομῇ τῶν κρεῶν, ὀστᾶ σιμελῇ κεκαλυμμένα μοι προθεὶς, καὶ τὸν ἀμείνω τῶν μοιρῶν σεαυτῷ φυλάττων, τί χρὴ λέγειν; ΠΡ. ἐκὼν ἱκανὴν ἤδη δίκην ἔκτετικα τοσοῦτον χρόνον τῷ Καυ-

Deorum Dialogi.

I.

PROMETHEI ET JOVIS.

PROM.

SOlve me, o Jupiter: nam gravia jam passus sum. JUP. Ten' ut solvam, ais, cujus oportebat graviores habentis compedes, Caucaso toto super caput injecto, a sexdecim vulturibus non solum detonderi hepar, sed & oculos effodi pro eo quod talia nobis animantia homines finxeris, ignem furripueris, & mulieres sis fabricatus: nam me quidem quod deceperis in distributione carnium, dum ossa adipe obtecta mihi apponis, & præstantiorem partem tibimet servas, quid attinet dicere? PROM. Nonne ergo sat jam pœnarum exsolvi tantum temporis Caucaso

5. Κείρεσθαι] Eleganter adhibetur hic verbum κείρεσθαι, *tonderi*, quia fingitur jecur Promethei deglutitum a sexdecim vulturibus interdiu, crevisse noctu in pristinam molem: quemadmodum attonsi crines iterum crescunt. Vid. Prometh. in Verb. §. 5. *J. C.*

Κείρεσθαι τὸ ἧπαρ] Locutio in hac re consensu scriptorum quasi propria. Vid. *Is. Voss.* ad *Catull.* p. 126. qui hujus loci meminit. *Dion Chrys.* p. 92. B. κείρεσθαι τὸ ἧπαρ ὑπὸ τῶν ἀετῶν. *Gregor. Nazianz.* Stelit. II. p. 110. & Schol. Eleganter *Phot.* Ep. 82. Κείρουσιν οἱ παλαιοὶ λόγοι Προμηθεῖ τὸ ἧπαρ ἀετὸν ἐφιζάντες τοῖς κείροντα. *Nost.* in Jov. Conf. §. 17. Virginem Tarpejam apud inferos hoc supplicio affecit *Sil. Ital.* XIII, 839. — *tondetur praecordia rostro Alitis* — *T. H.*

7. Τὸ πῦρ ἔκλ.] Ἐν κοίλῳ νάρθηκι apud Hesiod. *Theog.* v. 567. E. καὶ Η. v. 52. *Servius* in Virg. Ecl. VI. facula adhibita ad rotam solis. *E. L.*

8. Ἃ μὲ γὰρ ἐμὲ ἐξηπ.] Brevis repetitio capitum accusationis Promethei. Vid. *Hygin.* in Astr. Poet. II. c. 15. ex cujus verbis facile intelligas, quod scribit hic *Lucianus*. *G. C.*

13. Τοσοῦτον χρ.] *Aeschylus* dicit in Prometheo, Prometheum aliquot annorum millia Caucaso affixum fuisse. *G. C.*

Τοσοῦτον χρόνον] Annos triginta *Hyginus* tradit, Fab. LIV. & CXLIV. *M. du S.*

18. Μυρί-

caſo affixus, quæ avium cunctarum peſſime perire meretur, aquilam alens jecore? JUP. Hoc ne multeſimum quidem eorum, quæ te decet pati. PROM. At non ſine mercede quidem me ſolves, Jupiter: ſed tibi indicabo quiddam valde magni momenti.

2. JUP. Tu me dolis circumvenire ſtudes, Prometheu. PROM. Ecquid ex eo lucri capiam? non enim ignoraturus es poſtea, ubi Caucaſus ſit, neque carebis vinculis, ſi quas technas ſtruere deprehendar. JUP. Ede prius, quam mercedem ſis ſoluturus ita nobis neceſſariam. PROM. Si dixero, quo nunc vadas, num tibi fide dignus habebor, ſi de reliquis etiam prædicam? JUP. Quidni? PROM. Ad Thetidem properas, cum ea congreſſurus. JUP. Id quidem pervidiſti: quid tum porro? videris enim aliquid veri dicturus. PROM. Tu ne, Jupiter, rem habueris cum Nereide: etenim, ſi uterum ferat ex te, quod erit natum pari te modo tractabit, quo tu Saturnum. JUP. Hoc ſcilicet ſignificas, ejectum me iri imperio. PROM. Abſit omen, o Jupiter: neque tamen non tale quid concubitus ejus minatur. JUP. Valeat ergo Thetis: te autem Vulcanus hujus moniti gratia ſolvat.

κάσῳ προσηλωμένος, τ' κάκιστα ὀρνέων ἁπάντων κλεψάμενον ἀετὸν τρέφων τῷ ἥπατι. ΖΕΥΣ. οὐδὲ πολλοστημόριον τοῦτο, ὧν σε δεῖ παθεῖν. ΠΡ. καὶ μὴν οὐκ ἀμισθί με λύσεις, ὦ Ζεῦ, ἀλλά σοι μηνύσω πάνυ ἀναγκαῖον.

ΖΕΥΣ. Καλασοφίζῃ με, ὦ Προμηθεῦ. ΠΡ. καὶ τί πλέον ἔξω; οὐ γὰρ ἀγνοήσεις αὖθις ἔνθα ὁ Καύκασός ἐστιν, οὐδ' ἀπορήσεις δεσμῶν, ἤν τι τεχνάζων ἁλίσκωμαι. ΖΕΥΣ. εἰπὲ πρότερον ὅν τινα μισθὸν ἀποτίσεις ἀναγκαῖον ἡμῖν ὄντα. ΠΡ. ἣν εἴπω ἐφ' ὅ, τι βαδίζεις νῦν, ἀξιόπιστος ἔσομαί σοι περὶ τ' ὑπολοίπων μαντευόμενος; ΖΕΥΣ. πῶς γὰρ οὔ; ΠΡ. πρὸς τ' Θέτιν, συμπεσόμενος αὐτῇ. ΖΕΥΣ. τυτὶ μὲν ἔγνως. τί δ' ἔστι τὸ ὅτι τούτῳ; δοκεῖς γάρ τι ἀληθὲς ἐρεῖν. ΠΡ. μηδέν, ὦ Ζεῦ· κοινωνήσῃς τῇ Νηρηίδι· ἣν γὰρ αὐτὴ κυοφορήσῃ σὺ μὴ σοῦ, τὸ τεχθὲν ἴσα ἐργάσεταί σε, οἷα καὶ σὺ ἔδρασας τ' Κρόνον. ΖΕΥΣ. τοῦτο φῄς, ἐκπεσεῖσθαί με τ' ἀρχῆς; ΠΡ. μὴ γένοιτο, ὦ Ζεῦ. πλὴν τοιοῦτό τι ἡ μίξις αὐτῆς ἀπειλεῖ. ΖΕΥΣ. χαιρέτω τοιγαροῦν ἡ Θέτις· σὺ δὲ ὁ Ἥφαιστος ὅτι τούτοις λυσάτω.

II.

CUPIDINIS ET JOVIS.

CUPID.

1. AT ſi quid etiam peccavi, Jupiter, ignoſce mihi; puerulus enim ſum, atque adhuc inſipiens. JUP. Tune puerulus, o Cupido, qui vetuſtior es multo Japeto: an, quia nec

ΕΡΩΤΟΣ ΚΑΙ ΔΙΟΣ.

ΕΡΩΣ.

ΑΛΛ' εἰ καί τι ἥμαρτον, ὦ Ζεῦ, σύγγνωθί μοι· παιδίον γάρ εἰμι, καὶ ἔτι ἄφρων. ΖΕΥΣ. σὺ παιδίον, ὦ Ἔρως, ὃς παλαιότερος εἶ πολὺ τοῦ Ἰαπετοῦ; ἢ διότι μὴ πώ-

18. *Μηνύσω πάνυ ἀν.*] Interpone τι *μηνύσω τι πάνυ ἀναγκαῖον.* T. H.

27. *Περὶ τὴν Θέτιν*] *Ovid.* Metam. I. hoc vaticinium attribuit Proteo; ſed *Lucianus* hic videtur *Æſchyli* poetæ & aliorum ſequi ſententiam. G. C.

30. *Μηδὲν, ὦ Ζεῦ, κοινωνήσῃς*] Proteum apud *Ovidium* prædicere, prolem Thetidis patre fore potentiorem; apud *Lucianum* Prometheum iſta Jovi monticinari, (ſic enim loqui maluit ſummus antiquariæ dictionis affectator) Themidem apud *Lactantium* obſervat *Dauſqu.* Adnot. ad Q. *Calabrum* p. 70. Vide porro, ſi tanti eſt, *Barth.* Adv. LII. c. 13. *Apollodor.* III. p. 233. Ed. Salm. Ἔνιοι δέ φασιν Διὸς ὁρμῆσαι ἐπὶ τὴν ταύτης συνουσίαν ἰδόντα Προμηθέα, τ' ἐκ ταύτης αὐτῷ γεννηθέντα ἐρανοῦ δυνατώτερον. T. H.

Ibid. Τῇ Νηρηίδι] Id eſt, Θέτιδι. F. G.

36. Σὺ δὲ ὁ Ἥφ.] Aquila ab Hercule jam pridem occiſa, vinctus tamen manebat Prometheus. M. du S.

40. Ἀρχαιότερος τοῦ Ἰαπετοῦ] Sic D. D. VII. τὸ Ἰαπετοῦ πρεσβύτερον, proverbialiter. J. B.

Ἀρχαιότερος &c.] Reſpicit ad id, quod habet *Heſiodus* Theog. v. 120. ubi Amorem antiquiſſimum

πώγωνα, μηδὲ φωλιὰς ἔφουσας, ἀφ' ταῦτα γὰ βρέφος ἀξιοῖς νομίζεσθαι, γέρων γὰ παρὼν ἐργῶ ὤν; EP. τί δέ σε ἠδίκησα ὁ γέρων, ὦ Φῆς, ἐγὼ, διότι με γὰ θέλησαι ἀφανῆ ΖΕΥΣ. σκόπει, ὦ κατάρατε, εἰ μικρὰ, ὃς ἐμοὶ μὲ ἔτως ἐντρυφᾷς, ὥστε μηδὲν ἔξειν ὃ μὴ πεποίηκάς με, σάτυρον, ταῦρον, χρυσὸν, κύκνον, ἀετόν· ἐμοῦ δὲ ὅλως ἐδεμίαν ἥντινα ἐρασθῆναι πεποίηκας, ἐδὲ συνῆκα ἠδὺς γυναικὶ ἀφ' σὲ γεγενημένῳ· ἀλλά με δεῖ μαγγανεύειν ἐπ' αὐτὰς, γὰ κρύπτειν ἐμαυτόν. αἱ δὲ, ἢν μὲ ταῦρον, ἢ κύκνον φιλῶσιν, ἐμὲ δὲ ἢν ἴδωσι, τεθνᾶσιν ὑπὸ τῦ δέους.

barbam nec canos protulisti, propterea infans haberi vis, quum vetulus sis & vafer? CUP. Quid autem in te commisi vetulus, ut ais, ego, cur me vincire quoque mediteris? JUP. Vide, exsecrande, an parva; qui mihi quidem eum in modum insultas, ut nihil sit, quod non feceris me, satyrum, taurum, aurum, cycnum, aquilam: me autem omnino nullam, quæ amaret, effecisti; neque intellexi amabilem mulieri opera tua me factum: quin necesse habeo præstigiis adversum illas uti, & celare memet: tum taurum cycnumve amant; me si videant, moriuntur præ timore.

EP. Εἰκότως. ὑ γὰ φέρουσιν, ὦ Ζεῦ, ἡμᾶς εἶναι ἢ πρόσοψιν. ΖΕΥΣ. πῶς ἂν ἢ Ἀπόλλω ὁ Βράγχος γὰ ὁ Ὑάκινθος φιλῶσιν; EP. ἀλλ' ἡ Δάφνη κἀκεῖνον ἔφυγε, καίτοι κομήτην γὰ ἀγένειον ὄντα. εἰ δ' ἐθέλεις ἑτέρας εἶναι, μὴ ὄπισθε ἢ αἰγίδα, μηδὲ ἢ κεραυνὸν φέρε, ἀλλ' ὡς ἥδιστον ποίει σεαυτὸν, ἑκατέρωθε καθειμένην βοτρύχους, τῇ μίτρᾳ τύτους ἀναλημμένην, πορφυρίδα ἔχε, ὑποδέου χρυσίδας, ὑπ' αὐλῷ γὰ τυμ-

2. CUP. Merito sane: neque enim ferre possunt, Jupiter, mortales tuum conspectum. JUP. Quî fit ergo, ut Apollinem Branchus & Hyacinthus ament? CUP. At Daphne illum quoque fugit, tametsi comatum & imberbem. Quod si amabilis esse velis, ne ægidem quate, neque fulmen fer, sed quam jucundissimum te redde, utrimque demissam cæsariem mitra subnectens, purpuream habe vestem, indue calceos auratos, ad tibiam & tympa-

51. Ἀλλά με δεῖ μαγγανεύειν] Μετὰ φαναισμοῦ μιήγυσθαι. *V.*

64. Χρυσίδας] Χρυσᾶς κύριον ἡ χρυσῆ * φιάλη, ἄστερ ἡ ἐξ ἀργύρου, ἀργυρᾶ. *V.*

* Φιάλη] Φιάλη in *V.* Pro κύριον lege κυρίως. vid. *Poll.* VI, 98. *T. H.*

Deorum facit: vide, quae ibi notavimus. *J. C.*

Ἀρχαιότερον τῦ Ἰαπετοῦ] Quippe qui ex Chao cum Tellure natus, quæ mater Coeli, a quo Japetus. *Hesiod. Theog.* 116. Alibi tamen *Noster* Veneris filium facit Θ. Δ. XXIII. & passim. Idem nascentem Mercurium exhibens, quem τῦ Ἰαπετοῦ πρεσβύτερον, dicit, addit Θ. Δ. VII. ὅσον οὐ τῇ παιουργίᾳ. *M. du S.*

Ἀρχ. τῦ Ἰαπετοῦ] Elegantissimum est Cupidinis apud *Longum* II. p. 34. de se suaque aetate testimonium, quod conferri meretur. *Hesych.* Ἰαπετὸς, ἐπὶ ἀφρυμῷ πρεσβύτερος ἀρχηγὸς. legendum pene credo: Ἰαπετοῦ πρεσβύτερος, ἐπὶ ἀφρυμῶν, ἀρχαῖος· nisi reliquiae sint istae confusae luculentioris explicationis, quales supereesse solas saepe contingit in hoc Lexicographo. De senibus & jam delirantibus per contumeliam ponitur: *Aristoph.* Nub. v. 994. & *Suid.* in Ἰαπετός. *Eustath.* ad Od. Ep. 1528. οἱ λίαν πρεσβῦται Τιτανικοὶ ἐσκάπτοντο, ὡς ὁ λὸς Ἰαπετοῦ γὰ Κρόνου οἱ αὐτοὶ Κρόνοι τε γὰ Ἰαπετοί. *Synes.* Ep. IV. p. 181. A. ὁ Ἰαπετὸς Ἀμάραντος. Vid. *Moer.* Attic. in Ἰαπετὸς ἀντὶ γήρως. Ad astutiam & calliditatem, quae multis annorum experimentis colligitur *Noster* retulit; simul autem ad ea respicit, quae veterum Theologia de Amoris origine, Deorum vetustissimi, tradidit: *Antagoras* apud *Diogen. L.* IV, 26. Ἤ τι θεῶν ἢ πρῶτον ἀνιγνίων Ἔρωτ' ἔπεσε. Vid. Excerpta Praestantissimi *Wolfii* ex *Damascio* de Princ. p. 256. 257. *T. H.*

48. Σάτυρον, ταῦρον, χρυσὸν] Sic D. D. XVI. Inde Jupiter πολύμορφος, Dial. Ven. & Cup. XII. & Dicaster. & locis innumeris hujus operis. *J. B.*

49. Κύκνον] *Isocr.* Ἑλ. p. m. 327. κύκνος δὲ γενόμενος εἰς τοὺς Νηρήσεως κόλπους κατέφυγε. De Leda notius est quam ut addam. Addit idem ἀεὶ δὲ μοι τέχνης ἀμείβεται βίος θηράμενος. V. *Anthol.* I, 38. Ζεὺς κύκνος, ταῦρος, σάτυρος, χρυσὸς, δι' ἕρωτα Λήδης, Εὐρώπης, Ἀντιόπης, Δαναΐς. *M. du S.*

Ibid. Ἀετόν] Bis, primo ut Ganymedem in coelos portaret; secundo ut Asterien in Coturnicem versam secum abriperet. Vide Ovid. *Met.* X. f. 4. & VI. f. 2. *E. L.*

51. Μαγγανεύειν] Μαγγανεία, γοητεία. *Suid.* μαγγάνα, γοητεύματα. *Hesych.* μαγγανεύειν, γοητεύειν. Schol. *Ari-*

pans concinne ingredere : tum tu videbis plures te secuturas esse, quam Bacchi Mænades. JUP. Apage : multum absum, ut amabilis esse velim tali ornatu. CUP. Quin ergo, Jupiter, amare noli : facile hoc quidem. JUP. Nequaquam : equidem amare velim, sed faciliore via potiri : eaque ipsa te conditione dimitto.

65 πάνυ εὐρυθμὰ βαῖνε, καὶ ὄψει ὅτι πλείους ἀκολουθήσουσί σοι τῆ Διονύσου Μαινάδων. ΖΕΥΣ. ἄπαγε, οὐκ ἂν δεξαίμην ἐπέρασ' εἶναι τοιοῦτος γενόμενος. ΕΡ. ἐκὼν, ὦ Ζεῦ, μὴ δὲ ἐρᾶν θέλε· ῥᾴδιον γὰ τοῦτό γε. ΖΕΥΣ. ἔκ-70 ἀλλ' ἐρᾶν μὲν, ἀπραγμονέστερον δ' [a] αὐτῆ ὁπτυγχάνειν· ὅθι τούτοις αὐτοῖς ἀφίημί σε.

III.

JOVIS ET MERCURII. ΔΙΟΣ ΚΑΙ ΕΡΜΟΥ.

JUPIT. ΖΕΥΣ.

I. INachi filiam, formosam illam, nosti, o Mercuri. MERC. Utique : nimirum Io. JUP. Non amplius puella est ea, sed juvenca. MERC. Prodigiosum hoc ; at quo tandem modo mutata est ? JUP. Æmulata Juno mutavit eam : quin etiam novum aliquod malum machinata est adversus miseram illam : bubulcum aliquem multis oculis, Argum nomine, adposuit, qui pascat juvencam insomnis. MERC. Quid igitur nos oportet facere ? JUP. Quum devolaris in Nemeam (illic uspiam Argus pascit)

Τὴν ξ Ἰνάχου παῖδα καλὴν οἶδα, ὦ Ἑρμῆ; ΕΡ. ναί. καὶ Ἰὼ λέγεις. ΖΕΥΣ. οὐκ ἔτι παῖς ἐκείνη ἐστὶν, ἀλλὰ δάμαλις. ΕΡ. τερᾶστιον τοῦτο. τῷ τρόπῳ δ' ἐνηλλάγη; ΖΕΥΣ. ζηλοτυπήσασα ἡ Ἥρα, μετέβαλεν αὐτήν. ἀλλὰ καὶ καινὸν ἄλλο τι δεινὸν ἐπιμεμηχάνηται τῇ κακοδαίμονι βουκόλον τινὰ πολυόμματον Ἄργον τέκνωμα ἐπέστησεν, ὃς νέμει τὴν δάμαλιν, ἄυπνος ὤν. ΕΡ. τί οὖν ἡμᾶς χρὴ ποιεῖν; ΖΕΥΣ. καταπτάμενος εἰς τὴν Νέμεαν (ἐκεῖ δέ που ὁ Ἄργος βουκολεῖ) ἔνθε-

[a] Αὐτῆ] αὐτῷ *J.*

Aristoph. ad Plut. p. 35. *M. du S.*

56. Πῶς οὐ &c.] De Branchio notat *Jungerm.* ad *Long.* p. 236. ex hoc loco, praeterea monens in Ed. Basil. male hic impressum esse πῶς οὖνει pro πῶς οὐ, *quomodo*, inquit, *non hercle semel tantum ibi peccatum est.* *T. H.*

57. Ὁ Βράγχος] Quem hic Apollinis amasium *Lucianus*, a *Statio* filium dici audio. Interfectum templo & divinitate donavit : *Alex. ab Alex.* VI. 2. *M. du S.*

59. Κομᾶτλω] *Jul. Poll.* lib. 2. cap. de Tonsorib. *Philostr.* Heroic. & lib. 1. *Anthol. Apoll. Rhod.* lib. 2. *Intonsus Deus* pro Apolline. *Propert.* Ecl. II. lib. 3. *Stat.* de Coma Earini. *Horat.* atque illi *χρυσῆ βόστρυχοι*. *Ælian.* ποικ. c. 21. lib. 1. Id. D. D. XVI. & Pseudom. haec notissima. *J. B.*

62. Καθειμένους βοστρύχους] Sic post, *βαθὺν πώγωνα καθειμένον*. Piscat. §. 11. vide *Brod.* *J. B.*

63. Τῇ μίτρᾳ] Sic Dial. Juno. & Jovis. *Virg.* 4. Æn. *Senec.* Herc. fur. *μίτρα κοσμεῖς γυναικῶν.* leg. D. D. XVIII. Θαλαμίτης. *Long.* lib. I. *J. B.*

Τῇ μίτρᾳ] Tegmen hoc capitis parum virile habitum vel inde constat, quod a Junone inter ea recensetur, quae indicio erant Bacchum luxu perditum & effoeminatissimum esse Θ. Δ. XVIII. *M. du S.*

64. Χρυσίδας] V. Const. Lex. v. & *Pollucem.* *M. du S.*

65. Εὐρυθμὰ βαῖνε] Ut antea. dixi alibi. *J. B.*

70. Αὐτῆ] Lege *αὐτῶν*, & refer ad mulieres, de quibus antea, & quas questus est Jupiter a se non nisi multis artibus falli posse. Alioqui nihil est, quo referatur *αὐτῆ* nam non anteceſſit ἡμᾶς. *J. C.*

Αὐτῆ] Si abesset, sensus nihil damni pateretur; nunc facile fero & positum intelligo pro *τῇ ἐρᾶν· ἐπιτυγχάνειν τῇ ἐρᾶν, votis atque amoris fructu potiri.* Ἐπὶ τούτοις αὐτοῖς, *sub hac ipsa conditione : Antonin. Liber.* c. 23. Ἑρμῆς δὲ δώσειν ἐπὶ τούτοις ὑπέχεῖο paulo aliter in fine praecedentis dialogi. *T. H.*

75. Τῷ τρ.] Id est, τίνι· an τίνι scribendum? *F. G.*

Τῷ τρόπῳ] Fefellit *Guyetum* accentus, quem si demas, ipsum est illud τίνι, quod scribi volebat. *T. H.*

76. Ἡ Ἥρα] Junoni id iterum adscribit *Lucianus* εἰ Δ. VII. *Ovidius* aliter, apud quem Jupiter ipse Junonis metu Jo in vaccam mutat. *M. du S.*

85. Ἔγω.

ἐκεῖνον μὲν ἀπόκτεινον, τὴν δὲ Ἰὼ ἀφελοῦ σε-
λάγους ἐς τὴν Αἴγυπτον ἀπαγαγὼν, Ἶσιν
ποίησον. καὶ τοιοῦτον ἔστω θεὸς τοῖς ἐκεῖ καὶ
τὸν Νεῖλον ἀναγέτω, καὶ τοὺς ἀνέμους ἐπιπεμ-
πέτω, καὶ σωζέτω τοὺς πλέοντας.

eum interfice; Io per pelagus in AEgyptum abductam Isin fac. In posterum sit Dea ibi incolentibus, Nilum exundare faciat, ventos immittat, & servet navigantes.

IV.

ΔΙΟΣ ΚΑΙ ΓΑΝΥΜΗΔΟΥΣ. JOVIS ET GANYMEDIS.

ΖΕΤΣ. JUPIT.

ΑΓε, ὦ Γανύμηδες (ἥκομεν γὰρ ἔνθα ἐχρῆν) φίλησόν με ἤδη, ὅπως εἰδῇς ἐκέτι ῥάμφος ἀγκύλον με ἔχοντα, οὐδ' ὄνυχας ὀξεῖς, ἃ νῦν πρὶν, οἷος ἐφαινόμην σοι πτηνὸς εἶναι δοκῶν. ΓΑΝ. ἄνθρωπε, οὐκ ἀετὸς ἄρτι ἦσθα, καὶ καταπτάμενος ἥρπασάς με ἀπὸ μέσου τοῦ ποιμνίου; πῶς οὖν τὰ μὲν πρὶν

1. AGe, Ganymedes, venimus enim, quo oportebat, osculare me jam, ut scias non amplius rostrum aduncum habere me, neque ungues acutos, neque alas, qualis videbar tibi volucris specie. GAN. Tu, homo, non aquila modo eras, quumque devolasses, rapuisti me a medio grege? quomodo igitur alæ istæ

a Οὐ] οὐδὲ *J.*

85. Ἔστω θεὸς] Sic Dial. Noti & Zeph. *J. B.*

86. Τὸν Ν. ἀναγέτω] Vide Mer. c. 9. περὶ ἀναγωγὴν ἠγιγνόμεθα. & *Bais.* 50, 1. *Noster* etiam Ἀλεξ. c. 44. πλοίου ἀναγομένου usurpat. Sed vox ἀνάγειν apud nullum, quod quidem sciam, de hac re usurpata invenitur. Certe non apud *Plutarchum* de Plac. Phil. IV, 1. aut *Herodotum* de Nili incremento scribentes. *Virg.* Æn. IX. 31. *Cum refluit campis & jam se condidit alveo.* *M. du S.*

Τὸν Νεῖλον ἀναγέτω] Nihil est quaerendum praeterquam quod Interpretes dederunt, *attollere Nilum: efficere ut Nilus exundet*: rarior quidem usus, sed qui cum ingenio linguae Graecae prorsus congruit. Nili ἀναβάσεις vel ἀναχύσεις Isin praesse voluerunt AEgyptii; imo lacrimis ejus, quando Osiridem plorat, auctum fluvium exundare: *Pausan.* X. p. 881. καὶ τὴν ἐπιχωρίων πολλοῖς ἐστιν ὑρημένα, ὡς τὰ αὔξοντα τὸν πόλεμον καὶ ἄρδειν τὰς ἀρούρας ποιοῦντα ὀλκαδικὰ ἐστι τῆς Ἴσιδος. *T. H.*

Ibid. Ἀναγέτω] Id est, *regat*. *F. G.*

Ibid. Τοὺς ἀνέμους ἐπιπεμπέτω] Memini, quum placeret ἀποπεμπέτω, *ventos* sive *procellas & tempestates avertat*: ἀνέμους ita sumi notum est. Nunc vulgatam lectionem probo: *ventos secundos ac ferentes immittat.* Ἐπιπέμπειν de Diis in utramque partem usurpatur; velut apud *Xenoph.* Symp. p. 522. v. 13. Ἥρα ἐπιπέμπει ἀνέμους *Schol. Apoll. Rh.* in Arg. lib. IV. ὁρμὰς ἀγαθὰς ἐπιπέμπειν *Dion Chrys.* p. 13. C. θεοὶ &c. ὀνείρους μοὶ ἐπιπέμπουσι *Long.* Pastor. IV. p. 145. Contra δὴ πολλὰ καὶ κινδύνους ὁ θεὸς ἐπιπέμπει τοῖς ἀδίκοις *Lys.* p. 105. v. 9. θεῶν δίκας ἐπιπεμπόντων τοῖς ἀδίκοις *Zaleuc.* Prooem. LL. apud *Stob.* p. 279. *Demosth.* in Timocr. p. 792. A. Sic Hecate vel Empusa φάσματα dicitur ἐπιπέμπειν *Dion Chrys.* p. 73. *Hesych.* in Ἔμπουσαι. *Schol. Apoll. Rh.* ad III, 860. hinc quemadmodum ἀποπομπαὶ, sic & ἐπιπομπαὶ, malorum morborumve immissiones, quas causas geniis maleficis hominumque inimicis adscribebant: eo pacto intelligendum in *Dioscor.* Noth. p. 476. G. 478. E. quae utraque verbis iisdem leguntur in eo Poëta de Vir. Herb. quem post *Aldum* recentavit Vir Eruditiss. *J. A. Fabric.* B. G. III. c. 26. v. 22. 165. ibi, quid sibi velint Interpretis *pompae*, nemo, credo, facile capiet. Jam non obscurum est, quemadmodum Isis ἀνέμους ἐπιπέμπειν dici possit: nam ad illius quoque curam & tutelam, qui in mari periclitabantur, pertinere sunt existimati: hinc tot votivae tabellae in Isidis templis. *Schol. Juven.* ad Sat. XII, 17. *Antiquitus enim solebant, qui naufragio liberati essent, pro voto pingere tabellas, & in templo Isidis ponere.* *T. H.*

87. Σωζέτω τοὺς πλέοντας] Sic D. D. XXVI. *J. B.*

91. Οὐδὲ] Ex *J.* est. Reliquae οὐ. *M. du S.*

98. Πρὸς τὸν καιρὸν] *Ad tempus* Interpretes. Intelligi voluit *Lucianus* opportune, utilitatique meae serviens, ut hac aquilae figura celatus te raperem in coelum delicias meas. Ita πρὸς καιρὸν vel πρὸς τὸν καιρὸν λέγειν, *commode dicere atque ut temporis ratio postulat*: paulo diversum πρὸς τοὺς καιροὺς πολιτεύεσθαι, ἁρμόττεσθαι, *tempori servire.* *T. H.*

99. Ὁ Πὰν ἐκεῖνος] Panem arripuit *Lucianus* ut pastorum tutelarem Deum, quem propterea Ganymedes ipse pastor pro Deorum principe & rege habet, alios scilicet ad se suaeque vitae conditionem parum pertinere existimans. At Pan an unquam & quam religiose sit cultus in Phrygia, praesertim eo tempore, cui haec

iſtæ tibi defluxerunt, tuque jam alius evaſiſti? JUP. At neque homo ſum ego, quem vides, adoleſcentule, neque aquila; ſed omnium rex Deorum hicce ſum, commode mutata forma. GAN. Ain: tu enim es Pan iſte? at quomodo fiſtulam non habes, nec cornua, neque hirta crura? JUP. Eumne tu ſolum putas Deum? GAN. Sane: atque adeo ſacrificamus ipſi integrum hircum ad ſpeluncam adductum, ubi ſtat dedicatus: tu autem plagiarius aliquis eſſe mihi videris.

2. JUP. Dic mihi, Jovisne non audiviſti nomen, neque aram vidiſti in Gargaro pluentis, tonantis, & fulgura mittentis? GAN. Eum, o optime, te ais eſſe, qui nuper defudiſti in nos multam grandinem, qui habitare ſuperne diceris, qui excitas ſonitum, cui

95 ἐκεῖνά σοι ἐξερρύηκε, σὺ δ' ἄλλος ἤδη ἀναπέφηνας; ΖΕΥΣ. ἀλλ' ὅτε ἄνθρωπος, οὐ ὁρᾷς, ὦ μειράκιον, οὔτε ἀετὸς, ὁ δὲ πάντων βασιλεὺς τ θεῶν ὗτός εἰμι, πρὸς τ καιρὸν ἀλλάξας ἐμαυτόν. ΓΑ. τί φῄς; σὺ γὼ ὁ Πὰν ἐκεῖνος; εἶτα πῶς σύριγγα οὐκ ἔχεις, οὐδὲ κέρατα, οὐδὲ λάσιος εἶ τὰ σκέλη; ΖΕΥΣ. μόνον γὼ ἐκεῖνον ἡγῇ θεόν; ΓΑ. ναί· καὶ θύομέν γε αὐτῷ ἔνορχιν τράγον ὅπου τὸ σπήλαιον ἄγοντες, ἔνθα ἕστηκε· σὺ δὲ ἀνδραποδιστής τις εἶναί μοι δοκεῖς.

ΖΕΥΣ. Εἰπέ μοι, Διὸς δὲ οὐκ ἤκουσας ὄνομα, οὐδὲ βωμὸν εἶδες ἐν τῷ Γαργάρῳ τ ὑψηλος, καὶ βροντῶντος, καὶ ἀστραπὰς ποιοῦντος; ΓΑ. σὺ, ὦ βέλτιστε, φῄς εἶναι, ὃς πρώην κατέχεας ᵇ ἡμῖν τ πολλὴν χάλαζαν, ὁ οἰκεῖν ᶜ ὑπεράνω λεγόμενος, ὁ ποιῶν τ ψόφον, ᾧ τ

b Ἡμῶν] ἡμῖν sola F. ἡμᾶς ex P. quoque notatur. Porro ſ. ὁ πρώην καταχέας ἡμᾶς non male. c Ὑπεράνω] Ita S. A. Reliquae ὑπὲρ ἄνω.

99. Ὁ Πὰν] Ὡς ποιμὴν ὁ Γανυμήδης μόνον ἀγέσθαι θεὸν τ Πάνα· οἱ δ' ποιμένες τοῦτον τιμῶσιν. V.

haec fabula rapti Ganymedis debet illigari, neſcire me profiteor: neque tamen contendo, neceſſarium fuiſſe, ut in hiſce ludicris omnes veriſimilitudinis rationes *Lucianus* obſervaret. Hirco ſibi fieri ab Athenienſibus teſtatur Pan in Bis Accuſ. §. 10. ἐπιλέξαιμι τράγον ἔνορχιν θύουσι. Mox ἔνθα ἕστηκεν, *ubi ſtatua ejus eſt collocata.* *M. du S.*

1. Σύριγγα οὐκ ἔχεις] In Dial. Pan. & Merc. in Bacch. in Bis accuſ. Cetera ex *Orpheo* Hymno Panis. *Longus* lib. 2. *Achill. Tat.* lib. 7. *J. B.*

4. Ἔνορχιν] Ex *Theocrit.* qui ἐνόρχεα dixit; ex eo multa ſunt hujus Dialogi. *J. B.*

5. Τὸ σπήλαιον] De hoc antro Dial. Pan. & Merc. & Bis Accuſ. tangit *Long.* lib. 2. *Ariſtophan. Achill. Tat.* l. cit. *J. B.*

6. Ἀνδραποδιστής] Qui liberum hominem pro ſervo vendit, vel ſervum alienum tanquam ſuum. *Xenoph.* ἀνδραποδιστὰς ἑαυτῶν ἐπικαλεῖ τοὺς λαμβάνοντας τ ὁμιλίας μισθὸν, ὡς τὸ ἀναγκαῖον αὐτοὺς εἶναι ὠλλάγαις, παρ' ἂν ἐν λάβοιεν τ μισθόν, id eſt, *ſuae libertatis venditores vocat* &c. *G. C.*

8. Βωμὸν εἶδες] Graeci Jovem Ὄμβριον venerati ſunt, ut teſtatur *Strabo* & *Pauſanias*; & Ὑέτιον, ut *Arrianus* & *Phurnutus*. Latini *Pluvium* verterunt: *Tibullus: Arida nec pluvio ſupplicat herba Jovi. Seneca* lib. Nat. Qu. IV. hoc carmen Ovidio tribuit. *G. C.*

Οὐδὲ βωμὸν οὐ τ Γαργάρου] Hujus aræ meminit *Homer.* Il. 9.

Γάργαρον, ἔνθα τ οἱ τέρμινθος βωμός τε θυήεις. *J. B.*

Ibid. Ἐν τῷ Γαργάρῳ] Ab Homero mutuatur, qui ſaepe Jovem in Gargaro Idae montis vertice collocat: Il. Θ, 47. Ἰδὴν δ' ἵκανεν πολυπίδακα, μητέρα θηρῶν, Γάργαρον, ἔνθα δὲ οἱ τέμενος βωμός τε θυήεις· adde Ξ, 292. 352. O, 152. Indidem hauſit *Epicharmus* in fabula Troibus, Ζεὺς ἄναξ ναίων Γάργαρ' ἀγάνιφον· locus eſt apud *Macrob.* Saturn. V. c. 20. ubi multa de Gargaris. Aram Jovis autem in Gargaro fuiſſe, praeter *Homerum* teſtatur etiam *Plutarch.* de Flum. p. 44. Παρέκειτο δ' αὐτῷ (Scamandro) ὄρος Ἴδη, τὸ πρότερον ὑπ' ἐκαλεῖτο Γάργαρον, ὅπου Διὸς καὶ Μητρὸς θεῶν βωμοὶ τυγχάνουσι. Familiare Poëtis cognomen Jovis ab Ida ductum: Ἰδαίῳ Κρονίωνι Il. Ω, 291. Porro Jupiter ἀπάντων τ γιγνομένων κατὰ ἠέρα κύριος, ὄμβρων τε καὶ βροντῶν καὶ τ ἄλλων τ τοιούτων, ut *Diodor.* ait V. p. 234. C. quas ſui muneris partes non infimas quum ad Ganymedem commemorat hominum pater & rex iterum ejus perſonae rationem habet; illas enim coeli mutationes agricolae ſolent & paſtores maxime curare. Nota Jovis epitheta Ὑέτιος, Βροντᾶος, Ἀστροπαῖος vel Ἀστραπαῖος de primo dixerunt, hoc *Luciani* loco adducto *Brod.* Miſcell. II. c. 21. *Gataker.* ad *Marc. Antonin.* V. §. 7. *Bergler.* ad *Alciphr.* III. Ep. 35. *T. H.*

12. Ὑπεράνω] Ita S. & A. At reliquae ὑπὲρ ἄνω, ut & Ἔρμ. c. 61. *M. du S.*

τ᾽ κριὸν ὁ πατὴρ ἔθυσεν; εἶτα τὶ ἀδικήσαντά με ἁρπάσας, ὦ βασιλεῦ τ᾽ θεῶν; τὰ δὲ προβάλα ἴσως οἱ λύκοι διηρπάσαντο ἤδη, ἐρήμοις ὀπιπεσόντες. ΖΕΥΣ. ἔτι γὰρ μέλει σοι τ᾽ προβάτων ἀθανάτῳ γεγενημένῳ, ἢ ἐνταῦθα σωφρονήσοντι μεθ᾽ ἡμῶν; ΓΑ. τί λέγεις; οὐ γὰρ κατάξεις με ἤδη ἐς τ᾽ Ἰδην τήμερον; ΖΕΥΣ. οὐδαμῶς· ἐπεὶ μάτην ἀετὸς εἶην ἀντὶ θεοῦ γεγενημένος. ΓΑ. ἐκεῖ ὀπιζητήσει μὲ ὁ πατὴρ, καὶ ἀγανακτήσει μὴ εὑρίσκων, καὶ πληγὰς ὕστερον λήψομαι, καταλιπὼν τὸ ποίμνιον. ΖΕΥΣ. πῶς γὰρ ἐκεῖνος ὄψεταί σε; ΓΑ. μηδαμῶς· πρόσθεν γὰρ ἤδη αὐτόν. εἰ δ᾽ ἀπάξεις με, ὑπισχνοῦμαί σοι καὶ ἄλλον παρ᾽ αὐτοῦ κριὸν τεθύσεσθαι λύτρα ὑπὲρ ἐμοῦ. ἔχομεν δὲ τ᾽ τριετῆ, τ᾽ μέγαν, ὃς ἡγεῖται τῆς τ᾽ νόμης.

arietem pater mactavit? Et cujus admissi reum me subripuisti, Rex Deorum? oves quidem lupi forte jam discerpserunt, in desertas impetu facto. JUP. Etiamne tibi cura est ovium, qui immortalis factus hic nobiscum futurus es? GAN. Quid ais? tu non devehes me jam in Idam hodie? JUP. Neutiquam: alioqui fruſtra formam aquilæ pro Deo subiissem. GAN. At requiret me pater, & indignabitur non invento, plagasque postmodum accipiam, qui gregem reliquerim. JUP. Ubi autem ille te videbit? GAN. Nequaquam (hic manere velim;) desidero enim jam patrem: quod si deduxeris me, polliceor tibi & alium ab eo hircum iri immolatum, pretium scilicet mei recepti: habemus autem trimum istum grandem, qui dux est gregi ad pastionem.

ΖΕΥΣ. Ὡς ἀφελὴς ὁ παῖς ὅδι, καὶ ἁπλοϊκὸς, καὶ αὐτὸ δὴ τοῦτο παῖς ἔτι· ἀλλ᾽, ὦ Γανύμηδες, ἐκεῖνα μὲν πάντα χαίρειν ἔα, καὶ ἐπιλάθου αὐτῆς, ᾗ ποιμνίου, καὶ τ᾽ Ἴδης. σὺ δὲ, ἤδη γὰρ ἐπουράνιος εἶ, πολλὰ εὖ ποιήσεις ἐντεῦθεν καὶ τ᾽ πατέρα, καὶ τ᾽ πατρίδα· καὶ ἀντὶ μὲν τυροῦ καὶ γάλακτος ἀμβροσίαν [a] ἔδῃ, καὶ νέκταρ πίῃ. τοῦτο μέν τοι καὶ τοῖς ἄλλοις

3. JUP. Quam apertus puer est & simplex, ipsumque illud plane puer adhuc. At, Ganymedes, ista quidem omnia valere jube, atque obliviscere gregis & Idae: tu quippe, etenim jam cœlestis es, multum hinc bene facies patri patriaeque: pro caseo & lacte ambrosiam edes & nectar bibes; hoc quidem aliis etiam no-

a Ἔδῃ] ἐδῇ & πιῇ notatur ex P.

15. Ἁρπάσας, ὦ βασιλεῦ τ᾽ θεῶν] Ita recentiores plerique: aliter *Homer.* Il. Υ. v. 234. Τὸν καὶ ἀπημύναντο θεοὶ Διὶ οὐρανίωνι ut observavit *Schol. Apoll. Rh.* ad III, 115. nec multum discrepat auctor Hymn. in Vener. v. 209. Ὅππη οἱ φίλον υἱὸν ἁρπάσσοι θέσπις ἔκελλα. *Echemenes* in Creticis non a Jove Ganymedem, sed a Minoe fuisse raptum tradidit, *Athenaeo* teste XIII. p. 601. F. auctorem ergo Cretenses honestiorem facinori videri possunt inscripsisse; nam Plato sane fabulam ab iis manasse aperte fatetur de LL. I. p. 776. Ε. πάντες δὴ Κρητῶν τ᾽ περὶ τ᾽ Γανυμήδη μῦθον καλλιγραφοῦμεν, ὡς λογοποιησάντων τούτων· verum intercedunt Chalcidenses, nec tanti decoris privilegium eripi sibi patiuntur, dictitantes παρ᾽ αὐτοῖς ἁρπασθῆναι τ᾽ Γανυμήδη ὑπὸ τοῦ Διὸς καὶ τόπον δεικνύουσι Ἁρπάγιον καλούμενον, ἐν ᾧ καὶ μυρσίναι ἀφθορον πεφύκασιν, ut scribit *Athenaeus*, & *Eustath.* ad Il. Ξ. p. 986. v. 40. Longum foret enarrare, quid quantumque veteres in hac fabula varient: de ipso Jove in aquilam mutato, quod accommodatissimum instituto suo *Lucianus* est amplexus, multum abest, ut res liquido constet: sunt enim, qui veram aquilam, sed tamen jussu Jovis, hoc facinus perpetrasse ferant, *Eratosthenes*, *Hyginus*, alii. *T.H.*

40. Ἀετὸς εἶην] Aquarium notat, quem Ganymedem esse perhibent: licet ἄστρον χωρὶς sit, non ἀστὴρ Aquarius. *G.C.*

Ἀετὸς εἶην] *Brodaei* verba descripsit *Cognatus* e Miscell. II. c. 21. videndus idem ad Anth. I. c. 83. Ep. 4. De Aquario figuram Ganymedis in coelo gerente omnes fere consentiunt *Eratosth.* Catast. c. 26. ex eo *Schol. Arati* ad Phaen. v. 282. *Serv.* ad AEn. I, 32. *inter sidera collocatus, Aquarii nomen accepit: Hygin.* Poët. Astron. II. c. 29. quanquam is aliis auctoribus Deucalionem & Cecropem insuper obducat insignibus Aquarii nobilitatos. Clement. Hom. V. §. 17. Ζεὺς τ᾽ ἀετὸν σωτηρήσαντα ἐπὶ τῇ Γανυμήδους ἁρπαγῇ, καὶ αὐτὸν τ᾽ Γανυμήδη ἐν Ὑδροχόου τιμῇ ἔταξεν. Perbelle Jovem imitatus est Adrianus, tantumque sibi in sidera vindicavit juris, ut mortuum Antinoum, suum Ganymedem, iis insereret, saltem videri vellet illius apparuisse novum sidus. Vid. *Suid.* in Παιδικὰ & *Kuster. T.H.*

45. Ἀρμογάλους] Hoc quidem oppido festive *Ensia-*

nobis præbebis infusum : quodque maximum, non homo amplius, sed immortalis eris, fidusque tuum apparere faciam pulcerrimum; denique beatus eris. GAN. Si ludere cupiam, quis mecum ludet : in Ida enim multi æquales eramus. JUP. Habes & hic, qui tecum ludet, Cupidinem istum, talosque bene multos : bono animo solum esto, & hilaris, nullumque te rerum terrestrium capiat desiderium.

4. GAN. Quo autem vobis utilis sim : hiccine etiam pastorem agere oportebit? JUP. Minime, sed vinum temperabis, nectari præficieris, curamque geres convivii. GAN. Id quidem haud arduum : etenim satis scio, quemadmodum deceat infundere lac, & scite porrigere cymbium. JUP. Ecce iterum ille lactis reminiscitur, & hominibus se ministraturum putat : atqui cœlum hoc est, bibimusque, ut dixi, nectar. GAN. Suavius ne, Jupiter, lacte? JUP. Scies paulo post, & eo gustato porro non desiderabis lac. GAN. Ubi autem cubitum ibo nocte? an cum æquali Cupidine. JUP. Non : sed eapropter te subripui, ut una dormiamus. GAN. Tu

ἡμῖν αὐτὸς παρέξεις ἐγχέων. τὸ δὲ μέγιστον, οὐκέτι ἄνθρωπος, [b] ἀλλ' ἀθάνατος γενήσῃ, καὶ ἀστέρα σε φαίνειν ποιήσω καλλίστον, καὶ ὅλως, εὐδαίμων ἔσῃ. ΓΑ. ἢν δὲ παίζειν ἐπιθυμήσω, τίς συμπαίξεταί μοι; οὐ γὰρ τῇ Ἰδῃ πολλοὶ ἡλικιῶται ἦμεν. ΖΕΥΣ. ἔχεις καὶ ταῦθα τὰ συμπαιξόμενόν σοι τῶτον Ἔρωτα, καὶ ἀστραγάλους μάλα πολλούς. θάρρει μόνον, καὶ φαιδρὸς ἴθι, καὶ μηδὲν ἐπιπόθει τὰ κάτω.

ΓΑΝ. Τὶ δὲ ὑμῖν χρήσιμος ἂν γενοίμην; ἢ ποιμαίνειν δέησει καὶ ταῦθα; ΖΕΥΣ, οὐκ· ἀλλ' οἰνοχοήσεις, καὶ ἐπὶ τῆ νέκταρος τετάξῃ, καὶ ἐπιμελήσῃ τῆ συμποσίου. ΓΑΝ. τῶτο μὲν ἤδη χαλεπόν. οἶδα γὰρ ὡς χρὴ ἐγχέαι τὸ γάλα, καὶ ἀναδῆσαι τὸ κισύβιον. ΖΕΥΣ. ἰδοὺ, πάλιν ὦτος [c] γάλακτος μνημονεύει, καὶ ἀνθρώποις ὑφαγορήσειν οἴεται· ταυτὶ δ' οὐρανός ἐστι, καὶ πίνομεν, ὥσπερ ἔφλυ, τὸ νέκταρ. ΓΑΝ. ἡδιον, ὦ Ζεῦ, τῦ γάλακτος; ΖΕΥΣ. ἥσῃ μετ' ὀλίγον, καὶ γευσάμενος οὐκ ἔτι ποθήσεις τὸ γάλα. ΓΑΝ. κοιμήσομαι δὲ πῦ τὰ νυκτός; ἢ μετὰ τῦ ἡλικιώτου Ἔρωτος; ΖΕΥΣ. ἦκα· ἀλλὰ ὑφῃ τῶτό σε ἀνήρπασα, ὡς ἅμα καθευδοίμεν. ΓΑΝ. μὰ

[b] Ἀθάνατος] ἀλλὰ θεὸς ἀθ. *J.* [c] Γάλακτος] καὶ γάλ. *J.* quod restitui volebat *M. du S.*

cianus, ne scilicet fugam meditaretur e coelo Ganymedes, si puero delicato nihil in promtu sit, quo tempus jucunde terat. Sed *Apollonius Rhodius* temperare sibi non potuit, quin hoc nobile puerorum par, Ganymedem inquam & Cupidinem, in heroico carmine talis ludentes induceret, eo eventu, ut hic Japeto prior astutissima vafritie istum, quippe Phrygem, facile circumveniat, instrumentoque omni ludicro nudatum exspoliet Arg. III, 114. Imaginem illam, quam scitissimis sane versibus pinxerat *Apollonius*, coloribus expressit pictor ille nescio quis, cujus artificem tabulam enarrat *Philostr.* in Icon. p. 872. Neque hoc *Olearium* fugit: sed, quam ille non vidit, maculam ex *Apollonii* v. 119. eluamus: Καὶ ῥ' ὁ μὲν ἴδεν πάμπαν ὑπερφίαλον ἠὲ ὑπὸ μαζῷ Μάργον ἅμως λαιῆς ὑποδύμενος χειρὸς ἀγωγῇ· istud πάμπαν, quod suis in Edd. ostendunt *H. Stephanus* & *Hoelzlinus* ne verbulo quicquam monentes, dari mihi velim, qui expediat: ὑποδύμενος suo nomine, quod sustentet, destituitur: reddideris πάλιν, jam nihil aliud ad integritatem loci requires. In sinum sane colegerat tales victoria partes Cupido, quo pertinet v. 146. Μείλια δ' ἔνδαλε πάντα e sinu nimirum ubi congesti erant: mox etiam v. 155. recollectos in sinum matris dicitur condidisse: ne locus dubitationi relinquatur ullus, *Philostratus* accedat: πλήρη τὰ κόλπα τὰ κάλλους ἀναπτύσσει. *T. H.*

49. Ἐπὶ τῇ νίκτωρος τετάξῃ] Sic apud *Heliodor.* lib. 7. sic fine hujus Dialogi, ὡς χρὴ ἐρίγειν τὰ σύφορα. *J. B.*

Ἐπὶ τῇ νίκταρος τετάξῃ] *Eris a cyathis Budaeum* vertisse testatur *H. Stephan.* Th. T. I. p. 1209. *Euripid.* Troad. v. 820. Μάτην ἄρ', ὦ χρυσέαις Διὸς οἰνοχόοις ἐφορᾶς βαίνων Ἀμφιδόντιος πρὸς Ζηνὸς ἔχεις κυλίκων Πλήρωμα, παλλάκων λατρεῖον argutum est illud ἐφορᾶς βαίνων nam honeste catamitum & tecte simul indicat: verum hoc de loco alias plura. Ἐπιδῶναι & ἀναδῆναι ποτήριον utrumque in usu est, sed illud frequentius. *T. H.*

52. Κισσίβιον] Πεποιήκασιν ἔκφορον ἀπὸ τῦ κισσοῦ. *Schol. Theocr. Hesych.* legit κισσῆιον, & interpretatur ποτήριον ἢ σύφορον. *J. B.*

pulcrorum: eorum ergo ne me infimulet-is: hoccine vis, mater, ut non amplius ames neque ipsa Martem, nec ille te? VEN. Quam mirificus es & superior omnibus! sed erit, quum recordabere dicta mea.

καλῶν· μὴ τοίνυν ἐμὲ αἰτιᾶσθε τούτων. ΑΦΡΟ. Θέλεις σὺ, ὦ μῆτερ, αὐτὴ μηκέτι ἐρᾷν, μήτε σὲ ὑπ' Ἄρεως, μήτ' ἐκεῖνον σέ; ΑΦΡΟ. Ἰὼ δεινὸς εἶ, ἢ κρατεῖς ἁπάντων. ἀλλὰ μέμνησο μου ποτὲ τῆς λόγων.

XIII.

JOVIS, ÆSCULAPII, ET HERCULIS.

ΔΙΟΣ, ΑΣΚΛΗΠΙΟΥ, ΚΑΙ ΗΡΑΚΛΕΟΥΣ.

JUP.

1. CEssate, Æsculapi & Hercules, rixantes inter vos quasi homines: indecora enim hæc, & aliena convivio Deorum. HERC. Et tu velis, o Jupiter, istum veneficum supra me accumbere? ÆSC. Sic sane decet: etenim melior sum. HERC. Quo in genere, attonite: ideone, quod te

ΖΕΥΣ.

Παύσασθε, ὦ Ἀσκληπιὲ καὶ Ἡράκλεις, ἐρίζοντες πρὸς ἀλλήλους ὥσπερ ἄνθρωποι. ἁπρεπῆ γὰρ ταῦτα, καὶ ἀλλότρια τοῦ συμποσίου τῶν θεῶν. ΗΡΑ. ἀλλὰ ἐθέλεις, ὦ Ζεῦ, τεθνηκὶ τὸ φαρμακέα προκαλακλίνεσθαί μου. ΑΣΚ. νὴ Δία, καὶ ἀμείνων γάρ εἰμι. ΗΡΑ. καὶ τί, ὦ ἐμβρόντητε; ἢ διότι σε

a [illegible] L.

αὐτός τε τοιμηρὸς ἴσασι καὶ τὸν αὐτοῦ ἀνταιρόξει, κάλλιστον ἀγῶνα & σωφρονέστατον ἀγωνιεῖσθε. Et hic subaudiendum *νίκην*. quasi esset, *αὐτός τε τοιμηρὸς ἴσασι καὶ τὸν αὐτοῦ νίκην ἀναιρόξει. Ac quicumque in iis superior sit, ac meliores exhibuerit amicos, ipse victor erit pariter, ac suam praedicabit palam victoriam, pulcherrimo & gravissimo certe certamine.* Pari ratione vox ὄνομα eleganter supprimitur apud *Euripidem* in Phoenissis vs. 11.

Καλοῦσι δ' Ἰοκάστην μ' οὗτος ὃν πατὴρ ἔθετο.

h. e. τοῦτο ὃ ὄνομα πατὴρ ἔθετο. *Id enim nominis pater imposuit.* Ita apud *Lucianum* in Vera Historia lib. I. cap. 36. & c. 10. in Gallo, τοῦτο ἐκαλεῖτο. h. e. *hoc nomine appellabatur.* ita & *Theocriti Scholiastes* ad Eid. 13. loquens de Argo navi, ait, τοῦτο γὰρ ἡ τῶν ἀνομάζετο. h. e. ὄνομα. Deprehendo apud Latinos ipsum *Livium* eadem hac ellipsi utentem, dum de Gallograecis ita facit quempiam loqui XXXVIII, 17. *Hi jam degenores sunt; nisi, & Gallograeci vere, quod appellantur.* alii forte aliter, at ego quidem id exposuerim, *quod nomen*, h. e. *quantum ad quod nomen.* Sed ellipsis haec est multo, quam plena oratio, mollior. *J. J.*

93. Αὐτὴ . . . . ἰδιώτη] V. *Liv.* I. 19, 58. II, 28. III, 10. ubi his similia invenies. *M. du S.*

94. Ὅλη] Tota, ut: *totus in armis, totus venisti.* Petron. *J. B.*

95. Ἐν τῇ Ἄττῃ] Ἄσῃ *Plor.* supra tamen Ἄττῃ satis apparet Ἄσῃ esse natum ex vitio scripti Codicis, unde haec Editio fuit expressa. An Ἄττι usquam reperiatur, ignoro: nam ab Ἄττις frequentissime solent Ἄττιδα, Ἄττιδι nunquam aliter in Oratione quinta *Juliani. Plor.* Ep. 49. Τῇ Ἄττιδι μὲν οὐ ἀνοσιουργοῦντι, Γάλλον καλοῦντες οἱ παρ' Ἕλλησι σοφισταί. Ἄττης non minus usitatum: de Dea Syr. §. 15. *Festus Diaconi* in *Italia. Nicand.* Alexiph. v. 8. — ἀγυιεύριον Ἄττην ubi vide *Schol. Plutarch. Erot.* p. 756. C. Ἄττης ὁ Ἀδωναῖος. neque aliter *Pausan.* VII. p. 566. ad quem Sylburgius de varia vocis scriptura nonnihil notat, *Damasc.* apud *Phot.* p. 561. Laconibus eam formam *Hesychius* ut propriam videtur adsignare. Adde *J. Scaligerum* ad *Catulli Atys* vel *Attinem*, *H. Stephan.* Ind. Thes. in Ἄττις, *Salmas.* ad *Solin.* p. 37. Quod sequitur statim, ὁμοῦ δὲ μὴ ἐφιεῖσθε τῶν καλῶν, meo sensu non optime concordat cum adjuncto, μὴ τοίνυν ἐμὲ αἰτιᾶσθε τούτων. Parvo isti veteratori, si modo rationes recte colligere censeatur, sic fuerat argumentandum: *At quid ego mali commisi, si ostendam pulchra, qualia sunt? ceterum vosmet ipsae utique desiderio tenemini pulcrorum: ne me ergo reum peragatis illius criminis.* Mens ea levissima mutatione *Luciano* restitui potest: ὁμοῦ δὲ μὴν, sive potius, ὁμοῦ γε μὴν ἐφιεῖσθε τῶν καλῶν. *T. H.*

7. Φαρμακέα] Interpretatus sum ad Petron. *Pharmace respondes*: sic Θ. Κρ. c. 10. *J. B.*

Ibid. Προκατακλίνεσθαί μου] Interpres habet, *priorem accumbere*, quasi ad tempus referatur. Malim de loco intelligere & vertere, *supra me accumbere.* Postea idem Interpres vertit, *priore loco accumbere*: dicendum fuit, *superiore.* *J. C.*

9. Ὦ ἐμβρόντητε] Acumen habet duplex vocabuli potestas involuta: vide quae notavimus ad Tim. §. 1. AEsculapius naturae leges violavit, atque adeo fecit ἃ μὴ θέμις, quando mortuos in vitam revocabat. Ingens beneficium in quos fuerit collatum, nam alii veterum alios ediderunt, refert *Apollod.* III. p. 213.

ὁ Ζεὺς ἐκεραύνωσεν, ἃ μὴ θέμις ποιοῦντα, νῦν δὲ κατ' ἔλεον αὖθις ἀθανασίας μεθέλαφας; ΑΣΚ. Ἐπιλέλησαι γὰρ σὺ, ὦ Ἡρακλεις, ὀν τῇ Οἴτῃ καλαφλεγεὶς, ὅτι μοι ὀνειδίζεις τὸ πῦρ; ΗΡΑ. Ἐκεῖνα ἴσα γε ἄμοια βεβίωται ἡμῖν· ὃς Διὸς μὲν υἱός εἰμι, τοσαῦτα δὲ πεπόνηκα, ἐκκαθαίρων τὸν βίον, θηρία καλαγωνιζόμενος, καὶ ἀνθρώπους ὑβριστὰς τιμωρούμενος. σὺ δὲ ριζοτόμος εἶ, καὶ ἀγύρτης, νοσοῦσι μὲν ἴσως ἀνθρώποις χρήσιμος ἐπιθήσειν τῶν φαρμάκων, ἀνδρωδες δὲ οὐδὲν ἐπιδεδειγμένος.

ΑΣΚ. Εὖ λέγεις, ὅτι σὺ τὰ ἐγκαύμα-

Jupiter fulmine percuſſit, quae fas non erat, facientem? nunc autem per miſericordiam iterum immortalitatem participaſti. ÆSC. Scilicet oblitus es, Hercules, in Oeta te conflagraſſe, qui mihi exprobres ignem. HERC. Nequaquam pari ſimilique ratione vita nobis eſt exacta, ut qui Jovis ſum filius, tantosque labores ſuſcepi expurgando hominum ætatem, feris debellandis, & in homines injurioſos animadvertendo: tu vero præfectas herbarum radices colligis, & circulatores, ægrotis ut maxime hominibus utilis ad imponenda medicamenta, qui virile tamen nihil præſtiteris. 2. ÆSC. Recte narras: nam inuſta tibi flammæ

18. Καὶ ἀγύρτης] * Ἐπαίτης, φιλοκερδής. *V.*

* Ἐπαίτης] *Etymol.* p. 14. Ἀγύρται, λωποδύται, ἐπαῖται, φιλοκερδεῖς. Uberius *Suidas*: Ἀγύρτης, αἰλωχὸς, ὀχλαγωγὸς ἐπαίτης φιλοκερδὴς, ἢ συρφετώδης. Priora ſumſit a *Schol. Sophocl.* ad Oedip. Tyr. v. 395. tum diſtinctione ſeparanda ſunt ἐπαίτης & φιλοκερδὴς, quemadmodum in noſtro *Schol.* contra quod apud eum praecedit, cujus, quia nullum ſenſum elicere poterat, verſionem praetermiſit *Kuſterus*, demta diſtinguendi nota ſanum eſt ac facillimum: ὁμιλίαν, οἵαν ἐκεῖνος ἐνήρατο, ὀρὸς ἀγυρτείαν τινὰ θρασυνομένην· nam valde abhorret, ut ὁμιλία putetur ad exponendam ἀγυρτείαν pertinere. Ceterum iſtius in AEſculapium jacti ab Hercule convicii rationem non percepit Graecus Commentator: ἀγύρται inter alia ſunt circulatores viliſſimum medicorum genus, verisque medicis exoſum: jungit *Hippocrat.* περὶ Ἱερ. νεν. in initio μάγους τε καὶ κακοδαίμονας καὶ ἀγύρτας καὶ ἀλαζόνας· iſto probroſo nomine AEſculapium infamat Hercules. *T.H.*

& *Schol. Euripid.* ad Alc. v. 2. ex quo maculas aliquot eruditis viris vel ignoratas, vel contemtas eluere non ab re fuerit: apud eum ergo ſcribe ἀνίστησι, pro ἀνέστη, τὰς Φινείδας pro τὰς Φοινίσσας, aut, quod prave repoſuit *Barneſius*, τὰς Φοινίσσας τὰς Προίτου θυγατέρας pro τὰς Κροίσου θ· quas emendationes facile praeſtabunt *Sext. Emp.* adv. Gramm. I. p. 271. & *Schol. Pindar.* ad Π. Γ, 96. Inter hos Tyndareus adnumeratur, auctore *Panyaſi*: quod quum *Schottum* praeteriret, male verſatus fuit in explicando *Zenobio* C. I. n. 47. Vide *Suidam* in Ἀπεδιώναι & Αἴσωπος. AEſculapii munere noviſſimus Hippolytus in Dianae gratiam revixit: quod temerarium facinus tam indigne tulit Jupiter, Deorum honores ſtupendae artis miraculo labefactatum iri metuens, ut fulmine vindicaret: neque tamen non haud diu poſt placatus, Apollinique deprecanti iram donans nepotem, ringente licet Momo, ſi Luciano credimus, in coeleſtium ordinem recepit, inque aſtris, quanquam hoc quidem inter Aſtronomos non plane conſtet, Ophiuchum vel Anguitenentem eſſe juſſit. *Eratoſth.* Cataſt. c. VI. quem locum videtur deſignaſſe *Hygin.* in Poet. Aſtr. II. c. 14. Verum ſive Heraclitus aliquis, ſive quispiam alius de Incredib. c. 26. fabuloſum illud fulmen Jovis, quo conflagravit AEſculapius, febriculam interpretatur, quam ſcilicet tantus medicus depellere non potuerit: ἰατρικὴν νικήσας ὑφ' ὑψώσας αὐτὸς ὑπὸ πυρετῷ φλιχθεὶς ἄλετο. Quid ſpectaverit *Allatius* illud ἰατρικὴν νικήσας vertens *celebrem in medicina*, neutiquam adſequor: mihi dubium non eſt, quin ſcribi debeat ἰατρικὴν ἀσκήσας. ut in *Apollod.* Bibl. III. p. 213. τὴν τέχνην ἀσκήσας ἐπὶ πολύ. p. 227. Oenone ἰατρικὴν ὑπ' μουσικὴν (forte μουσικὴν) ἤσκει. Mox ἐκεῖνο *Graevii* ſi fuerat a vetuſtis membranis aut Editionibus traditum, nihil aliud utique deſideraſſemus: nunc ἐκεῖνον cur ab hac ſede, quam dudum obtinet, expellatur, nulla eſt cauſa. *T.H.*

10. Ἃ μὴ θέμις. .] Quia ſcilicet mortuum ſuſcitaverat Hippolytum, a Jove fulmine percuſſus. V. Ὀρχ. c. 45. & *Virgil.* Æn. VII. 761.... Tangit iterum *Noſter*, Περ. c. 4. *M. du S.*

14. Οὔκουν] Videtur ſcribendum: οὐκ ἔν ἴσα καὶ ὅμοια βεβίωται ἡμῖν; *Ergone aequalia & ſimilia ſunt, quae a nobis geſta ſunt in vita?* *J.G.G.*

Οὔκουν] Sic ſupra. Infra Dialogo ſequenti. *M. du S.*

16. Ἐκκαθαίρων τὸν βίον] Sic Vit. Auct. c. 18. quo loci Cynicae ſectae Deus praeſes Hercules. *J.B.*

19. Ῥιζοτόμος] Hujus nominis tragoediam fecit *Sophocles*, ex qua verſus citat Interp. *Apollon.* Convicium eſt in medicos, qui etiam, ut hic AEſculapius, Agyrtae dicuntur. *J.B.*

22. Ἐγκαύματα] Vide Notas ad D. M. XI. *T.H.*

24. Διεφθαρμένος τὸ σῶμα] Apud *Thomam Magiſtrum* legitur διεφθορὼς τὸ σῶμα. Cujus lectionis pars poſterior τὸ σῶμα, perplacet; & omnino confirmatur a L. Cod. De priori dubito adhuc. Vide B. Περ. c. 12. & Θ. Δ. XVIII. ubi translate *mollem* ſignificat. Hoc nihil ad rem, inquies. Vide ergo Παρασ. c. 8. ubi haec verba reperies: τὰς μὲ ξωτριῶντας, τὰς δὲ ἐν πάμπαν διαφθαρέντας. Aut peccaſſe dices *Lucianum*, aut hallucinatum bonum *Thomam Magiſtrum*. *M. du S.*

Διεφθαρμένος τῷ σώματι] Credo veram eſſe Thomae lectionem in Διάφθορον. Etiamſi *Lucianus* carpat illum uſum τῷ διάφθορα paſſivum in Soloec. §. 3. ipſe tamen non veretur ſaepe diſcedere ab ſtrictis Atticismi regulis, quas eo in libello, ut alium quendam irrideret, Sophiſtas & Grammaticos ſecutus fixerat. Τὸ σῶ-

μα.

mæ vestigia sanavi, quando nuper huc adscendisti semustus, ab utrisque corrupto corpore, tum tunica, tum deinde igne. Ego vero si nihil aliud, neque servivi, quemadmodum tu, neque carminavi lanam in Lydia purpuream vestem indutus, ictusque ab Omphale aureo sandalio: sed neque atra bile percitus interfeci liberos & uxorem. HERC. Nisi desieris conviciari mihi, confestim scies, quam tibi non multum profutura sit immortalitas: etenim sublatum te projiciam præcipitem in caput e cœlo, ut ne Pæan quidem ipse mederi tibi possit,

τα ἰασάμην, ὅτε πρῶην ἀνῆλθες ἡμίφλεκτος ὑπ' ἀμφοῖν [a] διεφθαρμένῳ τῷ σώματι, ζ ἐχιτῶνι, ϗ μὴ τοῦτο, ζ πυρός. ἐγὼ δὲ εἰ ϗ μηδὲν ἄλλο, ἀλλ' ἐπειδὴ ἦλθες ὥσπερ σὺ, οὔτε ἔφαινον ἔρια ἐν Λυδίᾳ, πορφυρίδα ἐνδεδυκὼς, ϗ παιόμενος ὑπὸ τῆς Ὀμφάλης χρυσῷ σανδάλῳ, ἀλλ' οὐδὲ μελαγχολήσας ἀπέκτεινά τὰ τέκνα ϗ τὴν γυναῖκα. HPA. εἰ μὴ παύσῃ λοιδορούμενός μοι, αὐτίκα μάλα εἴσῃ, ὡς οὐ πολύ σε ὀνήσει ἡ ἀθανασία, ἐπὶ κεφαλὴν ἐκ ζ ὑράνου ῥίψω σε, ὥστε μηδὲ [30] Παιήων ἰάσασθαί σε, τὰ

[a] Διεφθαρμένῳ τῷ σώματι] *Thom. Mag.* Διεφθορὼς τὸ σῶμα. Posterius etiam L.

30. Τὰ τέκνα ϗ †τὴν γυναῖκα] ‡Μεγάραν τέκνα τῆ Ἡρακλέους, Ὀνήτης, Θηρίμαχος, Δημοκόων & Κρεοντιάδης. *V.*

† Τὴν γυναῖκα] Μεγάραν] Haec ita distinxi, ut nomen uxoris Scholium sit. *M. du S.*

‡ Μεγάραν] Ut edidimus, ita distinguendum esse videtur etiam *Matth. Sladus*: in *V.* male praeterea Κρεοντιάδης & Μεγάραν, quorum illud correxit, hoc retinuit E. A. Megaram cum tribus liberis scelere furentis Herculis interiisse scripsit *Euripides* in Tragoedia cognomine, itidemque *Seneca*, quanquam alias ordine rerum & scenae multum diversus: vid. *Hygin.* F. XXXI. XXXII. CCXLI. Alii consultius se facturos arbitrati sunt, si Megaram uxorem tanto parricidio non subducerent tantum, sed in aliud etiam matrimonium darent: ita sane *Diodor. Siculus*, cujus, utpote historici, fidem in fabulis vide an potius amplectendam existimes, IV. p. 153. B. 164. D. ubi Hercules τελέσας τοὺς ἆθλους τὸν μὲν ἑαυτῷ γυναῖκα Μεγάραν συνάψασθαι Ἰολάῳ, διὰ τὸν φυσὶ τὰ τέκνα συμφορὰν ὑποπτεύσαντα τὴν ἐξ ἰκείνης παιδοποιίαν. Sed profecto res tota est lubrica: nam Thebani ἱστοροῦσιν Ἡρακλέα τῶν παίδων τῶν ἐκ Μεγάρας μὴ ἅψασθαι τὰ ἐς τὸν θάνατον λέγοντες, ἃ Στησίχορος ὁ Ἱμεραῖος καὶ Παυσανίας ἐν τοῖς Ἔπεσιν ἐπεδείκνυσαν, teste *Pausan.* IX. c. 11. qui tamen, non pro sua sedulitate, quid istorum poëtarum in hoc genere Musae cecinerint, celatos nos voluit: is idem vero de Megara dimissa ad *Diodorum* accedit X. p. 870. ταύτην γυναῖκα ἴσχειν Ἡρακλῆ τὴν Μεγάραν, καὶ ἀποτεκεῖν αὐτῷ χρόνον, ὅτε παίδων τε ἐστερημένῳ τῶν ἐξ αὐτῆς, καὶ αὐτὴν ἀγάμενος (malim ἀχθόμενος) ἐπὶ ἐμοίνοντι τῷ Δελφοῖ. Numerus liberorum, quos ex Creontis filia suscepit Hercules, haud sane magis constat: quatuor recensent *Scholiastes Noster*; uno minus *Euripid.* Herc. Fur. v. 474. nomine tamen nullum signans, quod nec *Seneca* fecit: ergo citandus est *Apollodor.* II. p. 107. qui nos docet: ἐξ ἧς (Μεγάρας) αὐτῷ παῖδες ἐγένοντο τρεῖς, Θηρίμαχος, Κρεοντιάδης, Δικάων· hoc bene feceris, si restituas in Commentatore nostro pro Δημοκόων. *Hyginus* praeter Therimachum & Ophiten nullos commemorat. Jam si Pindarum Thebanum adeamus, quem unice res patrias optime tenuisse credibile est, respondebit scilicet — χαλκοκῶπι ὀκτὰ θανόντων; Τοὺς Μεγάρα τέκεν οἱ Κρεοντὶς υἱεῖ· ibi insignis est Scholiastae veteris nota prolatis auctoritatibus grave scriptorum dissidium affirmantis: inter alios *Aeneas* Argivus quatuor proponit, cum quo prorsus consentit *Apollod.* II. p. 151. ἐκ Μεγάρας δὲ τῆς Κρέοντος, Θηρίμαχος, Δικάων, Κρεοντιάδης, Δεικόων· sic tamen, inquis, ipse secum pugnat, qui modo Deionis oblitus tres tantum ediderit; sciendum est hoc *Apollodoro* saepius accidere, proinde atque diversos scriptores, quos sequatur, in manus sumserit. Sed nimirum error aliquis facile subrepere potuit in tam numerosa heroum fortissimi prole, quam si colligas in unum, non familiam, sed exercitum confeceris: itaque suspicari licet Megarae filiis additum fuisse unum & alterum, qui ex alia uxore fuerant procreati. *Pherecydes* apud *Scholiastem Pindari* Glenum nominat: is Glenus Deianirae fuit filius: *Schol. Sophocl.* ad Trachin. v. 54. ἔσχε γὰρ αὐτὴ παῖδα ἐξ Ἡρακλέους, Τλλον, Κτήσιππος, Γλῆνον, Ὀλίτης non aegre ferret Olites, si sic scribatur, prorsus ignotus atque intestabilis, suum sibi nomen restitui, idque sponsore *Diodoro* IV. p. 168. D. ἐτέκνωσε δὲ καὶ ἐκ τῆς Δηϊανείρας τοῦ Τλλου υἱοὺς δύο Γωνέα καὶ Ὀδίτην observant in aliis exemplaribus legi Γληνέα, quod omnino rectum est; nam Γωνέα dum quis investiget, multum erit laboris inimendum. Ceterum unius literulae discrimen apud me tanti non habetur, quin Ophiten, Oditen, & nostri Scholiastae Onytem eundem statuam: hac occasione juvandus est *Apollodor.* II. p. 151. cujus inquinatissimo loco nemo, quod sciam, hactenus opem tulit; ἐκ Δηϊανείρας τῆς Οἰνέως Τλλῳ, Κτήσιππος, Γλαυκοπίτης· quos duos in unum mirifico facinore librarii conflarant, sejungere nescivit Interpres: expediam illigatos: Γλαῦκος vel Γλήνης, Ὀνήτης, nisi forte, me non invito, cum nostro Commentatore praeferas Ὀνήτην. *T. H.*

μου vero a male sedulis correctoribus non raro migrare jussum in τοῦ σώματος ista labes mentem corrupit sententiae Pythagoreae in *Jamblichi* Protr. c. II. p. 4. sic ibi legendum est ope Codicis Reinesiani: βλαβερὰ μάλιστα τροφὴ μὲ ἀφθονία τοῦ τὸ σῶμα, κτήσεως δὲ τοῦ τὴν ψυχὴν ἀφελιμωτάτου πανός. *Arcerium* hic nihil vidisse satis patet: propius accesserat, quippe ingenio longe praestantior, Anonymus. *T. H.*

Ibid. Τῶ χιτῶνος] *Ovid.* Met. IX. 152. 213. & 130. *M. du S.*

26. Ἐδούλευσα] V. *Clem. Alex.* p. 15. B. *M. du S.*

28. Παιόμενος] *Ovid.* IX. Heroid. *M. du S.*

Παιόμενος ὑπὸ τῆς Ὀμφάλης] Meminit hujus loci *Crusollius* Th. Rhet. V. c. 6. ubi tum de verbo ῥαπίζειν minus bene commentatur, tum Plutarchi locum, qui a *Casaubono* egregie fuerat illustratus ad *Sueton.* August. c. 82. male tractat. *T. H.*

29. Μελαγχ.] *Eurip.* & *Seneca* Herc. fur. *M. du S.*

34. Μηδὲ †Παιήων &c.] Quo spectaverit *Lucianus*, indicat forma vocis poëtica: nimirum ad *Homeri* Il. E, 401. 899. Dicitur autem quasi proverbio: *Apollon.* Arg. IV, 1511. ille serpens, a quo percussus interiit Mopsus, quemcumque dentibus modo tetigerit, eum exspirare necesse est, Οὐδ' ἂν Παιήων, εἰ μοι θέμις ἀμφαφάσθαι,

τὸ κρανίον συμβρίβεντα. ΖΕΥΣ. παύσασθε, φημί, ἢ μὴ διὰ παντὸς ἡμῖν τὴν ξυνουσίαν, ἢν ἀμφοτέρους ἀποπέμψομαι ὑμᾶς τῆς συμποσίου· καίτοι εὔγνωμον, ὦ Ἡράκλες, προκαλαχλίνεσθαί σε τὸν Ἀσκληπιὸν, ἅτε καὶ πρότερον ἀποθανόντα.

cranio contrito. JUP. Finem, inquam, altercandi facite, & non conturbate nobis consuetudinis jucunditatem: sin, ambos ego ablegabo vos foras a convivio. Enimvero æquum est, Hercules, priorem decumbere Æsculapium, ut qui prior etiam obierit.

XIV.

ΕΡΜΟΥ ΚΑΙ ΑΠΟΛΛΩΝΟΣ.

MERCURII ET APOLLINIS.

ΕΡ. Τί σκυθρωπὸς εἶ, ὦ Ἄπολλον; ΑΠ. Ὅτι, ὦ Ἑρμῆ, δυστυχῶ ἐν τοῖς ἐρωτικοῖς. ΕΡ. ἄξιον μὲν λύπης τὸ τοιοῦτον· σὺ δὲ τί δυστυχεῖς; ἢ τὸ κτὶ ἡ Δάφνιδι σε λυπεῖ ἔτι; ΑΠ. οὐδαμῶς· ἀλλ' ἐρῶ-

MER. 1. QUid contracto vultu es, Apollo? AP. Quia enim, Mercuri, parum ex sententia mihi procedunt res amatoriæ. MERC. Dignum certe mœrore tale negotium: tu vero qua parte infortunatus es? num casus Daphnes te pungit adhuc? AP. Nequaquam; sed delicias

36. Τὴν ξυνουσίαν] Τὴν * εὐωχίαν. V.

* Εὐωχίαν] *Matth. Sladus & M. du Soul* εὐωχίας. *T.H.*

φιλὸν υἱὸν, Φαμμάσην — quem locum commode protulit *L. Bos* Obſ. Crit. p. 44. Vid. *Phalar.* Ep. I. *T.H.*

46. Τὸν Οἰβάλου] V. *Philoſtr.* Imag. p. 798. Vetuſtiores Edd. Οἰβάδου, quod in recentioribus recte mutatum. L. etiam recte Οἰβάλου. Neque ſolus *Lucianus* Oebali filium facit. Idem enim tradunt *Philoſtratus* junior p. 885. & *Hyginus*. *Ovidius* etiam *Oebalidem* vocat X. 196. V. & XIII. 396. 588. Alii Amycli filium tradunt; V. *Nicandri* Scholia a *Meurſio* emendata & *Joh. Tzetzis* Var. Hiſt. I. 11. & *Apollod.* III. p. 87. B. Nec audiendus *Apollodorus*, qui Veneris & Adonidis natum facit. AG. V. 2222. *M. du S.*

Τὸν Οἰβάλου] Quas turbas dederit vitiata primarum Edd. ſcriptura, cognoſcere licet ex *Regio* ad *Ovid.* Metam. X, 196. *Hyacinthus Oebali filius*, *Hygin.* F. 271. ubi vide *Munckerum*, & *J. Meurſii* Regn. Lacon. c. II. Ad Mercurium autem non ſine ratione dolorem amiſſi Hyacinthi conqueritur Apollo: nam is ipſe ſimili plane caſu Crocum, delicias ſuas, extinctum luxerat, verſum etiam in odoratum ſui nominis fruticem. Vid. *Galen.* περὶ συνθ. φαρμ. τῶν κατὰ τόπους lib. IX. ubi *Philonis* epigramma, quo medicamenti ἀνωδύνου, ſive dolorem ſedantis, compoſitionem deſcripſit, interpretatur: meminit etiam *Auſon.* Ecl. VI, 11. *Ovid.* Metam. IV, 283. ubi Commentatores. Perquam eleganter *Martialis* XIV. Ep. 173. *Flectit ab inviſo morientia lumina diſco Oebalius Phœbi culpa dolorque puer.* *Cortinipotentis delicias* vocat *Lucilius* apud *Nonium* in *Contendere* p. 258. *Hunccine ego unquam* (inquam malebat *D. Heinſius*; quod non probo) *Hyacinthe hominem cortinipotentis Deliciis contendi?* — Satis apparet ſermonem fuiſſe de homine quodam deformi, quem vel *Lucilius*, vel is, quem loquentem induxit, jocoſe negat unquam ſe cum Hyacintho comparaſſe. *T.H.*

54. Λόγου] Sola Ed. *J.* hic τρόπου habet. Reliquæ & ipſa *Coll.* λόγου, quod ut non infrequens ſervavimus. *M. du S.*

56. Ὁ δὲ κάκιστα ἀνίμων ἀπολούμενος Ζέφυρος &c.] Patet in his verbis eſſe ἀπαμέλητος, quod plane tolli poteſt, ſi, ut eſt in edit. Baſil. ponas punctum poſt vocem ὑπερηφίας. *Atque ego cum illo ludebam diſco. Perditiſſimus vero omnium ventorum Zephyrus & ipſe jam dudum amabat, ſed neglectus, neque ferens iſtud faſtidium. Ego vero ſurſum jeci, ut ſolebamus, ſed ille ſpirans ab Taygeto, diſcum illum in caput puero impegit.* At Cl. *Graevius* ex MS. poſt eamdem hanc vocem locat ἐβούλετο, *inſidiatus eſt*: & certe id videtur requiri; ſed puto vitio typothetae ſecus id pro ἐπεβούλευσε excuſum eſſe. *J.J.*

58. Ἀμελούμενος δὲ ἢ μὴ φέρων] Vides pendere ſenſum, & nihil eſſe ad quod referatur ἀμελούμενος δὲ ἢ μὴ φέρων. Sed omiſſa eſt vox, ex MS. reſtituenda: ἤρα μὲ καὶ πολλοῦ ἦν αὐτὸς, ἀμελούμενος ἢ ἦν μὴ φέρων τὴν ὑπερηφίαν ἐβούλετο, ἐγὼ μὲ &c. *jamdudum etiam & ipſe amabat, ſed neglectus & non ferens faſtidium inſidias ſtruxit.* *J.G.G.*

Ibid. Τὴν ὑπερηφίαν] Lenire voluit aſperitatem oratio-

cias lugeo Laconem illum Oebali filium. MERC. Interiitne, dic, quæso, mihi, Hyacinthus? AP. Maxime. MERC. A quo, Apollo? & quis adeo amoris expers erat, ut occiderit formosulum illum juvenem? AP. Meum ipsius hoc est facinus. MERC. Num ergo te furor agitavit, Apollo? AP. Haut sane: sed infortunium quoddam involuntarium accidit. MERC. Quo tandem pacto? nam volo rem audire.

2. AP. Discum tractare discebat, ego-que una cum eo disco exercebar: tum, qui pessime ventorum pereat, Zephyrus amabat jamdudum & ipse, sed neglectus, neque ferens istud fastidium, dum projicio, ut solebamus, discum in altum, Zephyrus, inquam, a Taygeto deorsum spirans in caput puero impegit, quam poterat vehementissime, discum illum, sic ut ex vulnere sanguis manaret multus, & puer

μενον πενθῶ τὸν Ἀκάνθου τὸν [a] Οἰβάλου. ΕΡ. τέθνηκε γὸ, εἰπέ μοι, ὁ Ὑάκινθος; ΑΠ. ἰὼ μάλα. ΕΡ. πρὸς τίνος, ὦ Ἄπολλον; ἢ τίς οὕτως ἀνέρας ἦν, ὡς ἀποκτεῖναι τὸ καλὸν ἐκεῖνο μειράκιον; ΑΠ. αὐτῷ ἐμοὶ τὸ ἔργον. ΕΡ. ὑχεῖν ἐμάνης, ὦ Ἄπολλον; ΑΠ. οὐκ, ἀλλὰ δυστύχημά τι ἀκούσιον ἐγένετο. ΕΡ. πῶς; ἐθέλω γὰρ ἀκοῦσαι [b] τὸν λόγον.

ΑΠ. Δισκεύειν ἐμάνθανε, κἀγὼ συνεδίσκευον αὐτῷ· ὁ δὲ κάκιστα ἀνέμων ὑπολάβοι Ζέφυρος, ἤρα μὲν οὐκ ὀλίγου καὶ αὐτὸς, ἀμελούμενος δὲ, καὶ μὴ φέρων τὴν [c] ὑπεροψίαν, ἐγὼ μὲν ἀνέρριπτα, ὥσπερ εἰώθαμεν, τὸν δίσκον εἰς τὸ ἄνω· ὁ δὲ ὑπὸ [d] τοῦ Ταϋγέτου καταπνεύσας ὀλίγον κεφαλὴν τῷ παιδὶ ἐπέσεισε φέρων αὐτὸν, ὥστε ὑπὸ τῆς πληγῆς αἵματός τε ῥυῆναι πολλοῦ, καὶ τὸ παῖδα εὐ-

a Οἰβάλου] Sic recte L. P. S. A. Marg. AtW. Reliquae Edd. Οἰβάλιον. b Τὸν λόγον] τὸν τρόπον. J. c Ὑπεροψίαν] Post ὑπεροψίαν inserit G. ἰδούλευσε. d Τοῦ Ταϋγέτου] Sic invenitur in L. J. Bl. 2. S. A. Marg. AtW. Ceterae Edd. τὸ Ταϋγέτου.

54. Τὸν λόγον] Τὸν τρόπον. G.

58. Ἀμελούμενος δὲ . . . ἐγὼ. . .] Οὐχ οὕτως ἐπαίνων προλιβεῖς γὸ εὐθέως τὴν γενικὴν ἐπίφρασιν οὕτως † Ὅμηρος B. σκόπελος ὁ μὲν ἁρπάσων εὑρὼν ἐκάλεσε. Ἢ εἰ ὑπερβατῷ οὕτω νοητέον τὴν σύνταξιν· ἀμελούμενος δὲ ‡ ἀπὸ τοῦ Ταϋγέτου καταπνεύσας. Ἀλλὰ ἔ τοῦτο πάλιν ζητεῖται, ἀφ' τί οὐκ ἔστιν, ἀπὸ τοῦ Ταϋγέτου καταπνεύσας, ἀλλ' ἀπὸ τοῦ ᾗ φημὶ, ὅτι Ἀττικὴ συνήθεια τοῦτο, ἀντὶ γενικῆς εἰς εὐθεῖαν παραλαμβάνειν. G.

60. Ὁ δὲ ‡ ἀπὸ τ' Ταϋγέτου] Ἀντὶ ἀπὸ τοῦ Ταϋγέτου. Ἀττικὴ γὸ συνήθεια τοῦτο, ἀντὶ γενικῆς εἰς εὐθεῖαν παραλαμβάνειν. V.

62. Ἐπέσεισε] Ἐπεσείσας ἐφόνευσεν αὐτὸν. G.

† Ὅμηρος B.] Imo Od. M, 73. quod passim in Scholiis Risce laudatur. M. du S.

‡ Ἀπὸ τὸν Ταϋγέτου] Legendum τὸ Ταϋγέτου. Dicitur enim etiam ἀδύπατος, ut docet Stephanus in Ethnicis: & observandum hodie in Codicibus nostris legi ἀπὸ τῦ Ταυγέτυ. Verum mihi non constat an Attici solerent cum praepositione ἀπὸ nominativum conjungere. Certe Grammatici magno consensu monent unicum casum, Genitivum nempe ei conjungi. J. C.

Ἀπὸ τὸν Ταϋγέτου] Scholiastes in depravato haud dubio codice pro vulgato ἀπὸ τῦ Ταϋγέτυ legit ἀπὸ τὸν Ταΰγετον, eamque ait Atticam esse consuetudinem, ut pro Genitivo rectus casus sumatur. Sed potius Graeca ejus, ut edita sunt ponamus: Ο ΔΕ ΑΠΟ &c. Quae verba oscitantem scriptorem declarant. Is casus, sive illa αντωσις non vitiosa, sed αντιπλοκη foret. At vero quis apud ullum Graece scribentem invenit ἀπὸ alii, quam secundo, casui junctum? in hoc certe Luciani loco constantissima est omnium editionum, eaque recta lectio, ἀπὸ τῦ Ταϋγέτυ. J. P.

Ἀπὸ τὸν Τ.] Τὸ C. M. τὸ & τῦ. M. du S.

tionis, ut videbatur, male cohaerentis, qui in Codice Graeviano interpositus ἰδούλευσε, sive potius ἐπεδούλευσε sed Luciano multum vereor, ut approbetur haec nimis officiosa diligentia, quae Apollinis indignantis impetum narrandi molesto tractu retardat. Sunt certe Veterum in scriptis ejusmodi ἀναπολογίαι satis frequentes, nonnunquam per incogitantiam oblatae, saepe studio quaesitae; quando ad animandam orationem ars consuetas structurae leges contemnere non reformidat. Hoc duplex genus quomodo dignoscatur, exemplis alibi docebimus. T. H.

59. Ἐγὼ δὲ . . . . .] Locum huic similem vis? adi Dial. Apoll. & Bacchi seu Θ. Δ. XXIII. & XV. & apud Xenoph. Cyrop. IV. Ed. St. p. 66, 27. M. du S.

60. Δίσκον] Δίσκος quid sit vide Γυμν. c. 27. A. V.

Ibid. Ἀπὸ τῦ Ταυγέτου καταπνεύσας ἐπὶ κεφαλὴν τῷ παιδὶ, ἐπέσεισε] Non debuerat haec distinctio ex editione Benedicti in hanc propagari, quum priores melius καταπνεύσας, ἐπὶ κεφαλῇ τῷ παιδὶ ἐπέσεισε, eamque sequatur in interpretatione Benedictus. J. G.

Τῦ Ταϋγέτου] Sic saniores Edd. J. Ba. S. A. & ipse Cod. L. & Coll. Reliquae τὸ Ταϋγέτου, & ipse Scholiastes,

εὐθὺς ἀποθανεῖν. ἀλλ' ἐγὼ τ μὲν Ζέφυρον αὐτίκα ἠμυνάμην καλατοξεύσας, φεύγοντι ὀπισπόμενος ἄχρι ζ ὄρους· τῷ παιδὶ δὲ ηὐ τάφον ἐχωσάμην ἐν Ἀμύκλαις, ὅπου ὁ δίσκος αὐτὸν κατέβαλε. ηὐ ἀπὸ ζ αἵματος ἄνθος ἀναδῦναι τ γῆν ἐποίησα, ἥδιστον, ὦ Ἑρμῆ, καὶ εὐανθέστατον ἀνθέων ἁπάντων, ἔτι καὶ γράμματα ἔχον, ἃ ἐπαιάζουσα τῷ νεκρῷ. ἆρά σοι ἀλόγως λελυπῆσθαι δοκῶ; EP. ναί, ὦ Ἄπολλον· ἤδεις γὰρ θνητὸν ὄντα τὸν ἐρώμενον· ὥστε μὴ ἄχθου ἀποθανόντος.

statim emoreretur. At ego Zephyrum e vestigio ultus sum sagittis immissis, fugientem persecutus usque ad montem; puero vero sepulcrum exaggeravi Amyclis, ubi discus illum dejecit; atque a sanguine florem submittere terram feci suavissimum, Mercuri, & floridissimum omnium florum, qui praeterea literas habet luctum super mortuo testantes. Num tibi sine ratione tristitia videor adfectus? MERC. Utique, Apollo: noras enim, qui mortalis esset, te tibi nactum fuisse amatum: quare ne graviter feras eo mortuo.

XV. MER-

a Ἐπαιάζουσα] ἐπαιανίζοντα C.

66. * Ἐπισπόμενος] Ἐπισπώμενος ἀντὶ τοῦ ἑλκόμενος ω μόνα, ἀπὸ τοῦ ἐπισπάομαι· ἐπισπόμενον ζ ἀντὶ τοῦ ἐπακολουθήσαντα, ὥσπερ ἐνταῦθα, † μικρὸν ἀπὸ τοῦ ἕπομαι· ἔστι δὲ ποιητικὸν ‡ ἐντάσσεται ζ γενικῆ. V.

71. Ἐπαιανίζοντα] § Ἐπιθρήνουσα, ἐπιτραγῳδοῦντα. G.

* Ἐπισπόμενον] Ἀντὶ τοῦ ἑλκόμενον μόνα] Sic vitiose A. & mox ἐπισπώμενον· dein recte mutavit *M. du Soul.* *T. H.*

† Μικρόν] Deest litera O, etiam in Cod. M. *M. du S.*

‡ Ἐντάσσεται] L. συντάσσεται, ut ad initium Nigrini: *desunt* συντάσσεται· nunquam aliter loquuntur Veteres Grammatici. *T. H.*

§ Ἐπιθρήνουσα] Ἐπιθρηνοῦσα· alterum ne Graecum quidem. *T. H.*

ses, qui ridicule ad Atticismum confugit. V. Ἴακ. c. 11. *M. du S.*

67. Ἀμύκλαις] Unde Oriundus Hyacinthus, vide *Ovid.* l. c. *M. du S.*

71. Γράμματα ἐπ.] Literae AI, AI. quae cui flori inscriptae conspiciantur, nescio. Non certe in nostris hyacinthis; nisi forsan nomen antiquum novo tributum sit flori. Neque enim de nihilo haec & Ajacis fabula putanda est. Certe florem in sylvis purpureum vidisse me memini, cujus puncta facile a Poëtis literas, quas volebant, exhibere apta putata sint. *Ovidius* & *Moschus* idem narrant. *M. du S.*

Ibid. Ἐπαιάζουσα τῷ νεκρῷ] *Salmasius*, quia notae utriusque a Veteribus descriptae parum consentiunt, poetas alium ac suum habuisse hyacinthum, suum aliumque medicos & naturalis historiae indagatores statuit: illum esse *xyrin*, *iridem agrestem*, vel *gladiolum* Latinorum: vide *Plin.* Exerc. p. 860, 861. & *Hyl.* Iatr. c. XXII. Quicquid fere veterum est poetarum literis funestis & ἐπαιαζούσαις τῷ νεκρῷ hunc insignem fuisse florem testantur; qua de re non vulgaria promsit *N. Heins.* ad *Ovid.* Metam. X, 215. *Paus.* II. p. 195. Hermionenses refert annuum egisse festum coronatos: πλέκονται δὲ οἱ στέφανοι σφίσιν ἐκ τοῦ ἄνθους, ὃ καλοῦσιν οἱ ταύτῃ κομμοσάνδαλον, ὑάκινθον ἐμοὶ δοκεῖν ὄντα καὶ μυγίθει ἐς χροιάν· ἔπεισι δὲ οἱ ἐς τὰ ἐπὶ τῷ θρήνῳ γράμματα. Scribi debere κοσμοσάνδαλον patet ex *Clearchi* verbis apud *Athen.* XV. p. 681. C. ὁρᾷ τοὺς κοσμοσάνδαλον ἀνευρόντας Λακεδαιμονίους, οἳ τ παλαιόταλον ἐν τοῖς πολιτικοῖς ΚΟΣΜΟΝ συμπατήσαντες ἐξετραχηλίσθησαν expedita quidem structura, sed mens scriptoris mihi quidem intricatior, cujus intellectum nihil adjuvit *J. Meurs.* Misc. Lac. II, 17. non aliter variis in locis Comicorum p. 685. & *Poll.* VI, 106. *Ruellius* etiam *cosmosandalum* posuit in Hist. Stirp. Ceterum, ut *Plinius* observat, duplex hyacinthum fabula comitatur: cum Luciano multi conspirant: *Lutat.* ad *Stat.* Theb. IV, 223. bene a *Barthio* restitutus: *Serv.* ad *Virgil.* Ecl. III, 106. hoc insuper addens; *Est autem quasi lilium rubrum designans primam Hyacinthi literam*: ex quibus patet, unde nata sint in *Ovidii* libris antiquis illa versiculi, quem modo indicavi, lectionum, ut ait *Heinsius*, monstra. *Prudent.* περὶ Στεφ. H. X, 191. *Mox flevit impuratus occisum gravi Disco, & dicavit florulentum subcubam. Philostr.* Ep. LXI. Οὐκ οἶδας ὃν Ὑάκινθον; ἀλλ' ἐστέφανώσω τῷ τραύματι; quorum versione novissima vix est, ut quicquam ineptius fingi possit: *& annon eum amoris vulnere coronam meruisse putas?* longe aliud spectabat *Philostrati* sophisticum acumen: *Non tu vidisti ergo Hyacinthum? nec capiti corollas aptasti ex eo flore, qui de vulnere prodiit & sanguine Hyacinthi?* Haud pauciores ab Ajacis cruore in ensem Hectoreum incumbentis ortum esse confirmant: testis luculentus, pro aliis etiam, *Euphorion* versibus egregiis, quos *Theocriti Scholiastae* referimus acceptos ad Eid. X, 28. Ποφυρίη ὑάκινθε, σὺ μὲν μία φάτις ἀοιδῶν Ῥοιτείοις ἀμάθοισι διδευκέτος Αἰακίδαο Εἴαρος ἀντέλλουσα γεγραμμένα κηκύουσαι hunc in modum e membranis corrupta verba Praestantissimus *Casaubonus* expolivit Lect. Theocr. c. XI. a cujus emendatione quare diversus abierit *Salmasius* Exerc. Plin. p. 733. B. nihil excogitare possum aliud extra syllabam primam in φάτις productam: ratio parum idonea: nam si vel maxime nusquam non corriperetur, in proclivi erat re-

XV.

MERCURII ET APOLLINIS. ΕΡΜΟΥ ΚΑΙ ΑΠΟΛΛΩΝΟΣ.

MERC.

1. ET quale tandem, claudum istum Vulcanum, & artis opificem illiberalis, Apollo, pulcerrimas in matrimonio habere Venerem & Gratiam! AP. Fati quædam felicitas, o Mercuri: neque tamen id non demiror, quî pati possint consuetudinem ejus, maxime quando vident sudore manantem, in fornacem pronum atque intentum, multam fuliginem in facie habentem: attamen talem amplectuntur, osculantur & una

ΕΡΜ.

75 Τὸ δὲ ἐν χωλὸν [b] αὐτὸν ὄντα Ἥφαιστον, ἐν τέχνην ἔχοντα βάναυσον, ὦ Ἀπολλον, τὰς καλλίστας γεγαμηκέναι, τήν τε Ἀφροδίτην, καὶ τὴν Χάριν; ΑΠ. εὐποτμία τις, ὦ Ἑρμῆ· πολὺν ἐκεῖνό γε ἐγὼ θαυμάζω, τὸ ἀνέχεσθαι συνόντας αὐτῷ, καὶ μάλιστα ὅταν ὁρῶσιν ἱδρῶτι ῥέοντα, εἰς τὴν κάμινον ἐπικεκυφότα, πολλὴν αἰθάλην ἐπὶ τῷ προσώπῳ ἔχοντα. καὶ ὅμως τοιοῦτον ὄντα αὐτὸν, περιβάλλουσί τε, καὶ φιλοῦσι, καὶ συγκα-

b Αὐτὸν ὄντα] ὄντα τὸν *J.*

78. * Εὐποτμία] Εὐτυχία. *V.*

* Ἀπ.] ἀτυχία] Pravo usus est Codice; utrobique enim erratur. Εὐπ. ὠν. scribendum fuit, & ita in Exc. legitur. *M. du S.*

reponere φῦμις, cujus vicem subierit adscriptum interpretandi causa φατις. Verum enim vero rarior utrique unius vocalis intellectus obstitit, ne sensum Euphorionis haberent exploratum; quod *Casaubonus* distinguendo, *Salmasius* certioribus etiam argumentis patefecit ad *Solin.* p. 880. F. etenim ἔαρ hic non *ver*, quemadmodum illi sunt arbitrati, sed *sanguinem* indicat: Cypriae dialecto vox propria: vid. *Hesych.* in Ἔαρ, Εἶαρ, Ἦαρ, Ἠροκύτης, Ἴαρα, Ἰαροκότης, & Fragm. *Callimachi* Bentl. n. CCI. CCXLVII. *Oppian.* Halieut. II, 618. & Schol. quae tamen potestas ceteroquin *Salmasium* ipsum non fugiebat Plin. Exerc. p. 906. ubi *Scaliger* immerito castigatur. Jam sententia, ni fallor, versuum est planissima: illud eximium & vere poëtici coloris, *γεγραμμένα κακίοσιν, ipsis literarum notis luctum gemitumque prodentem.* Porro fabulam utramque quum reperiret *Ovidius*, ingeniose conjunxit Metam. X, 208. XIII, 397. deinde secuti sunt eum *Servius*, aliique Grammatici. *T. H.*

75. Τὸ δὲ ἐν χωλὸν &c.] Initium dialogi tam abruptum, & ab illa Lucianea sermonis ordiendi expedita facilitate abhorrens, ut parum absit, quin intercidisse nonnulla statuam: nam aliud quidem colloquium utriusque numinis reperio nullum, cum quo commode connecti posse videatur. Ἥφαιστον adposuisse aliquem suspicor in margine, ut; de quo sermo haberetur, indicaret: postmodum illa vox, quemadmodum saepe fieri solet, in contextum migravit. Si quis ab exemplo Dial. II. & XXIV. quanquam eorum diversa est ratio, defensionem paret, tum certe parvula mutatione lectionem vulgarem adjutam malim: Τὸν δὲ ἐν χωλὸν ὄντα τὸν Ἥφαιστον &c. *T. H.*

Ibid. Ὄντα τὸν] Edd. pleraeque αὐτὸν ὄντα, absque τόν. Optime, mea quidem sententia, *J.* quam expressimus. *M. du S.*

78. Τὴν Χάριν] Hoc est, maximam natu trium Charitum, seu Gratiarum, quam poëtae collocarunt Vulcano propter opera ejus *χαρίεντα, elegantia.* *J. C.*

83. Καὶ ὅμως τοιοῦτον ὄντα αὐτὸν, περιβάλλουσί τε, καὶ φιλοῦσι, καὶ συγκαθεύδουσι] Patet, postremum verbum συγκαθεύδειν ita contexi cum verbis praecedentibus, quae accusativum & poscunt & habent, quasi & ipsum gauderet eodem casu; quod tamen re ipsa ita sese non habere, manifestum est. Sed ita scilicet aliquando solet unus casus poni, ad quem verba sequentia, diversum licet casum postulantia, sint referenda: inque eo iterum cum Graecis conveniunt Latini. Ita apud *Livium* XXXIX. cap. XI. *Si quid ad eas* (leges) *addi, demi, mutarive vellet, rursus ab Senatu ei postulandum fore.* Hic unum *addi* potest proprie ad τὰ, *ad eas* referri: apud eumdem XXXV, c. 19. *Odi odioque sum Romanis.* Apud *Ciceronem* quoque in Verrina, c. 54. dicitur Timarchides, Verrinae nequitiae satelles, in Sicilia *omnium adversarios, omnium inimicos diligenter cognoscere, colloqui, attentare.* Certe τὸ *colloqui*, quod hic cum eodem, quo *cognoscere* & *attentare*, casu construitur, proprie aliter construendum foret, ut notum est. *J. J.*

καθεύδωσι. ΕΡ. τοῦτο ἐγὼ αὐτὸς ἀγανακτῶ, καὶ τῷ Ἡφαίστῳ φθονῶ· σὺ δὲ κόμα, ὦ Ἄπολλον, καὶ κιθάριζε, καὶ μέγα ὄπι τῷ καλλει φρόνει, κἀγὼ ὄπι τῇ [a] εὐεξίᾳ, καὶ τῇ λύρᾳ· εἶτα, ἐπειδὰν κοιμᾶσθαι δέοι, μόνοι καθευδήσομεν.

ΑΠ. Ἐγὼ δὲ καὶ ἄλλως ἀναφρόδιτός εἰμι εἰς τὰ ἐρωτικά, καὶ δύο γοῦν, οὓς μάλιστα ὑπερηγάπησα, τὴν Δάφνην, καὶ τὸν Ὑάκινθον, ἡ μὲ ἀποδιδράσκει, καὶ μισεῖ, ὥστε εἵλετο ξύλον γενέσθαι μᾶλλον, ἢ ἐμοὶ συνεῖναι· ὁ δὲ ὑπὸ τοῦ δίσκου ἀπώλετο, καὶ νῦν ἀντ' ἐκείνων στεφάνους ἔχω. ΕΡ. ἐγὼ δὲ ἤδη ποτὲ τὴν Ἀφροδίτην· ἀλλ' οὐ χρὴ αὐχεῖν. ΑΠ. οἶδα, καὶ τὸν Ἑρμαφρόδιτον ἐκ σοῦ λέγεσθαι τεκέσθαι· πλὴν ἐκεῖνό μοι εἰπέ, εἴ τι οἶσθα, πῶς οὐ ζηλοτυπεῖ ἡ Ἀφροδίτη τὴν Χάριν, ἢ Χάρις ταύτην;

ΕΡ. Ὅτι, ὦ Ἄπολλον, ἐκείνη μὲν αὐτῷ ἐν τῇ Λήμνῳ σύνεστιν, ἡ δ' Ἀφροδίτη ἐν τῷ οὐρανῷ· ἄλλως τε, οἶδα τὸν Ἄρη ἔχει τα πολλὰ, κἀκείνου ἐρᾷ, ὥστε ὀλίγον αὐτῇ γε χαλκέως τούτου μέλει. ΑΠ. καὶ ταῦτα οἴει τὸν Ἥφαιστον εἰδέναι; ΕΡ. οἶδεν· ἀλλὰ τί ἂν

cubant. MERC. Illud & ipſe indignor, Vulcanoque invideo. Jam tu capillos come, Apollo, & citharam pulſa, & ſuperbius ob pulcritudinem effer te, atque ego ob palæſtricum corporis habitum, & artem lyræ temperandæ; tum ubi cubitum erit eundum, ſoli ſcilicet dormiemus.

2. AP. Ego quidem & alias invenuſtus ſum in rebus amatoriis: duorum ergo, quos maxime ſupra ceteros dilexi Daphnen & Hyacinthum, hæc aufugit me & odio habet usque eo, ut præoptarit arbor fieri, quam mecum eſſe; ille autem diſci jactu interiit: & nunc illorum vicem coronas habeo. MERC. At ego jam aliquando Venerem: ſed non oportet gloriari. AP. Scio: Hermaphroditum etiam ex te dicitur peperiſſe. Verum illud mihi, ſi forte ſcis, expone, quo pacto non æmulatur Venus Charitem, aut Charis illam?

3. MERC. Quoniam, Apollo, illa in Lemno cum ipſo degit, Venus in cœlo: quæ præterea circa Martem eſt occupata plurimum, eumque amat; ideoque parum ipſam fabri iſtius ferrarii cura tangit. AP. Hæc tu putas Vulcanum ſcire? MERC. Sane: ſed quid effi-

a Εὐεξίᾳ] Εὐγλωττίᾳ L.

91. Ἀναφρόδιτος] Ἀφρὸς καὶ ἀνεπίχαρις. V.

88. Τῇ Λύρᾳ] Lyræ quidem, uti ſupra viſum (Dial. VII.) inventor Mercurius. Sed Muſicen inter præcipuas ejus dotes, coram Apolline, numerari, minime Lucianeum eſt. Vid. tamen Dial. VII. & *Horat.* Carm. I. Od. X. *M. du S.*

91. Ἀναφρόδιτος] *H. Stephan.* Gr. L. Theſ. T. I. p. 613. poſtquam monuerat ἀναφρόδιτον eſſe *a Venere alienum, invenuſtum*, poſitis etiam his *Luciani* verbis addit: *quod quidam exponunt*, adverſa Venere natus. Non aliter *invenuſtum* capit venuſtiſſimus *Muretus* in *Terent.* Andr. A. I. Sc. V, 10. *rebus amatoriis infortunatum & infelicem, quod Graeci dicunt* ἀναφρόδιτον. *Graecus ille Samoſatenſis*: ἐγὼ δὲ ὁ ἄνους ἀναφρόδιτος &c. & venuſtas *interdum eſt* ἡ ἐν τοῖς ἐρωτικοῖς εὐδαιμονία. Terent. Quis me eſt fortunatior, venuſtatisque adeo plenior? *Ubi tamen* Nonius *legit* vetuſtatis: *ſed falſo, ut puto.* Haec *Muretus.* *T.H.*

4. Ἐν τῇ Λήμνῳ σύνεστιν] De Charite praeter Venerem Vulcano juncta res eſt nota: Aglaiam ὀπλοτάτην Χαρίτων vocat *Heſiod.* Theog. v. 945. Thaliam nonnulli, teſte *Euſtath.* ad Il. Σ. p. 1148. *Homerus* nihil aliud, quam Χάριν λιπαροκρήδεμνον, Καλὴν, τὴν ὄπυιε ἀμύμων Ἥφαιστος ἀμφιγυήεις Il. Σ, 382. quod *Pauſanias* obſervat IX. p. 781. ubi de Gratiis egregia multa. Vid. *Cornut.* de N. D. c. 15. p. 163. c. 19. p. 183. Verum Vulcano, Deorum haud ſane formoſiſſimo, quis tam ſollicite proſpectum voluerit (*Lucianus* enim non ingenium hic ſuum, ſed alios auctores videtur ſecutus) ut, partito munere conjugali, ſive in coelo verſaretur, ſeu Lemnum viſeret, optatos tamen pulcerrimae conjugis infuſus gremio amplexus inire poſſet, mihi non ſuccurrit. Charitem etiam in Lemno ponere videtur *Schol. Homer.* ad Il. Ξ, 230. ibi quaeſitum eſt apud Veteres, ut in nectendis ex Homero nodis mirifica quadam ſunt induſtria, cur Juno Somnum conventura Lemnum a principe poëtarum adire fuerit juſſa: huic molliendae difficultati inter alia plura & forte deteriora tale remedium adhibetur: dominum eſſe Lemni Vulcanum, uxorem ejus Charitem; cujus germanam Paſitheam, quae ſororis in contubernio vivebat, quum Somnus efflictim amaret, ideo ſcilicet, ut propius ab optatiſſimae virginis adſpectu ab-

efficere possit, quum strenuum videt juvenem, eumque militem: quare quiescit, sibique temperat; nisi quod minatur, vincula se quædam machinaturum adversus illos, & oppressurum irretitos in lecto. AP. Nescio: at equidem optaverim is esse, qui sit capiendus.

θράσαι δύναιτο, γενναῖον ὁρῶν νεανίαν, καὶ στρατιώτην αὐτόν· ὥστε τὴν ἡσυχίαν ἄγει· πλὴν ἀπειλεῖ γε δεσμά τινα ἐπιμηχανήσασθαι αὐτοῖς, καὶ συλλήψεσθαι, σαγηνεύσας ὅπη ἔνυπνος. ΑΠ. Οὐκ οἶδα, εὐξαίμην δ' ἂν αὐτὸς ὁ ξυλληφθησόμενος εἶναι.

XVI.

JUNONIS ET LATONÆ. ΗΡΑΣ ΚΑΙ ΛΗΤΟΥΣ.

JUN. ΗΡΑ.

1. PUlcros enim vero, Latona, & tuli liberos peperisti Jovi. LAT. Non omnes, Juno, tales parere possumus, qualis est Vulcanus. JUN. Sed hic claudus tamen utilis est, quippe artifex optimus, & adornavit nobis coelum, & Venerem duxit, ab eaque observatur. De tuis autem liberis, illorum hæc virilis ultra modum & montana; ac denique in Scythiam profecta nemo nescit quales cibos capiat hospitibus interfectis, atque imitata Scythas

Καλὰ μέν γε, ὦ Λητοῖ, καὶ τὰ τέκνα ἔτεκες τῷ Διΐ. ΛΗ. σὺ πᾶσαι, ὦ Ἥρα, τοιούτους τίκτειν δυνάμεθα, οἷος ὁ Ἡφαιστός ἐστιν. ΗΡΑ. ἀλλ' ἔτι μὲν ὁ χωλὸς, ὅμως χρήσιμός γε ἐστὶ, τεχνίτης ὢν ἄριστος, καὶ καλλικεκόσμηκεν ἡμῖν τὸν οὐρανὸν, καὶ τὴν Ἀφροδίτην ἔγημε, καὶ σπουδάζεται πρὸς αὐτῆς· οἱ δὲ σοὶ παῖδες, ἡ μὲν αὐτῶν ἀρρενικὴ πέρα τοῦ μέτρου, καὶ ὀρεία, καὶ τὸ τελευταῖον, ἐς τὴν Σκυθίαν ἀπελθοῦσα, πάντες ἴσασιν οἷα ἐοδίει ξενοκτονοῦσα, καὶ μιμουμένη τοὺς Σκύθας αὐ-

[3] abesset, in Lemno desedisse. At *Homerus* & Charitem, & ipsam Vulcani officinam in coelo collocavit, nescio quam probantibus Diis: nam fieri quidem vix potuisse credas, quin tantus ferramentorum malleorumque ingeminatorum strepitus coelestium aures vehementem in modum obtuderit: quam ob rem posteriorum in eos poëtarum non vulgare constat beneficium, qui destructa Homeri taberna fabrili Olympum nitidius expoliverunt, Vulcanumque, si quid operis moliretur, migrare jusserunt ad insulam aliquam AEoliam aut Lemnum, datis insuper (nam *Homerus* plane solum ad fornacem atque incudem destituerat) aerumnosi laboris administris Cyclopibus. Ita *Callimach.* H. in Dian. *Apollon. Rh.* Arg. III. *Virgil.* AEn. VIII. Apud eosdem vero cum Vulcano Venus in Olympo habitat; neque secus, quod magis mireris, in *Homeri* Od. Θ. Illam quidem *Anacreon*, vel alius Melicorum aliquis, ad Lemnios caminos devocavit; sed diverso consilio, ut operam sociatam ad Amoris tela fabricanda conferret. Mox displicet *αὐτὸν* mallem καὶ *στρατιώτην ἄν*, etsi non me fugiat usus aliquis τῷ *αὐτὸς* haud valde dispar, de quo alibi dicam. *T.H.*

11. Ἐπιμηχανήσασθαι] Perspicuum est, legendum ἐπιμηχανήσεσθαι. *J.J.*

Ἐπιμηχανήσασθαι] Cl. *Jonsii* emendatio est. In libris nostris omnibus *ἐπιμηχανήσεσθαι* legebatur. *M. du S.*

13. Οὐκ οἶδα] Non solus *Lucianus* hæc dicentem inducit Apollinem. Gravissimus poëta *Homerus* Odyss. Θ, 336. eadem ferme habet; eoque credo factum, ut *Lucianus*, qui eum perpetuo suggillat, Dialogum XVII. scripserit. Jocosior *Ovidius* & a quo talia expectes l. c. & II. *de Arte Am.* 561. *M. du S.*

20. Καλλικεκόσμη. . . .] Vide Θεσμ. c. 8. & *Ovid.* Met. II. init. *M. du S.*

21. Σπουδάζεται πρὸς αὐτῆς] Qua fronte *Lucianus* Junonem hic inducit asserentem, Vulcanum a Venere diligi aut coli? Similem phrasin vide Dial. XXII. *M. du S.*

Σπουδάζεται πρὸς αὐτῆς] Locutionem illustrat *Bergler.* ad *Alciphr.* p. 120. Διὰ χρημάτων ἐσπουδάσθαι ὑφ' ὑμῶν. *Dion Chrys.* Or. XXXVIII. Modo vide, an mecum malis, *χρησιμός τε.* *T.H.*

25. Οἷα ἐοδίει] Hoc est, quibus sacrificiis delectetur: nam sacrificia esse putabant convivia Deorum. Vide quae monuimus ad Prometh. §. 17. *J.C.*

Ibid. Ξενοκτονοῦσα] Sic Dialog. Apoll. & Bacch. *Ovid.* 3. de Ponto, *Achill. Tat.* lib. 8. *J.B.*

αὐτὸς, ἀνθρωποφάγους ὄντας· ὁ δ' Ἀπόλλων προσποιεῖται μὲν πάντα εἰδέναι, καὶ τοξεύειν, καὶ κιθαρίζειν, καὶ ἰατρὸς εἶναι, καὶ μαντεύεσθαι, καὶ καλαγωγὸς ἐργαστήρια τὰ μαντικῆς, τὸ μὲν ἐν Δελφοῖς, τόδ' ἐν Κλάρῳ, καὶ ἐν Διδύμοις, ἐξαπατᾷ τοὺς χρωμένους αὐτῷ, λοξὰ καὶ ἑταμφοτερίζοντα πρὸς ἑκάτερον τῆς ἐρωτήσεως ἀποκρινόμενος, ὡς ἀκίνδυνον εἶναι τὸ σφάλμα. καὶ πλείους μὲν ἀπὸ τοιούτου· πολλοὶ γὰρ οἱ ἀνόητοι, καὶ παρέχοντες αὐτοὺς καλαγωγητούς· πλὴν οὐκ ἀγνοεῖται γε ὑπὸ τῶν συνετωτέρων, τὰ πολλὰ τερατευόμενος· αὐτὸς γοῦν ὁ μάντις ἠγνόει, ὅτι [a] φονεύσει μὲν τὸν ἐρώμενον τῷ δίσκῳ, ὑποπτεύσαιτο δὲ, ὡς φεύξεται αὐτὸν ἡ Δάφνη, καὶ ταῦτα, οὕτω καλὸν καὶ κομήτην ὄντα. ὥστε οὐκ ὀρθῶς καθότι καλλίστην τὴν Νιόβης ἔδοξας.

ipsos, qui hominibus vescuntur: Apollo autem præ se fert cuncta se scire, & jaculari, & cithara ludere, & medicum agere, & vaticinari: tum constitutis officinis artis divinandi Delphis, Clari & Didymis frustratur consulentes, obliqua & ambigua in utramque interrogationis partem respondens, ne periculum sit, ut arguatur error. Inde quidem ditescit, plures enim sunt stulti, quique se praebent fascinandos; nec tamen praeterit prudentiores, plerumque præstigias ipsum offundere. Ergo vates ignorabat se occisurum esse delicias suas disco; nec prædivinavit fore, ut fugeret ipsum Daphne, idque tam pulcrum & bellule comatum. Itaque non video, qua parte prolis laude Nioben præstare videaris.

ΛΗ. Ταῦτα μέντοι τὰ τέκνα, ἡ ξενοκτόνος, καὶ ὁ ψευδόμαντις, οἶδα, ὅπως λυπεῖ σε, ὁρώμενα ἐν τοῖς θεοῖς, καὶ μάλιστα ὅταν ἡ μὲν ἐπαινῆται ἐς τὸ κάλλος, ὁ δὲ κιθαρίζῃ ἐν τῷ συμποσίῳ θαυμαζόμενος ὑφ' ἁπάντων. ΗΡΑ. ἐγέλασα, ὦ Λητοῖ ἔγωγε θαυμαστὸς, ὃν ὁ Μαρσύας, εἰ τὰ δίκαια αἱ Μοῦσαι δικάσαι ἤθελον, ἀπέδειρεν ἄν, αὐτὸς κρατήσας τῇ μουσικῇ; νῦν δὲ κατασοφισθεὶς ἄθλιος ἀπώλετο, ἀδίκως ἀλούς· ἡ δὲ καλὴ σου παρθένος οὕτω καλή ἐστιν, ὥστε ἐπεὶ ἔμαθεν ὀφθεῖσα ὑπὸ τοῦ Ἀκταίωνος,

2. LAT. Isti quidem liberi, hospitum interfectrix & mendax vates non me fugit, quem tibi dolorem adferant conspecti inter Deos; tum maxime, quando hæc laudatur ob formam, ille, dum cithara ludit in convivio, admirationi est omnibus. JUN. Ridere libet, Latona: illene dignus admiratione, cui Marsyas, si quidem justum Musae judicium ferre voluissent, pellem detraxisset ipse victor arte musica? nunc dolo captus miser interiit iniqua sententia damnatus: illa autem pulcra tua virgo tam est pulcra, ut, postquam comperit se visam esse ab Actæone, veri-

[a] Φονεύσει] χοπεύσει Marg. *A1W.* quod ego, quale sit, non intelligo.

36. Καταγοητεύεσθαι] Ἀπατᾶσθαι. *V.*

38. Τερατεύομαι] Ψευδολογοῦμαι, ἢ θαυμαστὰ ὡμολόγηκα * μυθεύομαι. *V.*

* Μυθεύμενος] Lege *μυθευόμενος.* *J. C.*
Μαντευόμενος] In Ed. *A.* & *C. M.* legebatur *μαθευόμενος.* Ego certa conjectura ductus mutavi. *M. du S.*

Mihi placuit *μυθεύμενος* idque omnino retinendum videbatur. *T. H.*

27. Πάντα εἰδέναι] *Callimach.* Hym. Apoll.

Τέχνῃ δ' ἀμφιλαφὴς ὅ τις τόσσον ὅσσον Ἀπόλλων.

Apul. Florid. 1. *Aristoph.* in Plut. *Orpheus*, *Homer.* Hymn. εἰς Ἀπολλ. *J. E.*

31. Κλάρῳ] Vide Ἀλεξ. c. 8. & *Clem. Alex.* p. 9, Κλάριον, Πύθιον, Διδυμεία, Ἀμφιάρεω, Ἀπόλλω, Ἀμφίλοχον. V. *Schol. Apoll.* Rh. p. 128. *M. du S.*

Ibid. Διδύμοις] *Origen. Celf.* I. p. 55, 1. *M. du S.*

32. Λοξὰ] Momus in Apollinem Διπλοῦν. Sic in Ale-

verita ne juvenis evulgaret turpitudinem ſuam, immiſerit in eum canes: mitto dicere, neque parturientibus obſtetricaturam fuiſſe, virgo ſi modo foret. LAT. Arroganter, o Juno, te effers, quia conjux es Jovis, cumque eo regnum tenes: propterea contumeliam facis perlicenter: at videbo te poſt paulo iterum lacrimantem, quum te Jupiter relicta in terram deſcenderit, tauri cygnive ſumta ſpecie.

φοβηθεῖσα μὴ ὁ νεανίσκος ἐξαγορεύσῃ τὸ αἶσχος αὐτῆς, ἐπαφῆκεν αὐτῷ τοὺς κύνας· ἐῶ γὰρ λέγειν ὅτι οὐδὲ τὰς τεκούσας ἐμαίετο, παρθένος γε οὖσα. ΛΗ. μέγα, ὦ Ἥρα, φρονεῖς, ὅτι ζύνει τῷ Διΐ, καὶ συμβασιλεύεις αὐτῷ, καὶ ἀφ' τοῦτο ὑβρίζεις ἀδεῶς· πλὴν ἀλλ' ὀψομαί σε μετ' ὀλίγον αὖθις δακρύσασαν, ὁπόταν σε καταλιπὼν ἐς τὴν γῆν κατίῃ, ταῦρος ἢ κύκνος γενόμενος.

XVII.

APOLLINIS ET MERCURII. ΑΠΟΛΛΩΝΟΣ ΚΑΙ ΕΡΜΟΥ.

APOL. ΑΠΟΛ.

1. QUid rides, Mercuri? MERC. Quia ſcilicet maxime ridicula, Apollo, vidi. AP. Quin narra, ut & ipſe re audita una tecum poſſim ridere. MERC. Venus concumbens cum Marte conſtricta eſt, & Vulcanus vinxit eos captos. AP. Quo tandem modo? nam facetum quiddam dicturus videris. MERC. Jampridem, opinor, iſta quum ſciret, venabatur eos; circaque lectum vinculis, quæ oculos fugerent, circumpoſitis, poſtquam abierat ad caminum, operi ſcilicet erat intentus. Tum Mars intrat clam, ut arbitrabatur: verum conſpicit eum Sol; & indicium defert ad Vulcanum. Ubi autem adſcenderunt lectum, intraque caſſes recepti in opere erant, ibi circumquaque implicantur ipſis vincula,

ΤΙ γελᾷς, ὦ Ἑρμῆ; ΕΡ. ὅτι γελοιόταλα, ὦ Ἄπολλον, εἶδον. ΑΠ. εἰπὲ δὲ σύ, ὡς καὶ αὐτὸς ἀκούσας ἔχω ξυγγελᾶν. ΕΡ. ἡ Ἀφροδίτη ξυνοῦσα τῷ Ἄρει καλείληπται, καὶ ὁ Ἥφαιστος ἔδησεν αὐτοὺς ξυλλαβών. ΑΠ. πῶς; ἡδὺ γάρ τι ἐρεῖν ἔοικας. ΕΡ. ἐκ πολλοῦ, οἶμαι, ταῦτα εἰδὼς ἐθήρευεν αὐτούς· καὶ ἐπεὶ τὴν εὐνὴν ἀφανῆ δεσμὰ περιβεὶς, εἰργάζετο ἀπελθὼν ἐπὶ τὴν κάμινον. εἶτα ὁ μὲν Ἄρης εἰσέρχεται λαθών, ὡς ᾤετο· καθορᾷ δὲ αὐτὸν ὁ Ἥλιος, καὶ λέγει πρὸς τὸν Ἥφαιστον. ἐπεὶ δὲ ἐπέβησαν τῆς λέχους, καὶ ἐν ἔργῳ ἦσαν, καὶ ἐντὸς [b] ἐγεγένητο τοῦ ἀρχυοῦς, περιπλέκει μὲν αὐτοῖς τὰ δεσμὰ, ἐφί-

b Ἐγεγένητο] ἐγένητο F. In ſequentibus Edd. recte emendatum.

72. Παρὰ] Γρ. περὶ τὸν ὠκεανόν. G.

Alexand. ſic in Jove Tragœd. & paſſim. Λοξίας Apollinis cognomentum. J. B.

50. Μαρσύας] *Apul.* loc. cit. *Julian.* Imp. Epiſt. ad *Jambl.* J. B.

51. Αἱ Μοῦσαι] Vid. *P. Burmann.* ad *Ovid.* Metam. VI, 400. T. H.

53. Ἅλιος] Addi ſolet articulus. niſi forte legendum ἀλιός, ſed Edd. vetant, nec ſequens patitur ἁλίας. M. du S.

59. Καὶ αὐτὴ ἔστα] Tantum abeſt, ut ornet ſententiam vocabulum αὐτὴ, ut onerare potius mihi videatur. Longe diſpar erit ratio, ſi legas ἀγνὴ quod percommodum hoc in loco. Scilicet *Homerum*, ut ſolet libenter *Lucianus*, tetigit: Ἄρτεμις ἁγνὴ in Odyſſea ſatis frequens. Dianam virginem intactam, quae puerperis adſideat & opem invocata praeſtet, aeque ac Noſter, rident patres Eccleſiaſtici, nec ad rem pertinere quicquam credunt, quod a veterum Theologis adfertur, eandem eſſe & Lunam; quae quum ſit γενέσεως ἀρχὴ, iſto munere jure merito fungatur. T. H.

ἐφίσασθαι δὲ αὐτοῖς ὁ Ἥφαιστος. ἐκείνη μὲν οὖν, ἅτε γυμνὴ οὖσα, οὐκ εἶχεν ὅπως ἐγκαλύψαιτο αἰδουμένη· ὁ δὲ Ἄρης τὰ μὲν πρῶτα ἀφυγεῖν ἐπειρᾶτο, καὶ ἤλπιζε ῥήξειν τὰ δεσμά· ἔπειτα δὲ σαφῶς ἐν ἀφύκτῳ ἐχόμενον ἑαυτὸν, ἱκέτευε.

& ſupervenit repente Vulcanus. Illa vero, etenim erat nuda, non habebat quemadmodum obtegeret ſeſe pudibunda: Mars primum effugere conabatur, ſperabatque ſe rupturum vincula; dein, ut ſenſit, tam arcte ſe teneri, ut inde ſpes evadendi ſit nulla, ſupplicabat.

ΑΠ. Τί οὖν; ἀπέλυσεν αὐτοὺς ὁ Ἥφαιστος; ΕΡ. οὐδέπω, ἀλλὰ ξυγκαλέσας τοὺς θεοὺς, ἐπιδείκνυ τὴν μοιχείαν αὐτοῖς. οἱ δὲ γυμνοὶ ἀμφότεροι κάτω νενθικότες, ξυνδεδεμένοι ἐρυθριῶσι, καὶ τὸ θέαμα ἥδιστον ἐμοὶ ἔδοξε μονονουχὶ αὐτὸ γιγνόμενον τὸ ἔργον. ΑΠ. ὁ δὲ χαλκεὺς ἐκεῖνος οὐκ αἰδεῖται καὶ αὐτὸς ἐπιδεικνύμενος αἰσχύνῃ τὴν γάμου; ΕΡ. μὰ Δί', ὅς γε καὶ ἐπιγελᾷ αὐτοῖς ἐφεστώς. ἐγὼ μέν τοι, εἰ χρὴ τἀληθῆ εἰπεῖν, ἐφθόνουν τῷ Ἄρει, μὴ μόνον μοιχεύσαντι καλλίστην θεὸν, ἀλλὰ καὶ δεδεμένῳ μετ' αὐτῆς. ΑΠ. ἠχθοῦ καὶ δεδέσθαι

2. AP. Quid ergo? abſolvit eos Vulcanus? MERC. Nondum; ſed convocatis Diis ſpectandum præbet adulterium. Hi autem nudi ambo, colligatique demiſſo vultu rubore ſuffunduntur; ſpectaculumque ſane jucundiſſimum mihi fuit viſum tantum non patratum opus ipſum. AP. Fabrum autem iſtum non pudet ipſum oculis exponere dedecus matrimonii? MERC. Nequaquam; ut qui etiam juxta adſtans irrideat eos. Equidem, ſi verum eſt dicendum, invidebam Marti non ſolum adulteranti formoſiſſimam Deam, ſed & adligato cum ea. AP. Tune ergo vinciri te pa-

a Διδίσθαι] Διδῆσθαι omnes Edd. exceptis F. & V2.

84. Ἐν ἀφύκτῳ ἐχόμενον] Talia deſcribit Vulcani vincula *Homerus* Od. Θ. 275. — κάτω δὲ δεσμοὶ Ἀῤῥηκτοι, ἀλύτοι, ἔῤῥ' ἔμπεδον αὖθι μένοιεν & v. 299. Καὶ τότε δὴ γίνωσκον, ὅτ' οὐκ ἔτι φάσκε πέλεσθαι. Ideo δεσμὰ Ἡφαίστεια proverbio dicuntur, quibus expedire ſe nulla vi licet: ἐστὶ τῆ ἀφύκτου, inquit *Suidas*, adjecto *Eunapii*, hujus enim eſſe recte cenſuit *H. Valeſius*, inſigni loco, qui imitationis Homericae veſtigia clare praefert: ὁ δὲ τρίσιν ἅμα συγκαλειλημμένῳ πάθεσιν ὥσπερ Ἡφαιστίοις δεσμοῖς ἀῤῥήκτοις, ἀλύτοις, ἔμενέ γε ἐν αὐτοῖς ἔμπεδον. Arbazacium deſignat, ut manifeſtum eſt ex iis, quae copioſius indidem proferuntur in Ἀρβαζάκιον. Hujus autem ſubtiliſſimi retis nexus tam tenues, ut omnem oculorum aciem fugerent, & ab *Homero* cum araneae tela comparentur: ἀφανῆ δεσμὰ paulo ante *Noſter*. & *AElian.* de Anim. II. c. 30. δεσμὰ ἀφανῆ ὑπὲρ τὰ Ἡφαίστου τὰ Ὁμήρεια. *T.H.*

90. Τὸ θέαμα ἥδιστον ἐμοὶ ἔδοξε μονονουχὶ αὐτὸ γιγνόμενον τὸ ἔργον] h. e. illud vero jucundiſſimum ſpectaculum mihi prope ipſum opus Venereum viſum eſt; ſcilicet ferme ita hoc ſpectaculo delectatus fui, quam ſi ipſe iisdem fruerer gaudiis. Sic enim hunc locum intelligendum puto, ut Mercurius verba illa [μονονουχὶ αὐτὸ γιγνόμενον τὸ ἔργον] ad ſe referat, non autem ad Venerem & Martem, quos jam ante dixerat οὐ ἔργον εἶναι. Nihil hic videtur intellexiſſe vulgatus interpres. Quae deinceps ait Mercurius, ſe nempe invidiſſe Marti iſtum cum Venere luſum, & ſibi iſta vincula, quibus cum Venere conjunctus comprehenderetur, optaſſe, plane conveniunt iis, quae in eodem hoc jocoſo argumento habet *Ovidius* Metamorph. IV. vſ. 185.

Lemnius extemplo valvas patefecit eburnas;
Admiſitque Deos. Illi jacuere ligati
Turpiter. Atque aliquis de Dîs non triſtibus optat
Sic fieri turpis. *F.F.*

91. Μονονουχὶ αὐτὸ γ. τὸ ἔργον] Poterat ſcribi, μονονουχὶ οὐ αὐτῷ γιγνομένῳ τῷ ἔργῳ modo, καὶ οὐ ἔργον ἦσαν nihil tamen eſt, cur a lectione recepta diſcedamus: quem ſenſum probarem, vertendo patefeci. Ἔργον & ἐνεργεῖν in re Venerea pervulgati ſunt uſus. Vid. *Barth.* ad *Claudian.* Epith. Pall. & Celer. v. 130. *Keuchen.* ad *Seren. Samon.* v. 610. Commentatores ad *Petron.* p. 404. *Bergler.* ad *Alciphr.* p. 413. *T.H.*

Ibid. Γιγνόμενον τὸ ἔργον] Id eſt, *coitus*. *F.G.*

96. Ἐφθόνουν τῷ Ἄρει] Totus hic quidem dialogus ex *Homero* deformatus; ſed iſtorum lepor vix eſt, ut ſatis intelligi poſſit, niſi poëtam ipſum legeris Od. Θ.

335.

patereris ea mercede? MERC. Tu nolles, Apollo? propius accede tantum & vide: magnus eris mihi Apollo, nisi, quum videris, idem optabis.

ἀν ὑπέμεινας ὅπῃ τούτῳ; ΕΡ. σὺ δ' ὅλως ἴαν, ὦ Ἄπολλον; ἰδὲ μόνον ἐπελθών, ἐπαινέσομαι γάς σε, ἢν μὴ τὰ ὅμοια ᾖ αὐτὸς εὔξῃ ἰδών.

XVIII.

JUNONIS ET JOVIS.

ΗΡΑΣ ΚΑΙ ΔΙΟΣ.

JUNO.

ΗΡΑ.

1. ME quidem puderet, Jupiter, talis filii, tam feminei & corrupti ebrietate; qui mitra revinctam gerat comam, plurimum cum furibundis mulieribus versetur, mollior iis ipsis, ad tympana tibiasque & cymbala choreas agens, atque omnino cuivis similior, quam tibi patri. JUP. Atqui hicce mitra feminea redimitus, mollior mulieribus, non solum,

ΕΓὼ μὲν ᾐσχυνόμην ἄν, ὦ Ζεῦ, εἴ μοι τοιοῦτος ἦν υἱὸς, θῆλυς ὕτω καὶ διεφθαρμένος ὑπὸ τῆς μέθης· μίτρᾳ μὲν ἀναδεδεμένος τὴν κόμην, τὰ πολλὰ δὲ μαινομέναις γυναιξὶ συνὼν, ἀβρότερος αὐτῆς ἐκείνων, ὑπὸ τυμπάνοις καὶ αὐλοῖς καὶ κυμβάλοις χορεύων· καὶ ἄλως [b] παντὶ μᾶλλον ἐοικὼς, ἢ σοὶ τῷ πατρί. ΖΕΥΣ. καὶ μὴν οὗτός γε ὁ θηλυμίτρης, ὁ ἀβρότερος τῶν γυναικῶν, εἰ μόνον,

ὦ

b Παντὶ] πάνυ C. quod vitiose scriptum pro ea lectione, quam reperit Schol. *V. Πανί.*

10. Πάνυ μᾶλλον] * Πανὶ *V.* Γρ. παντί. *G.*

* Πανὶ] Sic videtur legisse pro παντὶ. Vid. Not. *M. du S.* Quum in nonnullis Codd. extiterit πάνυ μᾶλλον pro παντὶ, illud praefixi: nihil enim est ad fidem propius, quam Scholiasten notare voluisse vice τῷ πάνυ alibi repetiri Πανί. Ed. *A.* Τῷ πατρί] Πανὶ. *T. H.*

335. Apollinem Deorum postremum ponit v. 323. qui ad jucundissimum spectaculum advolarint: inde *Noster* Mercurium fecit haec a se jam visa Apollini narrare. Idem exemplar placuit *Paulo Silentiario*, nisi, quod potius existimo, vetustioris sit, Anthol. VII. Epigr. 54. In Amoribus, τύνχάσατον θεῶν ὁ λῷστος ἐν ἀθανάτοις θεὸς Ἄρης. *Lucianus* ξυνδεδεμένους, δεδρᾶν, δεδόσθαι· quae forma *Thomae* videtur elegantior, quam δεθεὶς, δεῦναι. *T. H.*

98. Οὐκοῦν καὶ δεδῆσθαι ἂν ὑπέμεινας ἐπὶ τούτῳ] *Num ergo & vinciri te sic patereris?* ocyus emenda δῆσθαι vel δεδῆσθαι. Quid enim sibi vult δεδῆσθαι? *J. J.*

Δεδῆσθαι] Ex Ed. *J.* est, cui suffragatur L. reliquae omnes δεδῆσθαι mendose. *M. du S.*

4. Ἐγὼ μέ] Repetit omnia hujus Dialogi in Bacch. *Eurip. Nonn. Ovid.* alii. *J. B.*

6. Μίτρᾳ] Mitram gestasse viris turpe & molle censebatur, ut apud nostrum *Lucianum* alibi appareat. Quin & θηλυμίτρης per probrum hic Bacchus vocatur. *G. C.*

10. Παντὶ] In veteribus Codd. πάνυ & Πανὶ fuisse testantur *Scholia*; quod ego olim amplectebar. Nunc genuinam esse scripturam παντὶ censeo, quia *cuivis similem potius quam sibi* melius videtur quam *Pani similem.* *M. du S.*

11. Θηλυμίτρης] Dicemus ad Bacch. c. 4. ubi de expeditionibus ejus plura. Bellicam Bacchi virtutem enumerando victorias Jupiter adstruit: & merito quidem; nam *choreis aptior & jocis Ludoque dictus, non sat idoneus Pugnae ferebatur*, *Horatio* teste II. Od. 19. v. 25. quos tamen rumusculos parum secundos jam bello Giganteo, ubi Bacchi specie leonina tecti opera fuit fortis ac minime poenitenda, discusserat. *T. H.*

16. Στρώ-

ὦ Ἥρα, τὴν Λυδίαν ἐχειρώσατο, καὶ τοὺς καλοικάγαθους Τμῶλον ἔλαβε, καὶ τοὺς Θρᾴκας ὑπηγάγετο, ἀλλὰ καὶ ἐπ' Ἰνδοὺς ἐλάσας τῷ γυναικείῳ τούτῳ * στρατιωτικῷ, τύς τε ἐλέφαντας εἶλε, καὶ τὴν χώραν ἐκράτησε, καὶ τὸν βασιλέα πρὸς ὀλίγον ἀνίσχυναι τολμήσαντα αἰσχμάλωτον ἀπήγαγε· καὶ ταῦτα ἅπαντα ἔπραξεν, ὀρχούμενος ἅμα, καὶ χορεύων, θύρσοις χρώμενος κιττίνοις, μεθύων, ὡς φησί, καὶ ἐνθέαζων. εἰ δέ τις [b]ἐπεχείρησε λοιδορήσασθαι αὐτῷ, ὑβρίσας ἐς τὴν τελετὴν, καὶ τοῦτον ἐτιμωρήσατο, ἢ καταδήσας τοῖς κλήμασιν, ἢ ἀφασπαθῆναι ποιήσας ὑπὸ τὴν μήτρὸς ὥσπερ νεβρόν. ὁρᾷς ὡς ἀνδρεῖα ταῦτα, καὶ οὐκ ἀνάξια πατρός; εἰ δὲ παιδιὰ καὶ τρυφὴ πρόσεστιν αὐτοῖς, εὐδεὶς φθόνος· καὶ μάλιστα εἴ λογίσαιτό τις οἷος ἂν ἦφων ἦτος ἦν, ὅτε ταῦτα μεθύων ποιεῖ.

ΗΡΑ. Σύ μοι δοκεῖς [c]ἐπαινέσεσθαι καὶ τὸ εὕρεμα αὐτοῦ, τὴν ἄμπελον καὶ τὸν οἶνον, καὶ ταῦτα, ὁρῶν οἷα οἱ μεθυσθέντες ποιοῦσι σφάλλόμενοι, καὶ πρὸς ὕβριν [d]τραπόμενοι, καὶ ὅλως

Juno, Lydiam ſubegit, incolentesque Tmolum cepit, & Thracas ſibi ſubjecit; ſed & adverſus Indos rapto muliebri iſto exercitu elephantos in poteſtatem redegit, & regione tota potitus eſt, regemque paululum reſiſtere auſum captivum abduxit: & iſta quidem omnia perfecit ſaltans ſimul & choreas ducens, thyrſis uſus hederaceis, ebrius, ut ais, & furore concitus. Tum ſi quis in animum induxit male dicere ipſi, contumeliis in ſacrorum initia jactis, ab eo quoque pœnas expetiit, vel ligatum obſtringens palmitibus, vel ut diſcerperetur efficiens a matre tanquam hinnulus. Viden' ut virilia ſint iſta, atque haud indigna patre? Si vero luſus & laſcivia ſimul adſint, nihil eſt ea in re, quod invidiam faciat; in primis ſi quis reputet, qualis ſobrius hicce foret, ubi iſthæc facit ebrius.

2. JUN. Tu mihi videris laudaturus etiam inventum ejus vitem & vinum; idque tametſi videas, qualia perpetrent inebriati titubantes atque ad injuriam verſi, & plane fu-

a Στρατιωτικῷ] στράτῳ C. & Schol. *V.* b Ἐπεχείρησε] *F.* ceteraeque Edd. excepta ſola *P.* ἐπιχείρησε. c Ἐπαινέσεσθαι] Ita *F.* quod merito reduxit *S.* quum priores vel vitioſe ἐπαινεῖσθαι vel male ἐπαινεῖσθαι exhiberent. Mox εὑρήμα ſola *P.* Ceterae omnes damnatum a *Thoma* ſcribendi modum tuentur. d Τραπόμενοι] τρεπόμενοι al. Marg. *AIW.*

16. * Στρατιωτικῷ] Γράφεται στρατῷ. *V.*

* Στρατηγικῷ] Et hic aliter legit, quam hodie in Codd. noſtris. *M. du S.*

22. Ἐνθεάζων] Ἐνθουσιῶν. *G.*

Vix dubito, quin vitio ſcriptum ſit pro στρατιωτικῷ. *T. H.*

16. Στρατῷ] Sch. & Coll. *M. du S.*

Στρατιωτικῷ] Nulla fuit cauſa, cur mutarem: τὸ στρατιωτικὸν pro militibus aut exercitu apud *Thucydidem*, *Diodorum*, *Pauſaniam* p. 423. *Herodianum* ſatis familiare, ut τὸ ἱππικὸν, τὸ ναυτικὸν, τὸ Ἑλληνικόν. *T. H.*

24. Καταδήσας] Vid. *Ovid.* Met. III. Fab. VIII. *M. du S.*

28. Οὐδεὶς φθόνος] Nolim vertere, *non eſt quod invideas*: non enim invidebat Juno Baccho, ſed eum reprehendebat. Verterim potius: *non debet hoc ei creare invidiam*, hoc eſt, *odium*. Solent invidia & odium eſſe conjuncta; ideoque eorum affectuum nomina interdum miſcentur. *J. C.*

35. Ἰκάριον . . .] *Hygin.* fab. 130. *M. du S.*

Ἰκάριον] Icarum ſaepe Latini, Graeci vix aliter quam Icarium appellant: notavit *H. Grotius* ad *Germanici* Phaenom. vide *Th. Muncker.* ad *Hygin.* F. 130. Addam *AEliani* locum de Anim. VII. c. 28. ut eum interpoſitae negantis particulae ſoliusque diſtinctionis ope a pravis tum verſione tum emendatione vindicem: Ὅτι τὸν Ἰκάριον ἀπέκτειναν οἱ προσήκοντες τοῖς πρώτοις πιεῖν οἶνον, καὶ εἰς ὕπνον ἐμπεσεῖν, οὐκ εἰδότες πω τὸ θάνατον εἶναι τὸ παραχθὲν, ἀλλ' οἰνηρὸν κάρον, γνόσσηται οἱ κατὰ τὴν Ἀττικὴν, ἰωοὶ δοκεῖ, τῷ Διονύσου τιμωροῦντος πρώτῳ γεωργῷ τε αὐτῷ φυτῶν καὶ πριστουτάτῳ. Jam nihil, ut puto, in iſtis eſt, quod ulla parte lectorem impedire poſſit. Quantum in hac fabula narranda veteres diſſideant, commemorare non videtur operae pretium. *T. H.*

44. Ἐκζηλοτυπεῖν] Habet *Stephanus*, ſed auctoritate nulla firmatum. Ex hoc loco compoſitum illud in Lexica perveniſſe credibile eſt: ſi quis pro ſpurio expellendum ſentiat, eum nihil morabor: nam hic quidem ſine dubio legi debet ἔτι ζηλοτυπεῖν· ſaepius iſta particula vitiata verbis ſequentibus adhaeſit: vide Hermot. §. 13. neque aliter ſtatuiſſe videtur *Brodaeus* ad Anthol. I. c. 13. Ep. 2. proferens: ζηλοτυπεῖν ἔοικας, ὦ Ἥρα. Ἐῖγε omnium Edd. non videbatur mutan-

furentes à potu. Icarium ergo ; cui primo donavit palmitem , ipsi compotatores interemerunt concisum ligonibus. JUP. Nihil hoc ad rem , quod dicis : non enim vinum ista , neque Bacchus facit ; sed potus immoderate sumtus , & ultra quam deceat ingurgitari mero : qui vero bibendi modum servat , hilarior & suavior existit ; neque ejusmodi, quale Icario contigit , quicquam designaverit in ullum compotatorem. At tu adhuc æmulari videris , Juno , & Semeles meminisse , ut quæ crimineris Bacchi pulcerrimas dotes.

35 μεμνῆσθαι ὑπὸ τῆς πότου τὴν γῆν Ἰκάριον, ᾧ πρώτῳ ἔδωκε τὸ κλῆμα, οἱ ξυμπόται αὐτοὶ διέφθειραν, παίοντες ταῖς δικέλλαις. ΖΕΥΣ. οὐδὲν τοῦτο φῄς· ἃ γὰρ οἶνος ταῦτα, οὐδὲ ὁ Διόνυσος ποιεῖ, τὸ δὲ ἄμετρον καὶ πόσεως, καὶ 40 τὸ πέρα τοῦ καλῶς ἔχοντος ἐμφορεῖσθαι τοῦ ἀκράτου. ὃς δ' ἂν ἐμμελῶς πίνῃ, ἱλαρώτερος μὲν, καὶ ἡδίων γένοιτ' ἄν· οἷον δὲ ὁ Ἰκάριος ἔπαθεν, οὐδεὶς ἂν ἐργάσαιτο οὐδένα τῶν ξυμποτῶν· ἀλλὰ σὺ ὑπιζηλοτυπεῖν ἔοικας, ὦ 45 Ἥρα, ἡ τὰ Σεμέλης μνημονεύειν, εἴ γε ἀφαβάλλεις τοῦ Διονύσου τὰ κάλλιστα.

XIX.

VENERIS ET CUPIDINIS.

ΑΦΡΟΔΙΤΗΣ ΚΑΙ ΕΡΩΤΟΣ.

VEN.

1. QUid est eiinvero, Cupido, quod alios quidem Deos debellaris omnes, Jovem, Neptunum, Apollinem, Rheam, me

ΑΦΡΟ.

ΤΙ δήποτε, ὦ Ἔρως, τοὺς μὲν ἄλλους θεοὺς καταγωνίσω ἅπαντας, τὸν Δία, τὸν Ποσειδῶ, τὸν Ἀπόλλω, τὴν Ῥέαν, ἐμὲ

e Εἴ γε] ἤγε L. Marg. *Ald.* ἤτε P. *f.* Ῥέαν] Ἥραν plerique Edd. Ῥέαν P. L. *Flor.* Marg. *Ald.*

35. Τὸν γῆν Ἰκάριον] Ἐκτετίνται ἐς φαρμακὸν ἐπόμενον ἡ † μεθυσθέντες ὅτι ἐφαρμακεύθησαν ὑπ' ἐκείνου. *V.*

† Μεθυσθέντες] Lege *μεθυσθέντος*. De Icario vide *Hygini* Fab. CXXX. & Poet. Astronom. lib. II. c. 4. *F. F.* Idem observavere *Math. Sladen.* T. H.

tandum : quamvis in *Ald.* ἤγε itidem notatum reperiam. *T. H.*

45. Ἥγε] Sic L. ἤτε P. Impressi εἴ γε. *M. du S.*

47. Τί] Hujus dialogi argumentum festivissime in Cupidine suo tractavit *Georg. Sabinus* , qui ad hujus videtur imitationem confictus , nec minus est elegans. *G. C.*

49. Τὴν Ῥέαν] Insignis hæc *Juntina Ed.* emendatio ; quam confirmant insuper P. & L. reliquæ enim omnes Ἥραν. At Junonis amores quis novit ? Adonidem solum amasse dicitur. V. *Clem. Alex.* p. 15. A. *M. du S.*

Τὴν Ἥραν] Nullum est in fabulis Junonis a Cupidine vulneratae vestigium : neque satis erat decorum , ut, quae virtutis castitatisque custos habebatur ac praeses, telis tam noxiis pateret. Nam quod ab Eurymedonte Titane, antequam Jovi traderetur , virginem fuisse vitiatam ferunt , ex eoque furtivo congressu Prometheum extitisse , vix uno alterove teste, atque in tam gravi crimine parum idoneo , probari potest. Si quid ejus generis habuisset Jupiter , quod ulla veri specie conjugi objiceret , hoc scilicet ille , non parum alioquin iracundus , tacuisset , neque in hisce dialogis violati matrimonii tam saepe reus Junonem in amores suos importunius invectam flagitii similis exprobratione repulisset ? De Adonide quod commemoratur , in *Clemente* reperiri non equidem recordor ; & nescio , an hunc errorem festinatio pepererit : nam Protr. p. 21. B. legitur ἡ Ἥρα Ἀδωνιδος , nimirum Ἀφροδίτην illud Ἥρα literis iisdem constans , quibus Ἥρα, minus attentum fallere videtur potuisse : quin in ipsum Jovem amati Adonidis suspicio meliore jure cadat ; is enim a se impetrare non potuit , ut possessionem formosissimi juvenis Veneri Proserpinaeque relinqueret incontroversam , si vera sunt , quae notat *Schol. Theocr.* ad Eid. XV. v. 86. Apud *Lucianum* igitur pro Junone amplectenda fuit Ῥέα , cui jam vetulae atque emeritae Cupido pudendum in modum insul-

τὴ μητέρα· μόνης δὲ ἀπέχῃ τὴν Ἀθηνᾶς, καὶ ἐπ' ἐκείνης ἄπυρον μέν σοι ἡ δᾷς, κενὴ δ' οἰστῶν ἡ φαρέτρα, σὺ δὲ ἄτοξος εἶ, καὶ ἄστοχος; ΕΡ. δέδια, ὦ μῆτερ, αὐτήν· φοβερὰ γάρ ἐστι, καὶ χαροπὴ, καὶ δεινῶς ἀνδρική. ὁπόταν οὖν ἐντεινάμενον τὸ τόξον ἴω ἐπ' αὐτὴν, ὑποσείσασα τὸ λόφον σκιπλήττει με, καὶ ὑπότρομον γίνομαι, καὶ ἐκπίπτει μοι τὰ τοξεύματα ἐκ τῶν χειρῶν. ΑΦ. ὁ Ἄρης δὲ οὐ φοβερώτερον ἦν; καὶ ὅμως ἀφώπλισας αὐτὸν, καὶ νενίκηκας. ΕΡ. ἀλλ' ἐκεῖνος ἑκὼν προσίεταί με, καὶ προσκαλεῖται· ἡ Ἀθηνᾶ δὲ ὑφορᾶται ἀεὶ, καὶ πόλε ἐγὼ μὲν ἄλλως παρέπτλω, πλησίον ἔχων τὴν λαμπάδα· ἠδὲ, εἴ μοι πρόσει, φησὶ, νὴ τὸν πατέρα, τῷ δορατίῳ σε διαπείρασα, ἢ ζῶσδς λαβομένη, καὶ ἐς τὸν Τάρταρον ἐμβαλοῦσα, ἢ αὐτὴ διασπασαμένη, διαφθερῶ. πολλὰ τοιαῦτα ἠπείλησε· καὶ ὁρᾷ δὲ δριμὺ, καὶ ὀφρῦς ἔχει πρόσωπόν τι φοβερὸν, ἐχίδναις κατάκομον, ὅτῳ ἐγὼ μάλιστα δέ-

quoque matrem; a sola vero abstineas Minerva, & in illa igne careat tibi fax, vacua sit sagittis pharetra, tuque ipse quasi tractandi arcus, & collineandi sis imperitus. CUP. Metuo, mater, eam: nam formidabilis est & torva, atque admodum virilis: quando igitur intento arcu aggredior ad eam, quassata crista perterrefacit me, & contremisco, defluuntque tela meis de manibus. VEN. At Mars nonne terribilior erat? & tamen exarmasti ipsum, ac vicisti. CUP. At iste ultro admittit me, atque invitat: Minerva contra semper suspiciosa torve me intuetur; factumque jam adeo, ut ego sic prætervolarem, propius admota face; illa confestim, si ad me accedis, inquit, per patrem juro, hasta te transfixum, aut pede correptum in Tartarum injiciam, aut ipsa dilaceratum pessumdabo. Multa ejusmodi est interminata: tum porro acerbum videt habetque ad pectus faciem quandam formidolosam, serpentibus comatam, quam ego maxime metuo:

a Αὐτὴ] αὐτὴ C.

64. Τῷ διατῷ σε διαπείρασα] Προσυπακουσέον τὸ διαφθερῶ ἠθικῶς ἅμα καὶ ἀφελῶς. V.

διαπείρω] F. διαφθερῶ. sic & V. M. du S.

sultavit, ut ipse gloriatur Dial. XII. *Philostr.* Ep. XXXIX. ἔτω δ' ὁ Ἀπόλλων ποιμένων ἦρα, καὶ Ἀφροδίτη βουκόλων, καὶ Ῥέα ἀγροίκων, καὶ Δημήτηρ τῶν τὰς ἄστη οὐκ εἰδότων ibi pro Ῥέα scribitur in Cod. Pal. secundo Ἥρα. Contra in *Plutarcho* de Fluv. c. 18. p. 59. καὶ κατ' ἄγνοιαν τῇ Ῥέᾳ συγγινόμενον τὸν Δία διασάφουσι reponendum est τῇ Ἥρᾳ, ut ex iis manifesto patet, quae traduntur p. 64. Mox si probes ἐπ' ἐκείνης capiendum erit, *quod ad illam attinet:* sin malis, ἐπ' ἐκείνῃ vel ἐπ' ἐκείνῳ, *adversus illam*; idque convenire magis videtur. Qualem vero se pater pepererit, ab Amoris ictibus tutam, audi, quemadmodum ipsamet praedicet in *Apollon. Rh.* Argon. III, 32. Ἥρη, νήϊδα μέν με πατὴρ τέκε τοῦδε βελέων, Οὐδέ τινα χρειὼ θελκτήριον οἶδα πόθοιο. T. H.

54. Χαροπὴ] *Hesych.* Χαροπὸς, γλαυκὸς, ξανθὸς, φοβερὸς &c. F. G.

56. Ἐκπλήττει] Parisiensis mutavit in ἐπι—. prave. M. du S.

62. Ὑφορῶται] Eleganter *Erasmus*, *adductis supersilliis observat*, utraque verbi potestate conjuncta: melius ab eo non discessisset *Benedictus*, qui dedit, *torve semper adspicit:* hoc est διὰ τοῦ ὁρᾶν, quod paulo post sequitur. Hic autem ὑφορᾶσθαι *suspectum habere*, & *diligenter ne noceat observare: Aristotel.* περὶ Ζ. I. c. 44. de leone: ἔστι δὲ τὸ ἦθος οὐχ ὑποπτικὸν οὐδενὸς, οὐδ' ὑφορώμενον οὐδὲν contra Mars Cupidinem dicitur προσιέναι & προσκαλεῖσθαι, tantum abest, ut ab eo cavendum sibi putet. De verbo ὑφορᾶν plura *Stephanus* in Thes. & nimis quidem, ut saepe solet, tenuiter. T. H.

69. Πρόσωπόν τι] Id est, τὴν αἰγίδα σὺν τῇ τῆ Γοργόνος προσώπῳ. F. G.

75. Αἱ δὲ Μοῦσαι &c.] Bene factum, quod *Lucianus* Musarum castitatem ipsius Cupidinis testimonio adjuverit, quo persuasissimum fiat παρθένους ἀεὶ μένειν & ἀειπαρθένους, ut vocantur, revera esse. Non dissimulamus, vix ullam in novenario numero reperiri, ex qua non aliquis concubitu furtivo susceptus legatur: recensuit agmen hoc vanissimus *Tzetz.* ad *Hesiod* E. καὶ H. p. 7. ex veterum Grammaticorum corruptis exemplaribus; quae alio loco dabimus emendatiora: neque difficile foret hunc indicem augere. Verum, si us-

tuo : territat enim me, &, quum eo oculos converto in fugam propellor.

2. VEN. At expaveſcis Minervam, ut ais, & Gorgonem ; idque tu, qui non formidaris fulmen Jovis. Muſae vero cur tibi ſunt invulneratæ, & extra teli jactum poſitæ ? an & illæ criſtas concutiunt, & Gorgonas oſtendunt ? CUP. Revereor illas, mater ; nam venerandæ ſunt, & ſemper quiddam commeditantur, & cantu diſtinentur : atque ipſe adſto ſæpius illis delinitus carmine. VEN. Age, mitte & iſtas, quia verendæ : at Dianam quid eſt, cur non vulneres ? CUP. In ſumma, ne conſequi quidem illam licet fugientem ſemper per montes : tum etiam ſibi proprium quendam amorem jam amat. VEN. Cujus, fili ? CUP. Venationis & cervorum, hinnulorumque, ut capiat perſecuta, & ſagittis configat ; tota denique huic rei eſt intenta : ceteroquin fratrem ejus arcitenentem & ipſum, ac longe jaculantem. VEN. Scio, nate, quid velis : frequenter ipſum arcu fixiſti.

ἐμὲ· μορμολύττῃ γάρ με, καὶ φεύγω ὅταν ἴδω αὐτό.

ΑΦ. Ἀλλὰ σὺ μὲν Ἀθηνᾶν δέδιας, ὡς φῄς, καὶ τὴν Γοργόνα· καὶ ταῦτα, μὴ φοβηθεὶς τὸν κεραυνὸν τὸν Διός. αἱ δὲ Μοῦσαι ἀλγοῦσί τί σοι ἄτρωτοι, καὶ ἔξω βελῶν εἰσιν; ἢ καὶ ἐκεῖναι λόφους ὑπανέσχηνται, καὶ Γοργόνας προφαίνουσιν; ΕΡ. αἰδοῦμαι αὐτὰς, ὦ μῆτερ· σεμναὶ γάρ εἰσι, καὶ ἀεί τι φροντίζουσι, καὶ ᾠδὴν ἔχουσι, καὶ ἐγὼ παρίσταμαι πολλάκις αὐταῖς, κηλούμενος ὑπὸ τῆς μέλους. ΑΦ. ἆρα καὶ ταύτας, ὅτι σεμναί ; ἢ δι' Ἄρτεμιν τίνα ἕνεκα ὑ τίλρώσκεις ; ΕΡ. τὸ μὲν ὅλον, ὅτε καλλαλεῖν αὐτὴν οἴοντε, φεύγουσαν ἀεὶ τὸ ὄρος· εἶτα καὶ ἰδιόν τινα ἔρωτα ᵇ ἤδη ἐρᾷ. ΑΦ. τίνα, ὦ τέκνον; ΕΡ. θήρας, καὶ ἐλάφων, καὶ νεβρῶν, αἱρεῖν τε διώκουσα, καὶ καλλιτοξεύειν, καὶ ὅλως πρὸς τοῦ τοιούτου ζῆν. ἐπεὶ τόν γε ἀδελφὸν αὐτῆς, καίτοι τοξότην καὶ αὐτὸν ὄντα, καὶ ἐκηβόλον. ΑΦ. οἶδα, ὦ τέκνον, πολλὰ ἐκείνου ἐτόξευσας.

Θεᾶν

b Ἤδη] Deeſt in *F. Vat.* c Καὶ] Omiſſa vocula in *Bav. P.*

usquam alias in fabulis antiquis, hic certe advocandum eſt, cujus cunei ope duriſſima quaeque levi negotio perrumpas, explicationis allegoricae remedium, ut tantum dedecus a choro dilectiſſimarum virginum amoveamus ; quas utinam eorum nulli, qui ſe colere videri volunt, proſtituere conarentur. Venuſtum eſt neſcio cujus *Muſicii* (ab aliis auctor *Plato* habitus) Epigramma Anthol. I. c. 7. & ad *Luciani* mentem accommodatum : Ἃ Κύπρις Μούσαισι, παράσιτα τὸν Ἄρροδίτας Τιμᾶτ', ἢ τ' Ἔρον ὅπλων ἰφεπλύναμεν· Σ' αἱ Μοῦσαι πατὶ Κύπριν, Ἄρει τὰ σαμύλα ταῦτα. Ἡμῖν δ' ὁ πάταται τοῦτο τὸ παιδάριον. Ibi vide *Brodaeum*. T. H.

76. Ἔξω βιλῶν] Alludit ad proverbium ἔξω βιλῶν, id eſt, extra telorum jactum, pro eo quod eſt, in tuto citraque periculum. Hoc proverbium frequens eſt apud *Lucianum* in Votis, in Baccho, & in Dial. Cyclopis & Neptuni. G. C.

82. Τὸν δὶ Ἄρτεμιν &c.] Perpetuae virginitatis decus petenti, Minerva ſuggerente, Dianae Jupiter conceſſerat. *Callimach.* H. in Dian. v. 6. ubi hac de re multa notat Ex. *Spanhemius*. T. H.

89. Ἐπεὶ τόν γε ἀδελφὸν αὐτῆς] Scribendum forte : ἐπεὶ τόν γε ἀδελφὸν αὐτῆς αἰδοῦμαι τοξότην. F. G.

Ἐπεὶ τόν γε ἀδελφὸν αὐτῆς] Non metuo, ne quis abripi ſe patiatur prava *Guyeti* correctione : nihil hoc loco alienius. Saepius homini, ceteroquin ingenioſo ac docto, contigit, ut inter ſubitam legendi feſtinationem, re minus penſiculate conſiderata, emendationes plane abſonas projecerit ; quas ego quidem utilius exiſtimarem in lituris perire, quam luci donari. T. H.

XX.

Θεῶν Κρίσις.

Dearum Judicium.

ΖΕΥΣ, ΕΡΜΗΣ, ΗΡΑ, ΑΘΗΝΑ, ΑΦΡΟΔΙΤΗ, ΠΑΡΙΣ ἢ ΑΛΕΞΑΝΔΡΟΣ.

JUPITER, MERCURIUS, JUNO, MINERVA, VENUS, PARIS, aut ALEXANDER.

Ζ Ε Τ Σ.

Ἑρμῆ, λαβὼν τοῦτι τὸ μῆλον, ἄπιθι ἐς Φρυγίαν πρὸς Πριάμου παῖδα

J U P.

I. Accepto, Mercuri, isto pomo abi in Phrygiam ad Priami filium boum

* Θεῶν Κρίσις] Ἡ κρισις τῶν τριῶν θεαινῶν, Ἥρας, Ἀθηνᾶς & Ἀφροδίτης. O.

92. Λαβὼν τοῦτι τὸ μῆλον] * Καλὸν τὸ μῆλον τῶν Διὸς χειρῶν δίχεσθαι. Ἄπιθι τοῦτον τὸν Θεοῖς πρὸς τὸν Πάριν. G.

* Καλὸν &c.] Veteris esse poëtae non memini: ab eruditi lectoris ingenio profecti fuerint hi Jambi. T. H.

Θεῶν Κρ.] In Ox. aliter habet Titulus: ἡ κρίσις τῶν τριῶν Θεαινῶν, Ἥρας, Ἀθηνᾶς, καὶ Ἀφροδίτης. M. du S.

94. Τῆς Ἴδης τὸν τοῦ Γαργάρου] Idae montis tres numerant vertices, qui in totidem promontoria desinunt, Lectum, Gargarum vel Gargara & Phalacram: *Schol. Homer.* ad Il. Θ, 48. Ξ, 284. *Eustathius* p. 697. Sigeum addit *Schol. Nicandri* ad Alexiph. v. 40. Ἴδης τὸν κημωδεῖσι Φαλακραίης ἐνὶ βίοσης pro quo nescio quam recte suppositurit Pergamum sive *Txetzes*, sive vetustior aliquis commentator ad *Lycophr.* v. 24. Gargarum omnium est, *Homero* teste, celsissimum: Γάργαρον ἄκρον Ἴδης ὑψηλῆς — Il. Ξ, 292. idque recte observat *Macrob.* Saturn. V. c. 20. Isto autem genere post *Homerum* Graeci τὸ Γάργαρον, & *Epicharmus*, Γάργαρ' ἀγάνιφα· nam urbs antiqua, quam Leleges in eo cacumine condiderant, ἡ Γάργαρος, ut ex *Alcmane* probat *Stephanus*: vide *Etymol.* p. 221. verum postea, quum immodico frigore compulsi cives novam urbem in subjectam monti planitiem deduxissent, genere numeroque mutato τὰ Γάργαρα dixerunt. Ita Γάργαρον & τὰ τὴν Γάργαρα πόλιν Αἰολικὴν distinguit *Strabo* XIII. p. 874. C. 903. C. *Hesychius* quidem: Γάργαρον, ἀκρωτήριον ὄρους Ἴδης, καὶ πόλις Τροίας πλησίον Ἀντάνδρου· sed valde verendum est, ne, quemadmodum in plerisque, hic etiam mutilatum acceperimus. Latini post *Virgilium* Gargara cacumen Idae non minus, quam ipsam urbem appellarunt: *Stat.* Theb. I, 549. *Gargara desidunt surgenti* — ubi quae notat *Lactantius*, Servio debentur ad AEn. IX, 86. *Plin.* H. N. V, 30. at *Vibius Sequester*: *Gargarus in Phrygia Idae montis cacumen*: sed hujus auctoritatem si parvi pendamus, nihil tamen habebit, quod queratur. Idam plerique nominant, ubi Paris judex sederit Deabus: ideo *Mela* I, 18. *Ipse mons vetere Divarum certamine & judicio Paridis, memoratus*: neque aliter fere *Euripides*, qui saepius ejus rei meminit: Troad. v. 976. ἦλθον τριοῖν θεαῖν κάκιστος πρὸς Ἰδαῖον εἰς κευθμῶνα. Hel. v. 23. Ὅτ' Ἰδαίαν εἰς νάπαν ἦλθ' ὁ Τῆς Μαίας τε & Διὸς γόνος. Androm. v. 274. & mox: Ταὶ δ' ἐπὶ ὑλοκόμου νάπης ἦλθον· tum Ἰδαίων λείπας ridentem vero loci fontibus irrigui amoenitatem describit Iphig. in Aul. v. 1294. unde poëtarum ingeniosissimus: *Est locus in mediae nemorosis vallibus Idae. Callim.* Hymn. in Lav. Pall. v. 18. Οὐδ' ὅκα τὰν Ἴδαν Φρυξὶ ἰδίκαζεν ἔριν, ut vir summus egregie restituit. Vid. *Sil. Italic.* VII, 437. *Noster*, qui paulo accuratius fabulae scenam in Gargaro ponit, sine dubio, quos sequeretur, vetustos habuit auctores. *Strabo* scribit, in recessu sinus Adramytteni, qui proprie sic appellatus ab una parte Gargara urbem, ab altera promontorium ostendit Pyrrham, sitam esse Antandrum ὑπερκείμενον ἔχουσαν ὄρος, ὃ καλοῦσιν Ἀλεξάνδρειαν, ὅπου τὰς δίκας κριθῆναι φασὶν ὑπὸ τῶ Πάριδος quae repetit *Eustath.* ad Il. Ξ. p. 986. idem apud *Stephanum* ex *Timosthene* in Ἀλεξάνδρεια· satis apparet situm hujus loci a Gargaro parum discrepare. Neque de nihilo est quod §. 5. antri mentionem *Lucianus* facit: praeterquam enim quod *Euripidis* Ἰδαῖος κόλπων & cetera, quae protulimus, commode respondeant, antrum aliquod venerabile atque augustum ad Idam fere mediam extitisse constat, ubi, credentibus accolis, Dearum litem Paris discepterit. *Diodor. Sic.* XVI. p. 565. C. μέγιστον ὄρος ὑπάρχον (mons Ida) τῶν κατὰ τὴν Ἑλλάδα ἔχει κατὰ τὸ μέσον ἄντρον θεοπρεπὲς, ἐν ᾧ φασὶ κριθῆναι τὰς δίκας ὑπ' Ἀλεξάνδρου is quidem locus alius esse non potest, quam memorata *Straboni* Alexandria. Paululum hinc diversus abiit *Colluthus* in Ἑλένης ἁρπαγῇ, carmine corruptissimo simul & mutilo, v. 14. αὐτοὶ γὰρ ἐθήσαθε μολοῦσας (tres Deas; nam ita videtur scribendum, ὑμᾶς μολοῦσαι) Ἰδαίης δικάσσων ἐπὶ πτυχῶσι Φαλάκρης· ex

co

boum paſtorem (paſcit autem Idæ montis in Gargaro) ipſique dic: Te, Pari, jubet Jupiter, quandoquidem formoſus ipſe es, & ſapiens in rebus amatoriis, ſententia Deabus lata pronunciare, quæ illarum pulcerrima ſit: certaminis autem præmium victrix recipiat pomum. Jamque commodum eſt, ut ipſæmet abeatis ad judicem:

τὸν βουκόλον, (νέμει δὲ [b] τῆς Ἴδης ἐν τῷ Γαργάρῳ,) καὶ λέγε πρὸς αὐτὸν, ὅτι σε, ὦ Πάρι, κελεύει ὁ Ζεὺς, ἐπειδὴ καλός τε αὐτὸς εἶ, καὶ σοφὸς τὰ ἐρωτικὰ, δικάσαι ταῖς θεαῖς, ὁπότις αὐτῶν ἡ καλλίστη ἐστί· ἆθλον δὲ ἀγῶνος τὸ ἆθλον ἡ νικῶσα λαβέτω τὸ μῆλον. ὥρα δὲ ἤδη καὶ ὑμῖν αὐταῖς ἀπιέναι πρὸς τὴν δικαστήν· ἐγὼ

[b] τῆς Ἴδης ἐν τῷ Γαργάρῳ] Deficit in O.

eo cacumine caeſae narrantur arbores, ex quibus claſſis eſt contexta, qua vectus Spartam petiit Alexander: propterea Φιλαιπαίας κόρας argute vocavit *Lycophron*: verum qui ſedem ibi judicii collocaverit, alius occurrit nemo. Ceterum obſervat *Macrobius* Saturn. V, 16. *nullam commemorationem de judicio Paridis Homerum admittere*: quae ſi fidem inveniant, tum vero ſuppoſititios haberi oportet verſus eos, qui leguntur Il. Ω, 29. itaque cenſuiſſe veterum quosdam docuit *Fulv. Urſinus* in Virg. cum Gr. Scr. coll. p. 196. nec ſane mihi probabile videtur, ab Homero eſſe profectos: ſi enim jam tum fabula fuiſſet nota, quis credat principem vatem in materia tam benigna, ubi facultatis poëticae virtus nitidiſſime poterat explicari, fore deſidem, ſic ut nusquam ſuis luminibus ornatam interſereret tam bellam graviſſimi belli cauſam? Neque deſunt, quas nunc quidem promere non eſt opportunum, plures rationes, quibus moveor, ut poſt Homerum celeberrimi judicii commentum prodiiſſe demum credam. Extitit inter alia multiplicis coelaturae argumenta in illa Cypſeli vel Cypſelidarum arca, cujus in Junonis Eleae templo dedicatae meminit *Dion Chryſ.* Or. X. p. 163. B. ſollicitam deſcriptionem expoſuit *Pauſan.* V. p. 419. cum tali epigrammate p. 425. Ἑρμείας δ' Ἀλεξάνδρῳ δικάζει, διαιτὴν τῶ εἴδους, Ἥρᾳ τ' Ἀθηνᾷ θ' Ἀφροδίτᾳ· quod ſi Eumelum Corinthium habeat auctorem, ut ſane ſuſpicatur *Pauſanias*, vetuſtiſſimum eſſe oportet. Fabulae vero non injucundae mentem aliter atque aliter acceperunt recentiores. Qui nomine *Daretis Phrygii* celatur c. VII. de fabula ſomnium facit, quod Paridi revera fuerit oblatum: nec ſecus *Devonius* de Bell. Troj. II, 228. in multis peſſime corruptus. *Dion Chryſoſtomus*, ut philoſophus, morem Socraticum, mutandis in omnes diſcipſimae moralis formas pro re nata fabellis, ſequitur: Orat. XX. p. 266. 267. Paridem inducit animo vacuum & inertis otii plenum, qui, dum nihil habet melius, quod agat, ejusmodi cogitationibus indulget, quae libidinem irritent, ac tandem in juvene nobili & potente prorumpant: eandem rem longe diverſa via tractat in Orat. Troïca atque alibi. At ſi *Cedrenus*, *Suidas* in Πάριος, *Malela* p. 114. teſtes habeantur ſatis idonei, jam Paris erit inter antiquiſſimos ſcriptores adnumerandus; quippe qui encomium Veneris Junoni Minervaeque praelatae compoſuerit; itidem hymnum titulo Κισσῦ praeſcriptum: a talibus incunabulis exortam eſſe fabulam, his, ſi lubet, auctoribus crede. Coterum Paridem ad litem Dearum finiendam lectum hi δικαστὴν vel κριτὴν, ἀξιωτὴν alii vocant: utrumque *Noſter*: *Lycophron* v. 93. κάλλους τὸν (niſi quis malit ταῖς) Θυωρίτιδι τριπλαῖς translatae locutionis expediendae viam niſi veteres oſtendiſſent, minus equidem mirarer in ea declaranda Commentatores eruditiſſimos non laborare tantum, ſed labi. Θυωρὸς eſt primum menſa ſacra & miniſteriis divinis apta, ut *Feſtus* ait in *Anclabris*; quam in Chriſtianorum etiam templis Θυωρὸν *Nicetas* aliique dixerunt: deinde menſa communis & amica: τὴν φιλικὴν τράπεζαν exponit *Schol. Callim.* ad H. in Dian. v. 134. ubi vide Viri Illuſtris Obſervationes; hinc in *Heſychio* Θυωρεῖσθαι, εὐωχεῖσθαι. Tum porro ſimiliter ac τράπεζα menſariorum eſt, & τραπεζίτης idem qui ἀργυρογνώμων, ſic Θυωρίτιδι ut uſurparet, licere ſibi voluit *Lycophron*: *Heſychii* conturbata hunc in modum repone: Θυωρίτης, τραπεζίτης· καὶ τοὺς ἱεροὺς καὶ μυρεψοὺς ἔστιν ſcilicet καλεῖσθαι. Θυωρὸν, τράπεζαν, τὴν τὰ θύη φυλάσσουσαν. Latine dixeris *formarum pulcritudinisque ſpectatorem*: ſicuti *pecuniae ſpectatores* dici, qui nummos probarent, notavit *Donatus* ad *Terentii* Eun. A. III. Sc. V. tribusque modis debitum pecuniarium ſolvit, penſione, ſpectatione, quando dicitur, *lectum eſt*, & numero, ad Phorm. A. I. Sc. 2. & *ſpectator veteris monetae Symmacho* III. Ep. 11. ἀργυρογνώμων παλαιοῦ κόμματος rem illuſtrat egregius non Theocriti quidem, ſed ſuaviſſimi tamen Jonis poëtae locus Eid. XII, 36. Λυδὴ ἴσον ἔχεν πέτρᾳ τόμα, χρυσὸν ὁποίᾳ Πιέσθω ταὶ μὴ φαῦλον, ἐτήτυμον, ἀργυραμοιβοί. *Etymologi* emendationem a *Pottero* prolatam *Sylburgius* occupavit: ego nihil mutandum arbitror, niſi λὰθ τ' ἄλλης (τραπέζης) ὅτι ἔκριμεν τὰς θεάς· *nunc autem translatio dicta eſt ab alia menſa*, nimirum nummularia: ὡς δὲ Λυκόφρων autem revocari debet ad ſuperiora ſubjungendum voci τριπλαῖς, vel κριτὴν locum deſcripſit *Phavorinus*. Quae vero in hac fabula Lucianeis vel ſimillima, vel parumper diſcrepantia reperiuntur apud alios ſcriptores, operae non videtur ſtudioſius adnotare. *T. H.*

Ibid. Τῆς Γάργ.] *Suidas* & *Stephanus* Γάργαρα vocant. At *Noſter* iterum c. 3. τὸ Γ— & Καλλ. c. 7. Vide Dial. IV. & *Hom.* Il. Θ, 48. *M. du S.*

97. Σοφὸς τὰ ἐρωτικά] Talem ſe ferebat Socrates; eoque ipſo titulo propterea donatur a ſectae ſuae philoſophis, & *Luciano* in Β. Πρ. c. 15. Quod illi de Socrate praedicabant, ad Alexandrum dubito an malitioſe traduxerit *Lucianus*. *T. H.*

ἐγὼ δὲ ἀπαθῶμαι τ᾽ δίαιταν, ὅπως τε ὑμᾶς ἀγαπῶν, κ᾽ εἰ γε οἷόν τε ἦν, ἀδέως ἂν ἁπάσας [a] νενικηκυίας εἶδον· ἄλλως τε κ᾽ ἀνάγκη, μιᾷ τὸ καλλιστεῖον ἀποδοῦναι, πάντως ἀπεχθάνεσθαι ταῖς πλείοσι. διὰ ταῦτα μὲ αὐτὸς οὐκ ὀπιτήδειον ὑμῖν δικαστήν. ὁ δὲ νεανίας αὐτὸς ὁ Φρὺξ, ἐφ᾽ ὃν ἄπιτε, βασιλικὸς μέν ἐστι, κ᾽ Γανυμήδους [b] τούτου ξυγγενὴς, τἆλλα δὲ ἀφελὴς, κ᾽ ὄρειος, κἂν τις αὐτὸν ἀπαξιώσειε τοιαύτης θέας.

ΑΦΡΟ. Ἐγὼ μέν, ὦ Ζεῦ, εἰ κ᾽ τ᾽ Μῶμον αὐτὸν ὀπιστήσειας ἡμῖν δικαστὴν, θαῤῥοῦσα βαδιοῦμαι πρὸς τ᾽ ὀπίδειξιν. τί γὰρ ἂν κ᾽ μωμήσαιτό μου; χρὴ δὲ κ᾽ ταύταις ἐφέσκειν τ᾽ ἄνθρωπον. [c] ΗΡ. ἀλλ᾽ ἡμεῖς, ὦ Ἀφροδίτη, δεδίαμεν, μὴ ἂν ὁ Ἄρης ὁ σὸς ὀπιτραπῇ τ᾽ δίαιταν, ἀλλὰ δεχόμεθα κ᾽ τοῦτον, ὅστις ἂν ᾖ, τ᾽ Πάριν. ΖΕΥΣ. ἢ κ᾽ σοὶ ταῦτα, ὦ θύγατερ, συνδοκεῖ; τί φῄς; ἐπιστρέφῃ, κ᾽ ἐρυθριᾷς; ἔστι μὲ ἴδιον, τὸ αἰδεῖσθαί γε τὰ τοιαῦτα, ὑμῖν τ᾽ παρθένων· [d] ὀπινεύεις δὲ ὅμως· ἄπιτε οὖν, κ᾽ ὅπως μὴ χαλεπήνῃτε τῷ δικαστῇ αἱ νενικημέναι, μηδὲ [e] κακὸν ἐπιτρίψησθε τῷ νεανίσκῳ. ἃ γὰρ οἷόν τε ἐπίσης εἶναι καλὰς πάσας.

ΕΡ. Προΐωμεν εὐθὺ τ᾽ Φρυγίας, ἐγὼ μὲν ἡγεμὼν, ὑμεῖς δὲ μὴ βραδέως ἀκολουθεῖτέ μοι· κ᾽ θαῤῥεῖτε, οἶδα ἐγὼ τ᾽ Πάριν, νεανίας ὄντι καλὸς, κ᾽ τἆλλα ἐρωτικὸς, κ᾽ τὰ

equidem plane repudio munus arbitri; ut qui ex æquo vos amem, &, si fieri posset, libenter cunctas victisse videam: hoc porro, ut alia ne dicam, necesse, uni si formæ præmium tribuas, pluribus esse in odio. Propterea ipse quidem haud idoneus vobis sim judex: juvenis autem hicce Phryx, ad quem adibitis, regiæ stirpis est, & Ganymedis istius cognatus; ceterum simplex & montanus: neque illum quis indignum censuerit ejusmodi spectaculo.

2. VEN. Equidem, o Jupiter, etiamsi vel Momum ipsum imponas nobis judicem, confidenter accedam ad formæ ostentationem: quid enim ille mei reprehenderit? attamen oportet illis quoque placere hominem. JUN. Nec nos, Venus, reformidamus, ne Marti quidem tuo si permissum fuerit arbitrium; sed accipimus istum, quicumque sit, Parin. JUP. Tibine, nata, eadem placent? quid ais? faciemne avertis & erubescis? est hoc quidem proprium, ut verecundiores sitis in talibus, vobis virginibus: attamen annuis: abite ergo: at ne quid acerbius indignemini judici, quæ victæ eritis, nec malum inferatis juveni: fieri quippe non potest, ut æque sitis pulcræ omnes.

3. MERC. Proficiscamur recta in Phrygiam, ego viæ dux, vos autem non lente sequimini me: bonoque estote animo; novi Parin, juvenis est formosus, præterea amori deditus, & ad ta-

a Νενικηκυίας] Ita O. V2. S. A. In ceteris Edd. prave νενικυίας. b Τούτου] τουτοῦ L. c ΗΡ.] κ᾽ Ἀθ. O. d Ἐπινεύεις] ἐπινεύσεις F. e Κακὸν] κακὸν ἔργον ἐντρ. F.

23. Καὶ ὅπως] Σκοπεῖτε. V.

2. Ἐπίσης τε ὑμῖν] Incommodum illud τε, quod servari non potest, nisi sequentia his adnexa sic constituas: ἐπίσης τε ὑμᾶς ἀγαπῶν, κ᾽, εἰγε οἷόν τε ἦν, ἡδέως ἂν ἁπάσας νενικηκυίας ἰδών. Malo tamen, & mollior est medicina, τε mutare in γε, probata distinctione vulgari. Mox ὁ δὲ νεανίας ἐτ᾽ pro αὐτός. T. H.

23. Ὅπως] Sub. *videte*. F. G.

33. Πρὸς ἡμᾶ λέγεις] Attica locutio: *Aristoph.* Vesp. v. 645. Τὸν δ᾽ ἡμῖν ὀργὴν πικρὸν — Ναὶ χαλεπὸν μὴ πρὸς ἡμᾶ λέγοις. *Schol.* minus accurate: ἀντὶ τοῦ μὴ ὑπὲρ ἡμῶν μὴ ἀγόνητα μοι λέγοντι. *Plato* in Hipp. p. 1248. A. Συγχωρῶ ταῦτα· δίκαιος γὰρ τ᾽ λόγον πρὸς ἐμᾶ λέγειν. T. H.

36. Οὐ τῶν. ἐγαμῶ. . .] Οὐδὲν Κέρβερον τοῦ πολεμοῦ θυγάτηρ, quam, ut rem minuat Mercurius, ἴγνωμι Paris. Vide *Apollod.* III. 10. §. 6. (p. m. 93. C.) E. L.

38. Σωφρονεῖν] Utitur hoc loco *Muretus* Var. Lect. VI. c. 7. T. H.

Ibid. Ἱκανὴ μέ] Supra *Graevius* ad Dial. VI. vertit: *commoda quidem, sed rustica*, interprete castigato, qui

talia dijudicanda imprimis idoneus; is sane non male jus dixerit. VEN. Hoc quidem omne bonum atque e re mea narras, nimirum justum nobis esse judicem: utrum vero innuptus est, an uxor aliqua cum eo vivit? MERC. Haud omnino innuptus est, o Venus. VEN. Quid ais? MERC. Est cum eo, ut arbitror, Idæa quædam mulier, commoda quidem facie, at rustica, & valde montana: sed non admodum curare illam videtur: quid est autem, cur ista roges? VEN. Nullo consilio certe rogabam.

4. MIN. Heus tu, iniquum agis legatum privatim cum ea sermones communicans. MERC. Nihil, o Minerva, quod metuas, nec quod vobis obsit: scilicet rogabat me, innuptusne esset Paris? MIN. Quid ita tandem hoc curiose scisscitata? MERC. Nescio: ait autem se, quod casu in mentem venerat, non de industria rogasse me. MIN. Quid ergo? cælebs est? MERC. Haud putem. MIN. Quid porro? bellicarumne rerum studio tenetur, & gloriæ cupidus est, an totus bubulcus? MERC. Ea de re quid verum sit, haud facile dixerim: nisi quod conjicere licet juvenem expetere, horum ut sibi facultas fiat, & velle sane se primum esse in præliis. VEN. Viden? nihil ego criminor, neque insimulo te, quod cum ea privatim loquaris: earum enim, quæ ad querelas sunt proclives, non Veneris hoc est. MERC. Hæc Minerva eadem fere me rogavit: quare nihil est quod

τοιαῦτα κρίνειν ἱκανώτατος· οὐκ ἂν ὀκνοῖ-
μι δικάσειν καλῶς. ΑΦΡ. τοῦτο μὲν ἅπαν
ἀγαθὸν καὶ [f] πρὸς ἐμοῦ λέγεις, τὸ δίκαιον
ἡμῖν εἶναι τὸν δικαστήν· [g] πότερα δὲ ἄγαμός
ἐστιν, ἢ καὶ γυνή τις αὐτῷ σύνεστιν;
ΕΡ. ὑπαίθρως ἄγαμός ἐστιν, ὦ Ἀφροδίτη.
ΑΦΡ. πῶς λέγεις; ΕΡ. ἔοικέ τις αὐτῷ
συνοικεῖν Ἰδαία γυνή, ἱκανὴ μὲν, ἀγροικος
δὲ, καὶ δεινῶς ὀρεία· ἀλλ' ὑπερφόδρα πρόσ-
εχειν αὐτῇ ἔοικε. τίνος δ' ἕνεκα ταῦτα
ἐρωτᾷς; ΑΦΡ. ἄλλως [h] ἠρόμην.

ΑΘΗ. Παραπρεσβεύεις, ὦ οὗτος, ἰδίᾳ
ταύτῃ [i] κοινολογούμενος. ΕΡ. οὐδὲν, ὦ Ἀ-
θηνᾶ, δεινὸν, οὐδὲ καθ' ὑμῶν· ἀλλ' [k] εἴρε-
τό με, εἰ ἄγαμος ὁ Πάρις ἐστίν; ΑΘΗ.
ὡς δὴ τί τοῦτο πολυπραγμονοῦσα; ΕΡ.
οὐκ οἶδα. φησὶ δ' ἂν ὅτι ἄλλως ἐπελ-
θὸν, οὐκ ἐξεπίτηδες, ἤρετό με. ΑΘΗ.
τί οὖν ἄγαμός ἐστιν; ΕΡ. οὐ δοκεῖ. ΑΘΗ.
[l] τί δὲ τὰ πολεμικῶν ἐστιν αὐτῷ ἐπιθυμία,
καὶ φιλόδοξός τις, ἢ τὸ πᾶν βουκόλος;
ΕΡ. τὸ μὲν ἀληθὲς οὐκ ἔχω λέγειν, εἰκά-
ζειν δὲ χρὴ νέον ὄντα καὶ τούτων ὀρέγεσθαι
τυχεῖν, καὶ βούλεσθαι ἂν πρῶτον αὐτὸν εἶναι
ἐν ταῖς μάχαις. ΑΦΡ. ὁρᾷς; οὐδὲν ἐγὼ
μέμφομαι, οὐδὲ προσεγκαλῶ σοι τὸ πρὸς
ταύτῃ ἰδίᾳ λαλεῖν. μεμψιμοίρων γὰρ,
[m] καὶ οὐκ Ἀφροδίτης τὰ τοιαῦτα. ΕΡ. καὶ
αὕτη σχεδὸν τὰ αὐτά με ἤρετο· διὸ μὴ
χα-

[f] Πρὸς ἐμοῦ] πρὸ Ο. P. *f.* [g] Πότερα] πότερον Ο. [h] Ἠρόμην] ἠρώμην H1. [i] Κοινολογούμενος] κοινολ. Edd. primae: in B2. & posterioribus bene correctum. [k] Εἴρετο] ἤρετο Ο. Poëticam formam omnes Edd. servant. [l] Τί δὲ] τὶ δαὶ Ο. satis commode. [m] Καὶ] Abest ab O.

qui dederat, *sat quidem formosa*. Non audio: saepius enim ἱκανὸς & ἀγαθὸς praestantiam atque excellentiam notant in ea re, de qua sermo habetur: hic autem satis est apertum, formae fieri debere mentionem: ne dicam minus congruere *commodam* & *rusticam*: formosam vero eandem esse & rusticam, nihil vetat. Oenones pulcritudinem poëtae laudant: historiam totam enarravit *Parthen.* Erot. c. IV. *T.H.*

41. Ἄλλως ἠρόμην] Mox vim istius ἄλλως *Lucianus* ipse declarat: ἄλλως ἐκεῖθεν, οὐκ ἐξεπίτηδες ἤρετό με, *nullo certo consilio neque de industria*. Parum recte videtur intellexisse *D. Heinsius* ad *Hesiod.* E. καὶ H. v. 344. melius *Stephanus* in Thes. T. I. p. 343. *T.H.*

42. Παραπρεσβεύεις] Id est, *praevaricaris*. *F.G.*

43. Κοινολ—.] Sic Nigr. c. 14. & Ἀλ. c. 25. πρὸς ἕνα τινα —. *M. du S.*

44. Ἤρεσε] Ox. In editis εἴρετο. *M. du S.*

53. Καὶ τούτων ὀρέγεσθαι τυχεῖν] Haec profert *Thom. Mag.* in Βούλομαι. *T.H.*

52. Ἀλ-

χαλεπῶς ἔχε, μηδ' οἷς μειοκτεῖν, εἰ τι δ ἐγὼ καὶ ταύτῃ τὸ ἁπλοῦν ἀπεκρινάμην.

ΗΡΑ. Ἀλλὰ μεταξὺ λόγων ἤδη πολὺ προϊόντες ἀπεσπάσαμεν τῶν ἀστέρων, καὶ σχεδόν γε καὶ τὴν Φρυγίαν ἐσμέν. ἐγὼ δὲ καὶ τὴν Ἴδην ὁρῶ, καὶ τὸν Γάργαρον ὅλον ἀκριβῶς, εἰ δὲ μὴ ἐξαπατῶμαι, καὶ αὐτὸν ὑμῶν τὸν δικαστὴν τὸν Πάριν. ΙΗΡ. ποῦ δέ ἐστιν; ἐγὼ γοῦν καμοὶ φαίνεται. ΕΡ. ταύτῃ, ὦ Ἥρα, πρὸς τὰ λαιὰ σκόπει, μὴ πρὸς ἄκρῳ τῷ ὄρει, ἀλλὰ δὲ τὸν πλευρὰν, ἔνθα τὸ ἄντρον καὶ τὴν ἀγέλην ὁρᾷς. ΗΡΑ. ἀλλ' οὐχ ὁρῶ τὴν ἀγέλην. ΕΡ. τί φῄς; οὐχ ὁρᾷς βαΐδια καὶ τὴν ἐμὸν [b] ὑτωσὶ δάκτυλον ἐκ μέσων τῶν πέτρων προερχόμενα, καί τινα ἐκ τῆς σκοπέλου καλαθέοντα, [c] καλλαύροπα ἔχοντα, καὶ ἀνείργοντα μὴ πρόσω

gre feras, aut putes deteriore te esse loco; si quid etiam ipsi ita simpliciter responsi.

5. Sed interea, dum sermones cædimus, jam multum progressi longius discessimus a stellis, & circiter ex adverso Phrygiæ sumus: quin etiam Idam video, Gargarumque totum accurate; &, ni fallor, ipsum vestrum judicem Paridem. JUN. Ubi vero est? necdum enim mihi apparet. MERC. Illac, Juno, ad sinistrum respice; non ad summum montem; sed juxta latus, ubi antrum & gregem vides. JUN. Atqui non video gregem. MERC. Quid ais? non tu vides vacculas ad hocce fere digiti mei indicium ex mediis rupibus prodeuntes, & quendam ex scopulo decurrentem, qui pedum habeat, & repellat, ne protenus

a Πῇ] Sic in O. L. Edd. omnes habuerunt ὅπου. b Οὐτωσὶ] ὑτοσὶ O. c Καλαύροπα] καλάβρ. O. P.

74. Καλαύροπα] * Καλάβροψ ἐστι ποιμενικὴ ῥάβδος, μικρὸν ἐκατέρωθεν ὑπόσκαμβος, ἣν ἀφιᾶσιν ἐπὶ τὰ τῶν ἀγέλης ἀποσκιρτῶντα. V.

* Καλάβροψ] Καλαύροψ. καλάβροψ autem, ut Εὖρος pro Ἔρος &c. sunt recentioris Graeciae β & υ inter se commutantium. Haec Matth. Sladus. T. H.

62. Ἀλλὰ μεταξὺ &c.] *Sed inter colloquendum multum progressi jam a stellis recessimus*, sive, ut non male interpres, *stellas emensi sumus*. Sic loquitur etiam in Icaromenippo παμπολὺ τῶν νεφῶν ἀποστάσας, ubi *Erasmus, cum plurimum nubium essem emensus*. Sed *Budaeus* & *Stephanus* hunc locum suspectum habent & aliter scripsisse *Lucianum* putant. Et rursus in dialogo Doridis & Thetidos: ἐπειδὴ πολὺ ἀπὸ τῆς γῆς ἀποστάσωσιν, ἀφεῖναι ἐς τὴν θάλασσαν. *postquam longe a terra provecti in altum erant*. Vides hoc loquendi genus familiare fuisse *Luciano*. *Hesych.* Ἀπεσπάδωτο, ἀπέστησαν. leg. ἀπεσπάσαντο. *J.G.G.*

63. Ἀπεσπάσαμεν] An scribendum? ἀλλὰ μεταξὺ λόγων ἤδη προϊόντες πολὺ ἀπεσπάδημεν τῶν ἀστέρων. *F.G.*

Ἀπεσπάσαμεν] Subintellige ἑαυτούς quasi dixisset, ἐσπάσαμεν ἑαυτοὺς ἀπὸ τῶν ἀστέρων, *nos procul ab astris subduximus*. *J.C.*

Ἀπεσπάσαμεν τῶν ἀστέρων] Injuria *Budaeus* & *Stephanus* Thes. T. III. p. 918. G. hoc verbum in Icaromenippo suspectum habuerunt. Ubi significandi rationem aperuero, res erit manifesta. Ἀποσπᾶν, *avellere, distrahere, avocare*: ἀποσπᾶσθαι vel ἀποσπασθῆναι eos dicunt, qui ab amicissimorum amplexu vix divelli possunt ac discedere: ita capiendum esse A. A. XXI, 1. praecedentia satis confirmant: neque audiendos puto, qui *Grotio* obloquuntur. Deinde ad eos pertinet, qui quadam agendi contentione ac vehementi studio alicunde digrediuntur, atque avocari se patiuntur, raro commodi causa, ut in *Xenoph.* K. A. II. p. 164. v. 11. *AElian.* de Anim. VII. c. 6. saepius inconsiderate, sic ut periculum aliquod aut damnum gravius consequatur: Excerpta *Nicolai Damasc.* p. 426. ὄνον ἄγριον διώκων ἐπιπλεῖον ἀποσπᾶται τῶν ἑαυτοῦ. *Polyaen.* VI. c. 16. §. 4. οἳ δὲ μακρὰν ἀπεσπάσθησαν ἄχρι πελάγους διώκοντες exemplis, quorum apud historicos abundat copia, cumulandis parco. Haec in Atticis castigatissimisque scriptoribus satis sunt usitata: verum quando ἀποσπασθῆναι simpliciter pro χωρισθῆναι, *recedere, digredi* ponitur, illud jam communi, quam vocant, & minus accuratae Graece loquendi formae proprium est: ita *Lucas* in Euang. XXII, 41. Καὶ αὐτὸς ἀπεσπάσθη ἀπ' αὐτῶν ὡσεὶ λίθου βολήν· veteres exponunt ἀπέστη, ἀπεχωρίσθη· neque aliud est, quam interpretamentum C. Cant. lectio ἀπεσπάθη. Eandem vim obtinuit ἀποστάσαι, ubi tum intelligendum est ἑαυτὸν quod a Macedonica vel Alexandrina dialecto videtur tractum: nam apud vetustiores vix equidem reperiri putem. 2 Maccab. XII, 10. pro eo, quod vulgatur; Ἐκείθεν δὲ ἀποσταθέντων σταδίους ἐνίους, ego legendum arbitror secutus C. Alex. & Ed. Compl. Ἐκείθεν δὲ ἀποστάσαντες σταδίους ἐνίους, παραμυθῶν τὴν πορείαν ἐπὶ τὸν Τιμόθεον προσέβαλον Ἄραβες αὐτῷ. *Inde quum progressi essent stadia novem, Judam adversus Timotheum proficiscentem adorti sunt Arabes*: pariter v. 17. ἐκεῖθεν δὲ ἀποστάσαντες, unde, quae Scriptori forma verbi placuerit, animadverti potest: fefellerat, ut saepe, libra-

dissipetur armentum? JUN. Video nunc, siquidem is est. MERC. Is adeo ipse. Quoniam vero prope sumus, in terra, si videtur, positis vestigiis incedamus, ne conturbemus eum desuper ex improviso devolantes. JUN. Commode dicis; atque ita faciamus. Quandoquidem autem degressi sumus, tui jam muneris, Venus, præire teque ducem præbere nobis viæ: etenim te par est peritam esse loci, quæ sæpe, ut fama fert, descenderis ad Anchisen. VEN. Non admodum, Juno, istis commoveor cavillationibus tuis.

6. MERC. Atque ego adeo vobis viam monstrabo: etenim ipse non raro commoratus sum in Ida, quando Jupiter amabat adolescentulum Phrygem: tum sæpiuscule huc veni ab eo demissus ad invisendum

ἀφροσίδας ἢ ἀγέλην; HPA. ὁρῶ γάρ, εἴ γε ἐκεῖνός ἐστιν. EP. [d] ἀλλ' ἐκεῖνος. ἐπειδὴ δὲ πλησίον ἐσμὲν ὅπῃ τῆς γῆς, εἰ δοκεῖ, καλαζάντες βαδίζωμεν, ἵνα μὴ ἀφαράξωμεν αὐτὸν ἄνωθεν ἐξ ἀφανοῦς καθιπτάμενοι. HPA. εὖ λέγεις, καὶ ὅτῳ ποιῶμεν. ἐπεὶ δὲ [e] καλαβεβήκαμεν, ὥρα σοι, ὦ Ἀφροδίτη, προιέναι, καὶ ἡγεῖσθαι ἡμῖν τῆς ὁδοῦ· σὺ γὰρ ὡς τὸ εἰκὸς, ἔμπειρος εἶ τῶν χωρίων, πολλάκις, ὡς λόγος, καλελθοῦσα πρὸς Ἀγχίσην. ΑΦΡ. οὐ σφόδρα, ὦ Ἥρα, τούτοις ἄχθομαι τοῖς σκώμμασιν.

EP. [f] Ἀλλ' ἴσθι ἐγὼ ὑμῖν ἡγήσομαι· καὶ γὰρ αὐτὸς ἐνδιέτριψα τῇ Ἰδῃ, ὁπότε ὁ Ζεὺς ἤρα τοῦ μειρακίου τοῦ Φρυγὸς, καὶ πολλάκις δεῦρο ἦλθον ὑπ' ἐκείνου καλαπεμφθεὶς εἰς ἐπισκοπὴν τοῦ

d Ἀλλ' ἐκεῖνος] Ἐκεῖνος· ἀλλ' ἐπ. πλ. γῆς ἐσμὲν G. L. e Καταβεβήκαμεν] Priores Edd. καταβάς. f Ἀλλ' ἴσθι] Omittunt O. P. *f*. Ego cum ceteris Edd. retineo.

brarios imperitos absoluti nominativi usus. *AElian.* de Anim. X, 48. ὁ δὲ μιλτιάδιον &c. τὸ δὲ στωμυλατῶν ἀπόστα πολύ. *Synes.* Ep. 108. μόνοις γὰρ ἴφασαν, καὶ ἰδίοις μαθεῖν οἵ τινες ὄντες ἡμῶν τοσοῦτον οὐδὲν ἀπέστασαι τῆς χώρας ἐτολμήσαμεν. *Noster* de Domo: πολὺ ἀπὸ τῆς γῆς ἀποστάσαι, *procul a terra in altum provehi.* Itane capiendum sit, an propria virtute in Necyom. §. 21. vix liquet: ὁ δὲ δὴ μὴ ἀπαγαγὼν ἐς πολὺ τὸ ἄλλων ἀπεστάσας. Ad Icaromenippum *Graevius* eorum, quae hic adnotaverat, oblitus fuit: multo tamen absurdius ibi *Fac. Gronovius* argutatur. In hoc autem loco πολὺ, secus atque Interpretes fecerunt, jungendum est cum ἀπεστάσαμεν. *T.H.*

64. Τὸ Γάργ—.] *Rob. Stephanus* in Thes. habet *Gargarus* masc. & vulgaris Grammatica *altus Gargarus. Fornabius* tamen ait *Gargarus* in masculino genere nusquam legi; & sane, nisi apud eos, quorum memini, auctores, ego nusquam reperio. Γάργαρον autem in feminino genere agnoscit *Eustathius*; agnoscit & *Etym. Magn.* Sed ea πόλις, hoc ἀκροτήριον. *E.L.*

67. Πῇ] Sic Ox. & L. At reliqui ὅπου. *M. du S.*

74. Καλαύροπα] Mss. Ox. καλάβροπα, prave; sed ea permutatio frequens in scriptis, imo & in nummis. V. *Spanhem.* 120, 128. *M. du S.*

Καλαύροπα] Paridi tribuit etiam *Coluthus* v. 107. Ποιμενικὴν δ' ὑπέκειτο βοῶν ἐλάτειρα καλάβροψ. idem scribendi modus in *Apollon. Rhod.* IV, 974. ut observavit *Fr. Nansius* ad *Nonni* Paraphr. E. *Joh.* XXI, 110. quem se probasse *Scholiastes* ostendit hanc notationem adferens, οἱονεὶ καλὴν ῥάβδον· libro tamen Argon. II, 33. καλαύροπά τε τροχοῖαν. atque ita plerumque solet, & quidem emendatius. In Antonini quoque Pii nummo apud *Morell.* Spec. Rei Numm. T. XI. Alexander exhibetur καλαύροπα vel *pedum* manu gestans exactissima figura; ubi videre licet ῥοπὴν illam vel καμπὴν, cujus meminit *Etymol.* eam ob causam Grammatici exponunt ῥοπαλὸν ἐπικαμπὲς, perinde ac *pedum Festus* & *Servius.* Glossae veteres: *Pedum*, καλαύροψ, ποιμενικὴ ῥάβδος λαγωβόλος. Vid. *Poll.* X, 131. *T.H.*

77. Ἀλλ' ἐκεῖ] Rectius in Mss. scribitur Ἐφ' ἑκεῖ. ἀλλ' ἐπειδὴ πλησίον γῆς ἐσμέν. *J.G.G.*

Ἀλλ' ἐκεῖ] Scriptae lectioni, quam *Graevius* ponit, vulgatam longe praetulero. Ἀλλὰ eleganter positum: *Imo is ipse:* tum ἐπὶ τῆς γῆς jungenda cum καλαζάντες *quandoquidem vero prope ad Paridem advenimus, in terra, si videtur, positis pedibus incedamus:* ne scilicet juvenis animo conturbetur, & plane stupefiat, si nos desuper advolantes viderit. Quae de usu nautico verbi καλάζασθαι monentur, nihil huc faciunt. *T.H.*

79. Καλαζάντες] Pro καλαβάντες corrupte scriptum arbitror. Monet tamen *Ed. Leedes* vocem esse nauticam apud *Homerum*; νῆα καλάζασθαι Od. M, 185. quam adeo non incongruam putat Deabus, *quae aethera tranabant pennis.* Verum *alato* quidem *Mercurio* tribuitur a Nostro ἱερσία τῶν πτερῶν, & Dii Deaeque alii *labi* sine alis, Cupidine excepto, constanter traduntur. De hac voce consule *Thucyd.* I. 59. *M. du S.*

82. Καλαβ—.] Ox. Ms. ut *Jensius* legendum monuerat. Prave alii καλεσ—. *M. du S.*

87. Ἀλλ' ἐγὼ] Sic sine ὦν Ox. P. & *f*. Ed. *M. du S.*

τῦ παιδός. ἢ ὁπότε ἤδη ἐν τῷ ἀετῷ ἦν, συμπαριπτάμην αὐτῷ, ἢ συνεκέφιζον † καλόν. ἢ εἰ γε μέμνημαι, ἀπὸ ταυτησὶ † πέτρας αὐτὸν ἀνήρπασεν. ὁ μὲν γὰρ τότε ἔτυχε συρίζων πρὸς τὸ ποίμνιον· καλαπτάμβυος δὲ ὅπισθεν [a]αὐτῦ ὁ Ζεὺς, κέφας μάλα τοῖς ὄνυξι θιγὼν ἁπαλῶν, ἢ τῷ στόματι † ὑπὸ τῇ κεφαλῇ τιάραν [b]δακὼν, ἀνέφερε † παῖδα τέλαραγμένον, ἢ τῷ τραχήλῳ ἀπεστραμμένῳ ἐς αὐτὸν ἀπέβλεπε. τότε ἐν ἐγὼ † σύριγγα ἔλαβον· [c]ἀποβεβλήκει γὰρ αὐτὴν ὑπὸ τῦ δέους. ἀλλὰ γὰρ ὁ διαιτητὴς ἐστὶ πλησίον, ὥστε προσείπωμεν αὐτόν.

Χαῖρε, ὦ βουκόλε. ΠΑ. καὶ σύ γε, ὦ νεανίσκε· τίς δὲ ὢν δεῦρο ἀφῖξαι πρὸς ἡμᾶς; ἢ τίνας ταύτας ἄγεις τὰς γυναῖκας; ἀ γὰρ [d]ὀπτήδειαι [e]ὀρεοπολεῖν, οὕτω γε ὦσαι καλαί. ΕΡ. ἀλλ' οὐ γυναῖκες εἰσίν. Ἥραν δὲ, ὦ Πάρι, ἢ Ἀθηνᾶν, ἢ Ἀφροδίτην ὁρᾷς, καίμε † Ἑρμῆν ἀπέστειλεν ὁ Ζεύς. ἀλλὰ τί τρέμεις, ἢ ὠχριᾷς; ἢ μὴ δέδιθι· χαλεπὸν γὰρ οὐδέν· κελεύει δέ σε δικαστὴν γενέσθαι τῦ κάλλους αὐτῶν· ἐπειδὴ γάρ, φησι, καλός τε αὐτὸς εἶ, καὶ σοφὸς τὰ ἐρωτικὰ, σοὶ † γνῶσιν ἐπιτρέπω· ἢ δ' ἀγῶνος [f]τὸ ἆθλον εἴσῃ ἀναγνὺς τὸ μῆλον. ΠΑ. φέρ', ἴδω τί

puerum: quumque jam ab aquila veheretur, juxta simul volabam, allevabamque pulcellum: quin, si quidem memini, ab ista rupe illum subripuit: hic tum forte fistula ludebat ad gregem; devolans autem pone eum Jupiter valde leviter unguibus amplexus, & oris, quam in capite gerebat, tiaram morsu prehendens tollebat puerum turbatum, cerviceque reflexa in ipsum respicientem: tunc ego fistulam tuli; abjecerat eam præ timore. Atenim arbiter hiece prope adest: quare adloquamur eum.

§ 7. Salve, boum pastor. PAR. Et tu sane, juvenis: quis autem huc advenisti ad nos? aut quas istas ducis mulieres? haud enim ita factæ, ut montes frequentent, quæ tam egregia sint forma. MERC. Multum abest, ut sint mulieres. Junonem, Pari, Minervam & Venerem intueris, meque Mercurium misit Jupiter. At quid trepidas & palles? quin tu omnem metum pone; incommodi nihil est. Jubet autem te Jupiter, judicem fieri harum pulcritudinis: quandoquidem enim, inquit, & ipse formosus es, & doctus rebus amatoriis, tibi notionem permitto: certaminis autem præmium scies, ubi legeris hoc pomum. PAR. Cedo, videam, quid tan-

a Αὐτῦ] αὐτὸς O. P. L. Marg. *AIW.* Placet vulgata. b Δακὼν] ἔχων O. P. L. Marg. *AIW.* c Ἀποβεβλήκει] ἀπεβεβλ. P. d Ἐπιτήδειαι] ἐπιτήδειαι *F.* in ceteris emendatum. e Ὀρεοπολεῖν] ὀρωπ. O. f Τὸ ἆθλον] † ἆθλον omnes Edd. priores: τὸ O. L. *J.*

3. Ὁ διαιτητὴς] Χωρὶς δικαστηρίου κριτής. *G.*

91. Ὁπότε ἤδη ἐν τῷ ἀετῷ ἦν] Dubites, utrum de Jove haec intelligenda sint, an de Ganymede: posterius in versione fere sum secutus. Prius si quis anteferendum putet, sensus erit talis: *Et quum jam mutatus in aquila lateret, ad latus ejus una volabam, adjutabamque in allevando Ganymede*: series orationis favet; ὁπότε ὁ Ζεὺς ἦρα, ... ἢ ὁπότε ἤδη ἐν τῷ ἀετῷ ἦν. Sic dixerit εἶναι ἐν τῷ ἀετῷ, quod Latinis est *latere in aquila*, *aquilae forma celari*: idque eo probabilius, quia Ganymeden non aquila vectum veteres fecerunt, sed apprehensa coma de unguibus alitis pendentem: vide *Aethill. Tat.* II. p. 145. & *Salmasium*. In Luciano cautius paululum delicias suas Jupiter attrectat. *T. H.*

54. Τράγῳ ἑαυτὸν ἀπείκασεν] Ita *Philargyr.* ad *Virgil.* Ecl. II, 32. *Hic autem natus est Mercurio in arietem converso, & Penelope uxore Ulyssis*, *Schol. Theocr.* ad Eid. VII, 109. & *Serv.* ad AEn. II, 44. Sed quia non immerito paulo quis acutior miretur, quamodo pulcerrima eademque castissima Penelope adduci potuerit, ut hirco se submitteret, admodum solerter tantae difficultati vel *Nonnus* vel *Maximus* mederi conatus est in Συναγ. Ἱε. ad *Gregorii Nazianz.* Stel. I. p. 141. ἢ ἐπαίσας αὐτὸν μαγείαις εἰς ἔρωτα σφετέρῳ ἐκίνησε, ἢ ἀχαΐθη ὑπὸ τῷ τράγῳ nonnihil sane Penelopes honori consultum vides, quae culpam praestare non tenetur, quam fascinata magicis artibus ac mentis non compos admisit. Pater Mercurius, ne nescias, tertius est, tertio quoque Jove natus & Maja, ut monet *Cicer.* de N. D. III. §. 56. filius Pan, quem hic Lucianus inducit, omnium Panum ultimus: nam venerandae vetustatis multo plures extiterunt, aliisque orti parentibus: vide modo *Schol. Theocr.* ad Eid. I, 3. 125. Scriptorem Arg. I. ad Pythion. *Pindari*, quorum alter ad alterum emendandum juvat, *Apollodor.* I. p. 13. *Tzetz.* ad *Lycophr.* v. 772 Noster hicce cum Hercule Alemenes filio Deorum apud Graecos agnem clauserunt, quod credere licet adfirmanti *Herodoto* II, 145. quum contra AEgyptiorum antiquissimus esset Pan, ᾧ τὸ ἔκτον τῶν πρώτων λεγομένων θεῶν & *Herodotus* quidem, qui studio vetustatis barbaris adversus Graecos saepe faviſſe deprehenditur, quanti Deorum huncce noviſſimum fecerit, haud obscure declarat c. 146. ᾧ Πανὶ γὰρ πάμπολυ ὕστατα ἐγένοντο γενῶν (τῶν Ἑλλήνων) ὄντα ἐτράπετο γενόμενῳ mirandum sane fabulam aliis excogitandi quidvis foecundiſſimam hac in parte claudicare: Athenienses tamen, dummodo sit iste Pan idem, qui noster, quod dubitare nonnullos scio, quis esset quamque salutaris apud Marathonem adjutor haud ingrati didicerunt. At grande mortis ejus arcanum patuit demum sub Imperatore Tiberio: quum enim ex insula Paxis audita vox esset, magnum Panem obiisse, eaque res Romam relata cunctorum animos ipsiusque Tiberii advertisset, philologi, momento graviſſimae quaestionis expenso, conjectarunt, hunc esse Mercurii & Penelopes filium; ut refert *Plutarch.* de Orac. Defect. p. 419. Nolo sagaciſſimis hominibus adversari, tametsi qua fortuna, quove consilio in Paxos, Arcadia relicta, devenerit moribundus Pan, ignorare me fatear; nisi quod desertis locis, atque insulis etiam eum valde delectatum fuisse ferant: vide *AEschyl.* Pers. v. 447. & Schol. Cur autem κερασφόρος fuerit & τραγοσκελής, commoda plane causa est, & probabilis, quam a matre acceptam Mercurio patri exponit: haec figura AEgyptio juxta & nostro Pani communis; utrumque enim γράφουσί τε καὶ γλύφουσι αἰγοπρόσωπον & τραγοσκελῆ, teste *Herodoto* II, 46. talemque carmine depinxit *Sil. Ital.* XIII, 326. Hinc Pan δικέρως Thespidi Tragicorum vetustissimo apud *Clem. Alex.* Strom. V. p. 370. D. at tu Thespidem observa quadraginta vel quinquaginta minimum annis pugnam Marathoniam praecessisse, post quam primum cognitus, & in civitatem familiamque Deorum numeroſissimam ab Atheniensibus adscitus fuit Pan: vel Thespis igitur ritus in Arcadia solennes descripsit,

vel

forma ſpiritus facit, adhuc imberbis ipſe, tuus pater dicar, & ludibrium debebo omnibus ob elegantiam prolis?

χάλλει μέγα φρονῶν, ἔτι ἀγένειος αὐτὸς ὤν, σὸς πατὴρ καλήσομαι, καὶ γέλωτα ὀφλήσω παρὰ πᾶσιν ἐπὶ τῇ εὐπαιδίᾳ;

3. PAN. Atqui pudori nec probro ero tibi, pater: muſices enim peritus ſum, & fiſtula ludo valde argutum quiddam; Bacchusque nihil me ſine facere poteſt: imo ſodalem & thiaſi ſocium conſtituit me, duxque ipſi ſum chori. Quod ſi greges meos ſpectes, quotcumque circa Tegeam & per Parthenium habeo, multum lætabere. Nuper etiam auxilio Athenienſibus lato tam ſtrenue rem geſſi Ma-

ΠΑΝ. Καὶ μὴν οὐ καλαχύνῳ σε, ὦ πάτερ· μουσικός τε γάρ εἰμι, καὶ συρίζω πάνυ καπυρόν· καὶ ὁ Διόνυσος οὐδὲν ἐμοῦ ἄνδρα ποιοῦν δύναται, ἀλλὰ ἑταῖρον καὶ θιασώτην ἐποήσατό με· καὶ ἡγεῖμαι αὐτῷ καὶ χορεῖ. καὶ τὰ ποίμνια δὲ εἰ θεάσαιό μου, ὁπόσα περὶ Τέγεαν καὶ ἀνὰ τὸ Παρθένιον ἔχω, πάνυ ἡδήσῃ. ἄρχω δὲ καὶ τῆς Ἀρκαδίας ἁπάσης. πρώην δὲ καὶ Ἀθηναίοις συμμαχήσας, ἅτε παρὼν ὁ Μαρα-

ὁ Παρὼν] παρ' Al. Hl.

vel fabulae ipſi tributae falſum nomen mentiebantur, quod voluit Vir Maximus. Καρδίαν vocabulum ad caput Panis an ad pedes pertineat, quamque virtutem habeat propriam, valde diſſentiunt Grammatici, quos lege ad *Ariſtoph.* Ran. v. 232. ego *cornipedem* reddere non verear: excidit Etymologo, quem vix eſt, ut intelligas, niſi repoſueris p. 504. v. 2. Καρδίαν, ὁ τὰ ἀκροτήρια τῶν ὀρῶν βαίνων &c. καρδίᾳ pari ratione *Dionyſio* Perieg. v. 995. ubi itidem neſcio quid *Scholiaſtes* & *Euſtathius* tricantur. *Plato* ſuperne glabellum fecit, qualis, inferiore ſaltem corporis parte obtecta, vel Penelopae placere potuiſſet, in Crat. p. 280. E. Πὼν αἰπόλος, δίφιος Ἑρμοῦ υἱός, τὰ μὲν ἄνωθεν λεῖος, τὰ δὲ κάτωθεν τραχὺς, καὶ τραγοειδής. Porro, ſi *Lucianum* audis, Ulyſſi nullam injuriam fecit Penelope, quippe in Arcadia virgo compreſſa, antequam nuberet: imo in Lyceo templum eſſe Panos, in quo natus adſeratur, ſcripſit *Lactant.* ad Stat. Theb. II, 206. ſecus *Herodotus* ſenſit: nam ſi Πανὶ τῷ ἐκ Πηνελόπης ἐλάσσω ἔτεα ἐγὶ τῶν Τρωϊκῶν, ut ait II, 145. eum oportet in lucem prodiiſſe finito bello Trojano, dum longinquis erroribus jactatus Ulyſſes domo aberat: in eadem illi opinione fuerunt verſati, quorum abſurdam interpretationem *Virgilii* Georg. I, 16. profert *Servius*, cujus adnotatio, ut intelligi poſſit, levi manu parumper adjuvari debet: *Nemus linquens patrium*] *Pindarus Panа ex Penelope Ulyſſis filium dicit*: (hoc, ne credas inauditum, commemorat etiam *Schol. Theocriti*) *unde multi patrium pro paternum accipiunt, eo quod Pan non Arcas ſit, ſed Ithaceſius; ut a patre, non a patria vox haec videatur deterta. Vel, quia in Arcadia genitus*: adde *Serv. Daniel.* ad AEn. II, 44. Jam praeterea ſi quis forte paulo ſeverior Luciano, quod hunc Penelopes filium Bacchi ſodalem ac conſortem faciat, minus obſervatae temporum rationis dicam ſcribat, excuſationem ſibi paratam habebit ex aliorum, quos ſane multos laudare poteſt, errore ſimili: re enim vera Bacchi in Indiam expeditio, cui Pan interfuit furentium copiarum dux, centenis aliquot annis hujus Panis nati aetatem antevertit. Sed in his ſcilicet fabuloſis intra veniam peccare cenſentur, qui, dum ordinem temporis ac limites refigunt, crimen illud ingenio & lepore compenſant. *T. H.*

6a. Μουσικὸς γάρ εἰμι] Sic in Bacch. & Δασύφρ. Copioſe *Nonn. Dionyſ.* Interpret. *Theocriti*, & *Virgil.* *J. B.*

Ibid. Πάνυ καπυρόν] Λαμπρὸν, ἡδύ, ut in Schol. *Theocr.* Idyll. 7. καπυρὸν τέρμα, λαμπρὸν, ἡδύ, φιλαφροσύνης. τὸ δὲ ἐξωτικὸν ἐθεμάτων ἡδύσμασι τὸν γύψον. Tangit aliam interpretationem, & haec verba *Micyll.* interp. In quibusdam libris legitur λιγυρὸν· ſed καπυρὸν verbum ruſticum, ut in *Longi* ποιμεν. εὐφημοῦς autem ἐκάλεσεν καπυρὸν τὸ τραχὺ καὶ τὸ ἀγροικον τῆς συρίγματος, ὁ ἂν γένοιτο οἷον ἐκ καραμούσου σκεύους διατετρημένου. *teſtarum ſonitus.* Qua de re viri Clariſſimi *Iſaac. Caſaub.* ad *Suet. Theod. Marcil.* ad *Perſ.* *J. B.*

Καπυρόν] *Dulce.* *F. G.*

II. Καπυρόν] *Theocrit.* Idyll. VII. *Virgil.* Ecl. II. & IV. *M. du S.*

Πάνυ καπυρόν] Πάνυ καπυρὸν γελάσας *Longus* habet II. p. 34. ibi *Jungermannum* & *Mollium* hic *Luciani* locus non fugit: quod adfertur ex Epigrammate, *Noſſidis* eſt Anth. III. c. 6. Ep. 16. Καὶ καπυρὸν γελάσας ὑδρομέλισσαι. Fluctuare Viros Eruditos in conſtituenda vocis poteſtate minime miror, quippe quam adſequi non licet, niſi primam ejus vim atque originem habeas exploratam: eo ne *Salmaſius* quidem pervenire videtur potuiſſe ad *AEl. Spartian.* p. 45. Nobis hic longioribus eſſe non libet. *T. H.*

68. Ἀθ. συμμ.] Quod ait *Gilb. Cognatus*, *Pana majore, quam humana ſtatura exercitui Graecorum praeiiſſe* (Vide *Homer. hymn. in Pana*) nusquam alibi reperio. Lapſus fortaſſe memoriae eſt; nam id dicitur de Pane in bello Giganteo. *E. L.*

Ἀθ. συμμ.] Vide *Pauſ.* Att. *M. du S.*

ραθῶσι, ὅσα καὶ ἀριστεῖον [a] ἡρέθη μοι, τὸ ὑπὸ τῇ ἀκροπόλει σπήλαιον. ἢν γῶν, ἐς Ἀθήνας ἔλθῃς, εἴσῃ ὅσον ἐκεῖ ᾧ Πανὸς ὄνομα.

ΕΡΜ. Εἰπὲ δέ μοι, γεγάμηκας, ὦ Πάν, ἤδη; τοῦτο γάρ, οἶμαι, καλοῦσί σε. ΠΑΝ. εὐδαμῶς, ὦ πάτερ· ἐρωτικὸς γάρ εἰμι, καὶ οὐκ ἂν ἀγαπήσαιμι συνὼν μιᾷ. ΕΡΜ. [b] ταῖς αἰξὶ δηλαδὴ [c] ἐπιβαίνεις. ΠΑΝ. σὺ μὲν σκώπτεις· ἐγὼ δὲ τῇ τε Ἠχοῖ καὶ τῇ [d] Πίτυϊ σύνειμι, καὶ ἁπάσαις ταῖς τοῦ Διονύσου Μαινάσι, καὶ πάνυ σπουδάζομαι πρὸς αὐτῆς. ΕΡΜ. οἶδα ἐγώ, τι χαρίσῃ, ὦ τέκνον, ταπρῶτα αἰτοῦντί μοι; ΠΑΝ. πρόστατε, ὦ πάτερ, [e] ἡμεῖς δὲ ἴδωμεν ταῦτα. ΕΡΜ. καὶ προσιθί μοι, καὶ φιλοφρονοῦ· πατέρα δὲ ἆρα μὴ καλέσῃς με, ἀκουόντός γε τινός.

oratione, ut virtutis præmium attributum sit mihi, quæ sub arce est, spelunca: si ergo Athenas veneris, intelliges quantum ibi Panis sit nomen.

4. MERC. At, quæso, dic mihi, duxistin' jam uxorem, o Pan? hoc enim, opinor, nomine te compellant. PAN. Neutiquam, Pater: fum enim lascivior aliquantulum; nec contentus sim una, quacum rem habeam. MERC. Capras videlicet inis. PAN. Tu quidem irrides: ego vero & Echo & Pityn ineo, & cunctas Bacchi Mænadas, ac valde color ab ipsis atque obsérvor. MERC. Scin' igitur, quid mihi gratificabere, fili, jam primum petenti a te? PAN. Impera, pater: nos autem viderimus ista. MERC. Et accede ad me, & comitate blanda complectere: patrem vero vide ne appellaris me, audiente saltem aliquo.

XXIII. APOL-

a Ἡρέθη] ἡρέθη F. ἡρέθη A1. f. V2. b Ταῖς] ταῖς αἶξ f. V2. c Ἐπιβαίνεις] ἐπιχειρεῖς A. P. f. Marg. A1W. d Πίτυϊ] Πυθοῖ A. P. L. f. e Ἡμεῖς] Hic praefigebatur in margine A1W. Ερ. ea persona mox deleta; tum ἰδῶμεν. In P. idem.

70. Ἀριστεῖον] Extat ea de re *Simonidis* epigramma quod statuæ illi inscriptum fuisse videtur:

Τὸν τραγόπουν ἐμὲ Πᾶνα, τὸ Ἀρκάδι, τὸ κατὰ Μήδων
Τὸν μετ' Ἀθηναίων στήσαντο Μιλτιάδης.

Pott. 306. f. & 390. f. V. & A. G. IV. 871. Innotuisse tum primum Athenienſibus docent *Clem. Alex.* p. 18. C. & *Noster Διατ.* c. 9. Μαγραὶ dicebatur ſpelunca; vide omnino *Eurip. Ion.* p. 697. B. *M. du S.*

74. Τοῦτο] Id est, Πᾶσαι. *F. G.*

75. Ἐρωτικὸς γάρ εἰμι] Sic Pan dictus φιλοπαρθένος, *Achill. Tat.* lib. 8. & ἐρωτικὸς. *Long.* lib. 2. *J. B.*

77. Ἐπιχειρεῖς] Ex A. P. & Ed. *J.* niſi quod in hac mendoſe legitur ἐπιχορεῖς. In reliquis eſt ἐπιβαίνεις. Vide Dial. ſeq. finem & *Epiſt. Div. ad Saturnum.* Echo cur fingatur Pana amaſſe, vide *Polyan. Strat.* I. p. 10. Meminit & *Moſchus* apud *Stob.* in Grot. *Flor.* 247. *M. du S.*

Ἐπιβαίνεις] Probiſſimam lectionem nullus equidem mutavero cum ἐπιχειρεῖς. De Pane non aliter jocatur Mercurius, quam ſi totus foret hircus. In hac re propria ſunt βαίνειν & ἐπιβαίνειν *Poll.* V, 92. *Long.* III. p. 79. οἱ ταῦροι βαίνουσι ἄλλος ἄλλην, & ἐπαναβαίνειν Athen. XIII. p. 605. F. *Pauſan.* V. p. 448. ſolet quidem *Ariſtoteles* ἐπιβαίνειν ἐπὶ τὸν ἵππον ſed apud alios ſaepius invenies ἐπιβαίνειν τὸν ἵππον vel τῷ ἵππῳ utrumque in Hippiatricis: p. 57. ἵνα καινοτέρως ἐχεῖον ἐπιβῇς· *inſcendere* Rei Veterinariae Scriptores. Hinc βάτης & ἐπιβάτης idem qui ἐχεύτης· nam ἐπιβάτης vix uſitatum credo. *T. H.*

78. Τῇ τι Ἠχοῖ καὶ τῇ Πίτυϊ] Hinc Pan ἐρασιπόλος νύσσης Ἀχοῦς Anthol. IV. p. 476. a *Theaeteto* dictus; ubi *Brodaeus* hujus loci meminit, & praecedentium. Pinus amatae & in arborem verſae fabula nihil eſt notius. Quod praeter Ed. *J.* nonnulli Codd. pro Πίτυϊ praebent Πυθοῖ, id quidem qualc ſit, non percipio: recte jamdudum monuit *Jungermann.* ad *Long.* p. 215. hunc *Luciani* locum proferens: *ubi male quidam cuſu* Πυθοῖ. Eundem vide p. 207. At ſi unius literae mutatione vitioſam ſcripturam expoliveris Πειθοῖ, praeferenda videri poteſt receptae, atque ab ipſo *Luciano* profecta: Pitho ſane in comitatu Magnae Deae, cujus μεγάλης θεοῦ κόσμα πανδοδεκτὸν Panem vocavit *Pindarus* apud *Ariſtotel.* Rhet. II. p. 111. ideoque junguntur in re ſacra faciunda; *Demoſth* Πρ. Δημ. LXIII. ἐθύσαμεν δὲ καὶ τῇ Πειθοῖ καὶ τῇ Μητρὶ καὶ θεῶν καὶ τοῦ Ἀπόλλωνος. *Hermeſianactis* Gratiarum una Pitho, teſte *Pauſania* IX. p. 781. Pan vero σεμνῶν Χαρίτων μίλημα τέρπνον, quod ex *Pindaro* profert *Scholiaſtes* ejus ad Π. Γ, 139. Imo, ne de nuptiis hisce vel minimum dubitetur, Iynx Panis & Pithûs filia: *Schol. Lycophr.* ad v. 309. Ἡ Ἰυγξ γυνὴ ἦν πρότερον, θυγάτηρ Πειθοῦς ἢ Ἠχοῦς καὶ Πανός· plures adnotavit teſtes *Kuſterus* ad *Suid.* in Ἰυγξ. Echo, quae ſibi jus matris itidem vindicet, nihil hic moramur. Jam ſuſpicari non abſurdum eſt, librarios ſolenni facinore Πειθοῖ ignotius immutaſſe in Πίτυϊ. Quae paulo poſt leguntur, ἡμεῖς δὲ ἴδωμεν ταῦτα,

XXIII.

APOLLINIS ET BACCHI.

ΑΠΟΛΛΩΝΟΣ ΚΑΙ ΔΙΟΝΥΣΟΥ.

A P O L.

1. QUid autem dicamus? eademne matre natos, Bacche, fratres esse Cupidinem, Hermaphroditum & Priapum, dissimiles plane forma, & vitæ instituto? etenim hic quidem undiquaque pulcer arcum tractat, & potentia non mediocri circumdatus omnibus imperat: iste muliebris, semivir, & ambigua facie; haud plane dignoscas, ephebus sit an virgo: ille vero etiam ultra decorum virilis, Priapus inquam. B.AC. Nihil est, quod mireris, Apollo: neque enim Venus hujus discriminis causa, sed patres inter se dispares: ubi

Α Π Ο Λ.

ΤΙ ἂν; λέγοιμεν ὁμομήτριους, ὦ Διόνυσε, ἀδελφοὺς εἶναι Ἔρωτα, καὶ Ἑρμαφρόδιτον, καὶ Πρίαπον, ἀνομοίους ὄντας τὰς μορφὰς, καὶ τὰ ἐπιτηδεύματα; ὁ μὲν γὰρ πάγκαλος, καὶ τοξότης, καὶ δύναμιν οὐ μικρὰν πεπεδεγμένος, ἁπάντων ἄρχων· ὁ δὲ θῆλυς, καὶ ἡμίανδρος, καὶ ἀμφίβολος τὴν ὄψιν. οὐκ ἂν [f] ἀκριβείας εἴη ἔφηβός ἐστιν, εἴτε καὶ παρθένος· ὁ δὲ καὶ πέρα τοῦ εὐπρεποῦς ἀνδρικὸς ὁ Πρίαπος. ΔΙΟ. μηδὲν θαυμάσῃς, ὦ Ἄπολλον· οὐ γὰρ ἡ Ἀφροδίτη αἰτία τούτου, ἀλλὰ οἱ πατέρες ἀλλόφυλοι γεγενημένοι· ὅπου γε καὶ

[f] Διακριβείας] ἀλκριβείας C. Atticorum more: ἀλκριβίας F.

89. Καὶ Πρίαπον] Ὁ Πρίαπος ὑπερμυγιᾷ εἶχεν αἰδοῖον ὑπὲρ ἡμιόλιον τοῦ λοιποῦ σώματος ὄν. Τινὲς φασὶ τὸν Πρίαπον εἶναι * τὸν Διόνυσον, ἐπιβουλευθῆναι αὐτοῦ τοῦτον ὑπὸ Πριάπου καλουμένου. Ἄλλοι μὲν Διονύσου καὶ νύμφης, † μητρὸς δὲ τὴν Ἀφροδίτην καὶ Διώνης. Μουσαῖος δὲ ὁ Παταρεὺς ἑρμαφρόδιτον τὸν Πρίαπον λέγει. Ἄλλοι δὲ Ἀφροδίτης υἱὸν, καὶ ὑφ' Ἥρας αὐτὸν εἰς ‡ λειμῶνας ἐπὶ τῇ ἀφροσύνῃ τοῦ μηδὲν αἰδοῖ ἐχειν. εἶχε γὰρ, φασὶ, γλῶσσαν μεγάλην, καὶ γαστέρα καὶ αἰδοῖον λιχθῆναι δὲ ἐπὶ αὐτῷ, ὅτι σημαίνει τὸ ἄγαλμα αὐτῷ, ὡς ὁ κρατῶν γλώσσης καὶ γαστρὸς καὶ μίξεως ἄμεμπτον ἕξει τὸν βίον. V.

Τὸ δὲ αἰδοῖον αὐτῷ ὑπὲρ ἡμιόλιον τοῦ λοιποῦ σώματος γενέσθαι φασί. C. M.

* Τὸν Διόνυσον] τῷ Διονύσῳ. V. M. du S.
Male mutarunt in Ed. A. supplendum fuerat ex Scholio ad Jov. Trag. §. 6. τὸν αὐτὸν τῷ Διονύσῳ. T. H.

† Μητρὸς δὲ Ἀφρ. καὶ Διώνης] Διώνης correxerat etiam Matth. Sladus: δὲ pro καὶ M. du Soul. Ego securus sum lectionem Scholii ad Jov. Trag. Ceterum de Dione verumne sit, dubitari potest: Schol. Theocr. ad Eid. I, 21. Τὸν Πρίαπον νύμφης Νάϊδος καὶ Χιόνης καὶ Διονύσου φασὶν υἱόν. Quid si rectius in hoc nostro Scholio pro Διώνης legatur Χιόνης; Corruptus sine dubio Strabo XIII. p. 879. A. ὥστε τῷ λέγεσθαι Διονύσου καὶ Νύμφης τῶν Νυσῶν, ὁμωνύμων ὑπὸ τὸ τιμᾶν αὐτὸν τῶν ἀνθρώπων illa τῶν Νυσῶν, quantumcunque interpretando mollire conetur G. Cuper. ad Marm. Ant. p. 300. orationem vitiant: nescio an melius sit futurum restituto Νύμφης τῆς Χιόνης· scabritiem verborum certe sustuleris. Venere tamen ortum esse Priapum plures ferunt; ipsique Lampsaceni, tanti numinis cultores præcipui, persuasissimum habebant teste Paus. IX. p. 771. T. H.

‡ Λειμῶνας] Λιμένας prima manus: mox factum λειμένας, & hinc λειμῶνας, quod in V. est. J. G.
Sed vide Schol. ad Δ. Tp. ubi recte λειμῶνας. M. du S.

τα, mihi sane non placent, neque adeo videntur integra. T. H.

79. Πίτυϊ] Suid. in Pitys: Nonn. Dionys. lib. 2. Propert. lib. 1. Male in quibusdam Πυτεῖ. In Anglic. Πυθεῖ. J. B.

Πίτυϊ] Pityn ajunt puellam fuisse a Pane simul & Borea adamatam, quæ quoniam Pani magis favebat, a Borea illisa in scopulum mortem obibat: at ne tota periret Tellus ex eo quod reliquum erat arborem produxit, quam Latini appellant *pinum*, cujus ramos coronatus pastorum Deus gestare amat. E. L.

Πυθεῖ] Angl. P. L. & Ed. J. Reliqui Πίτυϊ. M. du S.

87. Τί ἂν λέγοιμεν ὁμ.] Non aptissime cohaerent: distinctione separanda censeo, τί ἂν λέγοιμεν; ὁμομητρίους ἀδελφοὺς εἶναι. Alioqui non absurde scribi poterat, Τίς ἂν λέγοι ὁμομ. &c. De his fratribus dissimillimis vide P. Burmann. ad Ovid. Metam. IV, 288. ubi Luciani meminit: de Hermaphrodito Diodor. Sic. IV. p. 150. B. T. H.

95. Πέρα τοῦ εὐπρεποῦς] Διὰ τὸ ὑπερμυγιᾷ τοῦ αἰδοίου Dixi alibi: vocant ἀκροπόδια· de qua dictione alibi. J. B.

ἢ ὁμοπάτριοι πολλάκις ἐκ μιᾶς γαστρὸς, ὁ μὲν ἄρσην, ἡ δὲ θήλεια, ὥσπερ ὑμεῖς, γίνονται. ΑΠ. ναί· ἀλλ' ἡμεῖς ὅμοιοι ἐσμὲν, ἢ τὰ αὐτὰ ἐπιτηδεύομεν· τοξόται γὰρ ἄμφω. ΔΙΟ. μέχρι μὲν τόξου τὰ αὐτὰ, ὦ Ἄπολλον· ἐκεῖνα δὲ οὐχ ὅμοια, ὅτι ἡ μὲν Ἄρτεμις [a]ξενοκτονεῖ ἐν Σκύθαις· σὺ δὲ μαντεύῃ, ἢ ἰᾷ τοὺς κάμνοντας. ΑΠ. οἴει γὰρ ἥδεσθαι τὴν ἀδελφὴν χαίρειν τοῖς Σκύθαις, ἥτις ἢ παρεσκεύασται, ἤν τις Ἕλλην ἀφίκηται πώποτε ἐς τὴν Ταυρικὴν, συνεκπλεῦσαι μετ' αὐτῆς, μυσαττομένη τὰς σφαγάς; ΔΙΟ. εὖγε ἐκείνη ποιοῦσα.

Ὁ μὲν γάρ τοι Πρίαπος, γελοῖον γάρ τι σοι διηγήσομαι, πρώην ἐν Λαμψάκῳ γενόμενος, ἐγὼ μὲν παρῄειν τὴν πόλιν, ὁ δὲ ὑποδεξάμενός με, καὶ ξενίσας παρ' αὐτῷ, ἐπειδὴ ἀνεπαυσάμεθα ἐν τῷ συμποσίῳ ἱκανῶς ὑποβεβρεγμένοι, κατ' αὐτάς πως [b]μέσας νύκτας ἐπαναστὰς ὁ γενναῖος· αἰδοῦμαι δὲ λέγειν. ΑΠ. ἐπείρα σέ; ΔΙΟ. τοιοῦτόν ἐστι. ΑΠ. σὺ δὲ τί πρὸς ταῦτα; ΔΙΟ. τί γὰρ ἄλλο, ἢ ἐγέλασα; ΑΠ. εὖγε, τὸ μὴ χαλεπῶς, μηδὲ ἀγρίως· συγγνωστὸς γὰρ, εἰ καλόν σε ὄντα ἐπείρα. ΔΙΟ. τούτου μὲν οὖν ἕνεκα καὶ ὅτι σὲ ἦν, ὦ Ἄπολλον, ἀγάγοι ἡ

sane eodem geniti patre saepius ex uno utero hic masculus, illa femina, quemadmodum vos, nascuntur. A P. Profecto: sed nos tamen similes, & eadem studia tractamus, quippe ambo arcus usu periti. B A C. Usque ad arcum, eadem utique, Apollo: sed ista jam diffidient, quod Diana hospites mactet apud Scythas: tu autem vaticineris, & sanes ægrotos. A P. Putasne sororem delectari Scythis, quae ita se jam compararit, ut, si quis Graecus pervenerit aliquando in Tauricam, abitura sit simul cum eo navi, aversata caedes. B A C. Jure quidem illa merito.

2. Verum ad Priapum ut redeam, ridiculum enim quiddam tibi narrabo, qui nuper Lampsaci fuerim: igitur praeteribam urbem; hic autem quum hospitio me excepisset, postquam requievimus, in convivio satis vino rigati, tum nocte admodum media insurgens bonus ille: sed pudor vetat dicere. A P. Tentabat te.' B A C. Rem tenes. A P. Tu autem quid ad haec? B A C. Quid aliud quam risi. A P. Laudo, quod nihil iracunde tu, nec ferociter: nam venia dignus est, si te tam pulcrum tentavit. B A C. Istius quidem rei causa vel tui tentandi, Apollo, faciat peri-

a Ξενοκτονεῖ] Ita recte *V2. S. A.* In *F. A. J. P.* fuit ξενοκτονῶ. b Μέσας νύκτας] μέσας τὰς νύκτας. *J. V2.*

8. Ἥν τις Ἕ.] Oreſtis fabulam tangit, cum quo aufugit *Eur.* *M. du S.*

17. Ὑποβεβρεγμένοι] Sic in Gall. βεβρεγμένοι ἦσαν ἱκανῶς ὑποβεβρεγμένοι. *Heliod.* lib. 1. & 2. *Caſaubon.* ad *Athen. Herald.* ad *Mart.* *J. B.*

Ὑποβεβρεγμένοι] Inter cognatae ſignificationis verba primo loco ponit *Poll.* VI, 25. ὑποβρέχεσθαι, ἀμβλυνεσθαι, σεσωῖδῆ μεθύειν, μεθύειν. *Long.* II. p. 60. γέροντες ὑποβεβρεγμένοι· ibi plura *Jungermann.* p. 213. *Luciani*, in quo ſaepius occurrit, bene memor: *Mollius* inverecunde, quem plane deſcripſit *Def. Heraldus* ad *Martial.* I. Ep. 71. nec ſatis intellectum, ne nominare quidem fuit dignatus. *Heliodoro* ἀμβεβρεγμένοι ἤδη δὲ πρὸς τὸ ὑβριστικώτερον ὠλιγωρήκεσαν, qui jam ulterius provecti vino permaduerunt V. p. 255. Eleganter *Alexis* loquendi modum parumper inflexit, Θυσίοις δὲ Λεσβίοις οἰναρίοις τ' ἐμπίπας τὸ λοιπὸν ὑποβρέχειν μέλῳ apud Athen. II. p. 47. D. *Thaſiis Lesbiisque vinulis quod diei reliquum eſt commadefacere*, ſive, *quod ſupereſt diei Thaſiis vinulis largiter hauriendis ducere.* Quae autem paulo ante praecedunt, πρώην δὲ Λαμψάκῳ γενόμενος, ad Bacchum retulerunt Interpretes, quos ſum ſecutus: de Priapo ſi quis malit intelligere, non valde refragabor; neque etiam ſi porro vertendum exiſtimet, *nuper Lampſaci natus*: revera enim ea in urbe hi natum, nutritum alii Priapum tradiderunt. Vid. *Schol. Apollon. Rhod.* ad I, 932. *Etymol.* in Ἀδαρίδα· *Serv.* & *Philargyr.* ad *Virgil.* Georg. IV, 111. Idem eſt, qui Bacchus, ex quorundam ſententia: Bacchi filium ex Venere ſunt qui faciant, cujus gravidae ventrem quum manu venenata Juno tetigiſſet, hunc ſcilicet improbae naturae puerum edidit; quem tamen utcumque πῶς τῶ ὑπερπόνως ἀνθρώπῳ verecundae Nymphae nunquam reformidarunt. Alias matres tribuit *Schol. Theocriti* ad Eid. I, 21. de patre res non minus eſt incerta: in hoc quidem dialogo nusquam Bacchus hunc ſibi honorem vindicat. *T. H.*

20. Τί γὰρ ἄλλο ἢ ἐγέλασα;] V. *Clem. Alex.* 16. C. *M. du S.*

21. Εὖ-

periculum: tu enim formosus & comatus; ut vel sobrius te Priapus adoriatur. AP. At cavebit, Bacche, ne sollicitet: habeo enim cum coma etiam arcum.

πειραν· καλὸς γὰρ σὺ, ἢ κωμήτης, ὡς [c] ἢ νήφοντα ἄν σοι † Πρίαπον ἐπιχειρῆσαι. ΑΠ. ἀλλ' εὐκ ἐπιχειρήσει γε, ὦ Διόνυσε· ἔχω γὰρ μεθ' † κόμης καὶ τόξα.

XXIV.

MERCURII ET MAJÆ. ΕΡΜΟΥ ΚΑΙ ΜΑΙΑΣ.

MERC. ΕΡΜ.

1. ESTne enim aliquis, mater, in cœlo deus miserior me? MAJ. Ne dixeris, Mercuri, tale quicquam. MERC. Ne dixerim, qui tot negotia sustineo solus, lassitudine confectus, inque tot ministeria distractus? mane quidem mox atque surrexi, everrere symposium oportet, & postquam instravi concionem, tum ordine disposui singula, apparere Jovi, & perferre quoquo versus nuncios ab eo sursum deorsum indies ingens spatium emetientem: quumque rediero adhuc pulverulentus, apponenda est ambrosia: prius vero quam recens emtus ille pincerna veniret, ego etiam nectar infundebam. Quod autem omnium est molestissimum, ne nocte quidem dor-

ΕΣτι γάρ τις, ὦ μῆτερ, οὐκ ἐραστῷ θεὸς ἀθλιώτερος ἐμοῦ; ΜΑΙ. μὴ λέγε, ὦ Ἑρμῆ, τοιοῦτον [d] μηδέν. ΕΡΜ. τί μὴ λέγω, ὃς τοσαῦτα πράγματα ἔχω, μόνος κάμνων, καὶ πρὸς τοσαύτας ὑπηρεσίας ἀφοσιούμενος; ἑωθεν μὲν γὰρ ἐξαναστάντα σαίρειν τὸ συμπόσιον δεῖ καὶ ἀφορώσαντα † ἐκκλησίαν, εἶτα εὐθετήσαντα ἕκαστα, παρεστάναι τῷ Διΐ, καὶ ἀφαφέρειν τὰς ἀγγελίας τὰς παρ' αὐτοῦ ἄνω καὶ κάτω ἡμεροδρομοῦντα· καὶ ἐπανελθόντα ἔτι κεκονιμένον ἀμβροσίαν † ἀμβροσίαν. πρὶν δὲ † νεώνητον τοῦτον οἰνοχόον ἥκειν, καὶ τὸ νέκταρ ἐγὼ ἐνέχεον. τὸ δὲ πάντων δυνότατον, ὅτι μηδὲ νυκτὸς καθεύδω

[c] Καὶ νήφοντά σοι] νήφοντά σοι ἴσως † Πρ. J. νήφ. σοι ἂν † Πρ. V2. [d] Μηδέν] μηδὲ ὧν τι J. pejus ὧν τι V2.

21. Ἔλεγε, τὸ μὴ] Scribendum est, ἔλεγε, ὅτι μὴ κακὸν εἴης. T. H.

25. Καὶ νήφοντα] Sic Thraso apud Ter. *Ego istum Eunuchum vel sobrium.* A. V.

27. Ἐπιχειρήσει] Sic bis antea dixit ἐπιθήσω. Sic *Eustath.* lib. 5. Ism. & Ism. καί τι δρᾶν ἐπιχείρων ἀφιλοκάλητον. *Heliod.* lib. 1. ἐπιχεῖρόν τινος † ἀδυμίτων. Sic Latinis *tentare.* sic Dial. XXII. τοῖς αὐτὸν ἐπιβαίνοις. Cod. doctissimi *Golmani* ἐπιχειροῖς. J. B.

29. Ἐγὼ] Hic Dialogus omnino turbatus in MSS. J. B.

38. Ἡμεροδρομοῦντα] Significat Mercurius se non meliore esse conditione, quam sint Graecorum ἡμεροδρόμοι· qualis notissimus ille Phidippides, vel Φιλιππίδης ὁ ἡμεροδρομήσας, cujus etiam *Noster* meminit in libello ὑπὲρ τῶν ἐν τῇ πρεσβ. κ. c. 3. Δρομοκήρυκας *Harpocration* interpretatur ἡμεροδρόμους, jure merito propterea reprehensus ab *Henr. Valesio*; est enim sine dubio diversum genus, quod *Lambinum* etiam fugit ad *Corn. Nepot.* Miltiad. c. IV. Ne *Livius* quidem satis accurate, censente *Valesio*, lib. XXXI. c. 24. *speculator, hemerodromos vocant Graeci, ingens die uno cursu emetientes spatium.* Summi scriptoris verba fere usurpavi, ut Luciani mentem, quod satis erat difficile, vertendo aliquatenus adsequerer. T. H.

40. Νεώνητον] Jure vocat Ganymedem, cujus rapti pretium dederat Jupiter vel equos immortales, ut cum *Homer.* Il. E, 265. & *Apollod.* II. p. 123. plerique tradunt; vel vitim auream, ut ex Cycli poetis refert *Schol. Euripid.* ad Oreſt. v. 1392. T. H.

41. Νέκταρ ἐγὼ ἐνέχεον] *Alcaeus* & *Sappho* huic muneri Mercurium inter Deos praefeceranr, ut *Athenaeus* docet I. p. 39. A. X. p. 425. D. quae ab *Eustathio* sunt descripta ad Il. Y. p. 1205. Od. I. p. 1633. Si ab hoc ministerio Mercurius abiit post Ganymedem in coelos sublatum, sibi non consentit *Lucianus*, quando in initio Charontis dicentem facit; γέλασα παρέχομαι καὶ αὐτὸς οἰνοχοῶν multo serius haec scena est acta. T. H.

δω μόνῳ τ̃ ἄλλων, ἀλλὰ δεῖ με καὶ τότε τῷ Πλούτωνι ψυχαγωγεῖν, καὶ νεκροπομπὸν εἶναι, καὶ παρεῖναι τῷ δικαστηρίῳ. καίτοι γε ἱκανά μοι τὰ τ̃ ἡμέρας ἔργα, ὁ παλαίστραις εἶναι, καὶ ταῖς ἐκκλησίαις κηρύττειν, καὶ ῥήτορας ἐκδιδάσκειν, ἀλλ' ἔτι καὶ νεκρικὰ συνδιαπράττειν μεμερισμένον.

mio ſolus Deorum ; ſed oportet me tunc quoque Plutoni umbras deducere , defunctosque proſequi , & adeſſe ad tribunal. Mihi ſcilicet non ſatis ſunt , quæ de die facio , quum in palæſtris verſor , in concionibus præconem ago , rhetoras edoceo , ſed præterea quæ ad mortuos ſpectant adminiſtranda ſunt mihi in tot partes obeundas diviſo.

Καίτοι τὰ μὲν τ̃ Λήδας τέκνα παρ' ἡμέραν ἑκάτερον ὁ ὑρανῷ καὶ ὁ ᾅδου εἰσίν. ἐμοὶ δὲ καθ' ἑκάστην ἡμέραν καὶ ταῦτα καὶ ἐκεῖνα ποιεῖν ἀναγκαῖον. καὶ [a] οἱ μὲν Ἀλκμήνης καὶ Σεμέλης υἱοὶ, ὁτι γυναικῶν δυστήνων γενόμενοι, εὐωχοῦνται ἀφρόντιδες· ὁ δὲ Μαίας τ̃ Ἄτλαντος θυγατρὸς ὑπηρετῶ αὐτοῖς. καὶ νὴ ἄρτι ἥκοντά με ἀπὸ Σιδῶνος ὧδέ τ̃ Κάδμου θυγατρὸς, ἐφ' ἣν πέπομφέ με ὀψόμενον ὅ, τι πράττει ἡ παῖς, μηδὲ ἀναπνεύσαντα, πέπομφεν αὖθις ἐς τὸ Ἄργος ἐπισκεψόμενον τ̃

2. Atqui Ledæ liberi alternis uterque in cœlo & apud inferos degunt : mihi autem ſingulis diebus & hæc & iſta ſunt facienda. Alcmenæ & Semelæ filii, ex mulieribus miſellis procreati, epulantur curarum expertes : ego Maja Atlantis filia natus miniſtro illis. Quin imo jam modo venientem me Sidone a Cadmi filia, ad quam me miſerat viſurum , quid agat puella , antequam reſpiraſſem, legavit iterum Argos, ut viſitarem Da-

a Οἱ μὲν . . . υἱοὶ] Ita *B2.* reliquae omnes ὁ μὲν Ἀ. καὶ Σ. υἱός. Ferri poterat, καὶ ὁ μὲν Ἀλκ. υἱὸς ϵ Σ.

44. Ψυχαγωγεῖν] Hinc Mercurius ψυχαγωγὸς , νεκρόπομπος, ψυχόπομπος, πομπαῖος, πομπεύς. quod facere credebatur virtute virgæ, de qua D. Deor. VII. Mort. XXIII. *Julian.* Imp. paſſim. Eadem virtus Plutonianæ virgæ, *Pindar.* Od. 9. Olympion. Eadem Horarum virtus : *Theocr.* Idyll. 15. *J. B.*

47. Κηρύττειν] Unde id munus Mercurio aſſignavit tot in locis *Lucianus.* *M. du S.*

50. Τὰ μὲν τ̃ Λήδας τέκνα , παρ' ἡμέραν ἑκάτερον ὁ ὑρανῷ καὶ ὁ ᾅδου εἰσίν] Non ſatisfacit *Benedictus: Leda filii alternis vicibus apud ſuperos atque inferos verſantur* , vel , ut alii , *alternis inter ipſos vicibus agitant.* Etſi enim vera iſta, tamen non ad *Lucianum*, qui exprimere deſtinata tempora voluit, nempe *alternis diebus.* Quod niſi conſtaret, ac ſic definite loqueretur, non poſſet infra Diogenes Polluci dicere σὺ γάρ ἐσθ' οἶμαι τὸ ἀναβιῶναι αἴριον, velut dubitans de certo tempore, ſed certe ſcire ſe dixiſſet aliquando reverſurum in vitam : non Mercurius Apollini , ὁ μὲν χθὲς ἡμῶν ξυγγενόμενος, ἐκεῖνος Κάστωρ ἦν. Mox peſſime in hac editione repetitum ex prava Salmurienſi καὶ ὁ μὲν Ἀλκμήνης καὶ Σεμέλης υἱὸς, quum ſequatur γενόμενοι εὐωχοῦνται ἀφρόντιδες, & recte habeant priores οἱ υἱοί. *J. G.*

53. Οἱ . . . υἱοὶ] *B2.* οἱ . . . . υἱοὶ. quod a Cl. *Gronovio* monitum. In reliquis ὁ . . . υἱός. Parvi refert utro modo legas. *M. du S.*

Οἱ μὲν Ἀ. ϵ Σ. υἱοὶ] Si in poeta quopiam dithyrambico verſaremur, aut ex ejusmodi carmine verba forent deſumta , tolerari poſſet Alcmanicum ſchema: nunc nihil eſt expeditius, quam ut eam lectionem amplectamur, quam lex orationis proſie flagitat. *T. H.*

56. Καὶ νὴ ἄρτι ἥκοντά με ἀπὸ Σιδῶνος ὧδέ τ̃ Κάδμου θυγατρὸς ἐφ' ἣν πέπομφέ με, ὀψόμενον ὅ, τι πράττει ἡ παῖς] Haec non quilibet intelligat. Eſt enim fabula , quam tangit , non ex protritis, & pervulgatis. Narrant & Jovem cum ex femore Dionyſum peperiſſet , ſublatum juſſiſſe ad Inonem Cadmi filiam , Semeles ſororem , perferri , & ὡς κόρην , *pro puella* ibi educari: vid. *Apollod.* III. Biblioth. Itaque dicit Mercurius ſe nunc eo miſſum eſſe a Jove viſum , quid ageret illa puella, nimirum Dionyſus. *J. G. G.*

57. Ἀπὸ Σιδῶνος] Fabulam illam , quam voluit *Graevius* , ſi tetigerit *Noſter* , nihil eſt , quod prius credamus , quam illum intelligi noluiſſe : quae enim acies quantumvis perſpicax per hanc ſatis planam orationem ad illud arcanum pervadat ? Imo vero facile poteſt probari , nihil *Luciano* fuiſſe minus in mente, quum haec ſcriberet : apud *Apollod.* III. p. 171. Jupiter enixus Bacchum Mercurio tradit , ὁ δὲ κομίζει πρὸς Ἰνὼ ϵ Ἀθάμαντα , καὶ πείθει τρέφειν ὡς κόρην· atqui Athamas & Ino procul aberant Sidone , ut ex *Pauſania* atque aliis eſt manifeſtum. Vel haec eſſe valde corrupta oportet, vel, quod potius credo , *Lucianum* memoriae vitio , dum his ludicris animum relaxat, parum attentum pro ſorore Cadmi filiam poſuiſſe. *T. H.*

Ibid. Τῆς Κάδμου θυγατρὸς] Ἀδελφῆς forte: id eſt, τ̃ Εὐρώπης τ̃ Ἀγήνορος. *F. G.*

62. Ἀντιόπ.] Vide 192. C. & Not. Lyci Thebarum regis uxor fuit Æſopi filia , vel, ut alii volunt, Nyctei.

Danaën: tum inde in Boeotiam, inquit, profectus in transitu Antiopam vise. Jamque plane confectus animum despondi: atque adeo, si mihi facultas foret, perlibenter equidem postulaverim vendi, ut in terris solent, qui malam servitutem ser-65viunt. MA. Mitte ista, fili: oportet enim cuncta morigerari patri te juvenem. Nunc igitur, ut missus es, propera, quantum potes, Argos: deinde in Boeotiam, ne plagas etiam tardior accipias: nam in iram & bilem proclives sunt qui amant.

Δαναήν· εἶτ' ἐκεῖθεν ἐς Βοιωτίαν, φησὶν, ἐλθὼν, ὁ παρόδῳ τὴν Ἀντιόπην ἰδέ. κἀγὼ ὅλως ἀπηγόρθυκα ἤδη. εἰ γοῦν μοι δυνατὸν ἦν, ἡδέως ἂν ἠξίωσα πεπρᾶσθαι, ὥσπερ οἱ ἐν γῇ κακῶς δουλεύοντες. MAI. ἕα ταῦτα, ὦ τέκνον. χρὴ γὰρ πάντα ὑπηρετεῖν τῷ πατρὶ, νεανίαν ὄντα. κἀγὼ νῦν ὥσπερ ἐπέμφθης, σόβει ἐς Ἄργος, εἶτα ἐς τὴν Βοιωτίαν, μὴ καὶ πληγὰς βραδύνων λάβοις· ὀξύχολοι γὰρ οἱ ἐρῶντες.

XXV.

JOVIS ET SOLIS.

ΔΙΟΣ ΚΑΙ ΗΛΙΟΥ.

J U P.

1. QUalia patrasti, Titanum pessime! perdidisti quæ in terris sunt omnia,

Ζ Ε Τ Σ.

Οἷα πεποίηκας, ὦ Τιτάνων κάκιστε; ἀπολώλεκας τὰ ἐν τῇ γῇ ἅπαντα, μει-

ctei. Hanc Jupiter in Satyrum conversus gravidam fecit, quæ Zethum & Amphionem ex eo compressu peperit. *E.L.*

63. Ἀπηγόρθυκα] *Erasmus*, *Benedictus*, alii, quod mireris, *se pariturum negare*, *recusare* Latine reddiderunt; quæ significatio ne unquam apud Graecos in hoc verbo haereat, magnopere vereor. Alibi melius in ipso *Luciano* res est gesta: notissima virtus verborum ἀπαγορεύειν, ἀκμὴν, ἀπιφημίσαι, ἀπαυδᾶν, quando quis labores ac pericula sustinere nequit, eorumque gravitate fatigatus & victus succumbit, animumque despondet. Praeter Lexicographos cumulum exemplorum collegit *Petr. Faber* Agon. I. c. 8. *T.H.*

Ibid. Ἤδιον ἂν ἠξ. πεπρᾶσθαι] Ut servi ob nimiam dominorum asperitatem possint petere, ut vendantur, Antoninus Pius constituit §. 1. Inst. L. 2. D. *de his qui sui vel alien. jur. s.* Quod antea quoque Athenis obtinuisse docet *Grot.* Flor. Sparsi. ad d. §. 2. *A.S.*

64. Ἠξ— πεπρᾶσθαι] Athenis servo justa de causa πρᾶσιν αἰτεῖν licebat, & dominos iniquos ut se venderent adigere. *M. du S.*

Ἠξίωσα πεπρᾶσθαι] Servis apud Athenienses, si nimis immiti dominorum atque intolerabili saevitia premerentur, concessum fuit postulata venditione dominum mutare. Hoc erat πρᾶσιν αἰτεῖν vel αἰτεῖσθαι, teste *Poll.* VII, 13. qui quando monet, ὃ δὲ ΟΙ ΝΥΝ φασὶ τὰς αἰκίας πράσιν αἰτεῖν &c. ostendere videtur, formulam loquendi veterem post Antonini Pii Rescriptum in communem usum rediisse. Cur autem *Plutarch.* περὶ Δεισιδ. p. 166. D. scribat, ὅτι ὁ δοῦλος τὸν μὲν ἐλευθερίας ἀπηγορεύοντα πρᾶσιν αἰτεῖσθαι, καὶ δεσπότης μισοδέσποτος ἐπιεικέστερον, mihi quidem non satis expeditum, qui parum videam, quid eo pertinere possit consequendae libertatis desperatio; nisi forte δούλους τὸν ἐλευθερίαν ἀπηγορεύοντας ampliore paulo sensu capiamus servos crudelitate dominorum atque injuriis eo redactos, ut de libertate omnino desperent, atque ob intolerabilem saevitiam vendi cupiant. Inter leges Atticas ex hoc solo loco *S. Petitus* p. 178. reposuit; praetermisit, studione an temere, *J. Meursius* in Themide: *Plutarchus* certe non aliter loquitur, quam de re sui temporis & nota & usitata, parique modo *Philo* Jud. de Vit. Contempl. p. 892. C. Therapeutae, ut quiete fruantur, non mutant urbes, ὥσπερ οἱ πρᾶσιν αἰτούμενοι τῶν ἐπὶ κτήμασιν ἀτυχῶν ἢ κακοδούλοις, (*Noster* appellat κακῶς δουλεύοντας. *Exonap.* in AEdes. p. 81.) δεσποτῶν ἀπαλλαγὴν οὐκ ἐλευθερίαν ἑαυτοῖς ἐκπορίζοντες· ad accuratius examen ista revocare nunc quidem non lubet. *Luciani* meminit ad *Pollucem* Eruditiss. *Kuhnius*; & *Th. Marcilius* ad §. 1. Instit. *de his qui sui vel al. j. s.* ipsius rei *Is. Casaubon.* ad *Sueton.* Jul. Caes. c. 2. *Fabrottus* ad *Theophil.* *T.H.*

69. Ὀξύχολοι οἱ ἐρῶντες] Sic in Contemp. c. 1. Cetera hujus Dialogi pete Catapl. c. 1. *J.B.*

ΔΙΟΣ ΚΑΙ ΗΛΙΟΥ.] Binos, qui sequuntur, dialogos, quos longe hinc in volumen secundum primae Edd. dimoverant, recte posteriores in hanc commodam sedem revocarunt: ordo scriptorum *Luciani* in vetustis Codd. ab edito multum diversus. Si quis nec Bavium odit & Maevium amat, illum legere jubeo

μειραχίῳ ἀνοήτῳ πιστεύσας τὸ ἅρμα, ὃς τὰ μὲν κατέφλεξε, πρόσω δ' ἐνεχθεὶς, τὰ δὲ ὑπὸ κρύους διεφθαρῆναι ἐποίησε, πολὺ αὐτῶν ἀποσπάσας τὸ πῦρ· ἢ ὅλως εἶδεν ὅ, τι ἐ ξυνετάραξε, ἢ ξυνέχει. ἢ εἰ μὴ ἐγὼ ξυνεὶς τὸ γιγνόμενον, κατέβαλον αὐτὸν τῷ κεραυνῷ, εἶδε λείψανον ἀνθρώπων ἐπέμεινεν ἂν, τοιοῦτον ἡμῖν τ' καλὸν ἡνίοχον ἢ διφρηλάτην ἐκπέπομφας. ΗΛ. ἥμαρτον, ὦ Ζεῦ· ἀλλὰ μὴ χαλέπαινε, εἰ ἐπείσθην υἱῷ πολλὰ ἱκετεύοντι· πόθεν γὰρ ἂν ἢ ἤλπισα τηλικοῦτον γενήσεσθαι κακόν; ΖΕΥΣ. οὐκ ᾔδεις, ὅσης ἐδεῖτο ἀκριβείας τὸ πρᾶγμα, ἢ ὡς, εἰ βραχύ τις ἐκβαίη τ' ὁδοῦ, οἴχεται πάντα; ἠγνόεις δὲ ἢ τ' ἵππων τ' θυμὸν, ὡς δεῖ συνέχειν ἀνάγκῃ τ' χαλινόν; εἰ γὰρ ὀκνοίη τις, ἀφηνιάζουσιν εὐθύς· ὥσπερ ἀμέλει καὶ τοῦτον ἐξήνεγκαν, ἄλλοτε μὲν ἐπὶ τὰ λαιὰ, μετ' ὀλίγον δὲ ἐπὶ τὰ δεξιὰ, καὶ εἰς τὸ ἐναντίον ποτὲ δρόμου ἐνίοτε, καὶ ἄνω καὶ κάτω ὅλως ἔνθα ἐβούλοντο αὐτοί· ὁ δὲ οὐκ εἶχεν ὅ, τι χρήσαιτο αὐτοῖς.

ΗΛ. Ταῦτα μὲν πάντα ἠπιστάμην, καὶ διὰ τοῦτο ἀντεῖχον ὀλίγου, καὶ οὐκ

adoleſcentulo inſipienti concredito curru; qui hæc exuſſit, prope terram latus, illa frigore corrumpi fecit, multum inde abducto igne: utque paucis dicam, nihil eſt, quod non conturbarit, & confuderit: ac niſi animadverſa re dejeciſſem illum fulmine, ne reliquiæ quidem hominum reſtarent: talem nobis optimum illum aurigam, & currus agitatorem emiſiſti. SOL. Peccavi, Jupiter: ſed ne acerbius feras, ſi morem geſſi filio multum ſupplicanti: unde enim ſperare potui tantum fore mali? JUP. Non tu ſciebas, quanta indigeret accuratione hæc res, &, ſi quis tantillum evagetur a via, actum eſſe de omnibus? ignorabasne porro equorum animos, utque deceat continere ſumma vi fræna? ſi quis enim relaxet, habenas aſpernantur ſtatim: quemadmodum videlicet iſtum quoque diſtulerunt nunc ad ſiniſtra, poſt paulo ad dextra, interdum etiam in contrariam, quam quo curſus ferebat, partem; tum ſurſum & deorſum, ac plane quo vellent ipſi: hic interea nihil habebat, quod equis faceret.

2. SOL. Iſthæc equidem omnia noram, ac propterea renitebar diu, nec com-

88. Ἀφνιάζουσιν εὐθύς] Τοὺς χαλινοὺς ἀποῤῥίπτουσιν. V.

deſcriptam Phaëtontis fabulam apud *Nonnum* Dionyſ. lib. XXXVIII. utilius opera *Manilio* dabitur I, 733. taceo *Lucretium* V, 298. ubi *Lambinus* adeatur, & ingenium *Ovidii* hac in parte plus etiam ſolito luxurians. Tragici tam diligenter in hoc fuerunt argumento verſati, ut ab iis fabulae notitiam eſſe petendam moneat *Schol. Homer.* ad Od. P, 208. ubi vide *Barneſium*. *Proclus* ad Tim. *Plat.* p. 33. 34. fabulam, ſive, ut ait, hiſtoriam Phaëtontis φυσικῶς & φιλοσόφως explanavit. *T. H.*

98. Ἀναβεβασάμην] *Scheffer.* de Re Vehic. I, 17. p. 232. poſito *Luciani* loco hunc in modum pergit: *Micyllus ita vertit:* In currum impoſitum ſubmonui, quo pacto oporteret inſiſtere viae. *Verum* ἀναβεβασάμενον *non eſt* impoſitum; *nec ad Phaëtontem refertur, ſed ad Solem. Quare mallem:* tollens vero ipſum in currum &c. *Philoſtratus pro eo uſurpavit* ἀναβιβάμενον. Non miror cenſuram iniquam hominis quidem docti, & de re literaria bene meriti, ſed qui Graeci praeſertim ſermonis indolem habebat minime perſpectam. Alia quædam hujus dialogi tangit p. 221. 212. 224. Ἐς ἅρμα ἐσβεβάσθαι *Herodot.* I, 60. ἀναβεβάσθαι τοὺς παῖδας ἐπὶ ἵππους. c. 63. Plato Πολ. V. p. 662. ἀναβεβασμένους ἐπὶ τὰς ἁπήνας τίτυσ καὶ γυναῖκας *Apollod.* III. p. 197. ἀναβεβάζειν ἐπὶ τ' τρίχων τοὺς ἀπογραφέντας. *Andocid.* de Myſter. p. 6. ſed horum exempla ſunt obvia. Illud in Interpretibus, opinor, juſtius reprehendere licet, quod βεβηκέναι dederint *viae inſiſtere*, quum ſit, *firmo certoque gradu nixum conſiſtere, illum corporis ſtatum componere, qui ab equis animoſis & fraena mordentibus non facile turbetur:* ἐστηκέναι βεβαίως *Ariſtidi* T. III. p. 427. A. Ita non tantum τὸ βεβηκέναι a Graecis, verum & βεβηκέναι per ſe ſumitur, hinc ἐν γόνασι βεβηκὼς, *genubus innixus:* ἐπὶ βαρὺς vel ἑδραῖος καὶ βεβηκὼς, σεμνοπρεπὴς τὴν ἀγωγίλιαν καὶ βεβηκὼς, μόνιμος καὶ βεβηκυῖα μάχη, σύνθεσις ἀξιωματικὴ ἢ αὐστηρὰ ἢ σιδαρὰ ἢ βεβηκυῖα· ἡ κεφαλὴ ἐσβέβηκεν ἐπ' αὐχένος, ejusque generis apud optimos ſcriptores multo plura, quorum poteſtas genuina ſaepe in verſionibus obſcurata deliteſcit. *T. H.*

6. Τοσούτου] Par. mendoſe τοσοῦτον. *M. du S.*

13. Αὐτὸς εἶχεν τ' ἄντυγος] *Micyllus, jugum currus:* hoc ferre non potuit *Benedictus*, ſubſtituens, *gyrum rotae.* Credo Phaëtontem metu occaecatum, &

committebam ipsi mei currus agitationem. Postquam tandem instando expugnavit & lacrimis, & mater Clymene una cum eo, permisi currum ut conscenderet, & monendo docui, quomodo oporteret firmo gradu consistere, quousque sursum immissis habenis in sublime ferri, tum deorsum rursus vergere, quoque pacto compotem esse habenarum, ac minimum concedere animis equorum. Addidi porro, quantum esset discrimen, nisi per rectam viam ageret. Hic vero, quippe puer, quum conscenderat tantum ignem, & prospexerat in profundum immense patens, stupore perculsus fuit, ut par est: equi autem, ubi senserunt non adesse me, qui currum insistens regerem, contemto adolescentulo, præcipites extra viam ruerunt, & gravia ista feceruint: at Phaethon, habenis e manu dimissis, opinor metuens, ne excuteretur, ipse arreptam tenebat antygem. Sed & ille jam, quam meruit, habet pœnam, & mihi, Jupiter, satis est supplicii luctus.

3. JUP. Satis esse ais, talia qui fueris ausus? nunc tamen ignosco tibi: in posterum vero si quid simile deliqueris, aut talem aliquem successorem tibi emiseris, confestim experiere, quantum igne tuo fulmen

ἐπίσθιοι αὐτῷ ἢ ἔλασιν· ἐπεὶ δὲ καλὰ λιπάρησε δακρύων, ᾗ ἡ μήτηρ Κλυμένη μετ' αὐτῆς, ἀναβιβασάμην· ὑπὶ τὸ ἅρμα ὑπεθέμην, ὅπως μὲν χρὴ βεβηκέναι αὐτὸν, ἐφ' ὁπόσον δὲ ἐς τὸ ἄνω ἀφέντα ὑπερενεχθῆναι, εἶτα ἐς τὸ κάταντες αὖθις ἐλαύνειν, ᾗ ὡς ἐγκρατῆ εἶναι τῶν ἡνιῶν, ᾗ μὴ ἐφιέναι τῷ θυμῷ τῶν ἵππων εἶπον. δὲ ᾗ ἡλίκος ὁ κίνδυνος, εἰ μὴ ὀρθὴν ἐλαύνοι· ὁ δὲ (παῖς γὰρ ἦν) ὑπιδὰς τοσοῦτο πυρὸς, ᾗ ὑπικύψας ἐς βάθος ἀχανὲς, ἐξεπλάγη, ὡς τὸ εἰκός. οἱ δὲ ἵπποι, ὡς ἤσθοντο οὐκ ὄντα ἐμὲ τὸν ὑπιβεβηκότα, καταφρονήσαντες ᾗ μειρακίου, ἐξετράποντο τῆς ὁδοῦ, ᾗ τὰ δεινὰ ταῦτα ἐποίησαν. ὁ δὲ τὰς ἡνίας ἀφεὶς, οἶμαι δεδιὼς μὴ ἐκπέσῃ, αὐτὸς εἶχέτο τοῦ ἄντυγος. ἀλλὰ ἐκεῖνός τε ἤδη ἔχει δίκην, καίτοι, ὦ Ζεῦ, ἱκανὸν τὸ πένθος.

ΖΕΥΣ. Ἱκανὸν λέγεις, τοιαῦτα τολμήσας; νῦν μὲν οὖν συγγνώμην ἔχω σοι· ἐς δὲ τὸ λοιπὸν, ἤν τι ὅμοιον παρανομήσῃς, ἢ τινὰ τοιοῦτον σεαυτοῦ διάδοχον ἐκπέμψῃς, αὐτίκα εἴσῃ, ὁπόσον ᾗ σοῦ πυρὸς ὁ κεραυνὸς πυρω-

& quid ageret in miserrimo casu nescium eo manus admovisse, unde vitae periculum erat manifestum. Quid ἄντυξ esset, ignorarunt: exponit *Schol. Homer.* ad Il. E, 262. — ἐξ ἄντυγος ἡνίας τινὰς [illegible]ράς (lege ἐξάψας) τὰς ἡνίας τοῦ ἅρματος περιφερείας λέγει δὲ τῆς πόκλου τοῦ ὑποκειμένου τῷ ἅρματι πρὸς τὸ ἀνατεῖναι (nihil hactenus succurrit melius, quam πρὸς τὸ ἡνία τείνειν, quod ab *Homero* sumtum) τοῦ ἐπιβάτου v. 728. ubi poëta magnifice describit coelestem Junonis currum — δισσαὶ δέ περίδρομοι ἄντυγες εἰσί, quae scilicet τὸ δίφρον vel sellam curulem superne ambiant: *Schol.* αἱ περιφέρειαι τοῦ ἅρματος αἱ παρατεταμέναι τὸν ἐπὶ τοῦ δίφρου ἡμικύκλιον, ὅθεν καὶ τὰς ἡνίας ἐξάπτουσι· αἱ περιφέρειαι τοῦ ἁρματείου δίφρου. Eadem ἐπιδιφριὰς, ad quam Rhesi equos *Homerus* adligavit Il. K, 475. ibi quoque e *Scholiis* eximendum est leve vitium *Etymologo* duce. Ἐξ ἐπιδιφριάδος πυμάτης] Ἐκ τοῦ ἐχάτου μέρους τοῦ ἁρματείου δίφρου τὰ περιφέρεια, ἃ (scilicet περιφέρεια prave legitur ὁ, quasi pertineret ad μέρος) καὶ ἄντυξ ἡ ἐπιδιφριὰς καλεῖται. Est ergo ἄντυξ orbiculus summae curuli sellae additus eamque cingens; sed proprie tamen ejus cacumen aliquod eminentius ex anteriore parte, vel, geminum ad utrumque latus, cui, si consistere currum oporteret, habenae circumligari possent. *Euripid.* Hippol. v. 1188. Μάρτυς δὲ χερσὶν ἡνίας ἀπ' ἄντυγος vid. Schol. χερσὶν ἄντυγα vocat in Rhes. v. 1373. Hinc jam patet, non aliam Phaëtonti fuisse causam, cur ἄντυγα missis habenis apprehenderet quam ne excuteretur: δεδιὼς, inquit *Lucianus*, μὴ ἐκπέσῃ. Plus una vice vocabulum occurrit apud *Nonnum* in ejusdem casus enarratione: sed istius quidem hominis auctoritati nihil tributum volo, qui non tantum voces inauditas & ridiculas ipse fingit ac componit, sed veteres etiam perlicenter in aliam longe, quam olim fuerint usurpatae, significandi ditionem migrare jubet. De ἄντυγι perquam jejune *J. Scheffer.* R. V. I. c. 7. p. 74. Porro in *Luciano*, quanquam sententia sit perspicua, orationem onerare mihi videntur οἶμαι & αὐτὸς. Multa similia *Diodor. Sic.* IV. p. 210. A. & verbis propemodum iisdem: τὸ γὰρ Φαέθοντα ἐλαύνοντα τὸ τέθριππον μὴ δύνασθαι κρατεῖν τῶν ἡνιῶν, τὸν δὲ ἵππους καταφρονήσαντας τοῦ παιδὸς ἐξενεχθῆναι τοῦ συνήθους δρόμου. Ejus generis, si hoc ageremus, aut eorum usus aliquis appareret, magna proferri poterat copia. *T. H.*

14. Ἐπὶ

πυρωδέστερον. ὡς ἐκεῖνον μὲν αἱ ἀδελφαὶ θαπτέτωσαν ἐπὶ τῷ Ἠριδανῷ, ἵνα καὶ ἔπεσεν ἐκδιφροβοληθείς, ἠλεκτρον ἐπ' αὐτῷ δακρύσαι, καὶ αἴγειροι γιγνέσθωσαν ἐπὶ τῷ πάθει· σὺ δὲ συμπηξάμενος τὸ ἅρμα (κατέαγε γὰρ καὶ ὁ ῥυμὸς αὐτῷ, καὶ ἄτερος τῶν τροχῶν συντέτριπται) ἔλαυνε, ὑπαγαγὼν τοὺς ἵππους· ἀλλὰ μέμνησο τούτων ἁπάντων.

sit magis ignitum. Illum ergo sorores sepeliant ad Eridanum, ubi cecidit quadrigis excussus, electri super eo lacrimas effundentes, & populi fiant ob huncce casum. At tu refecto curru (infractus enim est temo ejus, alteraque rotarum contrita) cursum redordire subjunctis equis. Ut tamen memor sis horum omnium.

XXVI.

ΑΠΟΛΛΩΝΟΣ ΚΑΙ ΕΡΜΟΥ. APOLLINIS ET MERCURII.

Α Π.

Ἔχεις μοι εἰπεῖν, ὦ Ἑρμῆ, πότερος ὁ Κάστωρ ἐστὶ τούτων, ἢ πότερος ὁ Πο-

Α Ρ.

1. POtin ut mihi dicas, Mercuri, uter Castor sit horum, aut Pollux?

a Γὰρ καὶ] δὲ Γ.

24. Ἐπὶ τῷ πάθει] Dederant Interpretes, *prae dolore*: parum accurate. Πάθος est ipsius Phaëtontis fulmine icti praecipitatique casus: *Pausan.* I. p. 10. καὶ σφίσι (Γαλάταις) ἀφ' ὧν χώρας ῥεῖ ποταμὸς Ἠριδανός, ἐφ' ᾧ τὰς δυνατώτατα τοῦ Ἡλίου διδόασι νομίζουσι τὸ περὶ τὸν Φαέθοντα τὸν ἀδελφὸν πάθος. Rem describit Apollon. Rh. IV, 507. Ἔνθα ποτ' αἰθαλόεντι τυπεὶς πρὸς εἶρα πεσόντι Ἠριδανὸς Φαέθοντι πίσυν &c. hunc si contuleris, statim apparebit, unde fuerit translatus *Varronis Atacini* versus, quem *Quintilianus* servavit. J. O. I. c. 5. p. 56. *Quum te flagranti dejectum fulmine Phaeton.* Plura *Noster* περὶ τοῦ Ἡλίου. ubi nonnulla dicemus. *T. H.*

ΑΠΟΛ. ΚΑΙ ΕΡ.] Hic Dial. ex *Theocrito*, ut & seq. totus fere est in his Dialogis *Theocritus*. *J. B.*

35. Ὅτι οὗτος μέν . . . .] Pollucem intelligit; sic enim *Homerus* canit Il. Γ, 237.

Κάστορά θ' ἱππόδαμον, καὶ πὺξ ἀγαθὸν Πολυδεύκεα.

Adde *Plut.* 863. & Od. A. 229 & *Nostrum* Ἐρωτ. 16. ἱππημώρους vocat *Hom.* Od. A. 302. *M. du S.*

36. Τὰ ἴχνη τῶν τραυμάτων] *Caestuum cicatrices Tertullianus* dixit de Spectac. c. 23. & propius *caestuum vestigia*, de quibus ad lib. de Pall. notavit *Salmas.* p. 306. nam *caestuum vulnera* egregie *Plinio* restituta H. N. XXI. c. 19. a *J. Fr. Gronovio*, sunt recentia, quae cicatricem nondum duxerunt: ibi hunc ipsum Luciani locum Vir summus, quanquam haud plane commodum, protulit. Sunt autem ἴχνη & *vestigia* vulnerum aut flagellorum vel aperta & adhuc cruore manantia, ut in *Livio* II, 23. *ostentare tergum foedum recentibus vestigiis verberum*; vel jam sanata & cicatricibus obducta: quemadmodum Alexander apud Macedonas gloriatur: εἰδὴ ἄλλον τί ἐστιν ἢ οὐκ χειρὸς ἢ τῶν ἀφιεμένων ἄγη σὸν ἴχνη ἐν ἐμαυτῷ φέρω *Arrian.* A. A. VII. p. 286. Eleganter *Augustin.* Ep. XLVIII. *Quasi vero si quisquam vir fortis pro patria dimicans multa adversa vulnera exciperet, & peritissimo medico, qui haec ita curare valeret, ut cicatrices nullae apparerent, ipse potius diceret, sic se velle sanari, ut magis essent in corpore suo vestigia vulnerum, tanquam tituli gloriarum.* Utrovis modo sumere licet in *Poll.* VIII, 79. Ἔχων ἐπὶ τῷ προσώπου τὰ ἴχνη τῶν πληγῶν, τὰ σημεῖα τῶν ὕβρεως, τὰ διάγραμμα &c. *AEschin.* in Ctesiph. p. 84. v. 22. de Demosthene: τὰ τῶν κονδύλων ἴχνη τοῦ τὸ Μειδίου ἔχειν ἐν φανερῷ. Saepius etiam de verberum flagellorumque notis, quae mancipiis haerent inuftae: *Plato* in Gorg. p. 357. C. μαστιγίας αὖ εἴ τις ἦν, καὶ ἴχνη εἶχε τῶν πληγῶν ἁλὰς ἐν τῷ σώματι ἢ ὑπὸ μαστίγων ἢ ἄλλων τραυμάτων *Petron.* c. 126. p. 600. *matronae quae flagellorum vestigia osculantur.* Venuste Zeno apud *Diogen. L.* VII, 23. τὸν γυμνάσιον τινος παιδέραστον μεμωλωπισμένον θεασάμενος, πρὸς αὐτὸν, Ὁρῶ, ἔφη, σου τῷ θυμῷ τὰ ἴχνη· sic ἴχνη τινὰ ἐμώλωπες, junguntur ab *Arriano* Epict. II, 18. p. 224. Noster quoque in Catapl. §. 24. ἴχνη καὶ σημεῖα τῶν ἐγκαυμάτων τίγμάτα praecesserunt. Haec tamen non impediunt, quo minus juxta cum Eruditissimis Viris *Cujacio* & *Schultingio Ulpianum* in Fragm. Tit. I. §. 11. corruptum existimem, loquendique modum, *quibus vestigia scripta fuerunt*, tolerari non posse. Castoris & Pollucis similitudinem formae celebrarunt veteres: ideo *Devonius* etiam de Bell. Troj. II, 177. *noverat alter Cum Polluce error* —. In tabulis tales & statuis fingebantur. *Aelian.* apud *Suid.* in Διόσκουροι παιδία μεγάλοι, γυμ-

νοὶ

lux? nam equidem ut discernam eos, non est. MERC. Heri qui nobiscum fuit versatus, is Castor erat: hic, Pollux. AP. Quo pacto dignoscis? similes enim. MERC. Eo quod hic, Apollo, habet in facie vestigia vulnerum, quæ accepit ab adversariis pugilatu certans; ea maxime, quibus est a Bebryce Amyco vulneratus, quando Jasoni socius navigabat: alter autem nihil tale præfert, sed purus est atque integra facie. AP. Gratum inprimis feciisti, qui me docueris hæc indicia: ceteroquin alia cuncta sunt paria, ovi dimidium segmentum, eique addita superne

λυδεύκης; ἐγὼ γὰρ οὐκ ἂν διακρίναιμι αὐτούς. EPM. ὁ μὲν χθὲς ἡμῖν ξυγγενόμενος, ἐκεῖνος Κάστωρ ἦν, οὗτος δὲ Πολυδεύκης. ΑΠ. πῶς διαγιγνώσκεις; ὅμοιοι γάρ. EP. ὅτι οὗτος μέν, ὦ Ἀπόλλον, ἔχει ἐπὶ τῷ προσώπῳ τὰ ἴχνη τῶν τραυμάτων, ἃ ἔλαβε παρὰ τῶν ἀθλαγωνιστῶν τυκλεύων, ἡνίκα, ὁπόσα ὑπὸ τοῦ Βέβρυκος Ἀμύκου ἐτρώθη, τῷ Ἰάσονι συμπλέων· ἄτερος δὲ οὐδὲν τοιοῦτον ἐμφαίνει, ἀλλὰ καθαρός ἐστι, καὶ ἀπαθὴς τὸ πρόσωπον. ΑΠ. ὀρθῶς, [b] διδάξας τὰ γνωρίσματα· ἐπεὶ τἄλλα πάντα ἴσα, καὶ ὠοῦ τὸ ἡμίτομον, καὶ ἀστὴρ ὑπεράνω, καὶ ἀχόν-

τιον

[b] Διδάξας] διδοὺς *F.* quod nisi Mss. auctoribus mutandum non fuerat.

νοι τὰς παρειὰς ἑκάτεροι, ὅμοιοι τὸ εἶδος· ubi γυμνοὶ τὰς παρειὰς, quibus nulla genas lanugo vestit. *T. H.*

38. Ὑπὸ τοῦ Βεβρ. Α. . .] Quidam Castorem a Lynceo occisum tradidere. V. *Theocr.* Idyll. XXVII. vel XXII. Cogn. 23. *Val. Flacc. Argon.* IV. *Stratum Bebryciis Amycum suspexit arenis.* *M. du S.*

42. Τὸ ὠοῦ τὸ ἡμιτ.] De pileo intelige. *M. du S.*

Τοῦ ὠοῦ τὸ ἡμιτ.] Quum singularem in enumerandis Dioscurorum insignibus ac ministeriis curam *Lucianus* adhibuerit, alienum non videbitur, si nos ejus exemplo invitati, quaedam paulo saltem reconditiora promamus: nam Meursianae diligentiae sectatori justi voluminis materia suppeteret. Pileos intelligi τοῦ ὠοῦ τὸ ἡμίτομον, quod primo loco ponit *Lucianus*, quibus Castores utebantur, in aperto est positum, indeque *Catullum* appellasse *pileatos fratres*: figura sane pileorum dissectum per medium ovi putamen referebat. Hinc remedium est *Apuleio* petendum Metam. X. p. 254. *Castor & Pollux, quorum capita cassides obtectae stellarum apicibus insignes contegebant*: tu si scripseris *ovatae*, quemadmodum *ovata species Plinio* H. N. XV, 21. & XXXV, 1. *ut ovatus esset Numidicus*, suam manum agnoscet Afer, & lubens suis auctoribus donabit membranarum, *orbatae*; vetustarum Edd. *aeratae; Brantii, jubatae:* ingerebat C. Fl. ipsam veritatem, quam tamen unius solum literae solenni mutatione obscuratam, *Elmenhorstius*, nescio quo pacto ad *obbam* delatus, expedire non potuit: atque hæc tam plana videtur emendatio, ut, quin aliis itidem in mentem venerit, vix dubitem. Castores autem Spartani jure pileos insigne patrium gestabant: ovi similitudinem quid credibilius est, quam ab eorum fabulosis natalibus, quos *Homerus* quidem ignorat, certe nusquam commemorat, fuisse derivatam? vide *Tzetz.* ad *Lycophr.* v. 506. Ὧν ὀστράκου τρόπιλον ἐντὶ μυρίον Κόρσῳ σκεπάσαι — qui locus vetat, ne cum Eruditiss. *Pottero* in versu 89. Καλυφάων τροπίλου (ita legendum puto) ὀστρακομόρφων, interpretando de cochlea cogitemus: ὄστρακα poëtis, ut Grammatici veteres docent, vel ova, vel ovorum testae: *Hesych.* Ὀστράκων· Ἀττικῶς, τυτθόν, ἄρτι γυμνὸν ὀστράκων· ἀντὶ τοῦ ὠῶν, τινὲς δὲ καλύφων· eo modo constituendus est hic *Aeschyli*, quod ex *Photii* Lexico didicimus, locus, neque aliter existimasse *Salmasium* pateret, si genuinam summi Viri manum operi suscepto longe impar *Schrevelius* fuisset adsecutus. Haec etiam causa, cur ova per se Dioscuros, ut notum, indicarent. *Tertull.* de Spect. c. 8. in Hippodromo Constantinopolitano locus τοῖς τοῦ Διὸς ἀνακείμοις κούροις, ἔνθα καὶ νῦν οἱ καμπτῆρες (καμπτὸς ediderat *Douza*) δηλοῦσι τὰ τῶν ἐφόρων γνωρίσματα ἀφ' ὧν ἐπικεκλιμένων ὠῶν τοῖς χαλκοῖς ὀβελίσκοις teste *Codino* in Orig. Const. p. 6. B. Imo, ne miraculi fides apud posteros ullam in partem laboraret, in Leucippidum templo Spartae ovum erat a lacunari suspensum, taeniis, quippe res sacerrima, velatum: ὥσπερ δέ φασιν αὐτὸν ἐκεῖνο, ὃ τηκεῖν λίθου ἔχει λόγος· nimirum ad aetatem usque *Pausaniae* perduraverat vivacissimus ille cortex, III. p. 247. Veruntamen eam ab ovo sumtam rationem invertit prorsus *Is. Vossius* ad *Catull.* p. 91. fabellam natalium exinde videri confictam statuens, quod toti ex ovo dissecto, id est, ex pileolis, quae gestant, prodire videantur. Sane subtilissimum eum fuisse fabellarum consarcinatorem oportet, qui ab initio tam tenui processerit ad commentum originis mirificae penitus singulare. Jam quod ibidem adfirmat, apud Spartanos pileum non libertatis tantum, uti apud Romanos & Macedonas, sed & nobilitatis fuisse indicium, id quidem leve, at minus tamen accuratum: fefellerunt Virum Magnum Excerpta *Serani* de Vit. *Hippocr.* qui pileatum in multis simulacris Hippocratem ideo conspici testatur, quia pileus sit σύμβολον εὐγενείας, non secus quam in Ulysse: atqui Spartanorum haec εὐγένεια omnium erat communis atque eadem, non familiae cujusdam aut gentis propria: pileo distinguebantur ab Hilotibus,

τιον ὁ τῇ χειρὶ, ὁ ἵππος ἑκατέρῳ stella, jaculum in manu, & equus utrique al-

quos κωνῆ geſtare voluerant : ſimiliter *Schol. Ariſtot.* ad Rhet. I. jungit ἀλλάβριον ἐ εὐγένειαν· ὁ Δακεδαιμονίοις τὸ κομᾶν, inquit, σημεῖον ἀλλοφυλίας ἢ εὐγενείας. Pileis Caſtorum ovatis impoſitus ἀστὴρ ὑπερμέγας talem ornatum pulcre nummi praeferunt, quos ex ditiſſima Soceri mei *Jac. Wilkii* nomiſmatotheca jam olim depromtos iterari juſſit ad *Sext. Empir.* p. 558. Vir praeclarus *J. Alb. Fabricius*. Si cautam quaeras, ipſa rationum, quae reddi poſſint, copia rem primo adſpectu liquidam obfuſcant. Stellulas, quae in graviſſimo tempeſtatis furore tranſtra navium & antennas perſultant, proſperi curſus ſalutares praenuncias, Caſtorumque numini ſacratas Διοσκούρους appellarunt: *Heſych.* Διόσκουροι, ἀστέρες οἱ τοῖς ναυτιλλομένοις φαινόμενοι feruntur quoque in Lyſandri navi conſpectae, quum ad pugnam illam memorabilem, vel potius victoriam, qua res Athenienſium attritae conciderunt, prodiret: *Plutarch.* T. I. p. 439. ἦσαν δέ τινες, οἱ τοὺς Διοσκούρους ἐπὶ Λυσάνδρου νεὼς ἑκατέρωθεν, ὅτε τῶ λιμένος ἐξέπλει πρῶτον ἐπὶ τοὺς πολεμίους, ἄστρα τοῖς αἰσθῆσι ἐπιλάμψαι λέγοντες· quod adeo non ſprevit, virtutive ſuae adverſum cenſuit Lyſander, ut in rei bene geſtae memoriam Delphis dedicaret χρυσοῦς ἀστέρας τῶ Διοσκούρων, qui omine ſiniſtro paulo ante Leuctricam cladem diffugerunt, eodem teſte *Plutarcho* T. I. p. 443. T. II. p. 397. F. Hinc *fratres Helenae lucida ſidera*; *gemina Ledae ſidera*; Λακεδαιμόνιοι ἀστέρες *Callimacho* Λ. II. v. 25. &, quod inuſitatius, *ſtella* pro Tyndaridis apud *Ovid* in Ib. v. 514. modo locus iſte vitio careat. Neutiquam abhorret, ut praecipui muneris inſigne capitibus impoſitum oſtentarint. Nec tamen non ſtella videri poteſt ſignum ἀποθέωσεως honorumque divinorum, quos, ſi *Apollodoro* conſtat fides apud *Clem.* Strom. I. p. 322. B. adepti ſunt anno tertio & quinquageſimo, poſtquam in Deorum ordinem adſcriptus fuit Hercules. Referat aliquis, nec minore juris ſpeeie, ad originem a Jove ductam, quem ſunt, qui tradiderint adſumta ſtellae forma Ledam vitiaſſe: obviam raro fabulam diſcimus ab auctore *Homil. Clem.* V. §. 13. Jupiter ἀστὴρ γενόμενος Κάστορα ἐ Πολυδεύκην ἐξέφηνεν· ne vero teſtem in tanto miraculo ſolitarium graveris, *Tzetzen* adjungam, ſive magis *Scholiaſten Lycophronis* antiquum ad v. 88. 511. ὁτι τὴν Λήδαν ἐγκύμονα ἔθηκαν Κάστορ μόνος ἐ Πολυδεύκης, ὁ ἀστὴρ μορφῆ μιγέντος αὐτῆ Διὸς· quid jam propius, quam ut parentem ſtella deſignet? Verum aliò ducunt, & arcanum nobis abſtruſius recludunt ipſi veteres: dignus eſt, quem audiamus *Sext. Empir.* IX. §. 37. ut Hercules, inquit, Thebanus in priorum Herculum, ſic Tyndaridae ſeſe in priſcorum nomen & titulos Dioſcurorum inſeruerunt: ἢ τὰς Τυνδαρίδας δὲ φασι τὴν τῶ Διοσκούρων δόξαν ὑπολαβεῖν πάλιν νομιζομένων εἶναι θεῶν· hic, quae ſaepe ſibi viciſſim nocent, voculae ſunt commutatae; legendum enim πάλαι. Deinde vetuſti ſapientes ſupernum hujus univerſi infernumque hemiſphaerium dixere Διοσκούρους· idque adeo poëtam, in cujus adyto ſapientiae, quicquid ipſi fuerint commenti, nullo negotio reperiunt, ſubindicaſſe, quum eos ἐφημερίους vocat Od. Δ, 302. cum his ferme conſpirat *Philo Jud.* de Decal. p. 752. B. ἢ τὸ ἄλλον ἀστέρων ἑκάστου τὰς ἐπωνυμίας μυθογράφοι παρείδοσαν (perperam ediderunt μυθογράφοις· ſic autem vocat poëtas, praeſertim Orphicos) οἱ πρὸς ἀσπάσιον ἀκοῆς ἢ τέλεχασμένα πλάσμασι συνφωνοῦντες ὑδέξαν περὶ τὸν ὑπερκόσμιον θέσιν κεκοσμῆσθαι, τότε ἑρανὸν εἰς ἡμισφαίριον τῶ λόγῳ διχῆ διαιρεῖσθαι, τὸ μὲν ὑπὲρ γῆς, τὸ δ' ὑπὸ γῆς Διοσκούρους ἐκάλεσαν, τὸ περὶ τὰ ἐφημερίας αὐτῶν προστεταγόσι δύγμα· eum in modum ex C. MS. poſtrema cum *D. Hoeſchelio* ſunt legenda ad *Phrynich.* p. 111. neque alio ſpectat *Euripidis Scholiaſtae* locus ad Oreſt. v. 465. ubi poſtquam expoſuerat, quomodo Pollucis precibus inductus Jupiter Caſtori quoque tribuerit immortalitatem, eosque παρ' ἡμέραν ζῆν ἀμφοτέρους, addit, ὅς ἐ ἀλλαγροῦσιν εἰς ἡμέραν ἐ νύκτα. Verum eſt, priſcos ſeu Theologos, ſive philoſophos juſtorum coeli motuum, quod eorum pace dixerim, haud quaquam peritos, in hemiſphaeria diviſiſſe mundum bina, quae alii fixa & ſtabilia, Jovis Plutonisque regno diſcreta, in quibus orbes ſuos ſidera conficiant, alii rotatione volubili circumacta crediderunt: utrovis pacto nihil admodum obſtat, dummodo per utrumque axis verticem diſſecta ponas, quo minus Dioſcurorum, quos ſapientes illi vocarunt, ἐφημερίαν alternasque vices animo informes. *Julianus* tamen Orat. IV. p. 147. cujus locus *Euſtathium* non fugit ad *Homer.* p. 410. 1686. nihil hanc rationem eo valere contendit, opinionemque illam exagitat tanquam inanem atque ex Theologis perverſe intellectis hauſtam: in ejus explicanda mente, quam intricatiorem & maculis aliquot pravae lectionis inſuper obſcuratam *Petavius* certe non percepit, operam haud abutemur: nunc ſatis eſt ad rem noſtram, ſi hoc quoque teſte *Empirici* fides adfirmetur. Ab Orphicorum autem hæc emanaſſe ſcriptis eo minus eſt dubitandum, quod illi mundi figuram eſſe ſtatuerunt ovatam, ὠοειδῆ, ut praeter alios *Achill. Tatius* docet in Iſag. p. 127. B. 130. C. quomodo hemiſphærium ingentis illius ovi erit ἡμίτομον· nam primigenium iſtud ovum, rerum omnium originem, quod eadem ſacerrimorum hominum ſecta venditavit, quamvis huc pertineat, prudens omitto: illud potius obſervandum videtur, *Alexidis* venuſtiſſimi jocum in *Athen.* lib. II. p. 60. A. B. minus patere, niſi eorum, quae modo tradidimus, adjumento aditus aperiatur. Sextus porro, ut eo redeamus, πίλους, ait, τ' ἐπιτιθέασιν αὐτοῖς, ἢ ἐπὶ τούτοις ἀστέρας, αἰνισσόμενοι τὴν ἡμισφαίρων κάλυσιν. Ergo Ledae filiorum in pileis cur ſtellae micuerint fruſtra quaerimus, ſi hæc jam olim inſignia Dioſcurorum veterum ſibi vel ipſi vindicarint, vel liberali poëtarum dono acceperint. Et ſane alios ante Tyndaridas extitiſſe Dioſcuros ex *Cicerone* manifeſtum eſt de N. D. III. §. 53. quem locum dubito an hunc in modum diſtingui oporteat & legi: *Primi tres, qui appellantur Anaces Athenis, ex Jove Rege antiquiſſimo & Proſerpina nati, Tritopatres* (vel *Tritopatores*) *Zagreus, Eubuleus, Dionyſus. Tritopatreus*, quod

alibus : quo factum eſt, ut ſæpe hunc ap- ἀλλήλοις· ὥστε πολλάκις ἐγὼ τὸ μὲν πρόσ-
πον

quod vulgatur, unius fuiſſe nomen induci non poſſum, ut credam: de Tritopatoribus autem, quos reſtituendos eſſe auguror, quique Athenis eximia religione culti, quam diverſæ fuerint ſententiæ, demonſtrat inſignis *Suidae* locus in Τριτοπάτορες· ſimilia plane, ſed paulo brevius, in *Etymologo:* emendationi vero ſtabiliendæ quæ faciunt plura nunc prætereo. Eosdem fuiſſe Tritopatoras, qui θεοὶ μεγάλοι, Samothraces, Corybantes, Cabiri, ut liquido adfirmare non ſuſtineo, ita ſuſpicari licet: ἀνάκτων vel ἀνάκτων commune nomen: refert *Pauſan.* X. p. 896. Amphiſſenſes ὅγων τελετὴν Ἀνάκτων καλουμένων παίδων· quinam hi ſint, parum ait conſtare, dum nonnulli Dioſcuros, alii Curetas, alii, qui ſupra ceteros ſapere ſibi videantur, Cabiros putant: horum orgia qui celebrant ſacerdotes, eximie nominari Ἀναπτολιλίσας, oſtendit *Clem.* Protr. p. 12. C. Ea res utcumque definiatur, hoc tamen eſt ſatis exploratum, θεοὺς μεγάλους Samothracum, ſive Cabiros, jam diu ante quam Tyndaridæ naſcerentur, & dictos fuiſſe Διοσκούρους, & exiſtimatos. Notus in publicum *Philonis Byblii*, quem *Euſebius* ſervavit, locus Præp. Euang. p. 36. A. 37. D. 39. C. ibi naſcuntur ὁπὸ τῆ Σύδυκ (Σάδυκον vel Σάδοκον appellat *Damaſcius* apud *Phot.* p. 573. Σαυδύκον *Apollodor.* III. p. 239.) Διόσκουροι, ἢ Κάβειροι, ἢ Κορύβαντες, ἢ Σαμοθράκες· eosdem in honore fuiſſe non vulgari apud Atticæ regionis incolas, multis indiciis deprehendi poteſt; nam Κεφαλῆσιν, ut docet *Pauſan.* I. p. 77. οἱ Διόσκουροι νομίζονται μάλιστα· μεγάλους γὸ σφᾶς οἱ ταύτη θεοὺς ὀνομάζουσι· jam vero per pagos quæ colebantur numina, fuiſſe vetuſtiſſima nobis compertum eſt. Idem illud antiquitatis Græcæ penu Methapum teſtatur Athenienſem ἐν Θησείοις τὸ Κάβειρον τὴν τελετὴν καθαγίσασθαι V. p. 281. Apud *Gruter.* p. 319. Inſc. 2. Gaji mentio reperitur Acharnenſis ἱερέως γενομένου θεῶν μεγάλων Διοσκόρων Καβείρων. Unde autem hic cultus Cabirorum ad Atticos pervenerit, facile poteſt inveſtigari, ſi vera ſunt, ut equidem arbitror, quæ ſcribit *Herodot.* II, 51. Pelaſgos, Ἀθηναίοισι συνοίκους γενομένους ἐν τῇ χώρῃ, initia Deorum Samothracum inſtituiſſe primos: fieri ſane vix potuit, quin Athenienſibus, cum quibus tanto tempore vixerunt, eadem impertiverint ſacra, quæ poſtea neſcio quis error traduxit ad Tyndaridas; eorum profecto in Hymnis Orphicis, qui vetuſtioris Theologiæ diſciplinam continent, ratio habetur nulla: nam quod in Εὐχῇ v. 21. legitur, Καὶ μεγάλους σωτῆρας ὁμοῦ, Διὸς ἄφθιτα τέκνα, falluntur, qui ad Caſtoras trahunt: quales σωτῆρες intelligendi ſint, declarat Hymnus in Curetas XXXVII. ubi —— κόσμου σωτῆρες ἀγαυοὶ, Οἵ τε Σαμοθρᾴκλιν ἱερὴν χθόνα ναιετάοντες Κυδύνους θνητῶν ἀπερύκετε ποδοπαλαίστων· illaque inprimis obſervanda. Κουφῆτες, Κορύβαντες ἀνάκτορες, εὐδύνατοί τε, Ἐν Σαμοθράκῃ ἄνακτες, ὁμοῦ Ζηνὸς κόροι αὐτοί. Πνειαὶ ἀέναοι, ψυχοτρόφοι, ἀερσιδίῃς, Οἵ τε καὶ ὑράνιοι Δίδυμοι καλέεσθ' ὑπ' Ὀλύμπῳ. Verum ne Samothraciæ quidem, quam optimo titulo videbantur tenere, poſſeſſionem Cabiris integram Tyndaridæ reliquerunt; opinione ſaltem vulgi, quam velut compertam ſecutus eſt *Ovid.* I. Triſt. X, 45. *Vos quoque Tyndaridae, quos haec colit inſula, fratres, Mite, precor, duplici numen adeſte viae:* fo[illegible] etiam *Plutarch.* in AEmil. p. 267. F. Perſeus Macedoniæ rex victus διέπλευσεν εἰς Σαμοθράκλν, καὶ καταφεύγων ἐπὶ τοὺς Διοσκούρους ἱκέτευεν· quanquam in hac hiſtoria ſub initium lib. XLV. *Livius* nullum Samothracum Deorum nomen, ſive rem incertam tutius in medio relinqui cenſens, ſive religione deterritus, commemoret; niſi quis in eam ſuſpicionem veniat, Dioſcuros c. 6. librariorum opera in Deos abiiſſe: *fortunam Dioſcurosque, quorum in templo erant, nulla ope ſupplicem juvantes, accuſans.* Attamen iſtam vulgi perſuaſionem merito repudiat *Varro* de L. L. IV. p. 17. *Nam neque, quas Ambracia* (nondum cur ſcriptura vetus mutari debeat, rationem invenio) *ante portas ſtatuit duas virilis ſpecies aheneas, dei magni; neque, ut volgus putat, hi Samothraces Dii, qui Caſtor & Pollux.* Non ſolos autem Cabiros, ſed Caſtores etiam Magnos Deos Inſcriptiones praebent, & ſæpius uſu venit, ut vix, utri ſint intelligendi, diſcernere queas; quemadmodum apud Clitorios quod fanum eſſe memoratur Διοσκούρων, καλουμένων δὲ θεῶν μεγάλων a *Pauſan.* VIII. p. 639. Sed Cabiris ne in coelo quidem per Tyndaridas eſſe licuit quietis, nihilque propius eſt factum, quam ut de ſigno Geminorum coloni veteres proturbati plane dejicerentur: adfuerunt injuſtae cauſae auctores ſane graves, *Eratoſth.* Cataſt. c. X. quem *Hyginus* paene interpretatur Poët. Aſtron. II. c. 22. & *Caeſar Germanicus*, ut *Tertullianum*, *Iſidorum* & alios momenti minoris præteream. Qui pro Diis Samothracibus propugnent, illi longe quidem pauciores, at, ſi pondus teſtium non numerum aeſtimes, minime ſpernendi, *Onomacritus*, ſive quis alius Orphicorum Hymnorum ſcriptor placeat, & *Nigidius*, Aſtronomiae veteris conſultiſſimus, apud *Schol. German.* quibus *Ampelium* adjungo lib. Mem. c. III. ſed ut in transitu vix digno beneficium tamen demtae maculae conferam: *Gemini, qui Samothraces nominantur eſſe* (haec ejus ætati in barbariem vergenti condonanda eſt Latinitas) *quorum argumentum nefas eſt pronunciare praeter eos* (*aliis praeter eos*; niſi malis *praeter eis*, hoc eſt, præterquam iis, quomodo non raro ſolent Latini recentiores) *qui initiis praeſto ſunt:* juvit nos *Schol. Germanici*, ex quo fere deſcriptum illud *Ampelii* caput corrigi pluribus in locis poteſt. Nos hac vice cum Tyndaridis actione legitima non experiemur, pro tempore contenti, ſi ſatis fuerit probatum, nullam in ſe temeritatis culpam ſuſcepiſſe *Sextum Emp.* qui dicere non veritus ſit raptos ab iis honores alienos. Nunc ad inſignia *Luciano* commemorata revertimur. Spicula praeferunt itidem nummi & monumenta lapidum: de equis albis notatum eſt a *J. Daviſio*, viro doctiſſimo, ad *Cicer.* de N. D. II, 2. p. 105. hujus etiam loci non oblito. Equos iis a Mercurio diſtributos *Steſichorum* docere prodit *Tertull.* de Spect. c. 9. plenius ex eodem vate & nominibus quatuor equorum additis *Etymol.* &

του Κάστορα, Πολυδεύκην ὄντα· τὸν δὲ τῷ ζ pellarim Caſtora, qui Pollux erat; illum, Pol-

Suidas in Κύλλαρος, qui ſibi collati mutuam operam praeſtant: in illo pro Ἥρας δ' Ἑξάλιθον, quo nomine nullum equum noverit antiquitas tota, repone Δὸς Ἔσ[illegible], ſponſore *Philargyrio*, qui pro Grammatico ſatis arroganter ſcribit ad Georg. III, 89. *poëtas Graeculos fabulari*, Xanthum & Cyllarum equos Neptunum Junoni dediſſe, illam Caſtori & Polluci. Verba *Polyaeni*, quia vitio carere non videntur, producam: is Ariſtomenem cum facinoris ſocio, ut Lacedaemonios mentita ſpecie falleret, ſumſiſſe Caſtorum habitus refert II. c. 31. §. 4. λόφους ἵππων ἐπέθηκαν ἀμφω, καὶ ταῖς κεφαλαῖς περιθηκάτω χρυσοῦς ἀστέρας· perſpicuum eſt deficere vocabulum aliud, cui convenire proxime debeat περιτιθέναι· nam κεφαλαῖς περιτιθέναι ἀστέρας, quamvis ξίφος περιζῶσθαι me non fugiat, plane durum eſt: jam ſi πίλους interjungas, ταῖς κεφαλαῖς πίλους περιθηκάτω καὶ χρ. ἀ. res erit in vado; ſicut *Homer.* Il. M, 320. — ἕδνοισί τε πίσεα μῆλα οἴνου τ' ἔξαιτον —— de quo genere plura docet *Euſtath.* p. 907. confirmat ſimilis *Pauſaniae* locus, ubi, quod hic Ariſtomeni ejusque amico, Meſſenjis Gonippo & Panormo tribuitur lib. IV. p. 344. *Philo Jud.* L. ad C. p. 1003. πίλους ἐπὶ τὰς κεφαλὰς ἐλάμβανε, ὁπότε ἀσκοῖτο εἰς Διοσκούρους· neque ſolet aliter *Polyaenus*, πίλιον κεφαλῇ περιάρμος VI. c. 12. Porro ſalutaris eorum, quam navigantibus praeſtiterunt, cura, ut eſt quidem illa, praeſertim apud poëtas, cognitiſſima, ſic tamen unde ad eos quamve ob cauſam defluxerit, parum conſtat. Initio ſciendum eſt, eandem obiiſſe Deos Samothracas provinciam: praeter Hymnum Orphéum, cujus ſupra meminimus, *Apollonium Rh.* I, 918. ejusque *Schol.* plena teſtatur tot tabulis votivis Samothracia, quas Diagoras ille Melius, homo ſapiens, irridebat, aſpernatus tam futile divinae providentiae documentum. Quid ergo? an denuo Caſtoras imminuti Cabirorum juris reos tenemus? Hac quidem in parte ſuccurrit aliquantum *Diodor. Sic.* IV. p. 172. A. & tanti criminis invidiam deprecatur: operae pretium eſt rem memoratu dignam cognoſcere. Quum orta tempeſtate Argonautae ſummo verſarentur in diſcrimine, Orpheus dicitur ſolus initiatus ποιήσασθαι τοῖς Σαμοθρᾳξὶ τὰς ὑπὲρ τῆς σωτηρίας εὐχὰς· εὐθὺς δὲ τῷ πνεύματι ἐνδόντος, καὶ δυοῖν ἀστέρων ἐπὶ τὰς τῶν Διοσκούρων κεφαλὰς ἐπιπεσόντων omnes ſtupore defixos divinitus exiſtimaſſe praeſentiſſimum periculum eſſe depulſum: διὸ καὶ τοῖς ἐπιγινομένοις εὐθυδρόμου γενομένης τῆς πρὸς τὴν Σαμοθρᾴκην ἀεὶ τοὺς χειμαζομένους τῶν πλοίων εὐχὰς μὲν τίθεσθαι τοῖς Σαμοθρᾳξὶ, τὴν δὲ τῶν ἀστέρων παρουσίαν ἀναπέμπειν εἰς τὴν τῶν Διοσκούρων ἐπιφάνειαν· id quidem a poſteris non adeo fuit obſervatum, quin plerique obliterata velut Samothracum Deorum memoria, ad Dioſcuros preces ac vota ſolos allegarent. Narrationem vero, quam ſine dubio *Diodorus* ex vetuſto quodam expeditionis Argonauticae ſcriptore hauſit, amplectitur etiam *Valer. Flacc.* I, 570. is enim, quandoquidem prior *Varro Atacinus Apollonium* paene de verbo ad verbum verterat, ut non ex *Quinctiliano* tantum, *alieni operis interpretem* eum appellante, ſed pluribus etiam indiciis, iisque certiſſimis, exploratum habemus, alios ſibi, quorum imitatio celebri argumento novitatis gratiam conciliare poterat, auctores delegit. *Strabo* diſcrepat I. p. 83. ideoque τοὺς Διοσκούρους ἐπιμελητὰς τῆς θαλάσσης λεχθῆναι, καὶ σωτῆρας τῶν πλόων ſtatuit, quod primi longas navigationes inſtituiſſent: addit inſuper *Ampelius*, *eos principes mare tutum a praedonibus praeſtitiſſe*: nimirum uterque ſecutus eſt illorum auctoritatem, qui, quum merito poſt fabulas latere rerum veteri memoria geſtarum ordinem putarent, non una rate Argonautas, ſed claſſe inſtructiſſima maria prius inacceſſa perluſtraſſe arbitrabantur: ab his pelagi tentandi rudimentis auſos fuiſſe Graecos nobilem illam in Trojam expeditionem ſuſcipere. *Hygini* fides ſi potior eſt, Neptuno debent Dioſcuri honeſtiſſimae curae beneficium: nam *equos quibus utuntur donavit, & dedit poteſtatem naufragis saluti eſſe*: quod ſane non poteſt non veriſimillimum videri; quis enim credat invito vel inconſulto Neptuno tantum in mare ac tempeſtates cuiquam potuiſſe juris concedi? Paulo tamen aliter *Serv.* ad Georg. I, 12. *Caſtor & Pollux, quia eorum velociſſimae ſtellae ſunt, equos in tutela habere dicuntur.* Verum *Iſocrates*, ut quaeſitiſſimis Helenam ſuam encomiis excoleret, ſorori Tyndaridas acceptum referre voluit, non ſolum quod Deorum in numerum ſint adſcripti, ſed hujus etiam adminiſtrandae provinciae decus p. 218. B. Helena jam divinos honores adepta πρῶτον μὲν τοὺς ἀδελφοὺς ἤδη καλεχομένους ὑπὸ τῆς πεπρωμένης εἰς θεὰς ἀπήγαγε· βουλομένη δὲ πίστιν ποιῆσαι τὴν μεταβολὴν, ἵνα αὐτοῖς τὰς τιμὰς ἐναργεῖς ἔθηκεν, ὡς ὁρωμένους ὑπὸ τῶν ἐν τῇ θαλάττῃ κινδυνευόντων σώζειν, οἵτινες ἂν εὐσεβῶς αὐτοὺς ἐπικαλέσωνται. Hæc ille; poëtis tamen, quorum fingendi licentiam ferme ſuperavit, iratis, *Euripide* certe, in cujus Hel. v. 1680. Caſtores, quam ipſi a Jove jam fuerant conſecuti, ſorori promittunt immortalitatem: neque ſecus in Oreſt. v. 1637. & 1690. Helenam in coelum ſubvehit Apollo Κάστορί τε Πολυδεύκει τ' ἐν αἰθέρος πτυχαῖς Σύνθακον ἑστιῶ νεοτίλοις σωτῆρσιν, & Σὺν Τυνδαρίδαις τοῖς Διὸς υἱοῖς Ναύταις μελέουσι θαλάσσης. A reliquis *Euripidem* diſſidere notat *Scholiaſtes*: Ὅτι ἡ Ἑλένη τοῖς χειμαζομένοις κατὰ θάλατταν ἐπήκοος ἐστὶ κατὰ Εὐριπίδην· σεσημείωται· ὁ μέντοι Σωσίθεος ἔμπαλιν οἴεται σὺν εὐμενῶς αὐτὴν ἐπιφαίνεσθαι. Equidem haud ſane commemini, an quiſquam praeterea Helenam in hac cura fratribus adſociarit: quin contra dirum ejus fidus, quando ſolitarium apparet, navigantibus eſſe perniciosiſſimum ſcribit *Solin.* c. 1. nec niſi menſtruo cruore ſolo averti poſſe: prius a *Plinio* confirmatur H. N. II, 37. alterum non dixerim an ab ullo alio. *Stat.* Theb. VII, 791. *Non aliter caeco nocturni turbine Cori Scit peritura ratis, quum jam damnata ſororis Igne Therapnaei fugerunt carbaſa fratres:* merentur adſcribi, quae *Lutatius* obſervat: *Quia nautae, cum ſtellam Helenae viderint (quae Urania dicitur, cujus tanta eſt vis incendii, ut malum cavet, & navis ima pertundat, ut etiamſi aes ſit, hoc calore ſolvatur) ergo ſi haec ſtella navi inſederit,*

Pollucis nomine. Verum dic mihi etiam Πολυδεύκους ὀνόματος· ἀτὰρ εἰπέ μοι καὶ τόδε,

rit, ſciunt ſe nautae ſine dubio perituros: contra Caſtorum ſidera ſunt navigantibus ſalutaria. Ad eum *Papinii* locum *Barthio Euripidis* emendandi conatus male ſucceſſit. Ergo minime dubitandum, quin navis in mari deprenſa Dioſcurorum tutius quam Helenae praeſidio committatur: credere fas eſt oculato teſti, & philoſopho quidem *Maximo Tyrio* ad finem Dial. XXVII. εἶδον δὲ καὶ Διοσκούρους ἐπὶ νεὼς, ἀστέρας λαμπρὰς, ἰδούσῃσι τὴν ναῦν χειμαζομένην. Tragicus autem, fabulae in quamcunque formam vertendae libertatem ſibi vindicans, ut ſcenae ſerviret, Helenae munus tribuere non fuit veritus, cujus alibi ne verbo quidem usquam fecerat mentionem; quum de ſolis tamen Tyndaridis ſaepiſſime teſtetur: vide Electr. v. 1241. egregie Chorus v. 992. — βροτῶν οἱ ἀλὸς ῥοθίοις Τιμὰς σωτῆρας ἔχουσι, exquiſita loquendi formula, quae aliud quiddam indicat, quam vulgatum illud τιμὰς ἰσοθέους ἔχειν· ut enim Sacas Xenophonteus K. Π. I. p. 6. τιμὴν ἔχει προσάγειν τοὺς δεομένους Ἀσυάγους, ſic & Dii τιμὰς ἔχειν dicuntur, *munus aliquod obire ad hominum utilitates comparatum*, quo diligenter adminiſtrato cultum eorum demereantur: non aliter in *Iſocrate*, τιμὰς ἐναργεῖς διδόναι, *Ariſtotele* Polit. VII. c. 16. θεῶν ἀποθεράπεια τὴ εἰληχότων τὴν περὶ τὰ γένεσιν τιμήν· multum ab hac elegantia capienda Interpretes abfuerunt. Quam itaque noſter irriſor vocat ἀγαθὴν καὶ σωτήριον τύχην, illae ſunt Scenico philoſopho τιμαὶ σωτῆρες βροτῶν· σωτῆρες autem τιμαὶ ſimiliter, atque χθονὸς σωτῆρα κακῶν in Med. v. 360. νυμφαὶ σωτῆρες *Sophocl.* Phil. v. 1467. λοιβητῆρες Ἐρινύες Antig. v. 1086. ubi vide *Schol.* Ceres μαστὴρ *Carcin* apud *Diodor. Sic.* V. p. 201. A. in *Alexandri AEtoli* verſu apud *Macrob.* Saturn. V. c. 22. Ὦπιν βλητῆρα ὀϊστῶν malim prae eo, quod *Salmaſius* dedit βλήτειραν ὀϊστῶν, etſi mollius hoc ad aures accidat: addenda eſt praeclara *Joſ. Scaligeri* obſervatio ad *Manil.* V, 632. cujus veſtigia preſſit dicam an ſuppreſſit *Salmaſ.* ad Ov. *Simm.* p. 246. A procuratione navigantium tam utili σωτῆρες eximie dicti ſunt Caſtores, ut jam pridem eſt obſervatum: *Sext. Empir.* IX. §. 86. τοὺς Διοσκούρους ἀγαθούς τινας εἶναι δαίμονας, σωτῆρας ὑσσάλμων νεῶν· ubi, qui quidem obtuſo non ſit ſenſu, & parum exercitato, vetuſti poëtae verba facile quis odorabitur. Neque hic ſolum, ſed ſaepius alibi, quando de Dioſcuris ſit ſermo, loca vatum antiquorum adhiberi deprehendes, quae, quantumcunque eos, qui ſuperſunt, excuſſeris, fruſtra quaeras: velut in *Plutarch.* T. II. p. 1103. C. μήτε τοὺς Διοσκούρους αὐτοὺς ἀφίζεσθαι ἐπερχόμενόν τε μαλάξοῦσας βίαιον πόντον, ἀπειλάς τε ἀνέμων ῥιπάς· in *Ariſtide* T. I. p. 83. ubi Aſclepiadas celebrat, quorum de genere humano merita conſtent non minora, quam Caſtorum, Διοσκούροις ὁμοιοῦσιν, οἱ πολλὰς μὲ ἤδη τρικυμίας κατεπαύσαν, πολλοὺς δὲ καὶ εἰλικτοὺς λαμπτῆρας ἔν τε νήσοις καὶ κατ' ἤπειρον ἀπέφηναν· utrobique veſtigia ſe produnt orationis ligatae, & ſupra ſermonem pedeſtrem ſurgentis. Quinetiam Grammatici, homines in nugis acuti, Graecum Pollucis nomen eo trahunt: id enim continere πολὺ δῶρον, multam dulcedinem ſuavitatemque beneficiorum, quae ab iis & viventibus & dein coeleſtium ordini adſcriptis ad mortales permanarint: iſta memorantem *Apollonii Scholiaſten* ad I, 1037. *Etymologus* excerpſit in Ἀδελφοί. Verum ne quis ita exiſtimet, nullo delectu quibusvis hominibus, modo implorarentur, adjutores praeſto fuiſſe Caſtoras; imo probis, ut par erat, juſtisque ſolis operam navabant: *Schol. Pindar.* ad N. I, 103. δικαίοις γὰρ ἐπιφαινόμενοι κατὰ τὸ πάλαι σώζειν τοὺς δικαίους· quod ſi cui levior hujus Grammatici videatur auctoritas, audiat ipſos Dioſcuros, *Euripide* interprete, in Electr. v. 1350. Διὰ δ' αἰθερίας τειχεσπλάκτους Τοῖς μὲ μυσαροῖς οὐκ ἐπαρήγομεν· Οἷσι δ' ὅσιον ἐς τὸ δίκαιον Φίλον οὐ βιότᾳ, τούτους χαλεπῶν Ἐπιλύσομεν μόχθων σώζομεν. Neque porro nimium erant faciles, nec virium ſuarum in quotidianis periculis inconſulto prodigi; ſed ad incitas plane redactos oportebat, & merſa paene navi fundum petentes, qui ſalutarem eorum opem eſſent experturi: quapropter vocat eos Ἀνθρώπων σωτῆρας ἐπὶ ξυροῦ ἤδη ἰόντων *Theocrit.* Eid. XXII, 6. & 17. Ἀλλ' ἴμπης ὑμεῖς τε καὶ ὁ βυθοῦ ἔλκεθρα νᾶας Αὐτοῖσι ναύταισιν ἀοιδίμοις σαώσατε· quod omnino videtur *Horatius* imitari voluiſſe IV. Od. VIII, 31. *Clarum Tyndaridae ſidus ab infimis Quaſſas eripiunt aequoribus rates.* Propius etiam ipſum ſacrificii genus, quod in mare porrici moris erat ad auxilium eorum implorandum, deſcripſit Homeridarum aliquis Hymn. XXXII. Hinc ducta figura hiſtoriae veritatem *Libanius* obumbravit in Paneg. Jul. p. 176. B. ὅτε δὴ τὰ θαλάσσης ἀναταραχθείσης ὑπ' ἀνέμων συνεφαίλικεν, καὶ σκάφους τῇ μὲ καλωδύτῳ, τῇ δὲ ἀφανιλυζομένου, καὶ τῇ κύματος ὑπὲρ τὸ τεῖχος αἰρομένου (Interpres mirifice: *fluctu jam muros ſuperante*: lege ὑπὲρ τὸ τοῖχον, *fluctu jam latus navis ſuperante*) Διοσκούρους ἄνωθεν ὑπὸ κοινοῦ βουλευτηρίου πέμψαιλες ἐξήρπασαν τῇ κλυδωνίου τὸ πλοῖον· quae ex rerum geſtarum monumentis illuſtrare tempus nos vetat: alterum potius addam *Libanii* locum p. 624. B. qui, antequam intelligi poſſit, ſanandus eſt hunc in modum: Ἴσμεν δὴ καὶ τοὺς Διοσκούρους, οἷς ἂν ἄσιν εὐμενεῖς, μείζω λιμένων ὠφελήσοντας αὐτοὺς τε καὶ τὸν γόμον ἀλλ' ἐ τῇ μὲ ῥύσεται κλυδὼν, τῷ δὲ προΐεται· interpres, qui ſententiam errorum paucis virtutibus excuſare nequit, non verſionem hic, ſed monſtrum peperit; ſententia *Libanii* talis: *novimus etenim & Caſtoras, quibus ſint propitii, ad portus usque proſequi & ipſos & navim mercibus oneratam; non autem eos ſolent ex hoc fluctu liberare, iſti mergendos permittere.* Inde cauſa nobis eſt comperta, cur abſceſſus, quas medici παρατίδας appellant, quum ſub ipſis auribus poſt graves morbos oriuntur, ſalutis praenuncios, Διοσκούρους etiam dixerint; nam qui rationem a numero repetunt, & *gemellos* interpretantur, longe aberrare certum eſt. *Galen.* Op. Ιατρ. Παρωτίδες εἰσὶ φλέγματος ὑποστάσεις ἐπὶ τοῖς ὠσὶ λεπτύσματα· ταῦτα ὥσιοι Διοσκούρους ἐκάλεσαν· ἐπὶ πυρετοῖς γινόμενα τὰ πολλὰ τῶν πυρετῶν ἀπαλλάττουσι. Hoc eſt βιβλίον illud ἰατρικὸν, unde uſum illum vocis Διόσκουροι medicum adnotavit *Euſtath.* ad Il. Γ. p. 410. non *Caſſius*, ut viſum fuit *Joh. Meurſio* Miſc. Lacon. I. p. 21.

δε, τί δήποτε οὐκ ἄμφω ξύνεσιν ἡμῶν, ἀλλ' ἐξ ἡμισείας ἄρτι μὲν νεκρὸς, ἄρτι δὲ θεός ἐστιν ἄτερος αὐτῶν.

illud, quid tandem sit causæ, cur ambo simul nobiscum non sint, sed partitis vicibus nunc mortuus, nunc Deus est alter eorum.

ΕΡΜ. Ὑπὸ φιλαδελφίας τοῦτο ποιοῦσιν· ἐπεὶ γὰρ ἔδει ἕνα μὲν τεθνάναι τῶν Λήδας υἱέων, ἕνα δὲ ἀθάνατον εἶναι, ἐνείμαντο ἑκάτεροι αὐτοὶ τὴν ἀθανασίαν. ΑΠ. ὃ ξυνετὴν, ὦ Ἑρμῆ, τὴν νομὴν, εἴτε δὴ ὄψονται ἑκάτεροι ἀλλήλους, ὅσῳ ἐπόθουν, οἶμαι, μάλιστα· πῶς γὰρ ὁ μὲν παρὰ θεοῖς, ὁ δὲ παρὰ τοῖς φθιτοῖς ὤν; πλὴν ἀλλὰ, ὥσπερ ἐγὼ μαντεύομαι, ὁ μὲν Ἀσκληπιὸς ἰᾶται, σὺ δὲ παρ-

2. MERC. Fraternus amor suasit, ut hoc facerent: quoniam enim oportebat unum oppetere mortem Ledæ filiorum, alterum immortalem esse, inter se diviserunt eo pacto ipsi immortalitatem. A P. Haud prudenti, Mercuri, partitione; siquidem ne videbunt quidem sese, quod desiderabant, ut puto, maxime: quî enim hoc fieri possit, quum hic apud Deos, iste apud defunctos per vices sit. Attamen, sicuti ego vaticinor, Æsculapius medetur, tu luctari do-

Prorsus autem perverse Dioscuris additum fuisse nomen παραστίδων sibi persuasit *If. Vossius* ad *Catull.* p. 289. quanquam hoc quidem leve est peccatum atque ignoscibile prae eo, quod commisit *G. Cuperus* in Harpocr. p. 148. haec scribens: *Quin & παραστίδες, i. e. anguli oculorum, qui aures spectant, vel forte tegmen, quo aures muniebant pugiles, quod ex auctoribus & statuis eleganter illustrat Eruditissimus Fabrettus, quia Pollux pugilatu & caestibus spectatus fuit, Διόσκουροι vocantur:* in quibus ea, quae monui, nihil inesse sani satis demonstrant. Illud insuper non videtur praetereundum, fieri non raro, ut, quum stellae Castorum ab antiquis commemorantur, Grammatici vix expediant, utrum, quae per transtra navium & antennas adhaerent sint intelligendae, an Gemini: sic fluctuare videas commentatores *Horatii* veteres ad I. Od. III. & XII. lib. III. Od. XXIX, 64. Pro geminis facit *Germanicus: Sunt Gemini, quos nulla dies sub Tartara misit, Sed coelo semper nautis laetissima signa Ledaeos statuit juvenes pater ipse Deorum.* Denique nonnihil Achilli debent Castores, qui particulam occupatissimae curae in se derivari fuerit passus: eos saltem, qui prope insulam Achilleam tempestate jactati laborabant, in fidem suam recepit, iisdemque, quibus illi, signis numen praesens indicare non fuit dedignatus. Audiamus *Arrianum* testem gravissimum Per. P. E. p. 14. qui, dum in Achillis insulae descriptione liberalissime versatur, haec inter alia instituto nostro minime aliena prodit: οἱ δὲ ἐν ὑπερ λέγουσι φανῆναι σφισιν ἐπὶ τῷ ἱστῷ, ἢ ἐπ' ἄκρῳ τῷ κέρως τῆς Ἀχιλλέως, καθάπερ τοὺς Διοσκούρους· τόσον δὲ μόνον τῶν Διοσκούρων μεῖον ἔχειν τὴν Ἀχιλλέα, ὅσον οἱ μὲν Διόσκουροι τοῖς ναυλαχοῦσι πλοίζομένοις ἐναργεῖς φαίνονται, καὶ φανέντες σωτῆρες γίνονται· ὁ δὲ τοῖς πλάζουσι δόξη τῇ νήσῳ. Non dissimilis extat *Maximi Tyrii* locus Diss. XXVII. cum quo si *Philostratum* contuleris Her. c. XVI. operae non poenitebit: *Arriani* ad *Maximum* jam meminerat *D. Heinsius.* Ceterum de stellulis istis salutaribus, quae Castorum apud Graecos, postmodum apud Pontificios Sanctorum nominibus insigniri meruerunt, naturalibusque earum causis multa subministrat *Fromond.* Meteorol. II. c. 2. Haec paulo uberius tradere visum fuit, ut curas juveniles expolirem: nec fraudi mihi fore spero, si in eâdem denuo palaestra desudarim, in qua jam ante Viri literarum laude praestantes, *L. Bisciola* Hor. Subs. IV, 16. *G. Joh. Vossius* de Orig. & Progr. Idol. *Raph. Fabrett.* ad Column. Traj. *Ez. Spanhem.* ad *Callimach.* aliique plures exerceri voluerant. *T. H.*

49. Ἐξ ἡμισείας] Hic Fl. distinguit, quasi jungi deberent a sequentibus separata οὐκ ἄμφω, ἀλλ' ἐξ ἡμισείας parum commode. Notissimus est *Homeri* locus Od. Λ, 302. sed in cujus intellectu veteres discrepant: sunt qui diebus alternis stationem coeli inferorumque inter se mutasse Castorem ac Pollucem arbitrantur; atque ita fere Latini poëtae *Virgil.* AEn. VI, 121. *Ovid.* Fast. V, 717. *Quod mihi das uni, coelum partire duobus:* mox: *Dixit, & alterna fratrem statione redemit:* signate *Silius Ital.* XIII, 804. de Scipione, quem veteres heroas spectatum ad inferos miserat: *Victuram hinc cernit Ledaei Castoris umbram; Alternam lucem peragebat in aethere Pollux:* ubi vide Doctiss. *Drakenborch.* idem paene voluit IX, 295. sed, quo vitio nonnunquam laborat, molesto atque intricato dicendi genere mentem vix expediens: *Alternusque animae mutato Castore Pollux:* ingenio *Minucius Felix* indulsit breviter, ut solet, compacta sententia: *Castores alternis moriuntur, ut vivant:* meminit hujus opinionis *Eustathius*, eamque tanquam minus probabilem repudiat; ἕτεροι, inquit, ὑ πάνυ πιθανῶς τοῦτο. Alii utrosque simul Castores per dierum vices alternasse statuunt vitae mortisque conditionem: hi magno se auctore tueri possunt *Pindaro* N. I, 103. quanquam alio ducat, sed perperam, *Benedicti* Paraphrasis: observat ibi *Scholiastes* Lyricorum principem ἀφεστηκέναι τοῖς ὑπὸ τῆ Νικομηστίδι λεγομένοις περὶ τῶν Διοσκούρων & prolatis poëtae versibus, ὅτι κατὰ μὲν τὸν ΔΙΕΣΚΕΥΑΚΟΤΑ παρ' Ὁμήρῳ παρ' ἡμέραν αὐτοὺς ἀναθήσειν &c. quae nunc quidem, tametsi nodos habeant vindice non indignos, aliorum indu-

doces exercitator in hoc genere optimus, Diana obſtetricatur, ceterorumque Deorum ſinguli habent artem quandam aut Diis aut hominibus utilem, quid hi nobis operis facient? an inertes epulabuntur tam grandi natu? MERC. Neutiquam, illis hæc eſt mandata provincia, ut miniſtrent Neptuno; & obequitare decet pelagus, & ſicubi nautas hieme vexatos viderint, conſidere in ea navi, illaque vectos ſervare. AP. Bonam, Mercuri, & ſalutarem narras artem.

ὀλαίειν διδάσκεις, παιδοτρίβης ἄριστος ὤν, ἡ δὲ Ἄρτεμις μαιεύεται, καὶ τἄλλων ἕκαστος ἔχει τίνα τέχνην, ἢ θεοῖς ἢ ἀνθρώποις χρησίμην, ἤτοι δέ τί ποιήσουσιν ἡμῖν; ἢ δεῖπνοι εὐωχήσονται, τηλικοῦτοι ὄντες; ΕΡ. ἰδαμῶς, ἀλλὰ πρόσταγμα αὐτοῖν ὑπηρετεῖν τῷ Ποσειδῶνι, καὶ καθιππεύειν δεῖ τὸ πέλαγος, καὶ ἂν που ναύτας χειμαζομένους ἴδωσιν, ἐπικαθίσαντας ἐπὶ τὸ πλοῖον, σώζειν τοὺς ἐμπλέοντας. ΑΠ. ἀγαθὴν, ὦ Ἑρμῆ, καὶ σωτήριον λέγεις τὴν τέχνην.

dustriae commissa diligentius perscrutari non juvat: accedit *Apollod.* III. p. 219. Ζεὺς ἀμφοτέροις παρ' ἡμέραν καὶ οὐ θεοῖς εἶναι καὶ οὐ θνητοῖς ἔδοκει. Parvus Homeri Commentator judicium suum non interponens utriusvis explicationis lectori potestatem fecit: Ἐτερόμηροι] παρ' ἡμέραν ἀμφότεροι, ἢ μίαν ὥραν μίαν ἡμέραν ζῶντες; modo tamen has partes fuerat secutus: ὅτε παρ' ἡμέραν ἀμφοτέρους ὅτε μὲν τὸν Ὀλύμπια διατρίβειν, ὅτε δὲ ἐν Ἀιδωνέως. Fuere Viri Docti, quos diffidium illud antiquorum non perspectum in errorem impulit. Subscribere priori sententiae Samosatensis Noster idcirco debuit, ne sub Apollinis persona irridendae partitionis acumen amitteret. Similiter ac *Lucianus* διὰ μεσοῦ τὸν ἀθανασίαν, *Schol. Homeri* κάμασδ πρὸς τὸ ἀδελφὸν τὸν ἀφθαρσίαν. Fraternam illam animorum conjunctionem Castoris ac Pollucis multi celebrarunt: *Pindarum* & *Ovidium* inter se si compares, hic quem fuerit imitatus, non amplius ambiguum erit: ita versatur in eadem re *Philo* περὶ Ἀρ. καὶ Πρ. p. 1004. A. ut Judaeum haud ferme agnoscas. Alio spectat elegans Alcibiadis dictum apud *AElian.* V. H. XIII, 38. *T. H.*

63. Ὅτου δὲ τι π. ἡμῖν] Invectum videtur illud δὲ ab iis, qui non intelligebant, haec ordine orationis perpetuo superioribus esse adnectenda; pendent enim ab isto initio, πλὴν ἀλλὰ, ὥσπερ ἐγὼ &c. ὅτου τι ποιήσουσιν ἡμῖν; ubi patet vacare prorsus δέ. malit tamen aliquis δή, quod, quia commode ponitur, neque ego repudio. Munus Dianae virginis obstetricium haud sine jocis, & asperioribus quidem, caruit. *Noster* pro amore, quo numina Gentilium prosequebatur, singulari Junonem ipsam fecit hoc in negotio falsi ridentem D. XVI. neque patres Ecclesiastici praeterire potuerunt, quin officium intactae puellae parum, ut videbatur, decorum perstringerent. Attamen modo nata nihil egit prius, quam hoc ipsum, quasi salutarem artem in utero fuisset commeditata. *Apollodorum* audi I. p. 13. Latona γενομένῃ πρώτην Ἄρτεμιν, ὑφ' ἧς μαιωθεῖσα ὕστερον Ἀπόλλωνα ἐγέννησε· quantum eo nomine sorori debuerit Apollo, accurate *Libanius* exposuit T. II. p. 662. A. verbo quidem lectissimo, προστρέχει μὲ Ἄρτεμις τῷ Ἀπόλλωνι, ne ejus, quae puerperis opem esset latura, difficilem fuisse partum credas: non dissentit *Servius* tum aliis in locis, tum ad Ecl. *Virgilii* IV, 10. ubi Lucinam accipit Dianam, advocato *Terentio*, cujus est in Andr. A. III. Sc. I. *Juno Lucina fer opem*: in Comoedia Graeca *Menander* ibi posuerat Ἄρτεμιν, testibus *Donato* & *Eugraphio*. Haec adeo visum fuit observare, ut, si forte, succurram *Tatiano* istis in verbis §. 12. p. 31. quae ad Lucianea valde congruunt: Ἀφροδίτη δὲ γάμου πλησιάζει ἤδεται· μόνῃ ἐστὶν Ἄρτεμις θεραπεύει ὁ Ἀπόλλων Dianam magam fando quis audivit? Hecaten si scripsisset, nihil erat, quod nos moraretur: quamvis enim pro eadem utramque Theologi veteres habeant, multum tamen abest, ut munia longe disparata poëtae aliique scriptores confundant: simili modo Dianam etsi Lunam interpretentur, fuitne tamen unquam repertus, qui Dianam Endymionis amore captam dixerit? Non me fugit quorsum tendat *Gisb. Cuperus* in Inscr. & Marmor. Illustr. p. 270. sed ego, ut quidem mihi videor, meliorem a *Tatiano* gratiam inibo, si suum Dianae munus reddam, proque maga secundis totius antiquitatis suffragiis obstetricem esse jubeam: μαῖα δ' ἐστὶν Ἄρτεμις causa corruptelae proxima recentioribus literarum γ & ι pronunciatio, quo mendi genere vix dici potest, quot adhuc veterum loca laborent; ut in *Hesychio*, Παῖον, ἀσφαλὲς, βέβαιον pro Πάγιον· Λοῖα, ὀλέθρια· pro Λοίγια· ἤγε & ἴτε, ἀγὼν & αἰὼν in membranis saepe commutata: ἴργωλας nullius pretii vocabulum in Apollon. Rh. I, 1132. pro ἰριώλας, quod usurpat ipse IV, 1778. Sed exemplis parco. *T. H.*

Ἐνάλιοι Διάλογοι. Dialogi Marini.

I.

ΔΩΡΙΔΟΣ ΚΑΙ ΓΑΛΑΤΕΙΑΣ. DORIDIS ET GALATEÆ.

Δ Ω Ρ.

Καλὸν ἐραστὴν, ὦ Γαλάτεια, φασὶ τὸ Σικελὸν τοῦτον ποιμένα ὑπομεμηνέναι σοί. ΓΑ. μὴ σκῶπτε, Δωρί· Ποσειδῶνος γὰρ υἱός ἐστιν, ὁποῖός ἂν ᾖ. ΔΩ. τί οὖν, εἰ καὶ τοῦ Διὸς αὐτοῦ παῖς ἂν ἄγριος οὕτω καὶ λάσιος ἐφαίνετο, καὶ τὸ πάντων ἀμορφότατον, μονόφθαλμος, οἴει τὸ γένος ὄνησαί ἄν τι αὐτὸν πρὸς τὴν μορφήν; ΓΑ. οὐδὲ τὸ λάσιον αὐτοῦ, καὶ, ὡς φῂς, ἄγριον ἄμορφόν ἐστιν· ἀνδρώδες γάρ· ὅ, τε ὀφθαλμὸς ὑπιπρέπει τῷ μετώπῳ, οὐδὲν ἐνδεέστερον ὁρῶν, ἢ εἰ δύ' ἦσαν. ΔΩ. ἔοικας, ὦ Γαλάτεια, οὐκ ἐραστὴν, ἀλλ' ἐρώμενον ἔχειν τὸν Πολύφημον, οἷα ἐπαινεῖς αὐτόν.

D O R.

1. PUlcrum amatorem, o Galatea, ajunt, Siculum iſtum paſtorem, inſanire in te. GAL. Ne cavillare, Dori: Neptuni enim filius eſt, qualiscumque ſit. DOR. Quid ergo? ſi vel Jovis ipſius filius ferus adeo & hirtus videretur, quodque omnium eſt maxime deforme, unoculus, cenſenne genus ipſi profuturum eſſe ad formam? GAL. Neque hirtum illud ejus, &, ut ais, ferum omni plane pulcritudine deſtituitur, eſt enim virile: & oculus decorat frontem, nihil deterius cernens, quam ſi duo eſſent. DOR. Videre, Galatea, non amatorem, ſed amatum habere Polyphemum, prout quidem laudas eum.

2. GAL.

Ἐνάλιοι Διάλογοι ια', ἐν οἷς τὰ ἐν τῇ θαλάσσῃ μυθευόμενα διαπαίζει. G.

2. Ἐπιμεμῆνέναι σοι] Commode *Lucianus* eam locutionem adhibuit, quae graviſſimi amoris, furorique proximi vim contineat: nam vetuſtus ille Polyphemus, ut teſtis eſt *Theocrit.* Eid. XI, 10. qui hoc in genere auctoritatis eſt inprimis luculentae, quum Galateam amaret, Ἤρατο δ' ὅτι ῥόδα, ἢ μᾶλα, ἢ καὶ κυάνους (tueri lectionem illam ut poſſis, blanditur tamen *D. Heinſii* σελίνους, quae & praecedentibus aptius conveniunt, & perſonae Cyclopis) Ἀλλ' ὁλοὸς μανίαις — Ergo recte quadrat ἐπιμεμῆνέναι τῇ Γαλατείᾳ. Uſus verbi frequentiſſimus & *Homero* notus Il. Z, 160. perinde ac ἐμμαίεσθαι τινὶ vel τινί, ἐμμανίως, ἐμμανῶς, ἐπιμανῶς, ἐμμανῶς ἔχειν. *Luciano* Doris una Nereïdum, in quo ſequitur *Homerum* Il. Σ, 45. aliis eodem nomine Oceani filia, Galateae mater: *At mihi, cui pater eſt Nereus, quam caerula Doris Enixa eſt — Ovid.* Metam. XIII, 742. conſentiens cum *Heſiodo.* Fabulae, cujus in *Homero* & *Euripidis* Cyclope nullum extat veſtigium, auctorem Philoxenum tradidit *Duris* (Θοῦριος editur) apud *Schol. Theocr.* ad Eid. VI, 7. Polyphemus ἀφ' ὑπερβολῆς τῆς εὐθυμίας τῆς καὶ τῆς γαλακτώδους πολυτελείας Galateae fanum ad AEtnam dedicarat: rationem ejus rei quum Philoxenus Cytherius in Siciliam delatus ad Dionyſium exputare non poſſet, finxit Polyphemum ἐρᾶν τῆς Γαλατείας certe Galateam iſtius poëtae drama, ſive Cyclopem veteres laudant, quod unum fuerit opus, an duplex ac diverſum, diſquirendi locus non eſt: vide Athen. I. p. 6. 7. ubi narratiunculam invenies haud inficetam de Philoxeno ad mullum in menſa appoſitum in aurem loquente. Porro, quemadmodum *Euripides* & *Noſter*, ſic cujuscumque ordinis ſcriptores Polyphemum ad AEtnam collocare ſolent: hoc ab *Homero* prorſus abhorret, ſi *Cluverium* audimus, qui multis contendit in oppoſito Siciliae latere ſub Eryce monte Cyclopas conſediſſe: eum vid. Sic. Ant. II. c. 15. *T. H.*

3. Δωρὶ] Nymphae nomen, filiae Oceani, & uxoris Nerei. *Heſiod.* in Theog. Interdum pro ipſo mari accipitur. *Virgil.* Ecl. X. *Doris amara ſuam non intermiſceat undam.* *G. C.*

17. Ἀπὸ τῆς σκοπῆς] Mſſ. L. & Ox. & Ed. *J.* rectius quam quod in reliquis σκοπιᾶς. *M. du S.*

Ἀπὸ τῆς σκοπιᾶς] Σκοπὴ & σκοπιὰ tam pari ſunt atque eadem prope poteſtate, ut ubi membranae diſſentiunt, quod in his vocibus fieri ſaepius animadverti, utra fuerit a Scriptoribus profecta, diſcernere non liceat. Σκοπὴ & ipſe proſpectus apud *Noſtrum* in Ἔπιστ. & ſpecula, unde acies oculorum quaquaverſum emitti poſſit: τις τῆς ὀξυδερκεύτου ἀπὸ τινος σκοπῆς. *Strab.* VI. p. 409. C. ἀπὸ σκοπῆς θεωρεῖν, κατιδεῖν *Plutar-*

2. GAL. Haud certe amatum: verum illam nimiam obprobandi libidinem veſtram non fero: quin mihi videmini ex invidia illud facere, quia paſcens aliquando, quum a ſpecula ludentes nos videret in littore, ad imos pedes Ætnæ, qua parte inter montem & mare longe litus protenditur, vos ne adſpexit quidem; ego contra ex omnibus ipſi pulcerrima ſum viſa: ideoque ſoli etiam mihi adjecit oculum: illa vos pungunt; indicio enim ſunt, me forma meliorem eſſe, & amore dignam: at vos deſpectæ fuiſtis. DOR. Tu ſi paſtori & lumine defecto pulcra fuiſti viſa, ideo te talem putas, cui invideamus? atqui quid aliud in te laudare potuit, quam candorem tantummodo? hanc, opinor, ob cauſam, quod adſueverit caſeo & lacti: cuncta igitur his ſimilia ducit pulcra.

3. Ceterum ubi volueris diſcere, qualis tibi ſit facies, a rupe quadam, ſi quando

ΓΑ. Οὐκ ἐρώμενον· ἀλλὰ τὸ πάνυ φθονερὸν τοῦτο καὶ φέρω ὑμῶν· καί μοι δοκεῖτε ὑπὸ φθόνου αὐτὸ ποιεῖν, ὅτι ποιμαίνων ποτὲ, ἀπὸ σκοπιᾶς παίζουσας ἡμᾶς ἰδὼν ὅπου τὸ ἠιόνος πρὸς τοῖς πρόποσι τῆς Αἴτνης, καθὸ μέλαξυ ἡ ὄρυς καὶ ἡ θαλάττης αἰγιαλὸς ἀπομηκύνεται, ὑμᾶς μὲν οὐδὲ προσέβλεψεν· ἐγὼ δ' ἐξ ἁπασῶν ἡ καλλίστη ἔδοξα· ἥ καὶ μόνη ἐμοὶ ἐπεῖχε τὸ ὀφθαλμόν· ταῦτα ὑμᾶς ἀνιᾷ· δεῖγμα γὰρ ὡς ἀμείνων εἰμὶ, καὶ ἀξιέρατος· ὑμεῖς δὲ παρώφθητε. ΔΩ. εἰ ποιμένι, καὶ ἐνδεεῖ τὸ ὄψιν καλὴ ἔδοξας, ὀπίφθονος εἶναι γεγονέναι; καίτοι τί ἄλλο σοὶ ἐπαινέσαι εἶχεν, ἢ τὸ λθυκὸν μόνον; καὶ τοῦτο, οἶμαι, ὅτι ξυνήθης εἶ τυρῷ καὶ γάλακτι. πάντα οὖν τὰ ὅμοια τούτοις ἡγεῖται καλά.

Ἐπεὶ τάγε ἄλλα ὁπόθ' ἂν ἐθελήσῃς μαθεῖν, οἷα τυγχάνεις ἔσα τὸ ὄψιν, ἀπὸ πέ-

a Ἀπὸ τῆς σκοπιᾶς] σκοπῆς O. L. *f.* b Πρόποσι] ποσί O. c Ἐνδεεῖ τὸν ὄψιν, καλὴ] Ita P. Poſt ὄψιν F. καὶ W. Priores Edd. ἐνδεεῖ καλὴ τὴν ὄψιν.

ſarcho frequens: ita verbum σκοπιωρεῖν in *Ariſtoph.* Veſp. v. 360. *Hermippum* exponere monet *Scholiaſtes.* Neque tamen *Luciano* ignotum, minusve uſitatum σκοπιά apud *Platonem* ejusque imitatores ἄσπερ ἀπὸ σκοπιᾶς proverbii habitum accepit, de quo commodius alibi dicetur: *Anyte* Anth. VI. c. XXIV. Ep. 6. Φριξεώμας τόδε Παὶ καὶ Αὐλίασιν Θῆλο Νύμφαις Δᾶφνο ἀπὸ σκοπιᾶς (melius erit ἀπὸ σκοπιᾷ vel σκοπιὰν niſi forte malis ἀπὶ σκοπιᾷ) Θεόδοτος εἰσόμενος. *Theocrit.* Eid. IX, 7. & *Schol.* Propius etiam accedit, quod Eid. I, 69. Αἴτνας σκοπιὰν uſurpet, εὐφραστικῶς, ait *Schol.* ἀπὸ τῆς ὑψηλῆς Αἴτνης· quomodo *Dionyſius Perieg.* σκοπιὴν Ἐρυμάνθου, Ἀραξίνθου. Haec mihi ratio conſtitit, cur Fl. plurimarumque Edd. ſcripturam non putaverim poſtponendam. Deſcriptio τῆς πρακτόδου τῆς Αἴτνης protenſique juxta litoris vera locique naturae conveniens: Αἴτνας παραφορίας dixit *Philippus Theſſal.* in Epigr. apud *Salmaſ.* ad Solin. p. 73. *T.H.*

18. Ἐν τοῖς πρόποσι] Ut in Tim. ἐν τῇ ὑπωρείᾳ, & alibi. *J.B.*

22. Ἐμοὶ] Abundat. *M.du S.*

23. Ταῦτα ὑμᾶς ἀνιᾷ] *Heliod.* lib. 1. *J.B.*

25. Ἐνδεεῖ τὸν ὄψιν] Voces illas, quia Codd. addicebant, ſedem commutare juſſi. Vel in ordine vulgato ἐνδεεῖ jungendum erat ad τὸν ὄψιν nam ἐνδεὴς per ſe poſitum nullius hic eſt uſus. Paulo ante, ὀδὸν ἐνδεέστερον ὁρᾶν, ἢ εἰ δὺ' ἦσαν. *T.H.*

Ibid. Τὸν ὄψιν] Mſ. Ox. & P. τὸν ὄψιν, non cum καλὴ conjungunt ſed cum præcedenti ἐνδεεῖ. quod probarem, niſi vulgatam tuerentur plurima alia apud noſtrum loca; ut mox & ſupra Θ. κρ. c. 7. & ἐτ. β. c. 36. εἰκ. c. 3. & καλλ. c. 10. ex quibus conſtat familiarem hanc Luciano phraſin, quam & ideo hic ſervatam volui. Sic etiam *Polyaenus* Strat. VIII. p. 602. C. τὸν ὄψιν ἀφεῖσαι. Juntina καλὴ τὸν ὄψιν. *M. du S.*

29. Καὶ γάλακτι] Τρόπος ἐτυμολογικός. *J.B.*

32. Οἷα τυγχάνεις ἔσα τὸν ὄψιν] Negat quidem *Servius* ex mari effigiem ullo pacto poſſe reddi: ſed *Lucianus* hic aliter ſentit, & in Alcyone, *Nonne vides*, inquit, *ut ſuperiora ſint ſerenitate conſpicua, fluctibus autem ſedatum mare ac tranquillum, ὁμοίως δὲ καὶ τὰ κατόπτρου*, id eſt, *ſpeculo, ut ſic dicam, conſimile. Theocrit.* in Bucol. Eid. VI.

Καὶ γάρ θην εἶδ' εἶδος ἔχω καλὸν, ὡς μοι λέγοιτο.
Ἡ δὲ πρὶν ἐς πόντον ἐσέβλεπον, ἦς δὲ γαλάνα.
Καὶ καλὸς μὲν τὰ γένεια, καλὰ δ' ἁμὸν ἀ μοῖα κάρα &c.

Quod eſt hujusmodi:

Nec ſum tam forma turpis, quam dicor: in unda
Nuper enim vidi ipſe meos de littore vultus,
Cum nulli ſterent tranquilla per aequora venti.

Hinc illud *Maronis* ſumtum eſt: — *nuper me in littore vidi* Quum placidum ventis ſtaret mare —. *G.C.*

πέτρας τινὸς, εἰπὸλε γαλήνη εἴη, ὀπτεύσασα ἐς τὸ ὕδωρ, ἴδε σαυτὴν ὡδὶ· ἄλλο ἢ χρόαν λευκὴν ἀκριβῶς· οὐκ ἐπαινεῖται δὲ τοῦτο, ἢν μὴ [a] ὑπερέρπῃ αὐτῷ τὸ ἐρύθημα. ΓΑ. ἀλλ' ἐγὼ μὲν ἡ ἀκράτως λευκὴ ὅμως ἐραστὴν [b] κἂν τοῦτον ἔχω· ὑμῖν δὲ οὐκ ἔστιν ἵν τινα ἢ ποιμὴν, ἢ ναύτης, ἢ ποθεμενὸς ἐπαινεῖ· [c] ὁ δὲ Πολύφημος τάτε ἄλλα καὶ μουσικός ἐστι.

ΔΩ. Σιώπα, ὦ Γαλάτεια· ἠκούσαμεν αὐτοῦ ᾄδοντος, ὁπότε ἐκώμασε πρώην ἐπὶ σὲ Ἀφροδίτη Φίλη, ὄνον ἄν τις ὀγκᾶσθαι ἔδοξε. καὶ αὐτὴ δὲ ἡ πηκτὶς, οἷα! κρανίον ἐλάφου γυμνὸν τῶν σαρκῶν· καὶ τὰ μὲν κέρατα, πήχεις ὡς ἦσαν· ζυγώσας δὲ αὐτὰ, καὶ ἐνάψας τὰ νεῦρα, οὐδὲ κόλλοπι χρησάμενος, ἐμελῴδει ἄμουσόν τι, καὶ ἀπῳδὸν, ἄλλο μὲν αὐτὸς βοῶν, ἄλλο δὲ ἡ λύρα ὑπήχει· ὥστε οὐδὲ κατέχειν τὰ γέλωτα ἐδυνάμεθα ὅτι τῷ ἐρωτικῷ ἐκείνῳ ἄσματι. ἡ μὲν γὰρ Ἠχὼ οὐδ' ὑποκρίνεσθαι αὐτῷ ἤθελεν, οὕτω λάλος οὖσα, [d] βρυχωμένῳ· ἀλλ' ἠχύνετο, εἰ φανείη μιμουμένη τραχεῖαν ᾠδήν, καὶ καταγέλαστον.

tranquillum fuerit mare; prona in aequam despectans, contemplare temet ipsam, nihil aliud, quam colore candidam exquisite: illud autem non laudatur, nisi eniteſcat candori immixtus rubor. GAL. Atqui illa ego mere candida tamen amatorem vel istum habeo; at vestrum nulla est, quam seu pastor, sive nauta, seu portitor laudet. Polyphemus autem & aliis rebus excellit, & musicus est.

4. DOR. Tace, Galatea; audivimus illum canentem, quando comessatum ibat nuper ad te: ita mihi Venus sit propitia, ut asinus aliquis rudere fuit visus: tum ipsa lyra qualis! cranium cervi nudum carnibus; cornua quidem quasi manubria erant, quibus quum jugum addidisset, atque alligasset nervos, quos nulla clavicula tetenderat, modulabatur agreste quiddam & absonum, dum aliud ipse vociferaretur, aliud lyra subsonaret. Itaque ne continere quidem risum poteramus in amatorio isto cantico: nam Echo multum aberat, ut respondere ipsi vellet, tam garrula, rugienti; sed pudebat eam, si visa fuisset imitari asperum cantum & ridiculum.

5. Imo

a Ὑπερέρπῃ] ὑπερέρπει O. b Κἂν τοῦτον ἔχω] ἔχω τοῦτον. O. Pro κἂν *f.* & Marg. Δ. IV. κ. c Ὁ δὲ] ὁ δὲ γε O. d Βρυχωμένῳ] Cunctae Edd. βρυχομένῳ male: est enim a βρυχάομαι.

48. Κόλλοπι] Ἤλῳ τῷ κιθάρᾳ. *V.*

33. Εἰπὸλε γαλήνη εἴη] Apud *Theocrit.* Eid. VI, 35. Cyclops: Ἦ ῥ' ὁρᾷς ἐς πόντον ἐσίδλεπτον· ἦς δὲ γαλάνα· dubito an *Noster* eo respexerit: modo certe, ubi nihil in Galatea, quod jure laudaret, habuisse Polyphemum adseverat Doris, praeter candorem, tum ipsum Galateae nomen, tum illud *Theocriti* cogitavit Eid. XI, 20. Λάχνοτέρῃ πάντας ποτιδεῖν· quod *Ovidius* ingenio suo magis confisus, quam imitandi successu, paulisper immutavit, *Mollior & cygni plumis & lacte coacto.* Qui Galateae toti, ejus utique lacertis convenit candor: tales pinxisse *Valerium Flaccum* omnino mihi persuadeo I, 135. *Hanc Panope, Dotoque soror, laetataque fluctu Prosequitur niveis pariter Galatea lacertis: Antra petens Siculo revocat de litore Cyclops:* nam quod cum Codicibus Edd. habent, *nudis*, nihil aliud est, quam nudum epitheton, nullaque venustate Galateae lacerto exornans. Tum *Antra petens* ita distinxi, ut copulandum sit cum Cyclope, quod *Pius* satis recte explicuit: miror aliter fuisse visum *N. Heinsio*, Viro sagacissimo. *T H.*

44. Ἀφροδίτη φίλη] Leg. Ἀμφιτρίτη, ut Reviv. c. 47. Cætera ex *Theocr.* Potuisset retineri Ἀφροδίτη sed verius est marinas nymphas aliud dixisse. *J. B.*

45. Οἷα!] Facili medicina, sic interpungendo, credo sanatum locum: cui geminum si requiras adi *Philops.* c. 25. *M. du S.*

72. Ταῦρον εἰκάσας ἑαυτὸν] Si dixerimus fabulam hanc esse Phoeniciam, nihil mirum erit, cum Europa filia fuerit Agenoris Sidoniorum regis. Sed mirum erit, quod subjiciemus; nempe totam fabellae τριπολογίαν ex ambiguitate narrationis Phoeniciae esse natam. Narratio concepta fuit hisce aut similibus verbis: הוני השור גזל את ורואפה quæ possunt verti Græce, ὁ Ζὴν ὁ Ταῦρος ἥρπασεν Εὐρώπην, *Jupiter Taurus rapuit Europam.* Nimirum Agenoris filia fuit, cui nomen erat ורואפה, *alba facie*, quam stuprator pudori ejus insidiatus rapuit, atque in insulam Cretam ave-

XV.

ZEPHYRI ET NOTI.

ZEΦΥΡΟΥ ΚΑΙ ΝΟΤΟΥ.

ZEPH.

1. NUnquam equidem pompam magnificentiorem vidi in mari, ex quo ſum & flo: tu autem nonne vidiſti, Note? NOT. Quam tu iſtam dicis, Zephyre, pompam? aut quinam erant, qui ducerent? ZEP. Jucundiſſimo ſpectaculo caruiſti, quale nullum videas in poſterum. NOT. Scilicet ad Rubrum mare operam navabam: imo etiam flando percurri partem Indiæ, quanta mari contingitur ejus regionis: nihil ergo eorum novi, quæ dicis. ZEP. At tu Sidonium Agenorem vidiſti? NOT. Sane; Europæ patrem: quid tum poſtea? ZEP. De illa ipſa narrabo tibi. NOT. Num hoc, Jovem eſſe amatorem jamdudum puellæ? iſtuc equidem olim compertum habebam. ZEP. Igitur amorem noſti: quæ vero ſunt conſecuta jam nunc audi.

2. Europa deſcenderat ad litus ludibunda, æqualibus adſumtis comitibus: ibi Jupiter, tauro quum ſe adſimilaſſet, una lu-

ZE Φ.

Ο. Πώποτε ἔγωγε πομπὴν μεγαλοπρεπεστέραν εἶδον ἐν τῇ θαλάττῃ, ἀφ' ἧς εἰμι, καὶ πνέω. σὺ δὲ οὐκ εἶδες, ὦ Νότε; NO. τίνα ταύτην λέγεις, ὦ Ζέφυρε, τὴν πομπήν; ἢ τίνες οἱ πέμποντες ἦσαν; ZE. ἡδίστῳ θεάματι ἀπελείφθης, οἷον οὐκ ἄλλο ἴδοις ἔτι. NO. πῶς; τὴν Ἐρυθρὰν γὰρ θάλασσαν εἰργαζόμην· ἐπέπνευσα δὲ καὶ τί τῆς μέρους τῆς Ἰνδικῆς, ὅσα παράλια τῆς χώρας· οὐδὲν οὖν οἶδα, ὧν λέγεις. ZE. ἀλλὰ τὸν Σιδώνιον Ἀγήνορα εἶδες; NO. ναί· τὸν τῆς Εὐρώπης πατέρα. τί μήν; ZE. περὶ αὐτῆς ἐκείνης διηγήσομαί σοι. NO. μῶν ὅτι ὁ Ζεὺς ἐρᾷ τὸ πολλοῦ τῆς παιδός; τοῦτο γὰρ καὶ πάλαι ἠπιστάμην. ZE. ἀκοῦε τοίνυν τὰ μὲν ἔρωτα οἶδας· τὰ δὲ μὴ ταῦτα δὴ νῦν ἄκουσον.

Ἡ μὲν Εὐρώπη καλελήθει παίζουσα, τὰς ἡλικιώτιδας παραλαβοῦσα· ὁ Ζεὺς δὲ, ταύρῳ εἰκάσας ἑαυτὸν, συνέπαιζεν

---

o Τι ἐμφερὲς] δὲ καὶ μέρος τι P. d Εἶδες] οἶδας. Alii.

56. Ὦ Ζέφυρε τὴν πομπήν] Πομπὴ ἡ πρόπεμψις, καὶ ἡ πέμψις * παρὰ Θουκυδίδῃ. V.

* Παρὰ Θουκυδίδῃ] IV. c. 108. ξύλων τε ναυπηγησίμων πομπὴν· ubi *Joſ. Waſſe* notat *Suidam* in Πομπὴν interpretari πέμψιν, ἀποστολήν. pro πέμψις in V. prave legitur μέρος, ut monet *M. du Soul.* T. H.

avexit. Ceterae fabulae circumſtantiae ſunt tantum mendacii, aut malae interpretationis antiquiſſimae hiſtoriae inania ornamenta. *Zanni* pro nomine proprio ſumtum eſt: *Haſſchòr* vero pro tauro, cum praeterea *inſidiatorem* ſonaret. Ceterum hunc dialogum expreſſit *Lucianus* ex *Moſchi* Eid. II. quod Europa inſcribitur, ideoque ferme poetice in hac deſcriptione luxuriat. *J.C.*

Ταύρῳ εἰκάσας ἑαυτὸν] Plerique non diſſentiunt, & ſumta tauri figura latuiſſe Jovem fatentur: Κρύψε Ζεὺν, καὶ τρίψε δίκας, καὶ γίγνετο ταῦρος, argutia fere ſophiſtica *Moſchus* Eid. II, 79. Alios auctores ſecutus eſt *Higinius*, teſte *Germanici Scholiaſta*, eumque taurum tradidit *Jovem a Neptuno fratre per gratiam abduxiſſe, qui in figura tauri ſenſum humanum haberet; quem Jovis Sidonem miſit, ut Europam Agenoris filiam ad ſe portaret:* fontem vides, unde ſua derivavit *Ampelius* c. II. *Luciano* color albus in hoc tauro placuit, *Ovidio* probante: apud *Moſchum* illius eſt δίμας ξανθόχροον. Κύκλος δ' ἀργύφεος μέσσῳ μάρμαιρε μετώπῳ neque intercedo, quin quem quisque poëta in vero maxime miratur, eundem huic tauro colorem tribuat. In ceteris ipſaque geniali pompa ſi contuleris cum ſcriptore noſtro *Moſchum*, concordiam utriusque non ſine voluptate deprehendes. Illud autem τὰ κέρατα ὑπερμηκη tuetur Heinſianam emendationem in *Ovidio* Metam.

ζεν αὐταῖς, κάλλιστος Φαινόμενος· λευκός τε γὰρ ἦν ἀκριβῶς, καὶ τὰ κέρατα εὐκαμπὴς, καὶ τὸ βλέμμα ἥμερος. ἐσκίρτα οὖν καὶ αὐτὸς ὅτι τὴν ἰόν, καὶ ἐμυκᾶτο ἡδίστου, ὥστε τὴν Εὐρώπην τολμῆσαι καὶ ἀναβῆναι αὐτόν. ὡς δὲ τοῦτ' ἐγένετο, δρομαῖος ἅμα ὁ Ζεὺς ὥρμησεν ὅτι τὴν θάλατταν φέρων αὐτήν, καὶ ἐνήχετο ἐμπεσών· ἡ δὲ πάνυ ἐκπλαγεῖσα τῷ πράγματι, τῇ λαιᾷ μὲν εἶχετο τοῦ κέρατος, ὡς μὴ ἀποπλέοι· τῇ ἑτέρᾳ δὲ ἠμφιέννυτο τὸ πέπλον ξυνεῖχε.

debat pulcerrimusque videbatur: etenim albus erat perfecte, cornibusque scite intortis, & vultu placido: lascivius ergo subsultabat in litore, mugiebatque suavissime, sic ut Europa auderet etiam insscendere taurum. Quod ubi factum est, tum cursu citatissimo Jupiter ad mare festinavit ferens illam; jamque natabat illapsus. Europa vero mirifice perculsa eo negotio lævâ apprehenderat cornu, ne defluere; alterâ vento agitatum peplum continebat.

ΝΟ. Ἠδὺ τοῦτο θέαμα, ὦ Ζέφυρε, εἶδες καὶ ἐρωτικὸν, νηχόμενον τὸν Δία, φέροντα τὴν ἀγαπωμένην. ΖΕ. καὶ μὴν τὰ μετὰ ταῦτα ἡδίω πολὺ, ὦ Νότε· ἡ τε γὰρ θάλαττα εὐθὺς ἀκύμων ἐγένετο, καὶ τὴν γαλήνην ὑπεσπάσατο λείαν παρεῖχεν ἑαυτήν. ἡμεῖς δὲ πάντες ἡσυχίαν ἄγοντες, οὐδὲν ἄλλο ἢ θεαταὶ μόνον τῶν γιγνομένων, παρηκολουθοῦμεν· ἔρωτες δὲ ὑποπετόμενοι μικρὸν ὑπὲρ τὴν θάλατταν, ὡς ἐνίοτε ἄκροις τοῖς ποσὶν ὑπτιάζειν τὸ ὕδατος, ἡμμένας τὰς δᾷδας φέροντες, ᾖδον

3. NOT. Jucundum illud spectaculum, Zephyre, vidisti, & amatorium, nantem Jovem, portantemque dilectam. ZEP. Imo quæ postea consequuntur jucundiora multo, Note: nam pelagus statim fluctibus vacavit, flustroque ad se attracto læve sedatumque se præbuit: nos autem omnes quietem agentes, nihil aliud quam spectatores solum eorum, quæ fiebant, adsectabamur. Amores porro juxta volantes paululum supra mare, sic ut nonnunquam summis pedibus delibarent aquam, accensas faces ferentes canebant simul hyme-

82. Ἠμμένους] Ἀνάπτους πεπλεγμένους. G.

tam. II, 855. *Cornua vara quidem; sed quae contendere possis Facta manu:* quam iisdem illis particulis, quas excludere *cornua vara* censuit *Burmannus*, certissime confirmari arbitror. Ad Fast. V, 607. *Neapolis* ad *Nasonis* locum *Luciani* verba comparavit; quae vestigia premere nobis non lubet. *T. H.*

82. Ἀπολιθάνοι] Quanquam omnes editiones servent, neque huic verbo lex formandi adversetur, usus tamen poscit ἀποληθάνοι. *T. H.*

91. Ἔρωτες δὲ ὑποπετόμενοι] Haec talem in modum tamque graphice describuntur a *Luciano*, ut, quin artificem pictoris alicujus, qui fabulam Europae coloribus expresserat, manum animo fuerit secutus, vix dubitari possit. Magno autem consensu Edd. ὑποπετόμενοι quae quidem scribendi ratio apud alios etiam rarius invenitur, sed nunquam fere, quin vel exarati manu libri, vel vulgati discrepent; nam longe est usitatius πετόμενος quam πετώμενος, πέτεσθαι quam πετᾶσθαι. *T. H.*

95. Αἱ Νηρ....ἐπὶ τὴν θαλάτ.] V. *Spanh.* 229. *M. du S.*

97. Τῶν τριτώνων γένος] Describit Pausanias in *Boeot.* *M. du S.*

1. Παρεχομένῳ ἑ.] P. & L. In aliis παρεχούμενος. Sed melius ad Amphitriten refertur. *M. du S.*

8. Ὁ μὲν ταῦρος ὑπέτι ἐφαίνετο] *R. Bentleius* ad *Horat.* III. Od. XXVII, 48. Bellum autem amatorem Jovem, qui ominis, ut videtur, causa Europae vitium adtulerit eodem in antro Dictaeo, ubi fuerat natus: quin & platanum ostentabant ἐν τῇ Γορτυναίᾳ πρὸς πηγῇ τινι, ἣ ὑ φυλλοβολεῖ μυθολογοῦσι δὲ, ὡς ἐπὶ (mutandum in ὑπὸ) ταύτῃ ἐμίγη τῇ Εὐρώπῃ ὁ Ζεύς. *Theophr.* H. P. I. c. 15. Fabulae condonamus, quando regionum terminos liberius nonnunquam refigit: in Gortynia certe sita non erat Dicte, neque adeo Dictaeum antrum: & tamen Europae cultu Gortynii praecipue gloriabantur; sic ut ipsa urbs primum Ἑλλωτὶς fuerit appellata eo nomine, quo Cretes Europam vocabant: *Stephan.* in Γόρτυν, ubi vide *Berkelium*. Si quis cupiat, multo plura suppeditabit *Joh. Meursius* in Creta. Vix est, ut operae pretium ferat, qui *Nonni* Dionys. librum primum ejusdem fabulae gratia legerit. Ἐφ' ὅ, τι & ἐφ' ὅτῳ ex iis sunt, quorum utrum scripserit *Lucianus*, adseverari liquido nequit. *T. H.*

15. Γρύπας] Ludit, ut puto, *Lucianus*, quia, ut vero simile est, in tabulis Geographicis monstra haec pingi cum reliquis solebant. Vide *Plut.* B. p. 1. Alibi cer-

menæum : Nereïdes vero emersæ adequitabant in delphinis adplaudentes, seminudæ pleræque : tum etiam Tritonum genus, & si quod aliud non terrificum visu marinorum, cuncta choreas ducebant circa puellam. Neptunus quidem conscenso curru, adsidentem lateri Amphitriten habens præcedebat hilaris, viamque faciebat natanti fratri. Denique Venerem duo Tritones ferebant in concha decumbentem, flores omnigenos inspargentem sponsæ.

4. Hæc a Phœnicia usque ad Cretam sunt facta. Postquam vero pedem in insula posuit, taurus non amplius extabat, sed prehensa manu Jupiter abduxit Europam in Dictæum antrum rubore suffusam dejectisque oculis, jam enim haud ignorabat, cujus rei gratia duceretur : tum nos impetu facto alius aliam pelagi partem concitabamus. N O T. Te beatum, Zephyre, spectaculo : at ego gryphas interea, & elephantos & nigros homines videbam.

95 ἅμα τ᾽ ὑμέναιον. αἱ Νηρηΐδες δὲ ἀναδῦσαι παρίππευον ὑπὶ τ᾽ δελφίνων, ὑπικροτῆσαι, ἡμίγυμνα [a] αἱ πολλαί. τό, τε τ᾽ Τριτώνων γένος, κ᾽ εἴ τι ἄλλο μὴ φοβερὸν ἰδεῖν τ᾽ θαλαττίων, ἅπαντα περιεχόρευε τ᾽ παῖδα· ὁ μὲν γ᾽ Ποσειδῶν ὑπιβεβηκὼς ἅρμασι, [b] παροχουμένην τε κ᾽ τ᾽ Ἀμφιτρίτην ἔχων, προῆγε γεγηθὼς, προοδοιπορῶν νηχομένῳ τῷ ἀδελφῷ. ὑπὶ πᾶσι δὲ τ᾽ Ἀφροδίτην δύο Τρίτωνες ἔφερον, ἐπὶ κόγχης κλαικειμένην, ἀνθη παντοῖα ὑπιπάτησαν τῇ νύμφῃ.

Ταῦτα ἐκ Φοινίκης ἄχρι τ᾽ Κρήτης ἐγένετο. ἐπεὶ δὲ ἐπέβη τῇ νήσῳ, ὁ μὲν ταῦρος οὐκ ἔτι ἐφαίνετο· ὑπιλαβόμενος δὲ τ᾽ χειρὸς ὁ Ζεὺς ἀπῆγε τ᾽ Εὐρώπην ἐς τὸ Δίκταιον ἄντρον, ἐρυθριῶσαν, κ᾽ κάτω ὁρῶσαν· ἠπίστατο γ᾽ ἤδη, [c] ἐφ᾽ ᾧ, τι ἄγοιτο. ἡμεῖς δ᾽ ἐμπεσόντες, ἄλλος ἄλλο τ᾽ πελάγους μέρος διεκυμαίνομεν. N O. ὦ μακάριε Ζέφυρε τ᾽ θέας. ἐγὼ δὲ γρύπας, κ᾽ ἐλέφαντας, κ᾽ μέλανας ἀνθρώπους ἑώρων.

a Αἱ πολλαί] τὰ πολλὰ. P. L. b Παροχουμένην] παροχουμένην. P. L. quod probavi. Priores Edd. παροχούμενός τε. c Ἐφ᾽ ᾧ, τι] ἐφ᾽ ὅτῳ L. Schol. V.

10. Δικταῖον] Σπήλαιον ἐν Κρήτῃ ὅπου καλούμενον. V.

16. * Μίλανας ἀνθρώπους] Ὁ μὲν νότος ἀπὸ τ᾽ Λιβύης πνέει, ἔνθα οἰκοῦσιν οἱ Αἰθίοπες. V.

* Ἤδη ἐπὶ νότῳ ἄγοιτο] Haec verba, quae proxime praecedentia sequuntur in Ms. non leguntur in hoc Dialogo, nec mihi, unde petita sint, liquet. J. C.

Μίλανας ἀνθρώπους] Hoc Scholium in V. ad ἤδη ἐφ᾽ ὅτῳ ἄγοιτο referebatur, pro quo in A. Ed. prave scriptum est, ἤδη ἐπὶ νότῳ ἀγοῖτο. Unde conqueritur Clar. Editor, se ea verba in hoc Dialogo non reperire. Reperiuntur tamen paucis ante versibus, nisi quod in Impr. nostris non quidem ἐπὶ νότῳ, quod nullibi quidem repetias, sed ἐφ᾽ ᾧ, τι pro Scholiorum ἐφ᾽ ὅτῳ est. Nos veram, quam exponit, vocem restituimus. M. du S.

certe a nullo visos pronuntiat. σὺχ. c. 44. Vide tamen *Camertem* ad *Solinum* 143. l. 50. & *Spanh.* 270. & seqq. *Johnstonus* p. 151. reperiri testatur & imaginem exhibet. Ctesias agnoscit in *Ind.* c. XII. Quosdam etiam nasci in Hyperboreis montibus tradit Servius ad *Virg. Ecl.* VIII. v. 27. De quibus *Herod.* III. c. 116. IV. c. 143. & *Paus.* I, 43. intelligendos censet *Spanh.* Consule *Plin.* VIII, 21. & X, 49. XI, 31. & Ælian. *de anim.* II, 4. IV, 27. Orig. *c. Cels.* 116. A. *Hesych.* καναθρὰ. Plaut. *Aul.* IV. 8. v. 1. V. 448. C. *Philostr.* p. 229. ubi laudantur Nearchus & Megasthenes apud *Strabonem* XV. p. 706. & Arrian. *Indic.* p. 537. *Mela* III. c. 7. Clem. Alex. *Pædag.* II. p. 207. M. du S.

Νίκει-

I.

ΔΙΟΓΕΝΟΥΣ ΚΑΙ ΠΟΛΥΔΕΥΚΟΥΣ. DIOGENIS ET POLLUCIS.

Δ Ι Ο. D I O.

Ω Πολύδευκες, ἐντέλλομαί σοι, ἐπειδὰν τάχιστα ἀνέλθῃς (σὸν γάρ ἐστιν, οἶμαι,

11. O Pollux, mando tibi, ſimulatque ad ſuperos eſcenderis (tuum enim

Νεκρικοὶ Διάλογοι] Ἐν τούτοις τοῖς Διαλόγοις διαπαίζει βούλεται τὰ ψεύδη τῶν Ἑλλήνων περὶ τῶν ἄθλων λεγόμενα· τῷ διὰ τοῦτο Νεκρὸς εἰσάγει πρὸς ἀλλήλους διαλεγομένους, ὅθεν & Νεκρικοὺς αὐτοὺς ὀνόμασε. (1) *** Πολυδεύκει] σωιζόν τε μὲ Καστορα, ὡς ὑπὸ ἀνθρώπου ὄντα, εἶναι δηλονότι δὲ Πολυδεύκεα, ὡς οἱ Διὸς, ἀθάνατον. Ὅτι δὲ ἐτελεύτησεν ὁ Κάστωρ, (2) ἐλυπήθη ὁ Πολυδεύκης· καὶ ὁ Ζεὺς ἐλεήσας αὐτὸν, ὡς λέγουσιν, ἐποίησεν ὥστε τοὺς δύο ζῆν (3) μίαν μὲν ἡμέραν μίαν δὲ ὑπὸ γῆς. Πολυδεύκης] Ἀμφω μὲν ἦσαν υἱοὶ Διὸς διδύμοι ὄντες Λήδας τε Λακαίνης, δηλονότι ἐκ ἀθανασίαν (4) τοῦ . . . . . κεκληρωμένοι· ὑπερβολὴν δὲ φιλοπονίας μὴ ἐν ἐκτὸς ἀλκῆς ἀφίεσθαι προηρημένοι· μὴ δὲ . . . . . ἔσῃσι, τὸ δὲ τοῖς ἀθανάτοις συμπαρεδρεύειν, ἀντιμερίσαντο σοφισταὶ αὐτοῖς τὸ τοῦ γένους . . . . . ἑτερήμεροι, ὁ μὲν τὰ θνητῶν, ὁ δὲ τὰ τῶν ζώντων ἐξεπολεύει. ἄλλως τε & σὺ . . . . . ἀνθρώποις, ὡς ὁ μῦθος φησὶ, καλλικεχωρισμένοι. Ἐπεὶ δὲ ταῦτά ἐστι, ἀφ' οὗτος ἐνταῦθα πρὸς Πολυδεύκεα λο . . . . . ὡς ὄθεν αὐτῷ τὸ τριακοστὸν λαχόντος τὸ ὑπὲρ γῆς τόπον ἐφεύξεσθαι. V.

(1) *** Πολ.] Hic lacuna erat in Mſ. ſed in qua multa deeſſe non videntur. *J. C.*

Imo in *V.* ſpatium eſt quatuor verſuum, & poſt eos ſcribitur Πολυδεύκη . . . . . συνίβη τὸν μὲν πα. . . . . ὡς ὑπό. *J. G.*

Satis apparet priorem Caſtorum fabulae partem interiiſſe totam. Quae ab illo principio, ἄμφω μὲν ἦσαν &c. ſequuntur, quin ad hujus dialogi σὸν γάρ ἐστιν, οἶμαι, τὸ ἀναβιῶναι αὖριον referenda ſint, extra dubium eſt. Ceterum oriri poterat ſuſpicio, quae praecedunt, in alienum eſſe locum, quod ſaepius in his ſcholiis contigiſſe memini, translata, & pertinuiſſe primum ad Δ. Θ. XXVI. ibi enim, quae a *Luciano* tractantur, hic itidem explicari patet. Pro ὑπὸ ἀνθρώπε *M. Sladus* ἀπ' vel ἀπό, quod neceſſarium non eſt. *T. H.*

(2) Ἐλύπησεν] Lacuna in *V.* ιλυ . . . . . *M. du S.*

In Ed. *A.* parum dextre lacunam hanc explevit ſive *Clericus*, ſeu Scholiorum deſcriptor per ἐλύπησεν activae poteſtatis: ἐλυπήθη, quod nec & ingenio Linguae congruebat, reſtituere non ſum veritus. *T. H.*

(3) Μίαν] Lacuna in *V.* . . . . . *M. du S.*

Recte fuit ſanata: Schol. ad *Homeri* Od. Λ, 303. exponit ἑτερήμεροι, μίαν παρὰ μίαν ἡμέραν ζῶντες. *T. H.*

(4) Τῷ . . . . . κεκλημ.] Oratio crebris hiatibus deformis: neque tamen admodum eſt laborioſum haec vulnera leni manu conducere, atque redintegrare, ſic ut in ſenſu certe deſiderari nihil omnino videatur: τῷ τῦ γένους ἀπομοίρᾳ κεκληρωμένοι· dein, μενὴ τὸν μὲν τοῖς τεθνεῶσι, τὸν δὲ &c. tum, τὸ τῦ γένους αὐόμοιον, ὡς ἑταιρήμεροι vel ἑτερήμεροι &c. poſtea, ἄλλως τε συμπράττειν vel συνεργεῖν τοῖς πλέουσιν aut κινδυνεύουσιν ἀνθρώποις· denique, πρὸς Πολυδεύκην λόγος ἐστὶ τῦ Διογένους, ὡς ὄθεν &c. Porro quod in Ed. *A.* fuit προσημαίνει, mutavi in προημαίνει. *T. H.*

Νεκρικοὶ Διάλογοι] Mortuorum hi Dialogi praeter novitatem venuſtatemque, quae eis cum praecedentibus communis, hoc ſibi habent proprium, quod ad mores magis ſpectant. Quocirca inſigniores utplurimum in Hiſtoria aut fabulis viros in iis loquentes facit: aliquando tamen fictitios prorſus & larvatos homines, praeſertim cum Romanorum artes carpit, quibus

Cruſtis & pomis viduos venentur avaros,
Excipiantque ſenes, quos in vivaria mittant.

Mortuorum Dialogos, noſtra aetate, vir clariſſimus *Fontanellus*, Lucianum imitatus, Gallice edidit elegantiſſimos, qui omnium manibus merito teruntur. *M. du S.*

3. Ἀναβιῶναι αὖριον] Pollux Jovis ex Leda filius, & Caſtoris frater; qui, cum immortalis eſſet, utpote eodem ovo cum Helena prognatus, a Jove fertur petiiſſe, ut ſibi cum fratre vita functo immortalitatem ſuam partiri liceret: qua re impetrata alternis mori traduntur & reviviſcere, de quibus *Virgil.* VI. AEn. *G. C.*

Ibid. Μένιππον] Clarus ante *Lucianum* jam ſuis Satyris hic Menippus. V. A. Gell. II. 18. *Nobilem Canem* vocat *Ter. Varro.* Cur autem tanti hunc Cynicum fecerit, (videbis enim in his ſummi herois partes agere) duo fingi poſſunt: quod popularis Luciani (uterque enim e Syria oriundus, quanquam ille quidem ἀνέκαθεν ἦν Φοινίξ. i. e. longe tantum petito genere,) & quod vix quisquam atrocius in omnes omnium ordinum homines, Philoſophos potiſſimum, tum dictis tum ſcriptis deſaeviiſſet. vide διν. c. 33. Quod autem Socrati, viro ſummo, accidit, ut ſine ſcriptis apud poſteros ſumma ingenii laude, per *Xenophontem* & *Platonem* dictis ejus memoriae proditis, floruerit, id propemodum & huic Menippo per *Lucianum* accidit. Is enim, quae ipſe ſcripſerat deperditis, in hisce Luciani longe, ut videtur, melius & ſapit & floret.

nim est, opinor, in vitam redire cras) si cubi videris Menippum canem (inveneris autem illum Corinthi ad Craneum, aut in Lyceo altercantes inter se philosophos deridentem) ut dicas ad eum, Te, Menippe, jubet Diogenes, si tibi satis, quæ super terram geruntur, sunt derisa, venire huc multo plura irrisurum: illic etenim in ambiguo tibi risus erat, illudque in ore multum, Quis enim omnino novit, quæ post vitam sint consecutura: hic vero non de-

τὸ ἀναβιῶναι αὔριον) ἢν ποτ ἴδῃς Μένιππον τ κύνα (εὑροις δ' ἂν αὐτὸν ἐν Κορίνθῳ ἐπὶ τὸ Κράνειον, [a] ἢ ἐν Λυκείῳ, τ ἐριζόντων πρὸς ἀλλήλους φιλοσόφων καταγελῶντα) εἰπεῖν πρὸς αὐτὸν, ὅτι σοι, ὦ Μένιππε, κελεύει ὁ Διογένης, εἰ σοι ἱκανῶς τὰ ὑπὲρ γῆς καταγεγέλασται, ἥκειν ἐνθάδε πολλῷ πλείω ὀπιγελασόμενον· ἐκεῖ μὲν γὰρ ἐν ἀμφιβόλῳ σοι ἔτι ὁ γέλως ἦν, ἐν πολλοὶ [b] τὸ, τίς γὰρ ὅλως οἶδε τὰ μὴ τ βίου; ἐνταῦθα δὲ καὶ παύσῃ

[a] Ἢ ἐν Λυκείῳ] ἐπιθεῖντα P. γρ. quam accessionem, si plures Codd. confirment, non adsperner. [b] Τὸ] P. obs. in quibusdam Codd. deesse.

floret. Menippi fuere duo Cynici; antiquior hic celeberrimus; de quo *Diog. Laërt.* VI. c. 99. Junior, de quo *Philostratus* p. 164. *Eunapius* in proœm. p. 11. C. quem perstringi hic & in reliquis hisce dialogis, putat doctissimus *Philostrati* interpres. Sed errat; vide ipsum *Lucianum* Menippum *veterem* diserte a se se adscitum, sub Dialogi persona, asserentem Δικ. c. 33. & res ipsa clamat *Diogenis* fuisse discipulum. *M. du S.*

4. Ἐν Κορ. κατὰ τὸ Κρ. ἢ ἐν A.] Quae ipse loca maxime coluerat Diogenes, in iis sectatorem Menippum quaeri jubet: cum Persarum enim rege suam fortunam comparans, haud secus atque ille hyemem Susis, Ecbatanis aestatem ageret, se quoque mutatis ad anni tempestates sedibus nunc Corinthi, Athenis alias degere dictitabat, ut ostendit *Dio Chrysost.* Or. VI. Cranium autem ignotius, ideoque additum ἐν Κορίνθῳ, quod non ita capiendum, quasi urbis ambitu contineretur; nam subjectus erat, ut *Pausanias* docet, moenibus cypressorum lucus; sed ea potestate, qua saepius ἐν propinquitatem situs designat. Recte *Dion* Or. IX. p. 138. D. Corinthii Diogenem πολλάκις ἑώρων ἐν τῇ πόλει ἢ περὶ τὸ Κράνιον & p. 131. A. Antisthene mortuo μετέβη εἰς Κόρινθον, κἀκεῖ διῆγεν ὅτε οἰκίαν μισθωσάμενος, ὅτε ὡδὶ ξένῳ τινὶ καταγόμενος, ἀλλ' ἐν τῷ Κρανίῳ θυραυλῶν alia dicemus ad initium libri de modo conscribendae historiae. Lyceum vero nobilissimum Athenas etiam non nominatas satis indicat: eo in gymnasio non juventus tantum militaribus ac palaestricis laboribus imbuebatur, quod ex Anacharside *Luciani* constat, sed philosophi quoque & sophistae docendi disputandique causa considebant: *Æschines* Socrat. apud *Demetr.* περὶ Ἑρμ. §. 111. qui locus nuperos Editores effugit: Ἐκκύψαντα μὲν ἐπὶ τ θύραν ἐν Λυκείῳ, ἃ οἱ ἀθλοθέται τ ἀγῶνα διατιθέασι. Quanquam eo jam ventitare solitus fuerat Socrates, cujus τὰς ἐν Λυκείῳ διατριβὰς *Plato* commemorat in primo Euthyphrone, Chrysippus tamen πρῶτον ἐθάρρησε σχολὴν ἄγειν ὕπαιθρον ἐν Λυκείῳ, teste *Diogene L.* VII. 185. eam ob rem *Isocrati* in Panath. p. 236. D. ἐν τῷ Λυκείῳ συγκαθιζόμενοι τρεῖς ἢ τέτταρες τ ἀγελαίων σοφιστῶν, καὶ πάντα φασκόντων εἰδέναι & p. 239. D. τοὺς ἐν τῷ Λυκείῳ ῥαψῳδοῦντας &c. ut mirum minime sit, adeundum fuisse Polluci Lyceum, quo Menippum inveniret ridendis philosophorum altercationibus vacantem. Nullum autem, ne quis se frustretur, Corinthi Lyceum; ne apud *Libanium* quidem Or. VII. pro Aristophane Corinthio p. 219. A. quibus verbis in errorem induci poterat aliquis incautior. *T. H.*

5. Κράνιον] Ubi Diogenes ipse fere versabatur, atque e vivis tandem excessit. *Diog. Laert.* p. 158. C. ἐτύγχανε μὲν γὰρ διάγων ἐν Κράνει τῷ πρὸ τ Κορίνθου γυμνασίῳ. & vide etiam nostrum συγγρ. c. 3. & *Pausan.* Corinth. κυπαρίσσων ἄλσος. Apud utrumque ita scribitur, non Κράνιον, ut in Impr. scribitur συγγρ. c. 3. & 63. Sed & illic W. Κράνιον habet. An Corinthi etiam *Lycaum* fuerit quaerant alii. Mihi satis est Menippum Athenis degentem antequam captus venderetur, Lycæum frequentasse. Vide *Arrian.* in *Epict.* 337. B. *M. du S.*

11. Τίς γὰρ ὅλως οἶδε &c.] Cynicorum secta, quid homine post mortem futurum esset, non valde curabat. Imo qui a Socrate sunt profecti, ipseque *Plato*, tametsi oratione magnifica statum, qui hanc vitam sit excepturus, amplissime praedicent, eo saepe recidunt, ut totum illud nihil esse praeter conjecturam, & illam suam solennem μαιευτικὴν ultro fateantur: veruntamen, iisdem auctoribus, ea venturae conditionis ignoratio & obscuritas prudenti numinis consilio mortalium animis est impressa, ne scilicet, si certam gererent excellentissimae beatitatis persuasionem, morari in hac vita, non expectata naturae lege, recusarent, & sponte de statione sua laeti decederent; nam, quod *Heraclitum* dixisse ferunt, τὴν γε πειθὼ ὧν ψυχὴν, ὅσα ἀνθρώπους τερπνοὺς τελευτήσαντας, ὠδὲ ἂν κατάσχοι. Ἀδηλότητα δ' ἀπιστίαν τ μὴ τὴν τελευτὴν vocat *Themistius* apud *Stob.* p. 606. *Euripidis* in eam sententiam dicta sunt non pauca; quale est illud: Οὕτως ἔρως βρότοισιν ἔγκειται βίου. Τὸ ζῆν γὰρ ἴσωσιν τῷ θανεῖν οἱ' ἀπειρία Πᾶς τις φοβεῖται φῶς λιπεῖν τόδ' ἡλίου. *T. H.*

σὴ βεβαίως γελῶν, καθάπερ ἐγὼ νῦν· μάλιστα ἐπειδὰν ὁρᾷς τοὺς πλουσίους, καὶ σατράπας, καὶ τυράννους ὕτω ταπεινοὺς καὶ ἀσήμους, ἐκ μόνης οἰμωγῆς ἀναγιγνωσκομένους· καὶ ὅτι μαλθακοὶ καὶ ἀγεννεῖς εἰσι, μεμνημένοι τῶν ἄνω ταῦτα λέγε αὐτῷ· καὶ προσέτι ἐμπλησάμενος βεβαίως γελῶν, καθάπερ ἐγὼ νῦν· μάλιστα ἐπειδὰν ὁρᾷς τοὺς πλουσίους, καὶ σατράπας, καὶ τυράννους ὕτω ταπεινοὺς καὶ ἀσήμους, ἐκ μόνης οἰμωγῆς ἀναγιγνωσκομένους· καὶ ὅτι μαλθακοὶ καὶ ἀγεννεῖς εἰσι, μεμνημένοι τῶν ἄνω ταῦτα λέγε αὐτῷ· καὶ προσέτι ἐμπλησάμενος

fines bona fide ridere, veluti ego nunc: & maxime quidem ubi videris divites istos, & satrapas, & tyrannos tam humiles, nulloque insigni distinctos, ex solo ejulatu dignoscendos, eosque esse molles & ignavos, quando recordantur rerum superarum. Ista dic ipsi, atque insuper, ut im-

19. Καὶ ἐν τῇ τριόδῳ Ἑκάτης δεῖπνον] Narrat Interp. *Aristoph.* in Pl. t. Κράτινον ἐν τῷ Κοφίνῳ, Λύκιον γυμνάσιον παρ' Ἀθηναίοις ἐν προαστείῳ. *J. B.*

20. Ἑκάτης δεῖπνον] Mos erat divitibus, ut singulis mensibus Hecatae sacrificando in triviis panes atque alia quaedam ponerent, quae postea a pauperibus auferebantur ac devorabantur: hanc *Hecates coenam* dicebant. *Suidas* & *Athenaeus* lib. VII. Athenienses autem & theatra & conciones & caeteros conventus hominum lustrare solebant, adhibitis parvis & vilibus quibusdam hostiis, ut *Suidas* tradit: eo videtur hic alludere. Hujus rei etiam meminit *Aristoph.* in Plut. & ejus Interpres: item *Theocriti* Glossematarius. *G. C.*

Ἑκ. δεῖπ.] V. καθαρ. c. 7. & *Plutarch.* 1161, 2. *M. du S.*

Ἑκάτης δεῖπνον] Declaravit hunc locum *Brodaeus* Misc. I. c. 24. 25. expilatus a *Cognato.* Utrorumque Ἑκάτης δείπνου & ἐὰν ἐν καθαρσίου iterum est mentio in Catapl. c. VII. prioris etiam D. M. XXII. quae Viros Eruditos non fugerunt *Erasmum* Chil. in *Hecatae coena*, *Turnebum* Adv. XXVI, 7. *Wouwerium* ad *Petron.* p. 637. *Erhardum* p. 647. *Def. Heraldum* ad *Martial.* VII. Ep. 53. & denique *Ez. Spanhemium* ad *Aristoph.* Plut. v. 596. Omnes, ut fieri vulgo solet, loca quaedam veterum indicasse contenti propius investigare, quid inde colligi deberet, atque ad moris antiqui rationem explicandam conferri, neglexerunt: nos omissae curae partem aliquam explere conabimur. Superstitio sacrificulorum fraudibus incitata ut ingentem rerum impurarum numerum excogitavit, quibus pollui homines atque impiari credebantur, sic non minus fuit in lustrationibus inveniendis ingeniosa, quarum ope tanti mali labes depelli posset: lustramina vero sive purgamenta sibi persuadebant haurire penitus & combibere quicquid erat contagionis, cujus expiandae causa circumferrentur: quocirca ne contractae labis vitium ad hominem ullum permaneret, sub terra defodi, in mare, montes, loca vasta deportari, saepius in triviis abjici τὰ καθάρσια sacrorum legibus fuit constitutum. Pessimas vaferrimae religionis artes sapienter irridet ac refellit *Hippocrat.* initio libelli περὶ I. N. Hecatae vero quia velut propria credebant τὰ καθάρματα, ideo vel omne purgamentorum genus, vel aliquod saltem certis in lustrationibus usurpatum (neque enim id facile definivero) Ἑκαταῖα dicebantur; quae si quis soiens attrectasset, cibive loco sumsisset, ille foedissimus atque aversabilis piaculum commisisse putabatur nullo piaculo luendum. Locus est *Demosthenis* insignis Orat. adv. Conon. p. 1114. D. sed insigni descriptorum flagitio mutilatus, in quo testiculis avulsis nescio quas aves importune subiderunt: Aristo (is enim actor Cononem in jus vocaverat) audire se refert Bacchium quendam (Bacchium inquam, auctoritatem optimi Cod. Augusti. secutus; nam Κάκχιος nullum in Graecia nomen reperitur) & Aristocratem ipsumque illum Cononem ἑταίρους εἶναι μαφάκων ὄντας, καὶ Τριβαλλοὺς ἐστυμμένους ἔχειν, τούτους τά τε Ἑκαταῖα κατεδίειν, καὶ τοὺς ὄρνεις τοὺς ἐπὶ τῶν χοφῶν, οἷς καθαίρουσιν, ὅταν ἰδιώται μιαίνωσιν. *Wolfius*, qui, ut institutam versionem quomodocunque impleret, *aviculas lustrales e coetibus* dedit, ingenue fassus nihil horum sibi placere, veniam meretur: reponendum est sine dubio, καὶ τοὺς ὄρχεις τοὺς ἐπὶ τῶν χοφῶν, οἷς καθαίρουσι· cui quidem emendationi haudi vereor, ne quis rerum Atticarum peritus non subscribat: ostendit *Harpocrat.* in Καθάρσιον, & *Pollux* VIII, 104. solitos fuisse Περιστίεχους, antequam populi concio haberetur, καθαίρειν χοιριδίοις μικροῖς τὴν ἐκκλησίαν ἐν τῷ θέατρῳ. *Etymologus* quando interpretatur Ὀξυβόμια τὰ καθάρματα τῶν νεκρῶν, quae, modo vitio careant, intelligo lustrationes placandorum manium causa factas, subjicit, ἃ δὴ καὶ Ἑκαταῖα λέγονται· nec secus apud *Harpocr.* in eadem v. *Didymus*; qui locus nonnihil intricatus mutato verborum ordine multo fiet planior; τὰ ἐν ταῖς τριόδοις, φησὶν, ὅπερ τὰ καθάρσια ἔφερον, ἃ τινες Ἑκαταῖα, ὀξυβόμια καλοῦσι· nam *Hesychius* etiam, Ἑκάταια, τὰ πρὸ τῶν θυρῶν Ἑκάτης ἀγάλματα· τινὲς δὲ τὰ ἐν τριόδοις. Ἑκαταῖον autem non solum purgamentum, sed & Ἑκάταιον Hecates signum aut statua, itidemque Ἑκατήσιον & Ἑκατεῖον, de qua diversa scribendi forma notat *Schol.* Aristoph. ad Vesp. v. 800. Jam porro idemne, quod τὰ Ἑκαταῖα, fuerit Ἑκάτης δεῖπνον, an aliud ac separatum, in controversiam venire potest. Sub initium cujusque mensis Hecatae coenam a ditioribus instructam, propositamque fuisse in triviis, ut ab infimae sortis hominibus diriperetur, dilucide non magis *Schol. Aristoph.* ad Pl. v. 594. quam ipse Comicus eo in loco testatur: hoc tamen non dubito quin factum fuerit lustrata domo; quam religionem singulis fere mensibus, velut intervallo temporis legitimo, qui quidem erant paulo superstitiosiores, obire consueverant: ea re *Theophrastus* quoque in descriptione δεισιδαίμονος adnumerat πρὸς τοὺς Ὀρφεοτελεστὰς κατὰ μῆνα πορεύεσθαι. Praeterea τριοδῖτις fuerunt Hecatae, Diis inferis & manibus, qui tum propitiabantur, sacrae: Append. Prov. Vatic. C. IV. n. 16. cujus loci comparatio persuadebit, opinor, feliciter nos exemisse difficile mendum *Harpocrationi* in Τριακάς, τοῖς τὴν ἐλευθερίαν ἡγουμένοις τὴν τριακάδα ἡμέραν, ἀφ' ἧς τὸν Ἑκάτην, pro eo, quod inepte

mpleta lupinis multis pera veniat, & si quam repererit in trivio Hecates cœnam jacentem, aut ovum lustrale, aut tale quiddam.

2. POL. At ista renunciabo, Diogenes: ut autem noverim accuratissime, qua-

ηον ἢ πήραν ἔχειν ῥίμμων τε πολλῶν, ἢ ὃτι τυγχάνει ἐν τῇ τριόδῳ Ἑκάτης δεῖπνον κείμενον, ἢ ὠὸν ἢ καθαρσίου, ἤ τι τοιοῦτο.

ΠΟΛ. Ἀλλ' [a] ἀπαγγελῶ ταῦτα, ὦ Διόγενες· ὅπως δὲ εἰδῶ μάλιστα, ὁποῖός τίς ἐστι

[a] Ἀπαγγελῶ] *sic. B2.* vitiose.

20. Ἑκάτης δεῖπνον] Τῇ Ἑκάτῃ δεῖπνα ἐτίθετο ὑπὸ τῶν παλαιῶν ἐπὶ τῶν τριόδων, καθάρσια * τυχὸν τῶν ζώντων. τινὲς δὲ ἀμφὶ Ε ἀναστασεύσεα. Τῷ μὲν ἐν λόγῳ τῇ δαίμονι ταῦτα † ἀνέτο, ἔργῳ δὲ τῶν ἀπορύντων αὐ ‡ ἐπιφέρειν. τί γὰρ ἂν Ε δαίμονι ἐκ τούτων ἐτιτύσκετο; Ἐπεὶ τοίνυν ἀπὸ τῶν δεῖπνων τούτων Μένιππον ἀμὰ φαγὼν ἀὰ § τέθνηκεν ἀπατήσας τούτω, ἀξιοκμισθῆ αὐτόν. *V.*

* Τυχὸν] Placuit ex C. M. adnotatum a *M. du S.* ante fuit vadium τυχεῖν. *T. H.*

† Ἀνέτο] C. M. *ἀνῆτο. V. ἀνέτω.* *M. du S.*

Insciția formationis Grammaticae, qua sæpe labuntur, quos minime oportebat, peperit absurdam illam E. A. lectionem. Merito probavit scripturam C. M. *Mos. du Soul.* *T. H.*

‡ Ἀπορίας] Ἐπορίαν *V.* & mox, τί γὰρ ἐκ. . . ἐτίθεντο. *M. du S.*

§ Τέθνηκεν ἀπατήσας τούτων] C. abb. *ἀπατήσας ἐτελεύτα. V. ἀπατηθεὶς τέτο.* Fallitur Schol. non enim interfecit Menippum horum ciborum eruditas; sed his vescebatur vulgo. Mortuus est autem, ut videbis nota ad B. *ep.* c. 10. *M. du S.*

Prius elegit, quod reponeret *M. du S.* Ego nullam esse rationem censui, cur negligerem *V.* lectionem minima mutatione adjutam: *τέτῳ, eo quod eos crudo vorasset.* *T. H.*

te vulgatur ἀφ' Ἑκάτου. *Athenæus* autem diserte VII. p. 325. A. ἐκ ταῖς τριακάσι δὲ αὐτῇ (Ἑκάτῃ) δεῖπνον φέρουσι. Videntur ergo a lustratione aedium non purgamenta solum in trivia fuisse deportata, sed adjectum insuper aliud aliquid ciborum, quod inopem turbam juvaret. Alioquin ex *Plutarcho* Ἑκάτης δεῖπνον de lustraminibus ipsis foras projectis dici manifestum est T. II. p. 290. D. canis χθονίᾳ δεῖπνον Ἑκάτῃ περιτίθησι τῇ τριόδους ἀποτροπαίων Ε καθαρσίων ἐπίσχει μοῖραν idcirco canes Ἑκάτης ἀγάλματα τὰς κύνας, inquit *Hesychius*, ἔτω φασὶ ἀφ' τὸ ἐκφέρειν Ἑκάτῃ κόπις similique modo in Ἄγαλμα Ἑκάτης. Quamvis *Eustathius* ad Od. Γ. p. 1467. scribat, Ἑκάτης ἀγάλματα, αἱ κύνες· τινὲς δέ φασι, θύσται, idque verum sit, accuratior tamen in *Hesychio* & propria loquendi formula ἐκφέρειν, *peractis lustrandi cerimoniis efferri, inque triviis abjici: Plutarch.* Quæst. Rom. p. 280. B. ἐκ τῇ Ἑκάτῃ σκυλάκια μετὰ τῶν ἄλλων καθαρσίων ἐκφέρουσι· ut enim sacra fuerunt σὺν ἐκφορᾷ, quorum nullam partem domo exire fas erat, teste, ne alios hic appellem, *Aristoph. Schol.* ad Plut. v. 1139. sic contra δεῖπνον illud Ἑκάτης totum foras exportandum, ut nihil inde, qui ferebant, praeter nidorem caperent: *Plutarch.* Symp. VII. c. 6. p. 708. F. ὥστε πάσχειν τοὺς δυσκίνητας, ἃ πάσχουσιν οἱ τῇ Ἑκάτῃ Ε τοῖς ἀποτροπαίοις ἐκφέρουσι τὰ δεῖπνα, μὴ γεύσασθαι αὐτοὺς μηδὲ τοὺς οἴκοι, πλὴν κατοῦ Ε θορύβου μετασχόντας. *Aristophanis* est δεῖπνον κατὰ μῆνα προπέμπειν, vel, quemadmodum melius habet *Suidas*, κατὰ μῆν' ἀποπέμπειν. Huc pertinere mihi visa sunt, quae *Pollux* servavit VI, 83. X, 81. *Sophoclis* verba, sive legas, Τὰς Ἑκατείους μαγίδας δόρπων, seu malis, quod nunc alteri praeponendum censeo, Τὰς Ἑκατείας μαγίδος δόρπον, *Hecataeae mensae coena.* Junguntur a *Luciano* ὠὰ ὸν καθαρσίων, quorum usus scilicet in expiando familiarissimus: neque adeo mirum est, de

triviis pro cibo tolli consuevisse, quandoquidem in lustratione confringi non solebant, sed integra εἰς τὰς τριόδους ἐκφέρουσι, ut clare colligere licet ex *Clem. Alex.* VII. p. 713. B. ὁρᾶν γοῦν ἔστι τὰ ἀπ' οἴκου τῶν ἀφεικαθαρθέντων, εἰ ἔκλυθείη, ζωογονήματα· ὧν ἂν δὲ τῦτο ἐγένετο, εἰ ἀνελάμβανον τὰ τῆ ἀφεικαθαρθέντος κακά. Propter eandem rationem haec fercula non aversabantur nec Cynici, anilium fabellarum irrisores, nec quos paupertas superstitionem dedocuerat. *T. H.*

21. Ὧν ὸν καθαρσίου] Καθάρσιον Graecis videtur purificatio quaedam dici. Morem quippe Atheniis fuisse produnt conciones expurgandi atque theatra, & omnino quemlibet populi conventum. Id vero minutis fiebat porcellis, quos nominabant καθάρσια. Ejusmodi obibant munus, qui dicebantur a collustratione Peristiarchi. Ova lustrationibus apta monstrat *Juvenalis* illud VI, 516. — *nisi se centum lustraverit ovis:* sed & in Arte II, 329. *Ovidius* ova haec lustralia indicat illis versibus: *Et veniat, quae lustret anus lectumque locumque, Praeferat & tremula sulphur & ova manu.* Sed nil tam necessarium quam sulphur. *Homer.* Od. X, 481. Οἶσι θέσιν, γηρὺ, καπνῶ ἄκρον. *Plinius* XXXV. c. 15. *Habet & in religionibus locum* sulphur *ad expiandas suffitus domos.* *G. C.*

Ὧν ὸν καθαρσίου] De ovis lustratoriis dico alibi: καθάρσια. ὅθεν ἦν Ἀθήνησι καθάρσιον ἐκκλησίαν, ἐν τῷ θέατρα, ἐν ὅλαις τὰς τῦ δήμου συνόδους μικροῖς πάνυ χοιρίδιοις, ἅπερ ἀνόμαζον καθάρσια. *Suid. Scholiast. Aristoph. Caelius* c. 20. lib. 3. *Hesych.* verbo κάθαρμα. τῦτο δ' ἐποίουν οἱ λεγόμενοι περιστιάρχοι, ἀνομασθέντες ἔτως ἢ ἀπὸ τῆ περιστίχειν, ἢ ἀπὸ τῆ ἱστίας. *Suid. Hesych.* Ut manu tangit originationem. Ex his Peristiarchis καθάρσια dicta περίστια. *Scholiast. Aristoph.* ad Concion. tangit alibi *Lucian.* *J. B.*

ἐστι τὴν ὄψιν; ΔΙΟ. γέρων, φαλακρὸς, τρι-
βώνιον ἔχων πολύθυρον, ἅπαντι ἀνέμῳ ἀνα-
πεπλαμμένον, καὶ ταῖς ἐπιπτυχαῖς τῶν ῥακίων
ποικίλον· γελᾷ δ' ἀεὶ, καὶ τὰπολλὰ τοὺς
ἀλαζόνας τούτους φιλοσόφους ἐπισκώπτει.
ΠΟΛ. ῥᾴδιον εὑρεῖν ἀπό γε τούτων. ΔΙΟ.
βούλει καὶ πρὸς αὐτοὺς ἐκείνους ἐντείλωμαί τι
τοὺς φιλοσόφους; ΠΟΛ. λέγε· ἐμὲ βαρὺ μὲν
οὐδὲ τοῦτο. ΔΙΟ. τὸ μὲν ὅλον, παύσασθαι αὐ-
τοὺς παρεγγύα ληροῦσι, καὶ περὶ τῶν ὅλων ἐρί-
ζουσι, καὶ κέρατα φύουσιν ἀλλήλοις, καὶ κροκο-
δείλους ποιοῦσι, καὶ τοιαῦτα ἄπορα ἐρωτᾶν δι-
δάσκουσι τοὺς νέους. ΠΟΛ. ἀλλ' ἐμὲ ἀμαθῆ καὶ
ἀπαίδευτον εἶναι φήσουσι, καλήγορόντα τῶν σο-

lis est facie? DIO. Senex, calvus, pal-
lium habens multifore, omni vento aper-
tum, & adplicatis pannorum adsumentis
varium: ridet autem semper, & ut plurimum illos arroganter mendaces philosophos illudit. POL. Facile est eum invenire ab istis quidem indiciis. DIO. Vinne vero, ad ipsos illos mandem quiddam philosophos? POL. Licet: neque hoc quidem grave mihi fuerit. DIO. Ergo in summa serio ipsis denuncia, ut desinant nugari, de rebus universis rixari, cornua generare sibi mutuo, & ejusmodi perplexas interrogatiunculas docere juvenes. POL. Sed me indoctum & disciplinæ expertem esse dicent, qui audeam incusare sapientiam eorum.

25. Τριβώνιον ἔχων πολύθυρον] Utitur hoc loco *Oct. Ferrar.* de R. V. P. II. lib. IV. c. 14. & *J. Pricaeus* ad *Apul.* Metam. I. p. 4. ubi, *scissili palliastro semiamictus.* Tale τριβώνιον erat Carionis in *Aristoph.* Plut. v. 715. qui quum se vidisse narraret, quae ab AEsculapio gererentur, *Atqui, scelus,* inquit hera, *quomodo potuisti, qui te palliolo dixeris involutum:* tum Carion: Λέγω τὸ τριβώνιον. Ὀπὰς γὰρ εἶχεν οὐκ ἀλίγας, μᾶν τὴν Δία. *Schol.* Ὀπὰς δὲ τὰς τρώγλας· commode; nam in Apophthegm. *Macarii* τριχάριον λινοῦν τριγλωτὸν est *stichharium lineum ac lacerum:* qualia, quae Telepho mendicanti dederat Euripides, ῥάκη διόπλα καὶ κάτοπλα πανταχῆ in Acharn. v. 434. id est, ut Schol. ait, πολύτρυπα. *T. H.*

27. Ἐπιπτυχαῖς τῶν ῥακίων] Dico ad *Heliodor.* lib. 6. *J. B.*

29. Ταπολλά] *L. Bos* de Ell. Gr. p. 142. Interprete castigato, qui τὰ πολλὰ reddiderit *plerumque*, hanc versionem expressit: *ac philosophos illos arrogantes multa perstringit.* Verum dixisset, si legeretur in *Luciano* πολλὰ ἐπισκώπτει· ut πολλὰ λοιδορίας, καταῤῥῶσθαι· nunc nullam Interpres notam commeruit: idem est τὰ πολλὰ, quod ὡς ἐπιπολὺ, ὡς ἐπίπολὺ, quibus utitur *Schol. Thucydidis* ad illud explicandum. Saepe *Noster*: περὶ τὴν Ἀσίαν ἔχει τὰ πολλὰ· τὰ πολλὰ πειρατεύομεν· ληρεῖ τὰ πολλὰ· γελῶν τὰ πολλὰ· ἥρπα ἐπιπλεγμένον γε τὰ πολλὰ· non aliter capiendum in Nigr. p. 32. v. 22. vel invito Clariss. *L. Bos. T. H.*

35. Κέρατα] Per κέρατα captiosos syllogismos ad hunc modum conflatos intelligit Chrysippus: εἴ τι ἐκ ἀπέβαλες, τοῦτ' ἔχεις· κέρατα δ' οὐκ ἀπέβαλες· κέρατα ἄρα ἔχεις. *Quod non perdidisti, habes: Cornua non perdidisti: Cornua ergo habes.* *G. C.*

Κέρατα φύουσιν] Διὰ τῶν κερατίνων λόγων, καὶ τῶν κροκοδιλιστῶν. De quibus in Vitar. auct. *J. B.*

Κέρατα] *Ceratina & Crocodilina quaestiones & ambiguitates: Quintil.* I. *A. V.*

Κέρατα φ.] Philosophos omnes, praesertim Stoicos, hic carpit, quibus sophisticatio illa in ore frequens; *Quod non amisisti, habes: Cornua non amisisti: Ergo Cornua habes.* Vide Ἑρμ. c. 81. Unde primus, ni fallor, conjicio factum, ut postea *cornua maritis fierent* ab adulteris uxoribus diceretur; quod Artemidori jam aetate in proverbium abiisse observavit Vir eruditissimus & Amplissimus *Ez. Spanhem.* Diss. VII. p. 402. quem vide. Locus autem *Artemidori* quem laudat, extat in *Oneirocrit.* l. II. c. 11. Ὅτι ἡ γυνὴ σου πορνεύσει, καὶ ΤΟ ΛΕΓΟΜΕΝΟΝ, ΚΕΡΑΤΑ αὐτῷ ΠΟΙΗΣΕΙ. Haeret etiam hic Cl. *Menagius* in Lex. Etym. v. *Cornu.* Vetus haec Sophisticatio. *Diog. Laert.* p. 147. A. De phrasi confer Ἑρμ. c. 81. Ἁλ. c. 11. & Ἐκκλ. c. 10. B. πρ. c. 22. *M. du S.*

Ibid. Κροκοδίλους] Κροκόδιλος sophisma ex fabula mulieris AEgyptiae hujusmodi nomen habet, cujus mentionem facit *Lucianus* in Vitarum Auctione sub finem. *Quintilianus* lib. I. c. 10. *ceratinas* & *crocodilinas ambiguitates* appellat. Fabulam crocodili tractavimus in nostris Narrationibus lib. I. *G. C.*

Κροκοδ.] Respicit hic aliud argumentandi genus, quod a Crocodilo nomen habet. *Crocodilus*, inquiebant, *raptum puerum redditurum se spondet verum respondenti: statimque rogat, redditurusne sit puerum, an non.* Haec & ejusmodi ἄπορα Philosophis illa aetate, juventutis exercendae causa, aut quo illiteratos homines illaquearent, proponere solemne erat. V. Ἑρμ. c. 81. & β. πρ. c. 22. *Diog. Laert.* p. 60. & *Aldobr.* Not. p. 88. Idem *Diogenes* plura ejusmodi ἀπόρους λόγους nominat 174. E. 183. F. *M. du S.*

36. Ἐρωτᾶν διδάσκ. τοὺς νέους] Venerat olim in mentem ἐρώτων, dictio scilicet consentanea τῷ νῷ, cui parum accurate jungitur ἐρωτᾶν. Verum minime repudiandum est ἐρωτᾶν, de philosophorum mutuis interrogationum laqueis, quibus sese invicem irretire conabantur, verbum paene proprium: nam & Noster ἐρωτήσεις ἀπόρους, καὶ λόγους ἀκανθώδεις, καὶ ἐνοίας πολυπλόκους commemorat D. M. X. & *Plato* simili structura,

Πλάσ-

rum. DIO. Tum tu plorare illos a me jube. POL. Et hæc ipſa, Diogenes, referam.

3. DIO. Divitibus autem, ſuaviſſime Pollucule, nuncia iſthæc a nobis. Quid, o vani, aurum cuſtoditis? quid autem vosmet ipſi cruciatis, rationem ineuntes uſurarum, & talenta ſuper talentis componentes, quos oportet uno obolo inſtructos huc venire paulo poſt? POL. Et illa dicentur ad eos. DIO. Imo etiam formoſulis illis ac robuſtis dicito, Megillo Corinthio & Damoxeno luctatori, apud nos nec flavam comam, nec grate torvos & nigricantes oculos, nec florem in facie amplius

φίας αὐτῷ. ΔΙΟ. σὺ δὲ οἰμώζειν αὐτοὺς ἐμὲ λέγε. ΠΟΛ. καὶ ταῦτα, ὦ Διόγενες, ἀπαγγελῶ.

ΔΙΟ. Τοῖς πλουσίοις δὲ, ὦ φίλτατε Πολυδεύκιον, ἀπάγγελε ταῦτα παρ' ἡμῶν· τί, ὦ μάταιοι, τὸ χρυσὸν φυλάττεσθε; τί δὲ στιμωρεῖσθε ἑαυτοὺς λογιζόμενοι τοὺς τόκους, καὶ τάλαντα ὅπου ταλάντοις συντιθέντες, οὓς χρὴ μετ' ὀβολὸν ἔχοντας ἥκειν μετ' ὀλίγον; ΠΟΛ. εἰρήσεται καὶ ταῦτα πρὸς ἐκείνους. ΔΙΟ. ἀλλὰ καὶ τοῖς καλοῖς γε καὶ ἰσχυροῖς λέγε, Μεγίλλῳ τε τῷ Κορινθίῳ, καὶ Δαμοξένῳ τῷ παλαιστῇ, ὅτι παρ' ἡμῖν οὔτε ἡ ξανθὴ κόμη, οὔτε τὰ χαροπὰ, [a] ἢ μέλανα ὄμματα, ἢ ἐρύθημα

a Ἢ] εἰσι. P. In enotando erratum ſuſpicor, & hoc pertinere ad φασὶ, quod paulo poſt ſequitur.

47. Ἕνα ὀβολὸν ἔχοντας ἥκειν] Ἐτίθεσαν γὰρ Ἕλληνες εἰς τὰ στόματα τῶν τεθνηκότων ὀβολὸν, τὸ ναῦλον δῆθεν τῷ Χαρώνι. V.

Πάντα τοιαῦτα ἡμεῖς ἐρωτήσεων ἄφυλα, in Euthyd. p. 193. C. Eadem ratione dicitur ἐρωτᾶν λόγους, primum, *captioſas interrogationes nectere*, ex quibus conceſſis concluſiunculae deducantur; deinde, *argumentari*: *Diogen. L.* VI, 69. 71. de Cane cognomine: τοιούτους τινὰς ἠρώτα λόγους. *Sext. Empir.* P. H. I. §. 20. ἔστι δὲ ὁ ἄττικιστὶ κατὰ τὸ φαινομένων ἐρωτᾶσθαι λόγους· ad quae *Stephanus*, ut ſaepe ſolet, tricatur: paulo melius *Creſoll.* Th. Rhet. II. c. 6. Igitur, quum retineri conveniat ἐρωτᾶν, nihil eſt magis appoſitum, imo nihil certius, quam *Gayeti* conjectura, τοὺς νέους· nam revera juvenum ingenia tales interrogatiunculas anguſtas ac fallaces docendo corrumpebant. *T. H.*

37. Τὸν νοῦν] Τοὺς νέους ſcribe. *F. G.*

Τὸν νοῦν] *Vorſtius* τοὺς νέους. *Menagius* τὸν νέον, malunt. In libris nihil eſt ſubſidii. Sed ecce *Baſilium* Ep. I. ſic fere etiam loquentem, καὶ αἱ νῦκτες τὰς μιθημερινὰς φροντίδας ἀφαλεῦσαι τὸ ταῖς αὐταῖς φαντασίαις ἐξαπατᾶσι τὸν νοῦν. Vide tamen Dialogum ultimum, ubi poſtrema verba ſunt: ὅρα δὲ μὴ καὶ τοὺς ἄλλους νεκροὺς ἐρωτᾶν τὰ ὅμοια διδάξῃς. *M. du S.*

39. Οἰμώζειν] Ita Graecos loqui ſolitos, ut plorare juberent eos, quos a ſe contumelioſe dimitterent, notum eſt. Hac etiam voce uſus eſt in Tragopodagra, & in ſequenti dialogo contra Menippum bis, pluribusque aliis locis. *Horat.* II. Sat. V, 69. — *invenierque Nil ſibi legatum praeter plorare* — Idem in extrema Satyra lib. I. v. 91. — *Demetri, teque, Tigelli, Diſcipulorum inter jubeo plorare cathedras.* *Cicero* in Ep. ad Quint. Fratr. ἀλλ' οἰμωζέτω· *nos modo valeamus.* *G. C.*

Οἰμώζειν] Τὸ εἶδος Ἀττικὸν ἀρχαίων τε συνθέσεως. leg. *Scholiaſt. Ariſtoph.* ad illud Ἵππ. v. 431. κλάειν σε μᾶλλα κλαύσει. Dicto in uſu frequentiſſimo apud *Lucian.* *J. B.*

47. Ἕνα ὀβολὸν] Atqui alii teſtantur mortuis duos obolos viatici loco dari ſolitos fuiſſe. Vide *Suid.* v. ὀβολοῦ, & v. φεῦ. *L. K.*

49. Μεγίλλῳ] *Horat. Dicat Opuntiae frater Megillae.* *F. G.*

Μεγίλλῳ τε τῷ Κορ.] Vide *Plat. de Leg.* III. *Noſter* de eodem καθαπλ. c. 22. *M. du S.*

50. Δαμοξένῳ τῷ παλαιστῇ] Damoxenum Syracuſanum, ſed pugilem, novit *Pauſan.* VIII. p. 682. quamvis fortitudine virium excellens Nemeis ludis certaverit, atque adeo nihil obſtet, quominus vicinae Corinthi potuerit morari, haud tamen adfirmavero eumdem eſſe, quem memorat *Lucianus.* Tzetzes Chil. II. v. 602. Τῷ Δαμαξένου παλαιστῇ Λουκιανὸς ὁ Σόφος Μίμνηται· λέγων ἄριστον σὺ παλαισταῖς τυγχάνειν, Οὐδὲν ἧττον τῷ Μίλωνι, καὶ παλαιστῶν τῶν ἄλλων. Prave Δαμαξένου pejus *Damaxenis* Interpres: extra hunc locum alibi nusquam apud *Noſtrum*, ſi recte memini, occurrit Damoxenus. *T. H.*

52. Χαροπὰ] Χαίοντα, ξανθὰ, γλαυκὰ, ἀφεγγῆ. *Heſych.* φοβερὰ ſimpliciter interpretatur *Schol. Ariſtoph.* male. *J. B.*

Ibid. Ἢ μέλανα ὄμματα] Dixi ad *Petron.* *J. B.*

Ibid. Ἢ ἐρύθημα] Ἐρύθημα, βάμμια κόκκινον ἢ πυῤῥὸν ἢ μίλαν. ἐρύθημα, ἢ ῥίζα ἡ λεγομένη ἐρυθρόδανον. *Heſych.* verbo Ἐρυθαίνει, a quo *Suid.* qui adjungit: ἡ ῥοδάνη, ἧς ἡ ῥίζα ἐρυθρὰ, ᾗ ἐρυθραίνουσι τὰ πρόσωπα αἱ γυναῖκες, ἄγχουσα λέγεται. Sed Erythrodanum ab Anchuſa diſtinguunt *Plin. Ruell Fuſch.* Erythrodanum Rubiam Latinis, Gallis *Garenſe*, in uſu eſſe fucandis foeminis non alibi legi; Anchuſa utuntur maxime, quam *orchanete* vocant Galli. Iſta ſpecie non colore differunt, ut alibi docendum erit. *J. B.*

μα ὅλως ἔχει προσώπου ὅτι ἔστιν, ἢ νεῦρα ἔντονα, ἢ ὦμοι καρτεροί· ἀλλὰ πάντα μία ἡμῖν κόνις, [a] φασὶ, κρανία γυμνὰ τῶν κάλλους. ΠΟΛ. εἰ χαλεπὸν οὐδὲ ταῦτα εἰπεῖν πρὸς τοὺς καλοὺς καὶ ἰσχυρούς.

adesse, aut nervos intentos, humerosve validos; sed omnia, quod ajunt, una Myconus, crania nuda pulcritudine. POL. Ne ista quidem molestum erit exponere apud pulcros & robustos.

ΔΙΟ. Καὶ τοῖς πένησιν, ὦ Λάκων, (πολλοὶ δ' εἰσὶ, καὶ ἀχθόμενοι τῷ πράγματι, καὶ οἰκτείροντες τὴν ἀπορίαν) λέγε μήτε δακρύειν, μήτ' οἰμώζειν, διηγησάμενον τὰ ἐνταῦθα ἰσόμοιρα· καὶ ὅτι ὄψονται τοὺς ἐκεῖ

4. DIO. Porro pauperibus, o Lacon; nam sunt sane multi, & graviter ferentes illam rem, miserequeque deplorantes inopiam, dic, ne lacrimas neque ejulatum edant, enarrata, quæ hic obtinet, conditionum æqualitate; idque etiam eos esse visuros, qui

[a] φασὶ] εἰσὶ L.

54. *Μία ἡμῖν κόνις*] Alludit ad defunctorum cineres, inter quos nihil apparet discriminis. *G.C.*

Πάντα μία ἡμῖν κόνις, φασί] Ubi sermo fit de mortuis, quorum corpora vel rogo tradita in cinerem, vel naturae lege soluta in pulverem rediguntur, frequenter adhiberi solet *κόνις*: apud *Nostrum* D.M.XVI. Herculis σῶμα εἰ Οἴτης κόνις ἤδη γενόμενον & XX. qui locus valde videri potest opportunus ad hunc fulciendum; Homeri τὸ ῥαψῳδῶν τὰ κεφάλαια χαμαὶ ἐρρίπτησε καὶ ἄμορφα, κόνις πάντα ἐν λήρῳ πολύς. *Aristid.* T. I. p. 138. B. κεφαλὴ δὲ ἡ πρότερον χαμαιστὰς, νῦν ἐν κόνει ejus generis ex Anthologia sola proferri possent plurima. Nihil ergo videtur dubitandum, quin ad res inferorum accuratissime pertineat hoc dictum, & a vitii suspicione vel minima procul absit. *Erasmus* sane, non raro proverbiorum, quae veteribus ignota fuerant, architectus, hoc emblemate Chiliadas suas instruxit, *Omnia idem pulvis*; nullo tamen praeter *Lucianum* alio fidejussore dato: nec minus in Stromateo Magnus *Scaliger*, *Πάντα μία κόνις ἐσί*. At si, quibus incommodis haec verba premantur, consideratius examinaris, alia longe facies apparebit, multoque deformior, quam ut elegantiae Lucianeae respondeat. Primum *φασὶ* notum proverbium communique usu receptum demonstrat; cujus quis dixerit ullum inveniri vestigium in *Πάντα μία ἡμῶν κόνις*; non juvat illud incerti poetae Anthol. I. c. XIII. Ep. 14. *Πάντα γέλως, καὶ πάντα κόνις, καὶ πάντα τὸ μηδὲν*, nisi quis simul eundem in censum referenda putet *Πάντα γέλως*, & *Πάντα τὸ μηδὲν*, quae ut proverbialem formam induere posse concedam, proverbia tamen esse vehementer nego: quod autem pro *φασὶ* ex C. Long. profertur *εἰσὶ*, nihil esse aliud arbitror, quam conjecturam sentientis, vulgatae lectioni nequaquam convenire *φασί*. Deinde quorsum illud *ἡμῖν* tam inepte interjectum? quod si quis objiciat familiarem ejusmodi dativorum, qui ornandae orationi serviant, usum, atque etiam exemplorum copia pugnet, humaniter, quaeso, ferat, nihil eum nos morari. Addam, quod an aliis sim facile persuasurus, haud scio, mihi non videri inter se congruere copulata *μία κόνις*· satis erat, *κόνις πάντα*· quam autem longe dissentiant, neque in idem hoc orationis membrum coire possint *μία κόνις*, & *κρανία γυμνὰ τῶν κάλλους*, nemo erit attentior paulo, quin statim animadvertat. Nunc si difficultates eas simul omnes levem, vetusque adagium huic loco percommodum mutatione facillima reducam, nonnullam certe a *Luciano*, ejusque venustatis studiosis gratiam inibo. Scribendum itaque, *πάντα μία Μύκονος*, *φασὶ*, *κρανία γυμνὰ τῶν κάλλους*, in quibus nihil est, quod ullam in partem offendat. Proverbii potestas explorata complectitur eas res, quae diversi generis atque ordinis sine ullo discrimine eundem in locum & conditionem coguntur: *Plutarch.* Symp. I. p. 616. B. περὶ δὲ τὰς παλαικλίσεις παρόψεται τὰς ἀξιφορὰς, εὐθὺς ἐν ἀρχῇ τὴν λεγομένην μίαν Μύκονον ἀποφήνας τὸ συμπόσιον quum scilicet promiscue convivae nullo dignitatis servato gradu ad mensam accumbere jubentur. Similiter *Clemens* posuit in re multum dissita Str. I. p. 355. C. ἡ γὰρ δὴ μία Μύκονος (ita scriptum est per ω, ut aliis in locis saepenumero) ἡ πᾶσα πρὸς νόησιν γραφή. Eruditissimi Patrum mens est talis, Sacrarum literarum explicationem & sensus non omnibus esse pari modo accommodatos, velut aliquem confusae mixturae cinnum; sed alios Christianis infantibus & lacte sustentandis, alios convenire viris ac robustiore cibo firmatis; quare hominis esse perfecti τὰ τοιαῦτα ἀφικρίνειν τι καὶ ἐκλέγειν, quod pro vulgato λέγειν reponendum duco. *Themistius* Or. XXI. p. 250. C. ἀκούστε ἐν τῷ νομοθέτου διαριζομένου τὰ μαθήματα (*Platonis*, cujus verba protulerat) ὧν ἐμοὶς χρεὼν εἶναι τοὺς φιλοσόφους, καὶ μὴ ξυγχωροῦντος συγχεῖν μηδὲ ξυμφύρειν ἅπαντα ὥσπερ εἰς Μύκονον μίαν non poterat clarius exhiberi paroemiae nativa virtus, quam sane non percepit *Pierius* ad *Virgil.* AEn. III, 76. De origine multum abest, ut res aeque sit comperta: nam aliud *Zenobius* tradit C. V. n. 17. ubi quae *Schottus* notat ab *Erasmo* jamdudum fuerant occupata in *Omnia sub unam Myconum*; aliud *Stephanus* in Μύκονος, vel potius, quem descripsit, *Strabo* X. p. 746. A. ejus in verbis, quae profecto non sunt satis explanata, ἐπὶ τὸ ὑπὸ μίαν γραφὴν ἀγόντων τὰ διηρημένα τῇ φύσει, praeferam ex Codd. antiquis ἐπιγραφὴν, ut dicere volucrit, *sub unam inscriptionem*, seu *titulum*, quae

qui iſtic in vita ſunt divites, nihilo meliores ſe. Et Lacedæmoniis tuis iſta, ſi videtur, meo nomine exprobra, dicitoque moribus ſolutis eos a priſtina ſeveritate deſciviſſe. POL. Cave, Diogenes, de Lacedæmoniis quicquam dixeris; equidem non patiar: quæ vero ad alios mandaſti, renunciabo. DIO. Mittamus iſtos, quoniam ita tibi videtur: at tu, quibus ante dixi, perfer mandata mea.

πλεονέκτας ἢ ἐμείνους αὐτούς. ἀλλὰ Λακεδαιμονίοις δὲ τοῖς σοῖς ταῦτα, εἰ δοκεῖ, παρ' ἐμοῦ ὀνείδιζε, λέγων ὅτι διεφθάρησαν ἐκ τῆς ἀρχαίας αὐτῶν σκληρότητος. ΠΟΛ. μηδέν, ὦ Διόγενες, περὶ Λακεδαιμονίων λέγε· ἃ γὰρ ἀνέξομαί γε ἐγὼ ἀκούων, ἃ δὲ πρὸς τοὺς ἄλλους ἔφησθα, ἀπαγγελῶ. ΔΙΟ. ἐάσωμεν τούτους, ἐπεὶ σοὶ δοκεῖ· σὺ δὲ οἷς προεῖπον [b] ἀπάγγελλε παρ' ἐμοῦ τοὺς λόγους.

ΠΛΟΥ-

b *Ἀπάγγελλε*] ἀπάγγελε. O. Nihil intereſt, utrum probes. Similis variatio p. 299. v. 67.

quae diſpari ſunt natura, redigere: διαγηράσκω quoque non mutavere, quanquam *Stephanus* habeat, probantibus duumviris eruditiſſimis *Caſaubono* & *Holſtenio*, διαγηράω. Sed *Euſtathio* quid fiet ad *Dionyſ.* Perieg. v. 525. qui, cujus veſtigiis tanquam certiſſimi ducis ſic inſiſtit, ut a verbis ejus latum unguem vix diſcedat, deſeruiſſe *Strabonem* videtur: ὅθεν ἐπὶ τῶν σὺν οὐ παιδόντων μιᾷ ψήφῳ, ἤγουν ἐπὶ τῶν μιᾷ δίκῃ καλαδικασθέντων λέγεται τὸ Πάντ' ἐπὶ μίαν Μόρμονα, ἤγουν, πάντα ὁμοῦ ἐπὶ μίαν βλαῦτα ἢ καλαδάκιον. Haec quidem unde ſint derivata, aut etiam derivari potuerint, ignoro, nec talem uſum in priſcis ſcriptoribus deprehendiſſe me memini: quid ergo? an, quum inveniret in *Strabone* ἐπὶ μίαν γραφὴν ἄγειν, poteſtate vocis γραφὴ forenſi deceptus ex formula loquendi perperam intellecta miſificam illam proverbii interpretationem conſtruxit? haud equidem ab hac ſuſpicione ſim alienus. Ad *Lucianum* ut redeam, is aptiſſime collocavit μίαν Μόρμονα, ut apud inferos ſignificaret nullum eſſe nec formae nec virium diſcrimen, aequatoque jure cunctos inter ſe ſimiles ac pares. Neſcio tamen, an aliquid inſuper argutius occultetur: mentionem certe fecerat ξυθῆς κόμης, quae, tametſi in vivis pars pulcritudinis praecipua, nulla poterat amplius in nudo cranio reſidere extirpatis cum omni carne capillis. Jam vero calvities popularis morbus capita Myconiorum infamabat; adeo ut communi dicto *Mycones* vocarentur calvi: notum eſt illud *Lucilii* apud *Donat.* ad *Terent.* Hec. A. III. Sc. IV. — *Myconi calva omnis juventus.* Sed hoc ſubtilius forte, quam verius. *T. H.*

55. Εἰσὶ] L. ſolus. Alii φασὶ. *M. du S.*

2. TERP. Quin illam igitur incuſo iniquae conſtitutionis: nam conveniebat hanc rem ordine quodammodo fieri, ſenior ut prius abiret, & deinceps qui aetate proximus eſſet, nullo autem pacto rationem in contrarium verti, neque in vita remanere decrepitum, cui dentes tres admodum ſint reſidui, vix videntem, ſervulis quatuor corpore curvato innixum, qui pituita naſum, gramiis oculos habeat oppletos, nihil amplius ſuave ſentiat, animatum quoddam ſepulchrum, ab adoleſcenturam vocabuli violentioris, quod commode jungatur cum διὰ μέσου τοῦ ἰλαϊδίου, invitat ipſe Pluto, qui ſcilicet jam ante dixerit, καταύσπασον ἐφιεῖς ἅπαντας, & mox καταύσπα. Non videbantur aequo animo & ſponte ſua deſcenſuri, quos tanta ſomniatae felicitatis ſpes repente deſtituerat, ſed trahi eos obtortoque collo rapi oportebat: debuit ſane Mercurius aliquando per vim aſperius protrudere renitentes, ut perquam facete Noſter, quo nemo melius res inferorum ad unguem calluit, narrat Dial. XXVII. & Κατατ. c. 9. ἕλκυσε αὐτὸν, & c. 11. σύρετ' αὐτὸν ἴσως τῇ ταφῇ. Quod autem mox τὴν ὀνειροπολικὴν πλοῦτον, id plane ſimiliter dixit ſcriptor aliquis (*Aelianum* auctorem ſtylus indicat) apud *Suidam* in Κορυττῷ· μεθ' ἡμῶν ὀνειροπολοῦντες τὴν ἐκ κλήρου διαδοχήν. *T. H.*

11. Ὥσπερ Ἰόλαος] Hic cum ad decrepitam aetatem perveniſſet, Herculis precibus juventuti reſtitutus eſt, ut *Ovidius* fabulatur Metam. IX, 398.

— *dubiaque tegens lanugine malas*
Ora reformatus primos Iolaus in annos. *G. C.*

Ἰόλαος] V. *Ovid. Met.* IX. *Heſiod. ἀσπ.* initio. & *Hygin.* 103. *Scholiaſtes* hic turpiter erravit. *M. du S.*

14. Κακοὶ κακῶς] Sic idem paſſim: *Ariſtoph.* in Plut. *Ariſtaen. Heliod.* *J. B.*

19. Πρυτάνεις] Vox *Homero* familiaris, quam hic

ἔτι; ΠΛ. δικαιόταλον μὲν ὦν, ὦ Τερψίων, εἴγε ὁ μὲ ζῇ μηδένα εὐχόμενος ἀποθανεῖν τῶν φίλων· σὺ δὲ πάντα τὸν χρόνον ἐπεβούλευες αὐτῷ, προσδοκῶν τὴν κλῆρον. TEP. ἐπὶ γὰρ ἐχρῆν γέροντα ὄντα, καὶ μηκέτι χρήσασθαι τῷ πλούτῳ αὐτὸν δυνάμενον, ἀπελθεῖν καὶ βίου, καὶ συγχωρῆσαι τοῖς νέοις; ΠΛ. καινὰ, ὦ Τερψίων, νομοθετεῖς, τὸν μηκέτι τῷ πλούτῳ χρήσασθαι δυνάμενον πρὸς ἡδονὴν ἀποθνήσκειν· τὸ δὲ ἄλλως ἡ Μοῖρα καὶ ἡ Φύσις διέταξεν.

TEP. Οὐκοῦν ταύτην αἰτιῶμαι τὴν ἀταξίαν. ἐχρῆν γὰρ τὸ πρᾶγμα ἐξῆς πως γίνεσθαι, τὸν πρεσβύτερον πρότερον, καὶ μὴ τοῦτον, ὅστις καὶ τῇ ἡλικίᾳ μετ' αὐτὸν ἀναστρέφεσθαι δὲ μηδαμῶς, μηδὲ ζῆν μὴ τὸν ὑπέργηρων, ὀδόντας τρεῖς ἔτι λοιπὸς ἔχοντα, μόγις ὁρῶντα, οἰκέταις τέτρασιν ἐπικεκυφότα, κορύζης μὲν τὸν ῥῖνα, λήμης δὲ τοὺς ὀφθαλμοὺς μεστὸν ὄντα, ἡδέως ἔτι καὶ εἰδότα, ἔμψυχόν τινα τάφον, ὑπὸ τῶν νέων

mendoſe pleraeque exhibent Edd. Sed recte eadem Συμπ. c. 35. V. Il. I. 445. *M. du S.*

40. Οἰκέταις τέτρασιν ἐπικεκυφότα] *In quatuor famulos incurvatus.* Idem Nigrino. *J. B.*

41. Κορύζης μὲν τὸν ῥῖνα, λήμης δὲ &c.] Hae vel praecipuae ſunt earum vocum, quarum uſu frequenti tam proprio quam figurato inſignis eſt *Lucianus* & notabilis: vix enim ullum alium reperias ſcriptorem, ubi toties recurrant. Multa *Stephanus* collegit Ind. Theſ. in Κόρυζα· alia *Gatakerus* ad *M. Antonin.* IX. §. 29. neutri tam ſedula fuit diligentia, ut *Luciani* penum exhaurire potuerit. Dicemus opportuniore loco. *T. H.*

43. Ἔμψυχόν τινα τάφον] Terpſion Thucritum ſenem decreptum *vivum ſepulchrum*, ſive *cadaver* appellat, qua proverbiali figura utitur *Sophocles* in Antigone. Huc pertinet etiam illud Mimi *Laberii* apud *Gellium*: *ſimilis ſepulchris nil niſi nomen retineo.* *G. C.*

Ἔμψυχόν τινα τάφον] Ex *Eraſmi* Chiliadibus deſcripta in *Vivum cadaver*: *Vivum ſepulchrum.* Pleraque *Gilb. Cognatus*, quae quidem paulo ſunt doctiora, aliis debet; quibus ſollicite demonſtrandis operam navare non eſt animus. Vultures *Gorgias* ingenii vitio tumide dixerat ἐμψύχους τάφους, damnatus propterea non ſolum, ſed irriſus etiam a ſeverioribus arbitris: vide *Longin.* περὶ Ὕψ. p. 18. & Comment. Quamvis ſublimiorem figuram, ſi commode, flexu

νέων καλαγελώμενον, ἀποθνήσκειν δὲ καλλίστους, ἢ ἐρρωμενεστάτους ναυσὶν ἄνω45 φὸ ποταμοῦ τοῦτο γε. ἢ τὸ τελευταῖον εἰδέναι ἐχρῆν, πότε ἢ τεθνήξεσθαι τῶν γερόντων ἕκαστον, ἵνα μὴ μάτην ἀνένυς ἐθε-

tibus deriſum, dum interea moriuntur formoſiſſimi robuſtiſſimique juvenes: hoc utique perinde eſt, quaſi in caput flumina recurrant. Saltem denique ſciendum erat, quando quiſque ſenum eſſet obiturus, ne fruſtra quosdam obſervarent: nunc autem quod

45. Ἄνω φὸ ποταμοῦ τοῦτό γε] Παροιμία ἐστὶ λεγομένη, ὅτι τὰ ἐναντία τῶν ὀφειλόντων γίνεται, Ἄνω ποταμοῦ χωροῦσι πηγαὶ· ὡς φὸ τὸ πηγῶν ὑδάτων ἄνω, κάτω δὲ μᾶλλον * χωροῦσι. V.

* Χωροῦσι] Supple τὰ ὕδατα. M. du S.

totius orationis adjuvante, ponatur, & ratione defendi & exemplis poſſe exiſtimem, facile tamen dedero caſtigatius uſurpaſſe *Lucianum* de *ſilicernio*, vel *ſene capulari*, qualem, quum debilitatis animi corporisque viribus ſepulcro quam vita longiore dignior eſt, non tantum τυμβογέροντα Graeci, praeſertim Comici, ſed & σορὸν & σοφόκλειν per convicium appellitare ſolent. T. H.

45. Ἄνω ποταμῶν] Ἄνω ποταμῶν χωροῦσιν αἱ πηγαί. Proverb. in ea quæ accidunt ἐναντία τῶν ὀφειλόντων. Repetit de Merced. cond. Utitur *Æſchyl. Eurip. Ariſtoph.* J. B.

Ἄνω φὸ ποταμῶν] Mutilus videri poſſit hic locus; ſed in ejusmodi proverbialibus locutionibus ſæpius invenias aliqua ſui parte truncata afferri verba. *Euripidis*, ad quos alludit, verſus ſcholium exhibet ex *Med.* 410. Proverbium, de quo fuſe Paroemiographi, & ad eos *Andreas Schottus*, *Menag.* ad *Diog. Laert.* p. 193. p. 139. E. *Heſychius* obſervat *Æſchylum* eo proverbio uſum eſſe. V. *Hemſterh.* p. 31. παροιμία δὲ τοῦτο (inquit *Scholiaſtes Euripidis* ad hunc locum) ἐπὶ τῶν εἰς τὸ ἐναντίον ἐκ παρὰ τὸ προσῆκον μεταβαλλομένων πραγμάτων. M. du S.

49. Ἡ ἅμαξα τὸ βοῦν] Leg. *Eraſm.* J. B.

Ἡ ἅμαξα τὸ βοῦν πολλάκις ἐκφέρει] *Eraſmus* prolato *Luciani* loco haec addit: *Id eſt, Nunc id evenit, quod vulgo dici ſolet, Plauſtrum ſaepenumero bovem ipſum auſert. Translata metaphora a plauſtris per declive retro labentibus, unaque ſecum bovem auferentibus.* Labitur, ut ſaepius, quam a quoquam hactenus animadverſum fuit, in adagiis explicandis, ingens patriae noſtrae decus, cujus errores magnis virtutibus compenſatos illa literarum tum primum renaſcentium rudimenta ſatis excuſant. Ἐκφέρειν ea, qua voluit, poteſtate ſumtum mihi quidem non approbabit: hic certe, ſi rectum foret, vertendum erat, *plauſtrum bovem ſaepe effert, ejusque funus ducit.* Tum neque illud ſatis commode, nec ad ingenium linguae Graecae, quod paroemiam hunc in modum integram reddat, ἡ ἅμαξα τὸ βοῦν ἐλαύνει ſequi debuerat Grammaticos praeëuntes, qui ἕλκει vel adjiciunt, vel ſupplendum eſſe monent: *Mich. Apoſtol.* C. IX. n. 66. Ἡ ἅμαξα τὸ βοῦν] Λείπει τὸ ἕλκει· ἐπὶ τῶν ἀντιπεμπόντως τι ποιούντων *Diogenian.* C. III. n. 30. nec Graeci tantum, ſed & noſtrates hoc ipſo ſimilive proverbio rerum ordinem inverſum praeposterumque ſignificare ſolent. Non alia *Luciani* mens, qui ſane nihil hic diſcrepans indicare voluit ab iſtis praecedentibus, ἀναστρέφοντας δὲ μηδαμῶς, & ἄνω φὸ ποταμῶν τοῦτό γε. Jam ſi hanc ſententiam noſtri Scriptoris, uti decet, pro explorata teneas, locum tueri nequit ſupervacuum illud, quin imo putidum, πολλάκις ἐκφέρει quis unquam iis verbis aut additis, aut ad integrandam paroemiam eſt uſus? Quocirca, ut dicam, quod res eſt, vehementer ſuſpicor, adſumentum hocce ab indole proverbii tam alienum deberi incauto lectori, qui, ubi funerum ducendorum mentionem fieri videbat, iſtiusmodi verbum nimis liberaliter adtexuit: reſecueris inutilem caudam, quanto rotundius atque ornatius exibit oratio? Νῦν δὲ τὸ τῆς παροιμίας, Ἡ ἅμαξα τὸ βοῦν. Confer initium Dial. VIII. T. H.

53. Ἐπιχαίρετε] Melius ἐπιχαίνετε. J. B.

Ἐπιχαίνετε] *Bourdelotius* recte vidit legendum eſſe ἀλλοτρίοις ἐπιχαίνετε, *alienis inhiatis*: & firmant excerpta Mſ. vulgatum ἐπιχαίρετε eſt ab hoc loco alieniſſimum. J. G. G.

Ἐπιχαίνετε] Genuina haec lectio reperitur in Mſ. Gr. P. L. & Ed. J. Uſurpat etiam *Demoſth.* p. m. 278. A. In reliquis corrupte ἐπιχαίρετε eodem vocabulo uſus eſt ſub finem *Dial. praced.* εἰ δὲ προαπίοντας αὐτῶν μάτην ἐπιχανόντες. M. du S.

Ἐπιχαίνετε] Pro vulgato ἐπιχαίρετε tam promta emendatio, ut ne *Bourdelotium* quidem effugerit: ſuam ipſe locutionem facile defendet *Lucian.* Dial. ſuperiore, μάτην ἐπιχανόντες & in Tim. ἐπικεχηνότες μόνον τοῦ χρυσίου. alterum vix Graecum; dicendum fuerat, ἀλλοτρίοις κακοῖς ἐπιχαίρετε, quemadmodum in *Jamblichi* Protr. Μόνη φὸ αὕτη ἐπιστημῶν ἐκ τυχῶν ὕτε ἐπιλανθάνεται ἀγαθοῖς ἀλλοτρίοις, ὕτε ἐπιχαίρει κακοῖς τῶν φίλων· unde peſſimum hominum genus ἐπιχαιρέκακοι ſunt dicti. Ceterum eſt ad haeredipetarum materiam ita conveniens *Libanii* locus T. I. p. 947. A. ut deſcribendi laborem ſubterfugiendum mihi non putem: Ἦν δή τις ἀνὴρ ἐν Αἰγύπτῳ φιλοχρήματος ἅτος ἐποιεῖτο φίλους, οἷς παῖδες οὐκ ἦσαν, ὅπως αὐτοῖς αὐτὸς εἴη παῖς· γενόμενος δὲ ἐξ ἀπόρου πλούσιος εἰς τὰ τῶν τελευτώντων εἰσιὼν, ἤχθετο τοῖς ἔτι ζῶσι τουτωνὶ τῶν πατέρων. Μαχαρίζοντος δὲ ποτὲ αὐτὸν ἀνδρὸς ἑτέρου τὰ αὐτὰ νοσοῦντος τῆς τύχης, δι' ἣν αὐτῷ πλοῦτος εἰς μέγας ἐκ πολλῶν ἀθροσθείη, μόγις γ', ἔφη, μὴ μακαρίου μοι καλεῖν πρὶν ἂν ἐξ ᾅδου ἀπέλθωσιν ἐκεῖνοι, ἂν εἰς τὰς ὑσίας ΕΚΕΧΗΝΕΙ. *Philo Jud.* de Decal. p. 763. ὁ φὸ τοῖς ἀλλοτρίοις ἐπικε-

χη-

quod proverbio vulgatur, Currus bovem ſæpe effert.

3. PLUT. Illa quidem, Terpſion, multo ſapientius gubernantur, quam tu putas. Quæ, malum, cauſa vos impellit, ut alienis inhietis, & orbis ſenibus vosmet adoptandos omnibus obſequiis ingeratis?

ξάπινον. νῦν δὲ τὸ τῆς παροιμίας, Ἡ ἅμαξα τὸν βοῦν πολλάκις ἐνέφερε.

ΠΛ. Ταῦτα μέν, ὦ Τερψίων, πολὺ συνετώτερα γίνεται, ἢ σοὶ δοκεῖ. καὶ ὑμεῖς δὲ τί παθόντες ἀλλοτρίοις [a] ἐπιχαίνετε, καὶ τοῖς ἀτέκνοις τῶν γερόντων εἰσποιεῖτε φέροντες αὐτούς;

a Ἐπιχαίνετε] Ita G. P. L. & F. Reliquae Edd. ἐπιχαίρετε.

T.H.

χρυσός.

54. Εἰσποιεῖτε φέροντες αὐτούς] Εἰσποιεῖν Graecis eſt, adoptandum aliquem tradere in gentem aliam ac familiam; quo pacto ſenſu parum diſtat ab ἐκποιεῖν, niſi quod illud ad familiam iit referendum, in quam quis transire jubetur, hoc ad eam, unde in alienam poteſtatem exit: hic fori Attici uſus; ſaepe tamen liberior & amplior quaedam illi verbo virtus accedit. *Iſaeus* pro Euphil. apud *Dionyſ. Halic.* T. II. p. 176. εἴπερ ξένον ὄντα τοῦτον εἰσεποιοῦμεν ἀδελφὸν ἡμῖν αὐτοῖς. *Pauſan.* IV, p. 314. Μεσσήνιοι γὰρ οὐκ εἰσποιοῦσιν Ἀριστομένει Ἡρακλεῖ παῖδα ἢ Διΐ. *Heliodor.* IX. p. 449. τῷ βασιλεύοντι παῖδας ἑαυτοὺς εἰσποιοῦσι. *Lucian.* Deor. Conc. §. 4. *Bacchus*, inquit Momus non mediocriter indignans, ὅλον φρατρίαν εἰσεποίησεν ἡμῖν, *totum gregem in noſtrum Deorum ordinem intulit atque inſeruit.* Εἰσποιήσασθαι vero non pater tantum dicitur filium adſciſcens atque adoptans, ſed & judex talem adoptionem, ſi forte venerit in controverſiam, ſententia ſua confirmans: utrumque reperire licet apud *Iſaeum* tum in Actione pro Euphileto, cujus partem conſervavit *Dionyſ. Halic.* T. II. p. 175. tum in ceteris orationibus, quae ſuperſunt, & omnes in haereditatum judiciis ac jure verſantur. Hinc intelligi poteſt, quid ſit τοῖς ἀτέκνοις τῶν γερόντων εἰσποιεῖν ἑαυτόν. Verum praeterea ſingularis eſt ſignificandi vis in participio φέρων, quam orationis partem *Budaeus* ornatus magis cauſa, quam ſignificationis poni cenſet C. L. G. p. 393. haud multum diſſentiente *Stephano* in App. p. 78. Ad *AElian.* V. H. VIII, 14. agnoſcunt παρέλκον illud Atticum *Faber* & *Kuhnius*; hic tamen, ut erat Graeci ſermonis callentiſſimus, inſuper obſervans *ſaepius ſignificare* ſua ſponte, data opera, & *ubique orationi pro rei ſubſtratae indole emphaſin addere: Perizonius*, hac quidem in eruditionis parte *Kuhnio* multum inferior, notat *abundare tali in conſtructione hoc participium, vel potius declarare impetum quendam aut certum conſilium agendi id, quod agitur.* Nihil eſt horum, quod non ſuis in locis aptam ſedem inveniat: haud raro ita collocatum offendes, ut illibato ſenſu abeſſe poſſe videatur: *Manetho*, quem ceteroquin elegantiae Graecae arbitrum non capiam V, 21. Μύθοις ἐρωτίοισι φέρων παρέθηκα γελοῖα. *Sopater* apud *Stob.* p. 312. Homero ſatis non fuit principem vocare patrem, ἀλλὰ καὶ τὸ ἥπιον φέρων ἐπέθηκε τῷ πατρί. *Demoſth.* de Pace p. 61. C. argentum, ſi in alteram librae lancem impoſueris, οἴχεται φέρων, καὶ παρέλκουσι τὸ λόγισμον ἐφ' αὑτό· niſi transpoſita legi malis, οἴχεται, καὶ παρέλκουσι φέρων quem uſum, ſed rarius, ineſſe quoque memini participiis ἄγων & ἄρας. Aliquando verbis junctum, quae vehementiorem motum continent, vim incitandi ac propellendi adjuvat: velut in iſtis, φέρουσα ἐνίεσαν *Herodot.* VIII. c. 87. φέρουσα ἐμβάλλειν, ἐνστῆσαι ἑαυτὸν, ἐκτραχηλίσαι φέρων, φέρων ἑαυτὸν ἀφῆκαν, ἔθηκεν ἑαυτὸν φέρων cujusmodi ex ſcriptore noſtro multa ſubminiſtrabit Index. Sed quam diverſa praeterea verborum genera complectatur, depromtis ex uno *AEſchine* exemplis oſtendere lubet: in Timarch. p. 25. v. 4. Ἀπαγαγὼν δὲ αὐτοὺς (ita de judicibus loquentem Demoſthenem facit) λαβὼν τὸν περὶ Τίμαρχον αἰτιῶν ἐπέστησε φέρων ἐπὶ τὸν κατήγορον· in Cteſiph. p. 65. v. 25. καὶ εἰς τοῦτο φέρων ᾠκείωσε τὰ πράγματα, ὥσ' &c. cum quo convenit illud *Libanii* T. I. p. 707. A. τοιγαροῦν εἰς τοῦτο μετέβηκα τὰ πρόγματα φέρων. p. 66. v. 25. Callias Chalcidenſis ἀδικήσας Φίλιππον κακείθεν λαβόμενος ἐπέβαλεν ἑαυτὸν φέρων Θηβαίοις· quomodo *Plutarch.* T. II. p. 4. B. plerique parentes in quodcumque inciderint pravum mancipium τούτῳ φέροντες ὑποβάλλουσι τοὺς υἱούς. P. 74. v. 6. Demoſthenes τὴν κατὰ γῆν (ἡγεμονίαν) ἄρδην φέρων ἀνέθηκε Θηβαίοις. v. 23. προσέμιξε φέρων τὸν κίνδυνον ἀπαρασκεύῳ τῇ πόλει in quorum ſane nonnullis tantundem fere valet, atque *ultro* & *dedita opera*. Sunt etiam locutiones, ubi propenſionem animi, agendique ſtudium apertius declarat: ſicut in illo *Longini* p. 198. Ὁ πᾶς αὐτοῖς (Homero, Platoni, Demoſtheni) αἰὼν & βίος φέρων ἀπέδωκε τὰ νικητήρια· & *Clementis* Strom. VII p. 727. D. qui athletarum aliquem ita fuiſſe precatum refert: Jupiter, ſi mihi cuncta ſunt diligenter ad obeundum certamen praeparata, ἀπόδος φέρων δικαίως τὴν νίκην ἐμοί. *Achill. Tat.* I. p. 25. εὐθὺς ἐχαρίσατο φέρων αὐτῷ τὸν ἵππον parum diſcedit apud *Plutarch.* T. I. p. 633. B. quum piratae τοὺς μὲν ἄλλους διέφθειρον ἡγεμόνας, Πομπήιον δὲ φέροντες αὐτοὺς μετὰ τέκνων & γυναικῶν ἐπεχείριζον· & *AElian.* H. V. VI. c. 1. Hinc jam porro ejusmodi verbis adnectitur, ut inſinuandi ſeſe applicandique ad aliquem & commendandi ſpeciem praeferat: *Maxim. Tyr.* Diſſ. XXXI. p. 315. καὶ τίνι φέροντες ἑαυτοὺς ἐπιτρέψομεν; *Plutarch.* T. I. p. 155. D. Οὕτω δὲ φέρων ὁ Περικλῆς τῷ δήμῳ προσήνεμεν ἑαυτόν. *Julian.* Or. VII. p. 231. B. Ἀλλά σοι μέν, ὦ θεῶν πάτερ, ἐμαυτὸν φέρων ἀναθήσω· frequenter autem ad eos pertinet, qui in doctorum ſe fidem ac diſciplinam tradunt: eo loquendi more delectatus *Eunapius*: de Porphyrio p. 14. προσέθετο φέρων ἑαυτὸν Plotino: p. 34. AEdeſius ὅλος ἐπιδοὺς ἑαυτὸν ἀνέθηκε φέρων εἰς τὴν ἔτι λει-

τὸς ; τοιγαροῦν γέλωτα ὀφλισκάνετε, πρὸς ἐκείνων καλοῦντόμενοι· ἡ τὸ πρᾶγμα τοῖς πολλοῖς ἥδιστον γίνε). ὅσῳ γὰρ ὑμεῖς ἐκείνες ἀποθανεῖν εὔχεσθε, τοσούτῳ ἅπασιν ἡδὺ προαποθανεῖν ὑμᾶς αὐτοῦ. καινὴν γάρ τινα ταύτην τέχνην ἐπινενοήκατε, γραῶν ἡ γεροντοδόκων ἐρῶντες· ἡ μάλιστα εἰ ἄτεκνοι εἶεν. οἱ δὲ ἔντεκνοι ὑμῖν ἀνέρασται. καίτοι πολλοὶ ἤδη τῶν

propterea merito riſum debetis ab iis doſſi ; resque illa plerisque jucundiſſima accidit : nam quantum illos obire optaris, tantum omnibus eſt gratum , ſi vos ante moriamini. Novam profecto illam artem excogitaſtis, vetularum & ſenum amorem, tum maxime , ſi prole careant ; nam quibus liberi ſunt , illi amore veſtro vacant. Quanquam multi jam eorum , qui non aman-

πομένῃ παιδιάν. p. 49. ἐπέδωκεν ἑαυτὸν φέρων τῇ χάριτι ἡ ὀδῇ· *Damaſc.* apud *Suid.* in Σιδηρᾶς· τῷ Πρόκλῳ φέρων ἑαυτὸν ἐπιδοῦναι· atque eum in modum eſt fere capiendum , quod *Porphyrius* apud Euſeb. H. E. VI. c. 19. de Origene ſcripſit ; πρὸς τὸ βάρβαρον ἐξάπαλαι τόλμημα , ᾧ δὴ φέρων αὐτόν τε ἐς τὴν εὐ τοῖς λόγοις ἕξιν ἐκαπήλευσε· quorum , quia ſummus *Valeſius* aberravit , vertendo ſenſum explanabimus : *ad barbaram Chriſtianorum & audacem diſciplinam volut in ſcopulum impactus adhaeſit , cui agglutinatus ſeque turpiter vendidit , ſuamque in philoſophiae cultu ſolertiam.* Poteramus, ſi liberet , in pluribus exemplis lapſus eruditorum hominum patefacere. Nunc quando haec poteſtas ad vultures haeredipetas tranſit, ſignificantur ſcilicet irrepere blando lenocinio , ſeſeque ingerere, ut *Petronius* ait loco percommodo c. 140. *Philumene, quae multas ſaepe haereditates officio aetatis extorſerat, tum anus & floris extincti , filium filiamque ingerebat orbis ſenibus: Cicero* pro Caecin. §. 13. *atque etiam ſe ipſe inferebat & instrudebat :* ubi neſcio quam recte aliis *ingerebat* , aut *inferebat* placuit. Saepius ita *Noſter: πρὸς Ἀπαιδ.* c. 19. *εἰ μὴ σαυτὸν φέρων ταῖς τῆ γέροντι ἐκείνου ἀληθείαις παρεισέγραψας* quae huic loco ſunt ſimillima. In Lapith. paulo aliter c. 22. (τοῖς πολὺ σοῦ πλουσιωτέροις) *ἐδὴ ποτὲ φέρων ἑαυτὸν ἐπέδωκα.* Ex his liquido apparere arbitror , quam elegans ſit & appoſita *Luciani* verborum ſententia : *Vos autem , malum ! quid eſt cauſae , cur alienis inhiatis, ac ſubdole irrepentes vos orbis ſenibus adoptandos ingeratis.* Nolim tamen ita quis exiſtimet , quaſi varietas illas ſignificandi figuras in participio φέρων ſolo reſidere cenſerem : hoc dixi , ab uno motus incitatioris capite , prout diverſis orationum formis ac verbis aliis aptatur , prodire diverſos , ſtructura diducente, poteſtatis eleganter immutatae rivulos , quorum curſum ac virtutem conſequi non licet , niſi circumſcriptione quadam utaris ad interiores ſententiae receſſus excutiendos. *T. H.*

62. Τῶν ἰρωμένων] Tacent libri ſcripti editique : quibus etiam invitis, ſi *Luciani* mentem , & inſtitutum orationis ordinem ſequaris , particula negans videbitur inſerenda , τῶ οὐκ ἰρωμένων potior eſt Codicibus ipſa ſententiae vis perpenſa: *Rem quandam & artem*, inquit, *excogitaſtis novam , vetularum ac ſenum amorem , tum quidem maxime ſi prole careant : nam quibus liberi ſunt , eos non curatis , neque amore proſequimini. Atque adeo jam multi eorum , qui non amantur , comperta veſtri amoris verſutia , etiamſi liberos habeant , odiſſe ſe tamen illos fingunt , ut & ipſi amatores nanciſcantur.* Liquet, credo , quos dixerat ἀνερώσας, οὐκ ἰρωμένους mox appellari : tum ὃς ἐ αὐτοῦ ἐρᾶσθαι ἔχοντι conſiſtere nequit , niſi legeris οὐκ ἰρωμένων. Σωιόντες an συνιόντες ſcribatur , parum refert: hoc tamen librorum in gratiam praetuli. *T. H.*

63. Συνιόντες ὑμῶν τὴν πανουργίαν] Scribendum Mſ. ſuadente, *συνιόντες ὑμῶν τὴν πανουργίαν. qui intelligunt veſtras artes* aut *aſtutiam.* *J. G. G.*

Συνιόντες] Συνίσ— G. P. & Coll. Sed vide finem Dialogi ſequentis. *M. du S.*

67. Δημοφορήσαντες] Sic legit Interpres ; ſic repoſuimus, cum male antea δημοφορήσαντες. *J. B.*

Δημοφ—.] Antiquam hanc & genuinam , ut putamus, lectionem repoſuimus. Extat autem in G. P. L. Fl. Ald. J. H. B. & Fr. Mutarunt P. S. & A. & fecerunt δημοφθ— V. N. γρ. c. 14. *M. du S.*

Δημοφορήσαντες] Haud ineptum erat , quod Interpretibus & *Bourdelotio* arriſit, δημοφορήσαντες , & probae notae verbum , *AElian.* de Anim. VIII. 11. τὸ πρόσωπον τῶ ἰρωμένου καθυφίων , ἡ δημοφορῶν αὐτῷ θηρᾶται πάμπολλα , & huic rei apprime conveniens , ut Polyſtratus oſtendit Dial. IX. σαυτῶν μοι δῶρα προσήγετο ἀπαντιχόθεν τῆς γῆς κάλλιστα. Cur tamen lectionem priſcam moveremus , cauſa fuit nulla; praeſertim quum membranae veteres nihil innovarent: δημοφορήσαντες ergo qui divitem ſpe tabularum honorifice ſemper fuerant proſecuti, & perpetuo quaſi ſatellitio ſtipaverant. Verum exemplum prodidit *Plinius* VIII. Ep. 18. Domitii Tulli, qui, *quum ſe captandum praebuiſſet , reliquit filiam haeredem , fruſtratus improbus ſpes hominum , quos ſic decipere, pro moribus temporum, prudentia eſt.* *T. H.*

70. Ἀποσμυγίντες] In cod. Mſ. εἰ δὲ ὑπερόδουσι τοὺς ὀδόντας καταγελασθέντες, *illi vero deriſi frendent dentibus*, quod multo magis mihi probatur quam , quod in editis extat , ἀποσμυγέντες , *dolore ardentes :* eſt enim valde durum , & quod vix alibi reperias , hoc verbum. *J. G. G.*

Ἀποσμυγίντες] Gloſſema eſt quod in Mſ. Gr. P. & L. legitur καλαγελασθέντες. Genuina haec quam omnes impreſſi agnoſcunt. Aliud paulo eſt quod legitur in Ἐτ. Δ. VII. σὺ δὲ ἐκεῖνο μὴ ἀπεμύκτισας , ſed eodem fere redit. Certe ἀπομύττω *emungere* eſt, (vide ἰσ. a. c. 24.) quod in utraque lingua eleganter admodum ad eos transfertur , qui cum pecuniam variis artibus ab aliquo expreſſerunt in ſinu rident , & ſibi plaudunt. Sed tum legendum foret ἀπομύγττες , niſi forte hîc figma,

amantur, intellecta veſtri amoris callidita-
te, etſi liberos habeant, illos odiſſe ſe fin-
gunt, ut & ipſi amatores nanciſcantur:
verumtamen in teſtamentis excludi ſolent,
qui jam olim ſatellitum more fuerant ſe-
ctati; liberi autem & natura, ſicuti juſtum
eſt, potiuntur omnibus: iſti vero infren-
dunt dentibus emuncti.

ἐρωμένων [a] σωιέντες ὑμῶν τ πανουργίαν τ ἔρωτος, ἢν ἢ τύχωσι παῖδας ἔχοντες, μισεῖν αὐτὸς πλάτιον), ὡς ἢ αὐτοὶ ἐραστὰς ἔχωσιν. εἶτα ἐν ταῖς διαθήκαις ἀπεκλείσθησαν μὲν οἱ πάλαι [b] δορυφορήσαντες· ὁ δὲ παῖς, ἢ ἡ φύσις, ὥσπερ ἔστι δίκαιον, κρατοῦσι πάντων· οἱ δὲ ὑποπρίουσι τοὺς ὀδόντας [70c] ἀπομυγέντες.

TEP.

[a] Σωιέντες] Ita G. C. P. ἀνύτες F. Reliquae Edd. σωύτες. [b] Δορυφορήσαντες] Δωροφορήσαντες P. S. A.
[c] Ἀπομυγέντες] Καταγελασθέντες G. P. L.

70. Ἀπομυγέντες] Καταγελασθέντες. V.

ſigma, ut in quibusdam fit, inſertum dicas. Si hæc non placet, aliam addam conjecturam: ὑποσμύχομαι uti ex *Suida* & *Heſychio* videre eſt, metaphorice *urere* eſt. Apud *Simonidem* σμύχω *de tempore* dicitur, quod omnia abſumit. *Grot.* 143. & apud *Theocrit. de Amore Flor.* 269. Vid. *Od.* Γ. 195. Δ. 672. ἐπισμυγερῶς. Si itaque levi mutatione velis ὑποσμυγέντες pro ἀπ— ſubſtituere, optime ſic etiam ſenſus ſe habebit, aut ſaltem ſatis commode. Si quis nunc, quid ſentiam, roget; dicam. Primo καταγελασθέντες merum gloſſema mihi videtur, in textum ab iis illatum qui verbum *Luciani* qualecunque tandem fuerit, ut ſibi incognitum repudiabant. Secundo, *emungendi* mihi ſenſus, quod & gloſſema admittit, perplacet; atque adeo, aut ἀπομυγέντες, ut legitur; aut, ſi per Grammaticos non liceat, ἀπομυγέντες omnino legendum putem. *M. du S.*

Ἀπομυγέντες] Pluribus in libris extat hujus vice καταγελασθέντες, certiſſimum genuinae vocis, qualiscumque a *Luciano* fuerit profecta, interpretamentum; qua de re dubitationem omnem tollit *Scholiaſtes Voſſianus*. Niſi animum alibi Praeſtantiſſimus *Graevius* habuiſſet occupatum, qua erat ingenii perſpicacia, pro Junone nebulam amplecti refugiſſet. Quando autem valde durum, & quod vix alibi reperias, hoc verbum pronunciat, id eo quidem magis eſt conſiderandum, quia in Luciano certe nuſquam, ſi exceperis hunc locum, occurrit. *H. Stephanum* nulla vitii tetigit ſuſpicio, ut qui explicationem, eamque non unam, tentarit Theſ. T. III. p. 891. Ejus ſententia, hoc in genere momenti non mediocris, in medium proferri meretur: Ἀπομύχω, Deuro, igni abſumo. *Metaphorice utitur* Lucian. *in dial. Terpſ. & Plut.* ὑποκαίουσι τοὺς ὀδόντας ἀπομυγέντες, cum ſtridore dentium infrendent, & prae dolore ardeſcunt, ſeu exardeſcunt. *Niſi malis* Extabeſcentes, Macerati & confecti dolore: *nam* σμύχω *ſignificat non ſolum uro, verum etiam* μαραίνω. Haec ille: ſed antequam explorati quid conſtitui poſſit, enodanda venit paulo diligentius natura verbi & propria ſignificandi vis. Illam veteres poſuerunt non in igne luculento, qui late flammam conſpicuam ſpargat, ſed in eo, qui caecis intra viſcera corporum alimentis nutritus ſenſim ſerpit proxima corripiens, fumoque ſe tantum prodit. Idem paene verbum & pronunciandi modo, & ſignificatione Belgae ſervamus. Licet *Homerus* aliquantulum, utpote poëta, legem eam migraverit Il. I, 649. — κατά τε σμύξας πυρὶ νῆας, vim tamen nativam recte *Scholiaſtes* declarat, ex eoque *Euſtath.* p. 781. Ἐφ' ᾧ δὲ σμύξαι τὸ καῦσαι, ἢ καπνὸν ἐκ πυρὸς ἀναδῦναι, ὃ ἐστὶ τόφειν λέγεται· ἐξ αὐτοῦ δὲ ἐστὶ τὸ χάλον ὑποσμύχειν ἢ φθόνον εἰληφέναι· ἐκεῖθεν δὲ ἐστὶ τὸ σμυγερὸν, ἤτοι ἐπίφθονον &c. Conferunt autem τὸ τόφειν, quemadmodum & fecit *Schol. Sophocl.* ad Antig. v. 1021. exponens τὸ ἡρέμα ὑποσμύχειν non equidem intercedo, quamquam & nonnihil diverſa ſit utriusque virtus, & per diverſas orationis figuratae ſemitas propagata. Radix vero ſignificandi prima in compoſito διασμύχειν admodum graphice depingitur a *Gregor. Nyſſ.* T. I. p. 826. D. Εἰ πῦρ ἀχύροις ὑποκρυφθὲν τύχοις μὴ ἔνδοθεν διασμύχει τῇ καύσει τὰ ὠδαξειμένα, φλὸξ δὲ κατὰ τὸ φαινόμενον οὐκ ἐκδίδοι), ἀλλὰ δριμύς τις καπνὸς βιαίως ἔνδοθεν συνελιττόμενος διεξέρχεται· paulo dilutius a *Phil. Jud.* de V. M. p. 662. B. reſtant, inquit, everſae Sodomae documenta, ἢ καπνὸς, ἢ ἔτι ἀναδιδοῦσα φλὸξ ἀμαυρὰ, καθάπερ διασμυχομένου πυρός. Hinc clare conficitur, parvam in *Artemidoro* labem infidere II. c. 10. ubi primum οἶκοι καιόμενοι καθαρῷ πυρὶ δὲ μὴ συμπίπτοντες fauſta portendunt: tum contra εἰ δὲ σμυχόμενοι καθαρῷ πυρὶ, ἢ καθαιθαλούμενοι δὲ συμπίπτοιεν &c. πᾶσι πονηροί non convenit οἰκίαις σμυχομένοις καθαρὸν πῦρ quapropter fulgor ille puri ignis addita negatione reprimendus eſt, ac propemodum extinguendus, ὡ καθαρῷ πυρί. Medici traducunt ad febres ſive πυρετοὺς, quorum alii ſunt θερμοὶ δὲ διαιτῆς, alii μαλακώτεροί τε δὲ οἷον σμυχόμενοι apud *Galen.* lib. I. πρὸς Γλαυκ. Θεραπ. *Heliodorus* ſemel ſignificatione propria II. p. 79. καλάμους, εἴπερ τινες ἔτι σμυχόμενοι παρειλήφθησαν, ἀψάμενος, translata ſaepius uſurpavit: de animi doloribus & interno cruciatu I. p. 33. ὡς παλαί γε σμυχόμενος ἐμαυτῷ, ἢ τὸ πρᾶγμα δὲ ὑποψίας ἔχων ἀσφαλὲς τε ἐλέγχειν ἠσύχαζον· ubi

ΤΕΡ. Ἀληθῆ ταῦτα φής. ἐμὲ γὰρ φέ-

4. TER. Vera ſunt, quæ dicis: ecce enim

ubi nemo diffitebitur aptius accedere particulam σμυχόμενος ὁ ἐμαυτῷ iram & aemulationem, ſed pectore preſſam atque intus reductam notat VIII. p. 374. ὁ δὲ ἐν φύσει μὲν τὸν ἐνόντων ζηλοτυπίαν νοσῶν, σμυχόμενος δὲ καὶ πάλαι κατὰ τῦ θεραπόντος. Verum dignus eſt, quem priſtino nitori reddamus, locus lib. X. p. 484. καὶ ταῦτα εἰπὼν ὁ μὲ ἐπίβαλε τῇ Χαριτλείᾳ τὰς χεῖρας, ἄγειν μὲ ἐπὶ τὰς βαμοὺς ἐν τῳ ἐπ' αὐτῶν πεφυκότι ἐνδικνύμενος, πλείονι δὲ αὐτὸς περὶ τῷ πάθει τὴν καρδίαν σμυχόμενος posteriora ne verterent, Interpretes deterruiſſe credo difficultatem, quam tamen tollere Vat. Cod. ope pronum eſt, modo περὶ, quod is praebet, pro περὶ adſciscamus: poſſes τῷ πάθει quaſi per ἐπεξήγησιν appoſitum ſervare; ſed rejectum liberabit orationem ingrato tractu, & ſententiae vim atque acumen argutius adſtruet: *ipſe majore, quam in aris ardebat, ſolicitudinis aeſtu confectus.* Denique locutio rarior inſolentius eſt formata VII. p. 342. ἡ δὲ Χαρίκλεια στισηρός τι καὶ σμυγμένον ὑποβλέψασα, *Chariclea vero ringens, & torvius, ut tectam indignationem facile proderet, in illam intuita.* Extat illud καταζμύχειν de amoris aeſtu, quo animus contabeſcit apud *Theocrit.* Eid. III, 17. de maerore VIII, 90. Ὡς δὲ καλσμύχθη, καὶ ἀνιτράπελο φρένα λύτα· & in *Phalaridis* Ep. 144. ἀλλ' ὅτι ἐν τῇ ἐκείνης (uxoris defunctae) δαίμονα, εἴπερ αἴσθοιτό σε ὕτω καλασμυχόμενον, ἀνιᾶσθαι μὲ εἰκὸς, αὐτὴν δὲ (vel αὐτήν τε) τὴν πλεῦσαν μὲ εὐφράναι τὴ ἄνδρα &c. eum in modum ſi verba nulli Interpretum intellecta levi manu refingantur, & diſtinguendo legitimum ordinem accipiant, ſenſum habebunt expeditum. *Heſychius* quem Lexicographi ſolent morem, ad vim linguae pandendam parum accommodatum, ſecutus exponit Σμύξαι & Καλασμύξαι, μαρᾶναι, καῦσαι, ἐμπρῆσαι neque tamen non eſt commodum illud μαραίνειν, quod in virtute verbi declaranda veteres aliquando ſolent adhibere: continetur enim in τῷ σμύχειν ille quidem caecus ſub cineribusque latens ignis, ſed ita ſimul comparatus, ut carpat, conſumat lentoque morſu tabefaciat; quam poteſtatem figuratae loquendi formae maxime ſpectandam praebent. *Apollon. Rh.* III, 446. ubi Medea limis Jaſonem adſpectat amore capta Κῷ ἀχῷ σμύχουσα — adjuvandus eſt, auctore *Suida* in Σμυχόμενος, binarum literarum acceſſione *Scholiaſtes*: τῇ λύπῃ τὴν ψυχὴν καιομένη ἐ ἀναλίσκουσα· nam ἀλίσκουσα, quod vulgatur, ab explicando verbo σμύχειν prorſus alienum: v. 761. — ἔνθεν δ' αὖτε Τεῖῳ' ὀδύνη σμύχουσα — eximie *Virgilius*, ut, quem fuit imitatus, ſuperaſſe videatur: *Vulnus alit venis & caeco carpitur igni.* In compoſitis, & Ἀμφισμύχειν, *Gregor. Nyſſ.* T. II. p. 196. τῷ πάθους εἴδει πυρός τινος ἔνδοθεν αὐτὰς τὰς ψυχὰς διασμύχοντος. *Suid.* Διασμύχων, Ἀμφιξύων, Ἀμφαίων ſed ibi, *Heſychio* duce, reficiendum eſt Ἀμφιξύων & Περισμύχειν, *Agath.* Anth. VII. Ep. 76. Ἧς μὲ περισμύχουσι μελαδόνες· ſed maxime ſolet ὑποσμύχειν frequentari: *Gregor. Nyſſ.* T. I. p. 828. C. καλασβεννύειν ἔνδοθεν τὴν ὑποσμύχουσαν τῇ καρδίᾳ μνησικακίαν· *Georg. Metrop. Nicom.* in S. Deip. Ingr. in Templ. p. 1116. B. ὑπὸ τ' ἀφανῶς ἔνδον ὑποσμυχούσης φλογὸς πυρολεθρεύσῃ. *Kuſterum* laudo, qui *Eunapio* reſtituit; ejus enim eſſe, quae *Suidas* promit in Θλαδίας, nullus ambigo: ἐν ᾧ βαρὺς ὁ καθμὸς τῦ ὑποχθόνος χρυσίου ὑποσμύχων αὐτῶν τὰ ἔντοσθεν· legebatur ὑποσμήχων. Eadem labes *Baſilii Seleucienſis* Interpretem *Pantinum* mirifice decepit de Mirac. Thecl. II. p. 206. ὕπερ (ἔλαιον) ἡ αὐτῆς ὕτος ἐκπαλυψάμενος ἐ ἐν τὸ πάθος ὑπέσμηχε· τ' μὲ ἰάσεως ἵνυχα, τ' δὲ ἀσθενείας ὧν ἀπηλλάγη· *cujus ille copiam ſibi fieri poſtulans, ſeſeque eo inungens (quo etiam aegritudinem ſuam una abſterſit) ſanitatem nactus:* ex illa verſione cognoſce, quantum errorem ſaepe unius literae vitium pariat; reddideris ὑπέσμυχε, ſtatim extat nativus orationis color: *Quod oleum quum ille poſtulaſſet, eoque in loco imunxiſſet, ubi malum ipſum urebat. Heſychio* ſimul opem feramus: Ὑποσμύγει, (melius ὑποσμύχει) θλίβει, ἀνιᾷ, καλαπονεῖ, ἀπὸ μεταφορᾶς τ' τραυμάτων· ubi quamvis olim exiſtimarim haud inepte περὶ τραυμάτων poſſe legi, ut de vulneribus Scriptor neſcio quis verbum illud uſurparit, nunc tamen antepono ἀπὸ μεταφορᾶς τ' καυμάτων· ſequitur in Eodem; Ὑποσμύχουσα, ἔνδον ἰρυθίζουσα· *Suidas* amplius: ἐνδιαθίζουσα, ὑπομαίουσα, θλίβουσα, καταπονοῦσα· totidem vocabulis *Etymologus*, niſi quod διαθίζουσα· nimirum veteres Gloſſographi, unde haec fuerunt deſcripta, dederant hic διαθίζουσα, alter ἔνδον ἰρυθίζουσα, quod in *Suida* leviter corruptum. Quae adduximus exempla manifeſte monent, eorum in cenſum τὸ σμύχειν cum ſuo comitatu referri oportere, quae ligatae orationis terminis apud antiquos fere concluſa recentiores, quorum artis erat rariſſima quaeque, etiam repugnante ſevera ſcribendi norma, conſectari, in uſum communem revocarunt: vix enim in omni Scriptorum turba, quae Chriſti aetatem anteceſſit, totidem hujus verbi veſtigia deprehendas, quot ex inferioribus modo a me parce, nam longe plura ſunt ad manum, fuerunt prolata. His itaque conſideratis arduum non eſt definire *Luciani* verborum ſenſum aliquem haud plane abſurdum: *Hi autem dentibus infrendent interno ac caeco dolore macerati:* verum quantumlibet congruere videatur, non deſunt argumenta, quae huic lectioni ſtatus controverſiam optimo jure moveant. Omitto uſum Aoriſti ſecundi, nusquam certe alibi, niſi memoria fallat, mihi obſervatum. Primum indoli τῦ σμύχειν non ita videtur convenire λάθ, ut in unum vocabulum commode coaleſcat: utique ſcripſiſſet potius ὑποσμυγήσεις creberrimae conſuetudinis auctoritate munitum: eadem ratione inductus malo in *Zoſimo* IV. p. 264. ὡς δὲ πλέον ὑποσμύχετο τῇ τ' κόρης ἐπιθυμίᾳ Theodolius pro ἐπεσμύχετο. Deinde cur non ὑποσμυχόμενοι; aptius ſane multoque magis ad hunc locum appoſitum, ut fatebuntur, qui legitimum orationis Graecae curſum aure docta callent. Tandem magnum eſt corruptelae latentis documentum interpretatio καταγελασθέντες, quam qui vocabulo, quodcumque in *Luciano* repererat, appoſuit, hoc quidem vulgatum ὑποσμυγέντες reperiſſe nequaquam

enim Thucritus a me profecta quot dona χριτῷ πόσα κατέφαγεν, ἀεὶ τεθήξεσθαι δο-

quam credi poteſt; tanto enim intervallo utraque diſſident, ut ad quandam communis ſignificatus adfinitatem nulla machina conciliari queant. Criticen ergo reſtat ut advocemus, ſi quid auxilii ſolvendo nodo conferre poſſit: blanditur enimvero mirifice pulcra Eruditiſſimi Viri *L. Kuſteri* conjectura, qui reſcribendum monuit unius literulae detrimento ἀπομυγίντες· fateor equidem in eo verbo florem eſſe Comicum, ab iisque poëtis decerptum, quos ſtudioſe *Noſtrum* lectitaſſe conſtat. Quanquam nunc rarius inveniatur, tot Scenae antiquae monumentis abſumtis, *Polluci* tamen nihil eſt cauſae, cur fidem denegemus adfirmanti II, 78. ἤδη δέ τινες τῶν κωμικῶν τὸ ἐπὶ κίρδει ἐξαπατᾶν ἀπομύττειν εἶπον· accuratius proprietatem ſignavit, quam Grammatici: *Heſych.* Ἀπομύττειν, ἐξαπατᾶν, γοητεύειν· quod poſterius ſine dubio pertinuit ad illuſtrandum aliquem Comici locum, ubi miris praeſtigiis deluſus ſenex auro emungebatur: *Euſtath.* ad Od. Ξ. p. 1761. Ἀπομύξαί τινα τὸ ἐξαπατῆσαι. Neque aliter intellexerunt προμύσσειν in *Hippocrat.* Παραγγ. p. 26. Κρέσσον ἦν σωζομένοισιν ὀνειδίζειν, ἢ ὀλεθρίως ἔχοντας προμύσσειν, modo ne vitio ſit ſcriptum pro ἀπομύσσειν· quamvis ibi quominus pro *ludibrio habere*, *ludificari* accipias, nihil obſtet. Congruit Latinorum *emungere*, quod eſt *per dolum & aſtutis technis defraudare*: ut de Comoedia ſumtum ſcias, notiſſima ſunt *Plauti Terentiique* loca: idem *Horatii* ſenſus de A. P. v. 238 — *audax Pythias emuncto lucrata Simone talentum. Lucil.* apud *Nonium* p. 36. *Quovis poſſe me emungi bolo.* Veteres aemulatus *Apollin. Sidon.* VII. Ep. 2. *Non parvo etiam corollario facilitatem credulitatemque munificentiae ſocrualis emungens.* IX. Ep. 7. *Quidam* &c. *ſcribam tuum ſeu bibliopolam copioſiſſimo velis nolis declamationum tuarum ſchedio emunxit*: ut *Hieronymum*, imitatorem antiquitatis non ſegnem, praeteream. Atque adeo haud ſcio, an in *Caecilii* verſu apud *Ciceronem* de Amic. §. 99. quandoquidem Pal. primus, *atque unxeris*, ſuppeditat, legendum ſit, *Hodie me ante omnes Comicos ſtultos ſenes Verſaris atque emunxeris lautiſſime.* Hinc ſimul patet, quanti ſit facienda *J. Gebhardi* obſervatio Ant. Lect. II. c. 23. in *Terentio Nonioque* p. 103. *Emulſi* & *emulgere* Pal. Cod. fide reponentis. Quamobrem eleganter ἀπομυγίντες, *ab eo, qui teſtamento nequiſſimos vultures excluſerat, deluſi atque emuncti*: quod ſane dici merito poterant, quibus nec opinantibus ereptus eſſet haereditatis bolus, quam improba ſpe jamdudum creviſſent. Verum hoc pacto necdum apparet, quid *Scholiaſten* deduxerit ad ſuum illud καλαγελασθέντες· quam enim explicuimus poteſtas ab iſta non parum diſſidet. Igitur ἀπομυγίντες vel alia virtute, *illudendi* nimirum *ſubſannandique*, accepit, vel in exemplari ſuo legiſſe cenſendus eſt ἐπιμυγίντες. Prius licet auctoritate veterum fere deſtituatur, nihil tamen habet, quod genio linguae ſit contrarium; praeſertim ſi interpreteris *adducto naſo*, vel etiam, *excuſſo per nares ſpiritu irridere*: ad confirmandum facit ſimile verbum ἀπομυκάαινω, atque ille *Clementis* ἀπομυκτισμὸς Paed. II. c. 6. *Qui ſermones*, inquit, *impudicos ac turpes non refugiunt, ſevere ſunt compeſcendi*: τοὺς χραμίους αἰσχρολογίᾳ ἐπισομισίου ὄψει δριμυτέρᾳ προσάπου λόγοφῇ, τῷ ἀπομυκτισμῷ καλουμένῳ πολλάκις δὲ λόγῳ τραχυτέρῳ· ubi *ſubſannationis* explicatio adeo placuit, ut *Potterus* etiam ἀπομυκτισμὸν reponi potius voluerit: ego non diſceſſerim a vulgato, quod a μυκτὴς ſive ἀπόμυκτης prono curſu derivatur. *Timoni* in Sillis, teſte *Diogen. L.* II, 19. dictus fuit Socrates Μυκτὴρ, ῥητορομυκτὴς, ἀττικὸς ἱφιστάτης· hac enim medicina iſte locus indiget. Quin *Lucianus*, quo minus dubitemus, offert ipſum illud verbum ἀπομυκτίζειν Ep. Δ. VII. Neque tamen diffiteor non aberraturum forte, qui voci inuſitatae *faſtidiendi* virtutem, *corrugatisque naribus*, ut ſordida ſolemus, *averſandi* tribuerit; quae ſane tum *Luciani*, tum *Clementis* inſtituto ad amuſſim quadrat: ita veteres in *Horatii* formula loquendi, *naſo ſuſpendere adunco*, vel irriſionem & faſtidium junxerunt, vel utrum melius conveniret, dubitarunt: neſcio autem, an ex *Clemente* remedium ferri poſſit corruptis *Suidae* verbis, quae merito *Kuſterus* habuit ſuſpecta, Ἀπομυρίζω, ἀπεσομίζω, legendo Ἀπομυκτίζω, ἐπισομίζω. Sed alterum ἐπιμυγίντες ut *Scholiaſtes* invenerit, probabilius exiſtimo: valet enim ἐπιμύσσειν, Grammaticis monſtrantibus, *irridere*, *ſubductoque naſo & excuſſo illudere*: *Suid.* Ἐπέμυξεν, ἐξεμυκτήρισεν, ἦχον ἀφῆ τὴν ῥῖνα ἐποίησεν. *Heſych.* in quo quidem utrum ordine continuo, Ἐπέμυξαν, ἐπεμυκτήρισαν, ἐπεμύχθισαν, ἐξεφαύλισαν, an ſeparatim ſit ſcribendum, Ἐπέμυξαν, ἐπεμυκτήρισαν, Ἐπεμύχθισαν, ἐξεφαύλισαν non ſatis exploratum habeo: ad *Homerum* certe reſpexit Il. Δ, 20. Θ, 457. — αὐτὰρ ἐπέμυξαν Ἀθηναίη τε καὶ Ἥρη· ubi quemadmodum intelligi deberet iſtud verbum, antiqui diſſenſerunt: hos, quibus *muſſitandi compreſſisque labiis ingemendi* poteſtas arriſit, ſecutus eſt *Scholiaſtes* parvus: *Heſych.* Ἐπεμύξατο, ἐπεξήνεγκεν, ἐπεγόγγυσεν· illos, qui *deludere*, *cum acerbo riſu atque indignatione inſuper habere* reddiderunt, *Heſychius*: neutris ſuae opinionis tuendae ratio defuit, quandoquidem illud ἐπέμυξαν vel a μύζειν repeti poterat, vel a μύττειν, quae, tametſi ab eadem radice μύειν propagata, diſtare notandi proprietate jam admonuit accuratiſſimus *Sylburgius* ad *Clenard.* p. 519. Similem obſervare licet in ſolo μυχθίζειν ſignificandi diſcrepantiam: apud *AEſchylum* utique Pr. V. v. 742. Σὺ δ' αὖ κέπραγας κἀναμυχθίζῃ, quin ſit, *ducto per nares ſpiritu ingemiſcere*, *atque indignationem teſtari*, vix in dubium voces: eo ſpectat *Heſychii* Μυχθισμὸς, ἐναγμὸς· nec alio fonte manantia μυττάζειν & μυτηκάζειν. Idem tamen *irridere*, & *adunco naſo ſubſannare* deſignat: *Heſych.* Μυχθίζουσι, μυκτηρίζουσι, χλευάζουσι· neque aliter *Suidas* explicuit *Meleagrum* Anth. VII. Ep. 107. Φλέγω καί τί μάταια γελᾷς, τὸ σιμὸν σισηρὸς Μυχθίζεις; τάχα που σαρδόνιον γελάσεις. In *Theocriti* Eid. XX. pro μυθίζουσα utrum v. 11. an 13. ſupponi debeat μυχθίζουσα, parumper haeſito; quamvis animum inclinent ad poſteriorem locum producta *Meleagri* verba. Clare *Origenes*

δικῶν; ἢ ὁπότε ἐοίοιμι, ὑποστένων, ἢ μύχιόν τι, καθάπερ ἐξ ὠοῦ νεοττὸς ἀτελὴς, ὑποκρώζων, ὥς ἔγωγε, ὅσον αὐτίκα οἰόμενος ὀπιθήσειν αὐτὸν τῇ σορῷ, ἔπεμπόν τε πολλὰ, ὡς μὴ ὑπερβάλλοιντό με οἱ ἀντεραστὰι τῇ μεγαλοδωρείᾳ· ἢ τὰ πολλὰ ὑπὸ Φροντίδων ἀγρυπνῶν ἐκείμην, ἀριθμοῦσαι ἕκαστα, ἢ διατάττων. ταῦτα γάρ μοι ἢ τὸ ἀποθανεῖν αἴτια γεγένηται, ἀγρυπνία, ἢ Φροντίδες· ὁ δὲ, τοσοῦτόν μοι δέλεαρ καλαπιὼν, ἐφεισάμενος διαπομπεύσαι πρώην ὀπιγελῶν.

confumſit ſemper mox morituro ſimilis; & , quando intrarem , altum gemens, ex imoque pectore , quaſi ex ovo pullus imperfectus , crocitando ſuſpirans. Ego autem, qui non dubitarem, quin jamjam inſcenſurus eſſet ſandapilam , mittebam multa , ne me ſuperarent æmuli amatores magnitudine munerum ; ac plerumque ex cuoris inſomnis jacebam dinumerans ſingula, diſponensque : imo hæc ipſa mihi mortis extitit cauſa , inſomnia inquam , & curæ : hic vero , tanta mihi eſca deglutita , adſtabat, quum terræ mandarer pridie, multo cum riſu.

ΠΛ. Εὖγε, ὦ Θεώκριτε, ζῴης ὀπιμήκιστον, πλουτῶν ἅμα, ἢ τοιούτων καταγελῶν· μηδὲ πρότερόν γε σὺ ἀποθάνοις, ἢ προπέμψεις πάντας τοὺς κόλακας. ΤΕΡ. τοῦτο μέν, ὦ Πλοῦτων, ἢ ἐμοὶ ἥδιστον ἤδη, εἰ ἢ Χαριάδης προεθνήξεται Θεωκρίτου. ΠΛ. θάρρει, ὦ Τερψίων· ἢ Φείδων γε, ἢ Μέλαντος, ἢ ὅλως ἅπαντες προελεύσονται αὐτοῦ ὑπὸ ταῖς

5. PLUT. Euge , Thucrite , vitam producas quam longiſſime , divitiis ſimul abundans, & tales deridens; neque ante tu quidem moriaris , quam fueris proſecutus omnes iſtos adulatores. TERP. Id quidem , o Pluto , & mihi jam gratiſſimum erit , ſi etiam Chariades ante Thucritum ſit moriturus. PLUT. Bono ſis animo , Terpſion; etenim & Phidon , & Melantus, & plane cuncti eum prævertent ſub iisdem curis

genes in Celſ. IV. p. 187. ἀλλ' οὐκ εὔγνωμον, ἐκεῖνα μὲν γελᾶν ὡς μῦθον, ἀλλὰ θαυμάζειν ὡς οὐ μύθῳ φιλοσοφούμενα· ταῦτα δὲ μόνῃ τῇ λέξει τὴν διάνοιαν ἐναπερισταντα μυχθίζειν· ubi ſententiae nexus qualem vim poſtulet , haudquaquam obſcurum eſt. Verum minime negligendus eſt impreſſae maculae ſimilitudine notabilis *Heſychii* locus , Ἐπισμυκτὸν , ἐπιμυκτηρισμόν. Quamcumque in partem verſaveris ἐπισμύχειν , nunquam inde extundes poteſtatem τῷ ἐπιμυκτηρίζειν idcirco nihil occurrit expeditius, quam ut vitiato codice deceptus *Heſychius* dederit ἐπισμυκτὸν , quod ſcribendum fuerat ἐπιμυγμὸν nili tamen quis , me non invito, propius ad literas corruptae vocis , poëticam formam praeferat ἐπιμυκτὸν , cujusmodi multa praeſertim ab Ionibus frequentantur, ἀλητὸς, ἀπόδεκτος in *Heſychio*, ἀριστὸς, ἀσπαστὸς, γνητὸς, ἰδητὸς, κλιτὸς & λητὸς *Herodoto*, μαστὸς, ὀρχηστὸς. Nunc ſi *Scholiaſten* ſecutus probaveris in *Luciano* ἐπιμυγνύντες, ſenſus orietur a priore nonnihil diverſus : neque enim ad teſtatorem amplius , a quo fuerint egregie ludificati , ſed ad alios iſtos pertinebit, de quibus modo Noſter, τοῖς πολλοῖς ἥδιστον γίνεσθαι , quorum plenis cachinnis peſſimi captatores excipiuntur : *Hi vero dentes prae dolore colliduntur a cunctis ob deſtitutam haereditatis per inſidias ampliſſimae ſpem irriti ac ludibrio habiti.* Porro , me quidem arbitrum ſi capias , mutandum erit quoque ὑποπρίουσιν in ἐπιπρίουσιν illud inſolens, atque etiam a *Stephano* neglectum praepoſitionem habet indoli verbi ſimplicis minus apte reſpondentem : hoc & uſu crebro & ratione nititur. *Heſych.* Ἐπιπρίων , τὰς ὀδόντας τρίζων· pari modo *Tymnes* III. Anth. c. V. Ep. 31. — ὀδόντα Ὀξὺν ἐπιθρύπτουσα. *T. H.*

85. Ζώης ἐπιμήκιστον] In plurimis hujus formae vel jungendis vel ſeparandis varia librariorum eſt atque incerta ratio ; neque utrum praeferas quicquam refert. Quod editur in *Thucydid.* I. c. 1. ἐπὶ μακρότατον πολεμοῦντι μᾶλλον *Dionyſius* habet ἐπιμακρότατον de Comp. Verb. p. 42. Hic nihil Edd. mutant ; alibi ſecus: ut in Macrob. §. 1. ἐπιμήκιστον ὑμᾶς βιῶναι. §. 2. ἐπιμηκιστέρων δύνασθαι βιῶναι. *Ariſtaen.* II. Ep. 21. Ἀλλ' ὦ Δελφίδιον, ἐμὸν προκρῖνον ἀγαθὸν, ζώοις ἐπιμήκιστον, ἢ ζάοις. *Philoſtr.* Her. c. 9. ἢ δικαίους ἐποίει, βιῶναί τε ἐπιμηκιστον. *Joſ. Waſſius* Add. praefationi Clariſſ. *Dukeri* ad *Thucydidem* inſertis ſolutum ſcribendi morem in ſimilibus probat, quem ſane membranae quo vetuſtiores, eo accuratius obſervare ſolent. *T. H.*

87. Ἢ προπιμψεις] Certiſſimus , ut mihi quidem videtur, eſt nævus in voce προπέμψεις , pro quo legi poſſet προπίμψας· at verum *Luciani* arbitror προπεμψῃς. Neque alium , quam hunc , verborum horum ſenſum intelligo; *Euge , o Thucrite , vivas diutiſſime, dives ſimul & tales deridens , neque certe prius moriare, quam tibi praemiſeris omnes adulatores.* *J. F.*

Προπέμψεις] De hoc & ſimilibus ſupra affatim dictum pro ad *Tim.* c. 19. Neque eſt cur ſcripturam optimam ſollicitemus. *M. du S.*

Προ-

iris huc deducti. TER. Ista laudo: vitam producas quam longissime, Thucrite.

αὐταῖς Φροντίσιν. ΤΕΡ. ἐπαινῶ ταῦτα. ζώης δὲ πλεῖστον, ὦ Θεόφιλε.

VII.

ZENOPHANTÆ ET CALLIDEMIDÆ.

ΖΗΝΟΦΑΝΤΟΥ ΚΑΙ ΚΑΛΛΙΔΗΜΙΔΟΥ.

ZEN.

1. TU autem, o Callidemide, quomodo mortem oppetiisti? me quidem, quum parasitus essem Diniæ, & plus quam satis erat ingurgitassem, fuisse suffocatum nosti: aderas enim mihi morienti. CAL. Aderam, Zenophantes: de me vero, prorsus quiddam præter opinionem evenit. Nec tu credo non nosti Ptœodorum senem. ZEN. Orbum illum, ac divitem, quocum te plerumque noveram una esse. CAL. Illum ipsum semper observabam promittentem, me relicto hære-

ΖΗΝ.

95 ΣΥ δὲ, ὦ Καλλιδημίδη, πῶς ἀπέθανες; ἐγὼ μὲν γὰρ ὅτι πλέοιτο ὦν Δεινίᾳ, πλέον τι ἢ ἱκανῶς ἐμφαγὼν, ἀπεπνίγην, οἶσθα· παρῆς γὰρ ἀποθνήσκοντί μοι. ΚΑΛ. παρῆν, ὦ Ζηνόφαντες. τὸ δ' ἐμὸν παράδοξόν τι ἐγένετο· οἶσθα γὰρ καὶ σύ που Πτοιόδωρον τὸν γέροντα. ΖΗΝ. [a] τὸν ἄτεκνον, τὸν πλούσιον, ᾧ σε τὰ πολλὰ ἤδειν συνόντα; ΚΑΛ. ἐκεῖνον αὐτὸν ἀεὶ ἐθεράπευον, [b] ὑπισχνούμενόν [c] ἐπ' ἐμοὶ τεθνη-

a Τὸν ἄτεκνον, τὸν πλούσιον] Τὸν γέροντα, τὸν α. τὸν πλούσιον. Zη. ὦ σε &c. P. b Ὑπισχνούμενον] Ὑπισχνούμενον P. c Ἐπ' ἐμοὶ] Ἐπ' ἐμοὶ κληρονόμῳ. J.

Προτέρψεις] Eruditiss. *Dukerus* ad *Thucyd.* p. 486. n. 4. prolato hoc loco adjungit: *quod forsassis alii usitatius dicerent* προτέρψῃς atque id ipsum rescribi voluit *Jonsius*. Sed merito lectioni vulgatae suppetias venit politissimus *Wopkenius* Lect. Tull. III. c. 13. *T.H.*

92. Ὑπὸ ταῖς αὐταῖς φροντίσιν] Vereor, ut Interpretes elegantiam praepositionis habuerint perspectam. Capiendum est, quasi dixisset: omnes omnino ante eum huc advenient earumdem curarum auspiciis; iisdem illos curis comitantibus ac deducentibus. Illustrant similes loquendi formulae, ὑπὸ μάστιγι, ὑπὸ κέρκῳ πεπρᾶσκειν, ὁ ἰωκράθης ὑπὸ κέρκῳ, πρᾶσαι ὑπὸ φωτὶ πολλῷ, ὑπὸ δέσει vel λαμπάσιν ἡμέρας apud *Heliodor.* IV. p. 192. VII. p. 314. X. p. 519. ὑπ' αὐλαῖς ἀρχεῖσθαι, ὑπ' αὐλῇ ἐ τυμπάνοις σύμβιον βαίνειν *Lucian.* Δ. Θ. II. χορὸς ὑπὸ σοὶ μέλει τούτῳ συνόμιλον παιδὸν ἐ παρθένων *Dion Chrys.* p. 407. A. venuste *Nosser* in Tim. p. 160. ἐλεγεῖα ἄσαι ὑπὸ ταύτῃ τῇ δικλίδι quod aliis ignoratum *Tanaquillo Fabro* non latuit. Sic Latine licet efferre non tantum *ad tibias*, sed & *sub tibiis* Graecorum imitatione: *Auctor Copae: Crispum sub crotalo docta movere latus*: neque aliter *Propert.* II. El. XXXI, 35. *Deficiunt magico torti sub carmine rhombi*. Ex his simul mens patebit *Apollonii Rhodii* III, 3. Μηδείης ὑπ' ἔρωτι, *Medeae amoris auspiciis ac ductu*; & v. 971. ὑπὸ πατρὸς ἔρωτος. Nisi genitivum in hac phrasi saepius adjungerent Graeci, ὑπ' αὐλητῶν, ὑπὸ φορμίγγων, mallem fere apud *Dion. Chrys.* p. 286. C. διδάσκαλος ὢν ὁ Διόνυσος, ἢ ὑπὸ κιθαριστῇ ἐ βροντῇ γινόμενος, pro ὑπὸ κιθαριστοῦ ἐ βροντῆς. *T.H.*

97. Δεινίου] Vide de Dinia in Toxaride. *G.C.*

5. Ὑπισχνούμενόν ἐπ' ἐμοὶ τεθνηξ.] Videtur verbum excidisse in his, ὑπισχνούμενόν ἐπ' ἐμοὶ τεθνήξειν, quae sic transtulerunt, *id mihi fore pollicens*, ut *meo bono quamprimum moreretur*. Sed *Lucianus* reliquerat, puto, ἐπ' ἐμοὶ κληρονόμῳ τεθνήξειν, *me haerede instituto brevi moriturum*. *J.G.G.*

Ἐπ' ἐμοὶ κληρονόμῳ] Acute conjecerat Cl. *Gravius* reponendam hic vocem κληρονόμῳ, quae in vulgatis deest. Reperitur autem in praestantissima Ed. *J.* Librariorum negligentiae imputandum existimo, quod in viri eximii nota, ἐπ' ἐμοὶ pro ἐπ' ἐμοὶ legitur. Nullam etiam video causam cur hac in parte a scriptura recepta, nulla addita ratione, discedere voluerit. Necessario autem leg. ὑπισχνούμενον, uti in P. recte scriptum est. *M. du S.*

Ὑπισχνούμενόν ἐπ' ἐμοὶ τεθνήξειν] Quod a *Luciano* relictum putat *Graevius*, totidem literis exhibet Juntina: neque negari potest, probam esse locutionem: *Artemidor.* I. c. 81. τοῦτον ἰδόντες τὸν ὄνειρον οἱ ναυβάται ἀπι-

ζεσθαι. ἐπεὶ δὲ τὸ πρᾶγμα ἐς μῆκιστον ἐπεγίνετο, καὶ ὑπὲρ τὸν Τιθωνὸν ὁ γέρων ἔζη, ἐπίτομόν τινα ὁδὸν ὀπὶ τὸν κλῆρον ἐξεῦρον· πριάμενος γὰρ φάρμακον ἀνέπεισα τὸν οἰνοχόον, ἐπειδὰν τάχιστα ὁ Πτοιόδωρος αἰτήσῃ πιεῖν (πίνει δ' ὀπιεικῶς) ζωρότερον ἐμβαλόντα ἐς κύλικα, ἕτοιμον ἔχειν αὐτὸ, καὶ ὀπιδοῦναι αὐτῷ· εἰ δὲ τοῦτο ποιήσει, ἐλεύθερον ἐπωμοσάμην ἀφήσειν αὐτόν. ΖΗΝ. τί οὖν ἐγένετο; πάνυ γάρ τι παράδοξον ἐρεῖν ἔοικας.

ΚΑΛ. Ἐπεὶ τοίνυν λυσάμενοι ἤκομεν, δύο ἤδη ὁ μειρακίσκος κύλικας ἑτοίμους ἔχων, τὸν μὲν τῷ Πτοιοδώρῳ, τὸν ἔχυσαν τὸ φάρμακον, τὸν δ' ἑτέραν ἐμοὶ, σφαλεὶς ὑπ οἶδ

de, se moriturum. Quum autem illa res in longissimum protraheretur, Tithonumque senex annis excederet, compendiosam quandam viam ad hæreditatem excogitavi: emto nimirum veneno induxi servum a poculis, simulatque Ptœodorus petiisset bibere (bibit autem copiose) largius infusum in calicem paratum ut illud haberet, porrigeretque ipsi: hoc si fecerit, adjuravi me ipsum manumissurum. ZEN. Quid ergo factum? aliquid enim valde inopinatum narraturus videris.

2. CAL. Postquam ergo loti adsumus, duos jam puer calices in promtu habens, alterum pro Ptœodoro veneno infectum, pro me alterum, errore deceptus nescio quo pacto

11. Ἐπιεικῶς] Πάνυ. G.

eruditum arbitrabantur, si vocabula in angulo quodam antiquitatis remoto delitescentia & scenae libertati condonata studiosius eruerent, scriptisque suis quasi tessellas insererent. Veniam merebatur temperata certisque finibus circumscripta haec licentia; Lexiphanum effraenis libido Luciani virgulam censoriam. Facilius autem in βρυθύειν significandi vim exemplorum ope declares, quam abstrusam originem aperias. Grammatici notationem repetunt a Βρυσίῳ vel Βρυσίῳ unguenti Lydii genere aestimatissimo, quod *Pollux* testatur VI, 104. vetustatem & rei & nominis *Sappho* confirmat ab *Athenaeo* producta XV. p. 690. E. Recte *Hesychius* & *Etymol.* Βρύθειον, μῦρον ἐκ πάχους, ὡς ἡ Βάκχαρις· οἱ δὲ ἀνθινὸν μῦρον. Βάκχαρις enim, ne quis errorem Viri Doctissimi secutus labatur, ut docent *Schol. AEschyl.* ad Pers. v. 41. *Erotianus* & *Galenus* in Gloss. Hipp. Λυδῶν vel Λυδίον τι μῦρον. Quum vero ab herbis & floribus, eorumve radicibus, unde conficiebantur, nomen unguenta traherent, idem evenisse huic Βρυσίῳ nihil est cur dubitemus: Βρύθος certe vel Βρύθιξ Cypriis erat Θριδαξ aut Θριδακίνη auctore *Nicandro* apud *Athen.* II. p. 69. B. & *Hesychio*: idem βρυθινὰ commemorat radices quasdam, quae mulierum genas rubro colore inficiant: *Etymologus* praebet Βρυθία, tanquam si diminuta foret vox a βρύθος, quod ipse suppeditat in Γήτειον p. 230. βρύθος, βρύθειον· ἔστι δὲ εἶδος πολυπέταλος μύρου eamque ob causam notavit antiqua manus ad *Clementis* Paedag. II. p. 177. βρύθιον ἀπό τινος ἄνθους ἡδέος. Qualis autem fuerit βρύθος, ut Cypriis, sola lactuca, an apud Lydos aliosque diversum herbae florisve genus, mihi quidem definire non est in promtu; multoque minus an Arcadica Βρύθη, cujus ex *Pausania* meminit *Stephanus*, nomen huic germini acceptum retulerit. Porro colligere licet ex eo, quod medici nusquam appellationem hujus unguenti aut parandi modum tradant, usum ejus jampridem interiisse, tametsi *Pherecrates* apud *Athenaeum* βρυθίου velut aetate sua noti fecerit mentionem. Recta est scribendi ratio βρύθινον, βρύθειον & βρύθιον, derivandi normae non minus quam consuetudini respondens; nam quod *Luciani Schol.* habet ad περὶ τοῦ ἐπὶ M. Σ. prope finem βρύθινον, nisi de industria, quo melius ad τὸ βρυθύειν congrueret, ita finxerit, vitio laborare censeo; ideoque magis, quia *Etymologus*, quem & ipsum veteres secutum descripsit, βρύθειον praefert. Jam illum esse fontem verbi βρυθύειν Grammaticis, quibus idem, quod in vernaculo sermone Varroni, justius objici potest, minime concesserо; repugnat tum sincera interpretandi lex, tum contorta & abhorrens significationis explanatio: audi modo, quem colorem illinat *Helladius* apud *Phot.* p. 870. Βρυθύουσαι δὲ τὸ ἀλαζονεύεται· γίγνεται δὲ ἀπὸ τοῦ βρύθιον, ὅ ἐστι μύρον. οἱ γὰρ ἀλαζονευόμενοι ἐβρυθύμυον μύρῳ χρῆσθαι νενόμικασιν· qua quidem inani probabilitatis specie haud scio, an quisquam originum Graecae linguae peritus capi possit. Verum *Helladii* verba plenius exscripsit *Etymol.* p. 212. in Βρυθύουσαι· non alius enim est Βυσαντινός (ita legendum non Βισαντῖνος· alibi paulo rectius Βυσαντῖνος) quam hic ipse Helladius oriundus urbe Antinoo vel Besantinoo. Mihi videtur in βρύθος primaria fuisse virtus tumoris & ὄγκου, quae quasi materies subjecta se porrigit ad diversos, quibus diffunditur, significandi ductus: poteram, nisi longum, multaque simul alia dilucidare necesse foret, firmare non levibus argumentis: nunc tantum facilem ab hac radice translatae potestatis propagationem considerari velim. Haec, tamen est ratio, cur in *Hesychio* τύμβου, quae vox ad illam explanandam bis adhibetur, neque cum *H. Stephano* in τύφου, nec cum *Guyeto* in θυμοῦ mutari patiar. Βρύθος certe apud *Athen.* XIII. p. 611. E. pro *fastu tumido* & *arrogantia contemtoria* ponitur: *recitabo*, inquit, *ex oratione Lysiae in AEschinem Socraticum, etsi longiora* ἀλλὰ τὸ βρύθος ὑμῶν τὸ πολὺν, ὦ φιλόσοφοι· hoc ille subactus, si quisquam, in libris veterum evolvendis, & idem diligens singularium vocum captator ex latibulo quopiam antiqui scriptoris depromsit. *Eustathii* quoque locus ad Il. Θ. p. 691. procul dubio vel *AElio Dionysio*, vel *Pausaniae* debetur: τὸ βρύθος ἐπὶ ὑπερηφανίας τοῦτο τοῦ Κωμικοῦ· ἐξ οὗ τὸ βρύθειον, μῦρόν τι ἐκεῖνο (retinuit, credo, ex vitiato exemplari: praestaret Λυδῶν vel Λύδιον) ἐβρεμόμυρον· ἐξ ὧν ῥῆμα τὸ βρυθύειν, ἤγουν καλλωπίζειν ἀλαζονικῶς. Satis placet illud ἐξ ὧν aeque pertinens ad τὸ βρύθος, quam τὸ βρύθειον· at quando auctoritatem Comici profert, clare ostendit alienam se observationem excerpsisse; saltem in *Aristophanis*, quem eo titulo plerumque solet indicare, quae supersunt, quasque solas legit *Eustathius*, fabulis nusquam occurrit βρύθος. Fuerit etiam lectum alicubi ἡ βρυθὸς, nisi me fallit in *Hesychio* corrigendo conjectura, Βρυθὸς, πυθμὴν, τύμβος, καὶ ὄρυγα, ὃ ἐν βρύθοις· me judice deterius est, quod editur Βρυνός. Hinc prono alveo defluunt βρυθύειν & βρυθύνειν, quam formam is, quem nominavi, Lexicographus itidem habet; non secus atque a πλυθὺς existunt πλυθύειν & πλυθύνειν. Jam ut perspicias, quam varie Grammatici verbum hoc exponant, operae pretium est eorum interpretationes in unum con-

oſtentationem gerit, quantam inſcitiam, & rixandi libidinem, & vanam gloriam, quæſtiones impeditas, diſputationes ſpinoſas, & ſententias perplexe involutas: imo etiam inutilem laborem valde multum, nugasque non paucas, & quiſquilias, ac minutas diſceptatiunculas: quin & per Jovem nummulos iſtos aureos, & præterea ſuavi-

ὅσῳ μὴ ϒ [a] ἀλαζονείαν νομίζει, ὅσῳ δὲ ἀμαθίαν, καὶ ἔριν, καὶ [b] κενοδοξίαν, καὶ ἐρωτήσεις ἀπόρους, καὶ λόγους ἀκανθώδεις, καὶ ἐννοίας πολυπλόκους, ἀλλὰ καὶ μαλακοπορίαν μάλα πολλὴν, καὶ λῆρον οὐκ ὀλίγον, καὶ ὕθλους, καὶ μικρολογίαν· νὴ Δία καὶ χρυσίον [c] γε τυτὶ, καὶ ἡδυπάθειαν δὲ, καὶ ἀναι-

a Ἀλαζονείαν] Sic *W. P. S.* vetuſtae Edd. ἀλαζονείαν. b Κενοδοξίαν] Καινοδ. O. c Γε] Abeſt in O.

congerere: μεγαλοφρονεῖν, ὑπερηφανεύεσθαι, ἁπαρρησιάζεσθαι, σεμνύνεσθαι, θυμοῦσθαι, ὀργίζεσθαι, ἀξιοπιστεύεσθαι, δυχεραίνεσθαι, προσκοιᾶσθαι, ἀναβρύεσθαι, τρυφᾶν, ἀλαζονεύεσθαι, λυπεῖσθαι, δὶα θυμὸν μιθυριζεσθαι, μέγα φρονεῖν ἐφ' ἑαυτῷ, θρύπτεσθαι. in quibus citius curam, quam copiam deſideres: nullum tamen eſt tot verborum, cujus vis & ratio non facile deducatur ab illa radice, quam propoſui, tumoris & ὄγκου neque diffiteor, quantumvis ſatis magno diſcrimine diſſidere videantur, eam eſſe τῆ βρενθύεσθαι ſtructurae diverſitatem, ut varios illos poteſtatis leviter inflexae colores pro indole ſententiae non adſpernetur. Non una vice *Ariſtophanes* uſurpat: notiſſimus de Socrate locus in Nub. v. 361. Ὅτι βρενθύεται τ' ἐν ταῖσιν ὁδοῖς, καὶ τὰν ὀφθαλμὼ θρασέως. *Scholiaſtes* quum ſcribit, ἀποσεμνύνεις σεαυτὸν ἐν τῷ χάσκειν, καὶ τετραδὸν ὁρᾷς, prius ad βρενθύεσθαι, alterum pertinere cenſendum eſt ad θρασύνεσθαι τὰν ὀφθαλμώ. *Diogen.* L. II, 28. antequam eum ipſum Comici verſum ponat, ita praefatur: τοῦτο δ', αὐτῆ τὸ ὑπερφυὲς & μεγαλόφρον ἐμφαίνει & Ἀριστοφάνης λέγων ἔπος· alludunt itidem *Plato* Conv. p. 1206. quem *Athenaeus* expreſſit V. p. 216. A. & *Antoninus* VII. §. 66. quod ab Elegantiſſ. *Menagio* praetermiſſum *Gatakerus* adnotare non neglexit. Ut autem dubitare nemo poteſt, quin iſthac deſcriptione Socratem irridere voluerit *Ariſtophanes*, ſic ſpeciem hominis expingi arrogantis, & alios contracto ſupercilio deſpicientis res ipſa loquitur. Paulum alter ſcarabaeus in Pac. v. 26. — ὑπὸ φρονήματος βρενθύεταί τε & φαγεῖν οὐκ ἀξιοῖ μέγα φρονεῖ, inquit *Schol. magnificum ſe facit, multumque ſibi arrogat:* quo pacto *Athen.* XV. p. 669. B. ἵνα μὴ ὁ Οὐλπιανὸς βρενθύηται, ὡς μόνῳ ἀναπάσας τὴν κοττάβιν. Lyſiſtr. v. 887. Χ' ἁ δυσκαλαίνει πρὸς ἐμὲ & βρενθύεται, de uxore moroſa, quae maritum faſtidio habet, ac ſuperbe tractat. Simili modo *Liban.* Decl. VII. p. 320. B. οἶδα πηλίκα βρενθύεσθαι σωφρὼς αὐτοῖς, *quam ſuperbas iras gerere conſuetum habeant.* Orat. XV. p. 437. C. καὶ οἱ μὴ ἠσέλγαινον, οὐδὲ ὑβρενθύετο. Saepius *iracunde indignari, ipſo vultus & oris habitu indignationem profiteri:* περὶ τῶν ἐπὶ M. Σ. c. 37. ἄτοπός δ' ἦν ἀπαλλάττων λαβόντες, ἵνα & βρενθύωμαι, ὅτι μὴ πλείω ἤδικας. *Athen.* IX. p. 383. F. μὴ καί τις αὐτῶν (μουσικῶν) τὸν ὠμὸν Δυσκόλου Μενανδρίου βρενθυόμενος λαμπρυνίσῃ τάδε. *AElian.* de Anim. V, 36. avis aſterias, εἴτις ὄκνον καλέσειεν αὐτὸν, οὐδὲ βρενθύεται καὶ ἀγχινακτεῖ. Singularius formulam loquendi concinnavit Noſter in Tim. c. 54. βρενθυόμενός τι πρὸς αὐτὸν, *vultu compoſito ac ſevero meditabundum incedere*, qui locus eſt ad hunc conferendus. Magis eſt vulgatum, ut ἐπὶ adſciſcat: *Athen.* XIV. p. 625. B. niſi potius ipſius Heraclidae Pontici, hominis eruditiſſimi, ſint verba: οἱ Ἴωνες ἐπὶ ταῖς τῶν σωμάτων ὕβρεσι βρενθύμενοι, καὶ θυμοῦ πλήρεις. *Themiſt.* Or. XXIII. p. 291. A. ἐκόσατε δὲ αὖ τινες τῶν ἐμῶν ἐπιτηδείων ὑψηλολογουμένου & βρενθυομένου ἐπὶ τοῖς σωφρόσι &c. Orat. XXIX. p. 346. B. Si labem exiguam elueris, ſenſus, qui *Petavium* fugit, egregie conſtabit: Ἐπὶ γὰρ αὐτοῖς τοῖς ὀλίγοις βρενθύομαι ἴσως καὶ αὐθαδίζομαι· καὶ ἐπισχόμισιν ἄν μοι Σωκράτης, ὡς ἀλαζόνα ὄντα· *as ego me forte ob iſta pauca ſuperbus effero, mihique multum tribuo: imo tum Socrates mihi, tanquam jactatori importuno, os obturaret.* Rarioris uſus eſt illud *Plutarchi* pro Nobil. §. 8. ἐξετάζομεν, πότερον ἐκεῖνος (Ἀριστείλης) τοσοῦτον προυπηλάκισε τὴν εὐγένειαν, ὅσον σὺ βρενθύει· & *Zachariae Schol.* initio Dial. de Opif. Mund. Καὶ τὸν βρενθύμενον εἶναι σοφὸν &c. Haec argumento ſunt, quod parce priſci ſcriptores, βρενθύεσθαι a recentioribus uſu creberrimo fuiſſe tritum. Cui placuerit in primis, *Theodoretum* reperio: vide, ne dubites, nam nihil eſt cauſae, cur plura deſcribam, Prol. Ἐκ. Θεραπ. p. 463. D. Serm. V. p. 557. D. VI. p. 571. B. X. p. 628. D. I. Αἰρέσεκακομ. c. 2. ut alia praeteream. Apud *Agathiam*, ſcriptorem pro ea aetate nitidum ac purum, multo ſaepius occurrit, quam notatum eſt a *Suida*, qui, quod exemplum primo loco poſuit, *Theophylacto* debet Hiſt. I. c. 3. Ὁ δὲ σοβαρύνόμενος πρὸς μᾶλλον καλλωπίζοιτο, εἰς προκαλακιζόμενος τῷ ἀναξίῳ τῆς θυμήματος. Idem Ep. 69. βρενθύεται τῷ κάλλει. Finem obſervationi noſtrae *Heſychius* emendatus faciat: Βρεναιάται, δυχεραίνει, προσκοιᾶται· expeditum eſt Βρενθύεται· niſi quis religioſius ordini literarum adhaerens praeferat, Βρενδῖται, vel Βρενδῆται· nam infra ſane legitur, Βρενδῶν, θυμοῦσθαι, ὀργίζειν. In eodem malim, Βρενθύνῃ, ἀξιοπιστεῖ, ἐπαίρεται, σεμνύνεται, quam ἀξιοπαθεῖ, βαρεῖται· quanquam de poſteriore non contendero. *T. H.*

16. Ἀλαζονείαν] W. r. In aliis ἀλαζονίαν. *M. du S.*

19. Ἐννοίας πολυπλόκους] Hinc Philoſophorum πλοκαὶ, quas πλεκτάνας vocavit Vit. Auct. c. 22. & alibi. *J. B.*

20. Καὶ λῆρον οὐκ ὀλίγον & ὕθλους & μικρολογίαν νὴ Δία, καὶ χρυσ.] Verterat *Mart. Bolerus & curioſitatem.* Id mutaturus *Benedictus* reddidit *& rerum minimarum diſquiſitionem.* At ſane jam ſatis expreſſit hoc

ἀναισχυντίαν, καὶ ὀργὴν, καὶ τρυφὴν, καὶ μαλακίαν· εἰ [a] λέληθε γάρ με, εἰ καὶ μάλα ἀποκρύπτεις αὐτά. καὶ τὸ ψεῦδος δὲ ἀπόθου, καὶ τὸ τύφον, καὶ τὸ οἴεσθαι ἀμείνω εἶναι τῶν ἄλλων. ὡς εἴγε πάντα ταῦτα ἔχων [b] ἐμβαίνοις, ποία πεντηκόντορος δέξαιτο ἄν σε; ΦΙΛ. Ἀποτίθεμαι τοίνυν αὐτὰ, ἐπείπερ οὕτω κελεύεις.

ter vivendi voluptatem, impudentiam, iram, luxum & mollitiem; neque enim me fallunt, quantumcumque ſtudioſe prætegas ea. Tum porro mendacium depone, atque inflatam arrogantiam, eamque de te opinionem quaſi melior ſis aliis: etenim ſi cum iſtis omnibus conſcendas, quæ te quinquaginta remorum navis accipiat? PHIL. Depono igitur iſta, quandoquidem ita jubes.

9. MEN.

a Λέληθε] Λέληθας. O. quod minime rejiciendum. b Ἐμβαίνοις] Ἐμβαίης O. idque verum puto. Prope accedit F. ἐμβαίνῃς, cujus vice reliquae omnes ἐμβαίνοις.

28. Πεντηκόντορος] Ναῦς ὑπὸ πεντήκοντα ἀνδρῶν κατηλατουμένη. V.

hoc philoſophi vitium per tria proxime antecedentia, quæ non ſunt ab hoc poſtremo diverſa. Itaque non miror patrem notaſſe videri nunc intelligere *avaritiam*, ut ſic potius diſtinguatur ἡ ὕβλους· ἡ μικρολογίαν ἢ Δία, ἡ χρυσίον, & non modo tacite aurum hinc inde ab diſcipulis corraſerit, ſed etiam oſtentet animo inſitam inſignem avaritiam & cupiditatem colligendi amplius, quam apud vivos celatam nuditas mortis nunc aperit. Mox ubi ſequitur ποία πεντηκόντορος abſurde vertunt *quæ quinqueremis*, quaſi bellicum quid apud inferos, quum ipſe Charon in Contemplantibus teſtetur ſe ſolum δικρότου ἅλιον. *J.G.*

33. Μυεῖ] Coll. P. & L. In Impreſſis μυᾶν. *M. du S.*

36. Πέλικιον τῆς ναυτηγικῆς] Pro πέλικιον ναυτηγικὸν eſt illa loquendi forma propria fere Atticorum: *Xenoph.* Symp. p. 521. v. 10. εἰσφέρειν τῇ ἐρχομένῃ τροχὸς ἢ κεραμικῆς. *Theophr.* Char. Eth. c. V. Θαυμάσαι ἢ τραγγύλον λιχάδας, ἢ βαλλήρας ἢ σκολιὸν ἐκ Λακεδαίμονος. *Epicharmus* in Scirone: πηλίνου λιτρὶς. *Ariſtoph.* in Γήρᾳ κωμῳδ. ἢ μαγειρικῶν *Alexis*: —Ἀριστογείτονα Τὸν ῥήτορ' εἶδον λάρνακι ἠμφιεσμένον Τῶν ἀσθρακικῶν— Poſteriora ſubminiſtrat *Pollux* X, 87. 104. 111. *T.H.*

37. Ἐπικόπῳ] Sic vocat truncum, ſuper quo aliquid diſſecatur: vox in uſu rariſſimo. *J.B.*

Ἐπικόπῳ τῇ ἀναβάθρᾳ χρησάμενος] Valde obſcure vertitur ſic, ut verba longe recedant a Graecis: *Menippus iſte ſumta ſecuri qua naves fabricant, eam reſecabit ſcanſorio navis tabulato ſuppoſitam.* Pro ἐπικόπῳ in Mſſ. eſt ἐπικόπτῳ ſed aut legendum eſt ἐπικαπάνῳ, aut ἐπίκοπον pro ἐπικόπανον uſus eſt *Lucianus*, ſicut illo *Menander* in Meſſania, ut auctor eſt *Pollux* Onomaſt. X, 24. Sic autem vocabatur τράπεζα μαγειρικὴ, in qua ſecabant in fruſtra carnes aſſandas, vel coquendas: pro ἐπικόπανον veteres addit dixiſſe ἐλεὼν, ξάνιον, ἐπίξηνον dictam eſſe iſtam menſam coquorum ἐλεὼν, quia ex oleis conficiebatur, auctor eſt *Heſych.* quamvis alios ἐλεὼν ſcribere doceat, & aliunde petere hujus vocis originem: vide in ἐλεῶν. Apud *Pollucem* ſtultiſſime vertitur ἐλεὼν *olearia cella*: vide & lib. VI. cap. 13. ubi eadem repetit *Pollux*. Ceterum in prius laudato capite pro ἐπικόπανον Mſ. ut hic *Lucianus*, prae ſe fert ἐπίκοπον, ſed non in verbis *Menandri*, quae ſtatim ex ejus Meſſania affert; nec in lib. VI. c. 13. Utrumque veteres videntur uſurpaſſe ἐπίκοπον, & ἐπικόπανον, ſed tamen non vetuſtiſſimi; recentiora enim ſunt vocabula. Sane non niſi apud novae Comoediae ſcriptores ἐπικόπανον reperiri, & quidem *Menandrum Pollux* tradit locis in laudatis. Sed ἐπίκανον veteres quoque uſos diſcimus ex *Euſtathio* ad Odyſſ. B. v. 237. ubi ἐπίξηνον exponit ἐπίκανον. Τὸ ὃ παραθέμενοι κιφάλας ἀντὶ τῆ προτεινάσης. ἢ ὡς οἱ ἐπιξήνῳ ἤτουν ἐπικόπῳ ἤτοι ἐπικαρμίῳ λέγοντες ὥστε κοπῆναι· qui locus admodum facit ad hujus noſtri *Luciani* explicationem. Vide quoque antiqua Scholia ad hunc locum *Homeri*, in quibus male legitur προτεινάσης ἀς ἐπιξείνῳ, ἤγουν ἐπικόπῳ, ὥστε κοπῆναι, pro ἐπιξήνῳ. Sic & male legitur apud *Heſych.* ἐπίξυλον pro ἐπίξηνον, τὸ παρ' ἰνίοις ἐπίκοπον. Ἀναβάθρα eſt ſive *ſcala*, qua in navem altiorem, aut *tabula*, qua in lintrem aut ſcapham pervenire commode poſſumus. Utitur hoc vocabulo alibi quoque *Lucianus*. Verte Luciani locum: *Menippus iſte capta ſecuri, qua naupegae utuntur, eam reſecabit, utens pro menſa, ſeu trunco, quo ſecanda imponuntur, tabula, qua ſcapha conſcenditur.* *J.G.G.*

Ἐπικόπῳ] Hujus & loci & vocabuli meminit *H. Stephan.* Theſ. T. II. p. 354. Ἐπίκοπον, inquit, *ſubſtantive, Lignum quod ſupponitur quum quid ſecuri ſecatur, ut* Budaeus *interpretatur apud* Lucian. *in Dial. Char. & Merc.* λαβὼν πέλεκυν &c. *loquitur autem ibi de barba. Poteſt tamen & pro menſa accipi, ſupra quam lanii & coqui carnes concidunt, ut* ἐπικόπανον. *Antiquam autem eam vocem eſſe* Euſtathius *tradit, eique ſynonymum* ἐπίξηνον, *at* ἰδιωτικῶς *vocari* ἐπικόμμιον.

Ari-

9. MEN. At barbam iſtam quoque deponat, Mercuri, gravem ſane & hirtam, ut vides: quinque minas pili minimum pendunt. MERC. Recte mones; & iſtam remove. PHIL. Quis autem erit, qui detondeat? MERC. Menippus ille, capta ſecuri nautica, præcidet eam pro codice uſus ſcala navali. MEN. Minime, Mercuri:

MEN. Ἀλλὰ γὴ † τὸν πώγωνα τοῦτον ἀποθέσθω, ὦ Ἑρμῆ, βαρύν τε ὄντα, καὶ λάσιον, ὡς ὁρᾷς· πέντε [c] μνᾶν τρίχες εἰσὶ τὰ ἔλαχιστον. EP. εὖ λέγεις· ἀπόθου καὶ τοῦτον. ΦΙΛ. καὶ τίς ὁ ἀποκείρων ἔσται; EP. Μένιππος οὗτοσί, λαβὼν πέλεκυν τῶν ναυπηγικῶν, [d] ἀποκόψει αὐτὸν, [e] ἐπικόπῳ τῇ ἀναβάθρᾳ χρησάμενος. MEN. Οὐκ, ὦ Ἑρμῆ, ἀλλὰ

c Μνᾶν τρίχες εἰσὶ] Μνᾶς εἰσι τρίχες. C. P. L. μνῶν τριχῶν εἰσι. O. F. Forte fuerit a *Luciano*, πέντε μνᾶς εἰσι τριχῶν· etſi nec repudiandum ſit τρίχες. d Ἀποκόψει] Ἐπικόψει. L. e Ἐπικόπῳ] Ἐπικόπτῳ G. P. *AIW.* ubi praeterea notatum: *Ἐπικόπῳ forſan legendum.*

Ariſtophanis *autem* Scholiaſtes ἐπίξηνον *eſſe dicit* (ad Acharn. v. 317.) μαγειρικὸν κρεμὸν, ἐφ' ᾧ τὰ κρέα συγκόπτουσι. Euſtathius *exponens Homericum illud Od.* Β, 237. παρθέμεναι κεφαλὰς, *ſubjungit*, πρωτεύοντες, ἢ ὡς τὸ ἐπιξήνῳ, ἤτοι ἐπικόπῳ, ἤτοι ἐπικορμίῳ θύοντες, ἐφ' οἷς κοπῆναι, *in trunco in quo carnes concidi ſolent. Sed forſaſſe non minus* ἐπίκοπον *ſubſtantive dicitur, quam* ἐπίκοπος *quemadmodum apud* Poll. ἐπίξηνον, *& apud* Scholiaſtem Ariſtophanis ἐπίξηνος. *Praeterea in altero ſubintelligi poſſe videtur* κορμὸς, *aut* τράπεζα, *aut tale quid, in altero* ξύλον, *aut aliquid aliud. Sicut vero tam* ἐπίξηνος *dicitur, quam* ἐπίξηνον, *ita tam* ἐλεὼς *quam* ἐλεὼν, *ut* Euſtathius *annotat.* Poſtea de ἐπικοπάνῳ profert, quae *Pollux* ſcripſit V, 90. X, 101. Fundum fere vides eorum, quae a *Graevio* ſunt explicata: paucis quid hoc de vocabulo ſit tenendum declarabo. Ἐλεὼν apud Homerum, vel ἐλεὼς, hoc enim numero ſolum occurrit Il. I, 215. Od. Ξ, 432. τράπεζαν eſſe μαγειρικὴν ſive *menſam coquinarem* veteres conſentiunt: eorundem auctoritate maſculinum genus accipimus; quamvis alioquin pro neutro faciat τύλεον *Ariſtophanis* in Equ. v. 152. 169. & ab utrovis aeque repeti poſſit *Poëtae* ἐλεῶνες non aliter *Polluce*; nam & IV, 123. ubi rariorem vocis uſum exponit, Ἐλεὸς δ' ἡ τράπεζα ἀρχαϊκὰ, ἐφ' ᾗ πρὸ θύρας αἱ τῶν ἀνακτόρων τοῦ χαλκοῦ ἀπεψήφιζον, membranis ſi obtemperemus, Ἐλεὸ erit revocandum. *Philopono* tamen vel *Cyrillo* ὁ Ελεὸς, τῷ ἐλεῷ, *Elens ſtrvius. menſa.* Hinc ἐλεοδότας Delii διὰ τὸ τοῖς ἐλεοῖς ὑποδύειν ἀμφοτέρους τὸ τοῖς θεοῖς θύειν teſte Athen. IV. p. 173. A. quem deſcripſit *Euſtath.* ad Il. I. p. 773. v. 43. Dubitat *Harpocration*, an Ἐλεοχέποι *Lyſiae*, quos alii τοὺς τὰ ἔλη κόπτοντας, τῷ ε παραλογῶς γραφόμενον, interpretabantur, indidem ſint derivandi: μοιχὸν δὲ τὸν τὸ ἐλεὸν, ὅπερ ἐστὶν ἐντὸς ξυλίνου, γίγνεσθαι τύπτομαι· ubi quid ſibi velit ἐντὸς prorſus omiſſum a *Suida*, minime perſpicio; niſi quis reponi probet ἔρκος, vel, quod verius exiſtimo, ὅπερ ἐστὶ κόρμος ξύλινος. De ἐλεοῖς plura *Jungermann.* ad *Poll.* X, 101. n. 44. Idem cenſetur ἐπίξηνον ſaepius in *Ariſtophanis* Acharn. v. 317. 354. 364. 365. uſurpatum: neque repugno, modo paulum accuratius, illam eſſe *culinariam*, hanc, ut *Suetonius* ait in Claud. c. 15. *menſam lanioniam* ſtatuas: *AEſchyl.* Agam. v. 1286. Βωμοῦ πατρῴου μ' ἀντ' ἐπίξηνον μόνης Θερμῷ κοπείσης φοινίᾳ προσφάγμασι· quorum mihi *Stanlei* verſio multo magis, quam infelix emendandi conatus placet. Ξάνιον adjungit *Pollux* origine par, ſed multo minus obvium, & Comoediae novae vocem ἐπικόπανον *Menandri* verba vel integra poſſunt ſervari, ut initium jambi faciant, vel, quod fere malim, ita legi, — ἡγεῖται μὲ' ἴλως Ἐπικόπανόν τι — *Codicem me plane lanionium putat, prout creberrimis me contundis plagis*: nam nihil eſt futilius ea explicatione, qua ſibi blanditur ad *Menandri* Reliquias *Philargyrius* ille *Cantabrigienſis*. Ἐπικόπανον autem an ἐπίκοπον dicas, nullum intereſt diſcrimen: plus una vice meminit *Euſtath.* ad illud Od. Γ, 443. — βοῦν ἐπικόψων, ἀντὶ τοῦ ἐπάνω τοῦ τραχήλου πλήξων· ὅθεν ἡ ἐπίκοπος παρὰ τοῖς παλαιοῖς τὸ ἐπίξηνον, ὅπερ ἰδιωτικῶς ἐπικόρμιον λέγεται· & ad Od. Λ. p. 1692. ἐπάνω ἔρευ, ὡς οἷά τινος ἐπιξήνου, ὃ ἐστιν ἐπικορμίου· cujus vocabuli infima Graecorum aetate vulgati rationem pandit Ariſtophanis Scholiaſtae κόρμος μαγειρικὸς, quos *lanionum codices* ex ulmis maxime confectos appellat *Juvenalis* antiquus Commentator ad XI, 141. *Etymol.* Ἐπίξηνος, ξύλον ἐφ' ᾧ κρέα κόπτουσι, τὸ νῦν ἐπίκοπον παρὰ Ἀριστοφάνει καὶ Δημοσθένει de *Ariſtophane* liquet; *Demoſthenis* locum hactenus quaero. Hinc in *Heſychio* reſciendum arbitror, Ἐπίξηνος, ξύλον ἐφ' ᾧ τὰ κρέα τύπτουσι ξύλῳ, ὃ νῦν τὸ πρανάριον, vel ἐπίκοπον ξύλον· nihil enim obſtat, quo minus hunc in modum ſuppleatur, ut recte monuit *H. Stephanus*: ſic ἐπίκοπον σανίδιον, *tabella, ſuper quam aliquid inciditur*: *Paulus AEgin.* VI. c. 67. Leonides, ut ἰσχίον ῥαιόσει mederetur, ἰδίου ἀναλίνας † ἄνθρωπον σμίλῃ κατ' ἐπικόπου σανιδίου τυπὼ ἢ σπλῆνος, δέρματος τὸ ἀδεντὸν ἐξαίρων. Porro, quod *Heſychius* habet, Ἐπίξυλον, τὸ ἐπὶ θεραπείᾳ τῇ ὑφαινομένου ἱματίου, καὶ τὸ παρ' ἡμῖν ἐπίκοπον, *Graevio* mutanti nondum adſentior. Idem: Κρίων, ἐπίκοπον, κρεοδόχον λέβητα· veterum expoſitionem tradit Homericae vocis κρίων ſive κρίον duplicem; hi *codicem coqui, lanionisve* accipiebant, alii *lebetem, in quo car-*

λὰ πρίονά μοι ἀνάδος· γελοιότερον γὰρ τοῦτο. EP. ὁ πέλεκυς ἱκανός. MEN. εὖγε. ἀνθρωπινώτερον γοῦν νῦν ἀναπέφηνας, ἀποθέμενος αὐτοῦ τὴν κινάβραν. [a] βάλει μικρὸν ἀφέλωμαι καὶ τῶν ὀφρύων; EP. μάλιστα· ὑπὲρ τὸ μέτωπον γὰρ καὶ ταύτας [b] ἐπῆρκεν, οὐκ οἶδ' ἐφ' ὅτῳ [c] ἀνατείνων ἑαυτόν. τί τοῦτο; καὶ δακρύεις, ὦ κάθαρμα, ἢ πρὸς θάνατον ἀποδειλιᾷς; ἔμβηθι δ' ὦν. MEN. ἓν ἔτι τὸ βαρύταλον ὑπὸ μάλης ἔχει. EP. τί, ὦ Μέ-

verum ſerram mihi porrige; nam hoc quidem magis ridiculum. MERC. Securis eſt ſatis idonea. Euge; homini nunc quidem ſimilior evaſiſti, dejectis ibi ſordibus hircinis. MEN. Vinne paulum etiam demam de ſuperciliis? MERC. Omnino: ſuper ipſam enim frontem ea ſuſtulit, neſcio cujus rei gratia ſeſe tam ſuperbe erigens. Quid hoc? etiam lacrimaris, ſcelerate, & ad mortem expaveſcis? quin ocyus inſcende. MEN. Unum adhuc graviſſimum ſub ala tenet. MERC. Quid-

a Βάλει] Ms. βούλει. P. b Ἐπῆρκεν] Ὑπῆρκεν O. c Ἀνατείνων] Ἀνατείνειν O. prave.

42. Τὴν κινάβραν] Κινάβρα, ἡ τῶν τράγων δυσωδία· λέγει δυσωδίαν * τῷ πάντας σιαίνειν· ἴσως δὲ ἡ κινάβρα λίγει τὴν πύραν. V.

* Πάντας μιαίνειν] Τὸ πάντας σιαίνειν Exc. G. τῷ π. σ. V. De voce σιαίνειν vide *Schol.* ad Tim. p. 113. *M. du S.*

Haec vel Scholiorum deſcriptor vel Clericus ita concinnaverat, ut aliquem habere ſenſum viderentur: neque tamen eo magis, quid huc faciant, intelligas. Perſuadeo mihi σιαίνειν verbum recentioris eſſe Graecitatis, quod corruptum ex σιχαίνειν, ſignificet *faſtidium creare*, quale ſolet odor ingratus ac teter; at *faſtidire*, *averſari* σιαίνεσθαι Cyrilli Gl. Σιαίνομαι, *tedo* (*Taedeo*) Σιαντία, *faſtidia*. Σιαντὸς, *teter*. Iisdem fere vocibus utitur ad σιχαίνεσθαι eiusque derivata explicanda. Fallitur *Cangius* Gl. M. & I. Gr. in Σιάνειν· nam *Nicephori* & *Joannis Moſchi* σιανθεὶς non aliunde debet, quam ab hoc ipſo σιαίνεσθαι repeti: utrique loco poteſtas adſignata plane convenit: aliena eſt, quam ille dedit, interpretatio, *captata animi aequalitate*. Videndum ergo, an in Schol. noſtro ad Tim. p. 113. reſtitui commode poſſit, ἀπὸ τῆς Δίας σιαίνειν, *propter illam* συγκότιλα *nimirum vultusque triſtitiam, qua feſtum illud* Διασια *celebratur. Hic autem voluitne dicere?* κινάβρα *proprie hircorum fetor: praeterea notat quemvis tetrum odorem, eo quod omnibus faſtidium excitet, ſive malis, omnes faſtidiant:* an potius parva mutatione legi praeſtat? λίγει δυσωδίᾳ αὐτὸν πάντας σιαίνειν, *ait* Lucianus *gravi fetore philoſophum cum omnibus eſſe faſtidio.* Qui porro venit in mentem huic homini, ut κινάβραν forte vocari *peram* ſuſpicaretur? quid dici poterat abſurdius? haec tamen Etymologi verba non multum diſcrepantia recognoſce: Κινάβρα, ἴσως κυρίως ἡ τῶν τράγων δυσωδία· λέγεται καὶ ἁπλῶς ἡ δυσωδία· ἡ καὶ ἡ πήρα· quibus, aliisque pluribus, inducor fere, ut credam non Etymologum a Scholiaſta, ſed ab Etymologo noſtrum Scholiaſten ſaepe deſcribi: de pera certe vix quisquam, quid ſit κινάβρα declarans, cogitare poſſet, niſi ad hunc locum commentaretur. *T. H.*

carnes coquantur. Tum etiam, ſi lectioni receptae tuto fidimus, μάλλω a Pariis τὸ ἐπικόπανον vocari *Heſychius* oſtendit: illi autem conjecturae, qua ſuſpicatus fui in eodem reſtitui poſſe Ἐπ κοπον, ἐπικόμιον, Πάφιοι aut Πάριοι, pro Ἐπίκαρον, ἐπίκαπον, parum tribuo, quia forte probabilius emendes, Ἐπικαρον, ἐπίκαρτον. *Scaligero* ſubſcribo Gloſſas corrigenti, *Cala*, ἐπικοπὶς, ἐπιγλυφίς. Ergo Lucianus ad praecidendam tam grandem philoſophi barbam ſcala navali Menippum uti voluit vice codicis aut trunci lanionii, eoque magis, quod ſecuris robuſtum aliquod lignum, non levem tabulam poſtularet. *T. H.*

40. MEN. Εὖγε. ἀνθρωπινώτερον γὰρ νῦν ἀναπέφηνας] Locus & vitio laborat, & prava diſtinctione; quam ob rem ignoſcendum eſt eruditis hominibus, qui nihil hic viderunt. Primum lege ἀνθρωπινότερος, itaque verte, *Euge vero; nunc homini ſimilior evaſiſti, foetidis ſordibus ibi depoſitis.* Ἀναπέφηνας intellexerunt, quaſi actionem contineret; perverſe: aliud norma Graecae linguae, atque ipſe *Lucianus* ſuadent. Θ. Δ. IV. §. 1. σὺ δ' ἄλλος ἤδη ἀναπέφηνας. Κατάπλ. c. 24. πῶς καθαρὸς ἐξ ὑπαρχῆς ἀναπέφηνας; *Xenoph.* Socr. Apol. p. 411. v. 9. ὅτι θύων τισὶ καινοῖς δαιμονίοις, οὐτὲ ὁμοίους, οὐτε ὁμολογοῦντας ἄλλους θεοὺς ἀναπέφηνα. *Suidas*: Ἀναπέφηνα, ἀπεδειχθην, ἢ ἐχὶ ἀναπέφηνα. Nihil moror Philopatridis conſarcinatorem. §. 3. ipſe rectius §. 18. Praeterea ἀποθέσθαι in hoc dialogo nunquam dicitur, ut virtus verbi medii poſtulat, niſi is, qui, quae habet ipſe, deponit atque a ſe projicit: modo, τὸ πώγωνα τοῦτον ἀποθέσθω, &, ἀπόθου ἐκ τούτου. Ἕρμ. c. 5. πᾶσαν ἐν ὑποτιμήσεως ἀφορμὴν ἐκ τοῦδε ἀποθέμενος. Sic πᾶσαν ἀποθέμενον μανίαν τιμῆσαι μὴ τοὺς αὐτοκράτορας in Paſſ. Tarach Prob. & Andron. p. 248. Hinc ſponte ſequitur, quomodo ſit capiendum αὐτῷ, tanquam ſi locum, ubi ſordes excuſſae jacebant, digito monſtraret. Deinde Menippo male tribui, quae Mercurii perſonae conveniant, manifeſto, dummodo ſententiam conſideratius perpendas, patebit. Securis loco ſerram Menippus ad deradendam philoſophi barbam riſus cauſa poſcit: verum, inquit Mercurius, Menippi

Quidnam, Menippe? MEN. Adulationem, Mercuri, quæ multum in vita utilitatis ipsi adtulit. PHIL. Quin tu igitur, Menippe, depone mentis & linguæ libertatem, illudque doloris expers & generosum, ac risum: tu nimirum solus reliquorum rides. MERC. Neutiquam: quin potius ista retine, quippe levia, portatuque facilia, & ad hancce navigationem percommoda.

10. Tu vero, Rhetor, pone verborum futilem illam & infinitam adfluentiam, oppi libidinem jocandi petulantem aliquantulum reprimens, securis satis est idonea: tum Menippus dicto audiens utitur securi. Hoc peracto ministerio sermonem continuat Mercurius: *optime sane; nunc tu, philosophe, multo humanior appares, postquam teterrimam illam spurcitiem deposuisti.* Exinde Menippus iterum: *Vin tu, Mercuri, ut paullulum etiam de superciliis demam?* quae sane leporis Comici sunt plenissima. Sic igitur personas digere: Ep. Ὁ πάλιγκις ἱκανός· Εὖγε· ἀνθρωπινώτερος γὰρ νῦν ἀναπέφηνας λουθέμενος αὐτῇ τὴν κινάβραν. Mer. Βούλει μικρόν &c. Egregio sane donatum tonsore philosophum! Similiter p. 225. v. 15. τι τοῦτο; sermo intermissus a Vulcano, postquam caput Jovis securi diviserat, repetitur. *T. H.*

41. Ἀνθρωπινώτερον ἀναπ.] Sic apud *Athen.* ἀνθρωπίνως λαλεῖν p. 383. B. *M. du S.*

42. Αὐτῇ] Id est, αὐτόθι, τύθις. *F. G.*

Ibid. Τὴν κινάβραν] Alarum aut reliquarum partium excitatur odor ad libidinem incensis. Hinc *Horatius* anum hujusmodi dicit *hirsutum in alis habere.* Lysimachus apud *Plautum* in Mercat. Jam plenus aetatis, animaque fœtida Senex hircosus—. *G. C.*

43. Ὑπὲρ τὸ μέτωπον ἐπῆρκεν] Inanem fastum philosophorum, qui quidem sapientiam solo vultu simulant, quando veteres irridet, id quod fieri solet saepissime, supercilia potissimum vellicant; usque eo, ut notam illorum ac designationem complectantur istae loquendi formulae οἱ τὰς ὀφρῦς αἴροντες, *Menander* apud *Donat.* ad *Terent.* Andr. A. II. Sc. 5. οἱ τὰς ὀφρῦς ἀνασπαλίτες *Eusеb.* D. E. p. 106. C. οἱ συμπροσωποῦντες τὰς ὀφρῦς ἀνασπαλίτες *Artemidor.* Procem. lib. I. p. 3. De ipso Platone *Amphis* apud *Diogen. L.* III, 28. Ὥσπερ κοχλίας συμπὰς ἐπῆρκε τὰς ὀφρῦς. *Alciphr.* I. Ep. 34. Ἐξ ὧν φιλοσοφῶν ἐπινένευκας συμπός τις ἀγίνου, καὶ τὰς ὀφρῦς ὑπὲρ τοὺς κροτάφους ἐπῆρας ubi praeter hunc *Luciani* locum commoda notavit *Berglerus*, quaedam tamen a *Desid. Heraldo* praecepta ad *Martial.* I. Ep. 25. Quod autem in Ox. libro legitur ὑπῆρκεν, probari nequit, nisi duabus literis interjectis expolias, ὑπερῆρκεν· verum nihil est causae, cur obvium illud ἐπῆρκεν, & Nostro familiare sollicitetur. Si quid mutandum foret, exigi mallem ἑαυτὸν, quamvis enim haud negem recte dici ἀνατείνειν ἑαυτὸν, oratio tamen exit rotundior, si ἀνατείνων referatur ad ταύτας τὰς ὀφρῦς. Ita *Lucian.* in Tim. c. 54. ἐπιστάσας γοῦν τὸ πώγωνα, καὶ τὰς ὀφρῦς ἀνατείνας· & *Etymologus* esse contraria monet ὑποκυθίζειν & ἀνατείνειν τὰς ὀφρῦς. Hoc est illud *Ammiani* de rege Chnodomario XVI. c. 12. *arduus fubrigem supercilia*; & p. 143. *elatus in arduum supercilium.* *T. H.*

44. Ἐπῆρκεν] Vide B. πρ. c. 7. ὡς δίῃρει τὸ ξύλον. *M. du S.*

48. Ὑπὸ μάλης] Quicquid clam & occulte, non propatulo, vel fit, vel gestatur, sub ala proverbio etiam fieri dicitur: quo usus est *Demosth.* contra Aphob. Τριταγωνιστ. Οὐχ ὡς, ὑπὸ δύο τινῶν ὄντων, ὑπ' ἐκείνου μάλης ἡ πρόληψις γέγονεν, ἀλλ' ἐν τῇ ἀγορᾷ μᾶλλον μᾶλλον πεφόρτωται· non unus, neque duo ista norunt, neque sub ala, ut aiunt, provocatio facta est; sed in medio foro, multis praesentibus. Ita dicitur alibi ab eodem *Luciano* ὑπὸ κόλπου, *sub sinu.* *G. C.*

Ὑπὸ μάλης ἔχει] *Erasmus* in Adagio, *Quae sub alis fiunt*, incredibilem hujus phraseos explicationem tantoque viro indignam attulit, jure merito propterea castigatus ab *H. Stephano* in Anim. cujus operae praeclarae non meminerat *H. Valesius*, quum ad *Amm. Marcellin.* XXVI. p. 512. iisdem, quibus *Stephanus*, exemplis usus *Graecos* ὑπὸ μάλης *de re furtiva & occulta solere dicere* observat. Nos alias ad *Thomam Magistrum* plura. *T. H.*

49. Κολακείαν] Ita Ox. Reliqui κολακίαν. *M. du S.*

55. Γε] Hoc pro vulgato δὲ ex MS. Ox. reposuimus. *M. du S.*

d Κολακείαν] Ex O. Edd. omnes κολακίαν. e Γε] Sic O. Cunctae Edd. δὲ quod si retineretur deleri omnino debebat ὄντα.

παρισώσεις, ἢ ῥήσεις, καὶ βαρβαρισμούς, ἢ τἆλλα βάρη τῶν λόγων. PH. [a] ἦν ἰδού, ἀποτίθεμαι. EP. εὖ ἔχει. ὅτε λύε τὰ ἀπόγεια, τὴν ἀποβάθραν [b] ἀνελώμεθα, τὸ ἀγκύριον ἀνασπάσθω· πέτασον τὸ ἱστίον, εὐθύνε, ὦ πορθμεῦ, τὸ πηδάλιον· εὖ πάθωμεν.

ΤΙ οἰμώζεις, ὦ μάταιοι, ἢ μάλιστα ὁ φιλόσοφος σύ, ὁ βέλτιστος τῶν πώγωνα δεδηγμένος; ΦΙΛ. ὅτι, ὦ Ἑρμῆ, ἀθάνατον ᾤμην τὴν ψυχὴν ὑπάρχειν. MEN. ψεύδεται· ἄλλα γὰρ ἔοικε λυπεῖν αὐτόν. EP. τὰ ποῖα; MEN. ὅτι μηκέτι δαπανήσει πολυτελῆ δεῖπνα, μηδὲ νύκτωρ ἐξιὼν, ἅπασιν λανθάνων, τῷ ἱματίῳ τὴν κεφαλὴν καλυψάμενος, περιέισιν ἐν κύκλῳ τὰ χαμαιλυπεῖα· ἢ ἔωθεν ἐξαπατῶν τοὺς νέους ὑπὸ τῇ σοφίᾳ ἐγγύριον λήψεται. ταῦτα λυπεῖ αὐτόν. ΦΙΛ. σὺ δὲ, ὦ Μένιππε, οὐκ ἄχθῃ ἀποθανών; MEN. πῶς, ὃς ἔσπευσα ὑπὲρ τὸν θάνατον, καλέσαντός μηδενός.

posita, paria paribus æquata, comprehensiones sententiarum, barbarismos, ceteraque orationum pondera. RHET. Ecce enimvero, pono. MERC. Bene habet: solve itaque retinacula: scalam nauticam attollamus: anchora subducatur: expande velum: dirige, portitor, clavum. Bene nobis sit.

11. Quid ploratis, inepti, tuque maxime, philosophe, cujus jam modo barba fuit evastata? PHIL. Hoc scilicet, Mercuri, quod immortalem opinabar animam esse. MEN. Mentitur: nam alia sunt, quæ credas eum pungere. MERC. Qualia? MEN. Quod non amplius coenabit apparatas coenas, neque de nocte egressus, clam omnibus, palliolo caput obvolutus, circumibit in orbem lupanaria; nec summo mane decipiens juvenes sapientiæ prætextu argentum accipiet: hæc urunt eum. PHIL. Tu autem, Menippe, non doles te mortuum esse? MEN. Egone, qui festinavi ad mortem citante nemine.

12. Ve-

a Ἦν ἰδού] Ἤνιδι P. εἶεν, ἰδού. B2. quod sine dubio editoris. b Ἀνελώμεθα] Ἐλώμεθα. O. Ortum ex simili præcedentis vocabuli terminatione vitium.

59. Καὶ βαρβαρισμούς] Ἐν χείμαλι προφορμῶν τῶν λόγων χάριτος ἕνεκεν· ὡς τὸ, * οἱ δὲ δύο στασιάζοι, ἢ τὰ ὑποκείμενα. V.

66. Δεδηγμένος] Πεπαθημένος. V.

73. Χαμαιλυπεῖα] Παρεῖα. V.

* Οἱ δὲ δύο * στα. . . .] Videtur hic aliquis locus citatus fuisse. J.C.

Ex *Homeri* Od. M, 73. ut indicavit *M. du Soul.* Porro προφερόμενον τὸν λόγον habuit E. A. prave: quum V. præferat τῶν λόγων, huic aptandum fuerat προφερομένων, non contra. Ceterum quomodo pertineat hæc adnotatio ad βαρβαρισμούς, nemo facile pervidebit. Eruditiss. itaque *Duberus* ad *Thucyd.* p. 297. n. 63. fortassis loco non suo positam observat, & alio referendam: *Certe melius*, inquit, *conveniebat illis, quæ tegantur in* Lucian. *Dial. Junonis & Latonæ* p. 243. v. 22. hujus Ed. οἱ δὲ σοὶ σταῖδες, ὁ μὲν αὐτῶν —— ὁ δ' Ἀπόλλων· cui libens adsentior. Similis orationis figura p. 242. v. 92. Ejusmodi quiddam, adductis enim iisdem Homeri verbis, reperies in G. ad p. 239. T.H.

59. Παρισώσεις] *Quare aut paria esse debent posteriora superioribus, extrema primis, aut, quod etiam est melius & jucundius, longiora.* Cicer. de Orat. III, 48. In Orat. c. 25. *paria paribus relata, & similiter conclusa, & immutatione quasi quæsitas vermutatos* parce adhibendas aut fugiendas esse ait. Πάρισα hæc vulgo vocabant: vide *Philostr.* p. 497. Meminit iterum *Nostri Δημοσθ.* c. 8. *M. du S.*

Ibid. Βαρβαρισμούς] Ridicule hoc dictum. Præterea *A. Gellius* V, 20. negat eam vocem apud ullum idoneum auctorem Graecum inveniri. Sed *Luciani* jam ætate linguæ Græcæ castitas vix ullibi reperiebatur. Vide in hanc rem plura in Ῥητ. c. 17. B. πρ. c. 10. & 23. *M. du S.*

60. Ἦν, ἰδού] Rhetor ait: ἦν, ἰδοὺ ἀποτίθεμαι. sed scribendum ἦν' ἰδού, *ecce*: quod alibi quoque sæpiuscule apud nostrum occurrit, sed sæpius corruptum. Dicitur pro ἦνι ἰδού. J.G.G.

Ἦν, ἰδού] Secutus est Eruditiss. *Graevius H. Stephanum* Th. L. Gr. T. I. p. 1104. Ἦν ἰδού, inquit, *apud Lucian. eadem signifi. initio Anachars. Sed ego tam in hoc loco quam in cæteris scribendum puto* ἦν' ἰδού *posita post* ἦν' *apostrophi nota: nec enim dubito, quin elisum sit* ι *adverbii* ἦνι, *quod ex τῷ* Δημοσθένους τῷ ἰδού *perinde ac si diceretur* ἦνι ἰδού. Ego, quanquam, utrum probes, haud sane multum refert, secus sentio, ut opportuniore loco declarabo. T.H.

62. Τὴν ἀποβάθραν ἀνελώμεθα] *Polyæn.* IV. c. 6. p. 374. ἄλλοι μὲν ἀνίστων τὰ πρυμνήσια, ἄλλοι δὲ ἀνέλκον τὰς ἀποβάθρας, ἄλλοι δὲ ἀγκύρας ἀνεμοῦντο. Quam hic ἀπο-

12. Verum interea dum cædimus ſermones, nonne clamor aliquis auditur tanquam a terra vociferantium? MERC. Sane, Menippe, neque ab una tantum regione: evenim hi in concionem coëuntes læti rident cuncti ob Lampichi mortem: ejusque uxor comprehenſa tenetur a mulieribus, & infantes teneri pariter & ipſi a pueris impetuntur largis lapidibus: alii Diophantum rhetorem laudant Sicyone, qui funebri oratione cohoneſtat exſequias hujus Cratonis. Atque etiam profecto Damaſiæ mater gemitus ciens præit leſſum cum feminis in funere Damaſiæ: te vero nullus, o Menippe, lacrimis proſequitur, quieteque jaces ſolus.

13. MEN. Nequaquam; ſed audiés canes jam jam miſerabiliter ululantes mei cauſa, corvosque flebilem in modum aliis concrepantes, quando frequentes ſepelient me. MERC. Fortem te præſtas, Menippe. Sed quoniam in portum appulimus,

Ἀλλὰ μεταξὺ λόγων, ὦ χρυσῆ τις ἀκούεται, ὥσπέρ τινων ἀπὸ γῆς βοώντων; EP. ναὶ, ὦ Μένιππε, οὐκ ἀφ' ἑνὸς γε χώρου· ἀλλ' οἱ μὲν ἐς τὴν ἐκκλησίαν συνελθόντες ἅσμενοι γελῶσι πάντες ὅτι τῷ Λαμπίχου θανάτῳ, ἡ γυνὴ αὐτοῦ συνέχεται πρὸς τῶν γυναικῶν, καὶ τὰ παιδία νεογνὰ ὄντα, ὁμοίως καὶ ἐκεῖνα ὑπὸ τῶν παίδων βάλλεται ἀφθόνοις τοῖς λίθοις· ἄλλοι δὲ Διόφαντον τὸν ῥήτορα ἐπαινοῦσιν ἐν Σικυῶνι ἐπιτάφιους λόγους διεξιόντα ὑπὲρ Κράτωνι τούτῳ. καὶ νὴ Δία γε, ἡ Δαμασίου μήτηρ κωκύουσα ἐξάρχει τοῦ θρήνου σὺν γυναιξὶν ὑπὲρ τῷ Δαμασίᾳ· σὲ δὲ οὐδείς, ὦ Μένιππε, δακρύει, καθ' ἡσυχίαν δὲ κεῖσαι μόνος.

MEN. Οὐδαμῶς, ἀλλ' ἀκούσῃ τῶν κυνῶν μετ' ὀλίγον ὠρυομένων οἰκτίστου ἐπ' ἐμοὶ, καὶ τῶν κοράκων τυπτομένων τοῖς ῥαμφεσι, ὁπότ' ἂν συνελθόντες θάπτωσί με. EP. γενάδας εἶ, ὦ Μένιππε. ἀλλ' ἐπεὶ καλαπεπλεύκαμεν ἡμεῖς, ὑμεῖς μὲν ἄπιτε πρὸς τὸ δικαστήριον,

c Γυναιξὶν] Τοῖς γυναιξίν. Margo *A1W.* d Ὠρυομένων] Ὠρυομένων. O. F. quaſi ab ὠρύομαι.

ἀποδάρας, paulo ante dixerat ἀναδάρας idque jam obſervatum a *Paul. Leopardo* Em. XIV. c. 10. & *C. A. Dukero* ad *Thucydid.* IV. c. 12. n. 41. nec *Stephanum* in Theſ. Luciani loca fugerunt. *Pauſan.* X. p. 860. διὰ τὸ ἀποδάρας κατιόν *Poll.* VIII, 120. μήτε ἀποδάρας, μήτε ἄγχοντας εἰς τὴν γῆν βαλλόμενον. Alia dabit Vir Illuſtris ad *Callim.* H. in Del. v. 22. *T. H.*

72. Τοῦ ἱματίου τὴν κεφαλὴν καλυπτόμενος] *Petron.* c. VIII, p. 33. *Tarde, imo jam ſero intelligo me in fornicem eſſe deductum: execratus itaque aniculae inſidias operui caput, & per medium lupanar fugere coepi in aliam partem:* ibi vide Commentatores. *T. H.*

73. Ἐξιρίσιον] Futurum, uti ſupra Ep. Δ. X. αὐτίκα μάτιοι ἐξ περιφρόνου τῇ μάστρᾳ. Saepius hoc fieri videas. *M. du S.*

74. Ἐπὶ τῇ σοφίᾳ] Sequentibus adjunxi ἀργύριον λαβεῖν ἐπὶ τῇ σοφίᾳ ſecus atque Interpretes fecerunt. *T. H.*

77. Ἐσπάσατο] Conſule *Diogenem Laertium* p. 162. B. qui Menippum ait laqueo ſibi necem conſciviſſe. *M. du S.*

84. Συνίχεται] *Illius uxor conſtringitur a mulieribus*, quaſi nempe ſuffocanda. Male hic locus verſus eſt, *illius uxorem mulieres circumſtrepunt.* *J. C.*

Συνίχεται] Niſi verſionum architecti legerint, aut in animo habuerint συνηχεῖται, unde petitum ſit illorum, *uxorem mulieres circumſtrepunt*, exputare non poſſum. Suſpicabar olim συνάγχεται vel ἀπάγχεται melius convenire ſaevienti in uxorem tyranni feminarum turbae, quomodo *Lambinus* in *Polybio* I. p. 119. pro ὑπὸ τῶν λιμοῦ συναγομένων legebat συναγχομένων, *fame ſuffocatos* ad *Corn. Nepot.* Ham. n. 35. Nunc ſatis contentus ſum ſcriptura vulgari: ſignificat enim *comprehenſam conſtrictamque teneri: Porphyr.* in *Euſeb.* Chron. p. 60. ἡ αὐτὴ ὑπὸ τῶν ἐπίκλων ἐν τῷ γυμνασίῳ διὰ τὴν μιαιφονίαν συναχθεῖσα ἀπώλετο. Quod autem de uxore Lampichi liberisque narrat *Lucianus*, eundem exitum a Lacrenſibus Dionyſii junioris habuerunt. *Strabo* VI. p. 398. *AElian.* H. V. IX, 8. *T. H.*

86. Βάλλεται ἀφθόνοις] Sic paſſim. *J. B.*

87. Διόφαντον] *Cicer.* in Bruto p. m. 215. C. Diophanis meminit Mitylenaei, Graeciae illis temporibus diſertiſſimi. Lacedaemonius antiquus ſcriptor. LLoyd. *M. du S.*

90. Ἐξάρχει] Narrat eadem *de Luctu.* *J. B.*

Ἐξάρχει τῷ θρήνῳ] Protulit *Deſ. Herald.* ad *Martial.* II. Ep. 11. Mox θάπτωσι με unde *Cuperus* expiſcatus fuerit de ſepultura per ignem eſſe capiendum, ignorare me fateor: eum vide Obſ. lib. I. p. 48. *T. H.*

94. Ὀλίγον] Sic lego, ut Dial. XXIII. pro ὀλίγων, quod in plerisque eſt. Recte tamen *P. & S.* *M. du S.*

3. Πάν-

γιον, εὐθεῖαν ἐκείνην προϊόντες· ἐγὼ δὲ καὶ ὁ πορθμεὺς ἄλλους μελήσομεθα. MEN. εὐπλοεῖτε, ὦ Ἑρμῆ, προΐωμεν δὲ καὶ ἡμεῖς. τί οὖν ἔτι καὶ μέλλεις; [a] πάντως δικασθῆναι δέησει· καὶ τὰς χαλαδίκας φασὶν εἶναι βαρείας, τροχοὺς, καὶ γύπας, καὶ λίθους. δειχθήσεται δὲ ὁ ἑκάστου βίος.

vos abite ad tribunal, recta illac progressi: ego vero & portitor alios arcessemus. MEN. Prospera sit vobis navigatio, Mercuri. Nos autem pedem promoveamus: quid ergo vos amplius cunctamini? omnino judicium subire oportebit: & poenas faiunt esse graves, rotas, vultures, saxa. Exponetur autem palam uniuscujusque vita.

XI.

ΚΡΑΤΗΤΟΣ ΚΑΙ ΔΙΟΓΕΝΟΥΣ. CRATETIS ET DIOGENIS.

ΚΡΑΤ. CRAT.

ΜΟιριχον ἢ πλούσιον ἐγίνωσκες, ὦ Διόγενες, ἢ πάνυ πλούσιον, ἢ ὃν Κορίνθῳ, ἢ τὰς πολλὰς ὁλκάδας ἔχοντα; ἦν ἀνεψιὸς Ἀριστέας, πλούσιος καὶ αὐτὸς ὤν, τὸ Ὁμηρικὸν ἐκεῖνο εἰώθει ὑπολέγων, Ἦ μὰν

1. MOerichum opulentum illum noras, Diogenes, illum divitiis adfluentem, domo Corinthium, cui multæ erant onerariæ naves, cujus consobrinus Aristeas, & ipse dives, Homericum illud solebat dictitare, Aut tu tol-

[a] Πάντως] Defuit in Edd. Addidimus ex G. C. P. sententiae plenius instruendae causa.

11. Τὸ Ὁμηρικὸν ἐκεῖνο] Ὅμηρος ἐστάγει παλαιόντας Ὀδυσσέα ἐς Αἴαντα· φησὶν ἦν Αἴας πρὸς Ὀδυσσέα, ἢ κουφότερόν μοι, * ἢ κουφίζω σε. Λέγεται δὲ ὁ Λουκιανὸς ἀπὸ τοῦ ἔπους, ὡς τῷ † Ἀριστείου λέγοντος, ἢ κούφισόν μοι, ἢ κουφίζω σε· τουτέστιν, ἢ προκόμισόν μοι, ἢ προκομίζω σε. V.

* Ἢ κουφίζω] Sic E. A. Κερίσω utrobique & προκόμισον scripserat M. du Soul. Eo usu posita sunt haec verba, quem in recentiore Graecorum habent lingua. T. H.

† Ἀριστείου] L. Ἀρτείου. Sed tamen Ἀριστεὺς est etiam in C. M. du S.

11. Πάντως] G. Coll. & P. ut Dial. XV. In reliquis deest. M. du S.

Ibid. Δικασθῆναι δήσει] Vocem unam addit Mf. πάντως δικασθῆναι δήσει. πάντως vulgo deest. J. G. G.

7. Μοιριχον] Ficta credo haec nomina. M. du S.

10. Πλούσιος ἐκ αὐτὸς ὤν] Perperam in Aldina, Salmuriensi & aliis editionibus, praeterquam in Florentina, post voculam ὤν ponitur signum interrogationis Graecum; eoque deceptus fuit Interpres. At non interrogat Crates, ut & nihil respondet Diogenes. Quin si haec per interrogationem dicta essent, signum istud in fine orationis foret collocandum. J. F.

11. Τὸ Ὁμηρικόν] Legendum ὃς ante τό. Certe medica manu eget locus hic depravatissimus. M. du S.

11. Ἦ μὰν ἀνάειρ' ἢ ἐγώ σε] Sunt Ajacis verba ad Ulyssem colluctantem Il. Υ. v. 724. J. G. G.

20. Οἱ μάντεις εἴτε ἀπὸ τῶν ἄστρων &c.] Si commodum videatur illud εἴτε, cur non tertio quoque loco εἴτε Χαλδαίων παῖδες· nam ἄστρα nescio an alios, me quidem non mediocriter offendit; quorsum enim spectat, aut quem sensum reddit, impedita structura, quodammodo tolerabilem? Priore loco εἴτε Juntina praefert: hoc ipsum in sequentibus etiam adscitum cursum orationis interruptum expediet, καὶ οἱ μάντεις εἴτε ἀπὸ τῶν ἄ. τ. τὸ μ. εἴτε ἀ. τῶν ὀ. εἴτε Χ. π. ἀλλὰ ἐκ ὁ Πύθιος αὐτὸς παρῆν &c. Mecum facit H. Valesius ad ista Marcellini XXVIII. p. 581. *Iisdemque subseruntur genitalium extorum interpretes controversi, hinc praefecturas profusius largientes & sepulturas divitum matronarum*, hunc in modum scribens: *Simile est, quod narrat Lucian. in Dial. Mort. cum Moerichus & Aristeas viri ditissimi se mutuo captarent, ac se vicissim heredes instituissent palam scriptis testamentis, vates & Astrologos & somniorum interpretes & Chaldaeos, Apollinem quoque Pythium ab utroque consultum modo huic, modo illi obventuram hereditatem praedixisse*: quae ita sunt comparata, ut facile, qualem animo lectionem fuerit secutus, ostendant. Saepe autem fraudulenti vates, quibus ex spe lucri futurorum praedictio pendebat, insidiis testamentariis interveniebant: egregius est *Plinii* locus I. Ep. 20. T. H.

22. Χαλδαίων παῖδες] Sic Necyom. c. 6. *Eunap.* Æd.

tolle me, aut ego te. DIOG. Quid ita, Crates? CRAT. Mutuis obsequiis captabant alter alterius hæreditatem ætate æquales: & testamenti quidem tabulas in propatulo proponebant, Aristea Mœrichus, si prius decederet, domino relicto suorum omnium; Mœricho vicissim Aristeas, si ante eum abiret: hæc quidem in testamento erant scripta: illi vero observabant sese invicem antecedere alter alterum adulatione conantes. Vates etiam, sive ab astris conjectarent futura, sive ex somniis, sive Chaldæorum imbuti disciplina, quin & ipse Pythius modo Aristeæ tribuebat victoriam, modo Mœricho; lancesque nunc ad istum, mox ad illum vergebant.

2. DIOG. Quem ergo exitum res habuit, Crates? est enim audire operæ pretium. CRAT. Ambo mortem obierunt eodem die; hæreditates autem ad Eunomium & Thrasyclem inopinato pervene-

ἀνάειρε, ἢ ἐγώ σε. ΔΙΟ. τίνος ἕνεκα, ὦ Κράτης, ἐθεράπθυον ἀλλήλυς; ΚΡΑ. τῶ κλήρυ ἕνεκα ἑκάτερος, ἡλικιῶται ὄντες· τὰς μὲν διαθήκας ἐς τὸ φανερὸν ἐτίθεντο, Ἀριστέαν μὲν ὁ Μοίριχος, εἰ προαποθάνοι, δεσπότην ἀφιεὶς τῶν ἑαυτῦ πάντων, Μοίριχον δὲ ὁ Ἀριστέας, εἰ προαπέλθοι αὐτῦ. ταῦτα μὲν ἐγέγραπτο. οἱ δὲ ἐθεράπθυον ἀλλήλυς ὑπερβαλλόμενοι τῇ κολακείᾳ. καὶ οἱ μάντεις, εἴτε ἀπὸ τῶν ἄστρων τεκμαιρόμενοι τὸ μέλλον, εἴτε ἀπὸ τῶν ὀνειράτων, ὥσπερ Χαλδαίων παῖδες, ἀλλὰ καὶ ὁ Πύθιος αὐτὸς, ἄρτι μὲν Ἀριστεῖ παρεῖχε τὸ κράτος, ἄρτι δὲ Μοιρίχῳ. καὶ τὰ πάλαντα ποτὲ μὲν θάτερον, νῦν δ' ἐπ' ἐκεῖνον ἔρρεπε.

ΔΙΟ. Τί δῆτα πέρας ἐγένετο, ὦ Κράτης; ἀκοῦσαι γὰρ ἄξιον. ΚΡΑ. ἄμφω τεθνᾶσιν ἐν μιᾶς ἡμέρας· οἱ δὲ κλῆροι ἐς Εὐνόμου καὶ Θρασυκλέα ἀφῖκθον, ἄμφω συγγε-

b Εἴτε] Οὔτε *J.* οὔτε Margo *Alw.* c Ἀριστεῖ] Ἀριστέᾳ G. L. Ed. Steph.

Æd. *J. B.*

24. Ἀριστεῖ] Mirum cur Ἀριστεῖ, cum dixerit Ἀριστέων. *J. B.*

Ἄρτι δὲ Ἀριστεῖ] Miratur *Bourdelotius* cur Ἀριστεῖ dicat, cum Ἀριστέων appellarit; & merito miratur. Mf. ostendit hoc vocabulum esse mendose in editis exaratum, cum pro Ἀριστεῖ scribit Ἀριστέᾳ, ut scribendum est. *J. G. G.*

Ἀριστέᾳ] Ex MS. Gr. & L. editionum mendum sustulimus, quæ omnes præter *Stephan.* legunt Ἀριστεῖ. Vide tamen, an non *Lucianus* de *Aristeo* aliquo Corinthio loquatur: plures enim *Aristei* Corinthii apud *Thucydidem* occurrunt, Aristeas nullus. *M. du S.*

Ἀριστεῖ] Ut Ἀριστέᾳ reponatur, quia Ἀριστέας ante dictus fuerit, magno opere contendunt nostri Commentatores, a quorum sententia valde dissidet *Steph. Berglerus*, dignus propter peritiam Græcarum literarum non vulgarem, cujus in hac causa ratio habeatur. Ad *Alciphr.* I. Ep. 1. ubi leguntur οἱ βορεῖς hæc notat: *Pro οἱ βορέαι, quasi a βορεὺς per metaplasmum; ut & Aratus* ἀνέμοιο βορῆος Διοσ. v. 351. *Sic Lucianus in Dial. Crat. & Diog.* Ἀριστεῖ *formavit, eum nominans, qui non* Ἀριστεὺς, *verum* Ἀριστέας *vocabatur, sed hoc non sine allusione ad* ἀριστεύς. Illam allusionem, haud quidem alienam, etsi non præstem, ceteris tamen non invitus accedo: est enim talis nominum, præsertim propriorum, formae mutatio neutiquam insolens, & aliquando temere ab eruditis viris tentata. Quem Μελάνθιον *Homerus* plerumque appellat, idem Μελανθεὺς Od Υ, 255. Φ, 176. Ἀμοιβεὺς & Ἀμοιβέας non differunt, quod posterius in *Æliani* V. H. III, 30. contra *Scheffernum* recte defendunt *Kuhnius* ac *Perizonius*, & dudum ante utrumque *J. Fr. Gronovius* Obs. IV. p. 240. Proconnesius Aristeas, peregrinantis, quum vellet, animae miraculo nobilis, Ἀριστέας dicitur a *Strab.* XIII. p. 881. A. *Paus.* V. p. 392. *Jamblich.* V. Pyth. §. 138. *Tatiano* p. 136. *Clem. Alex.* Str. I. p. 333. D. refingi volunt *H. Stephan.* ad Maxim. Tyr. Diss. XXVIII. p. 282. *Casaubon.* & *Scherpezeel.* ad *Strab. Hoeschel.* ad *Origen.* contra Cels. p. 113. *Rutgers.* V. L. VI, 14. *Potter.* ad *Clem.* quibus cunctis supervacuae curae gratiam facimus. Quem *Herodotus* nominat Ἀριστέων τὸν Ἀδειμάντου Κορίνθιον, illum semper Ἀριστέα *Thucydides* & *Plutarch.* T. II. p. 871. A. Non ergo licuerit *Luciano*, si liberet, formam ejus nominis variare? Verum ne quis causetur, quod a diversis scriptoribus factum fuit, uni, idque intra paucos versus, non esse obtrudendum, *Apollodorum* adducam, qui II. p. 97. minore intervallo, quum posuisset Ἀλκαῖος, mox subdit πάλιν ἐξ Ἀλκέως ab Ἀλκεύς. Ceterum hae lances dubiae, & quorsum vergant incertae, secus atque illae Jovis Homericae, unde has adumbravit *Noster*, quae Achillis Hectorisque fata exigebant Il. X, 209. *Theogn.* v. 157. Ζεὺς γάρ τοι τὸ τάλαντον ἰσοῤῥέπει ἄλλοθι ἄλλῃ. *T. H.*

25. Καὶ τὸ τάλαντα] *Et hereditas modo ad illum, modo ad hunc vergebat.* *J. B.*

γενεῖς ὄντας, ὐδὲ πώποθε προμαντθυομένους ὕτω γενέσθαι ταῦτα. Διαπλέοντες γὰρ ἀπὸ Σικυῶνος εἰς Κίρραν, κατὰ μέσον τὸν πόρον πλαγίῳ προσπεσόντες τῷ Ἰάπυγι, ἀνετράπησαν. ΔΙΟ. εὖ ἐπάθοσαν.

Ἡμεῖς δὲ, ὁπότε ἐν τῷ βίῳ ἦμεν, οὐδὲν τοιοῦτον ἐνενοοῦμεν περὶ ἀλλήλων· ὅτε ποτε εὐξάμην Ἀντισθένην ἀποθανεῖν, ὡς κληρονομήσαιμι τὴν βακτηρίας αὐτοῦ (εἶχεν δὲ πάνυ καρτερὰν ἐκ κοτίνου ποιησάμενος) ὅτε, οἶμαι, σὺ, ὦ Κράτης, ἐπεθύμεις κληρονομεῖν ἀποθανόντος ἐμοῦ τὰ κτήματα, καὶ τὸν πίθον, καὶ τὴν πήραν χοίνικας δύο θέρμων ἔχουσαν. ΚΡΑ. οὐδὲν γάρ μοι τούτων ἔδει· ἀλλ' οὐδὲ σοὶ, ὦ Διόγενες. ἀ γὰρ ἐχρῆν, σύ τε Ἀντισθένους ἐκληρονόμησας, καὶ ἐγὼ σοῦ, πολλῷ μείζω καὶ σεμνότερα τῶν Περσῶν σκήπτρα. ΔΙΟ. τίνα ταῦτα φῄς; ΚΡΑ. σοφίαν, αὐτάρκειαν, ἀλήθειαν, παῤῥησίαν, ἐλευθερίαν. ΔΙΟ. νὴ Δία, μέμνημαι τοῦτον

runt, utrosque cognatos, nullo unquam mentis præsagio divinantes hæc ita fore: Mœrichus enim & Aristeas quum Sicyone trajicerent Cirrham, medioque cursu in obliquum Japygem incidissent, eversa navi perierunt. DIOG. Bonum factum.

3. Verum nos, quando in vita eramus, nihil tale cogitabamus de nobis invicem: neque unquam optavi Antisthenem emori, ut hæreditatem nanciscerer ejus baculi: habebat autem admodum robustum, quem ex oleastro ipse confecerat. Neque tu, puto, Crates, cupiebas hæres esse, mortuo me, bonorum, dolii, peræque choenices lupinorum duos habentis. CRAT. Quippe nihil mihi istis erat opus: at nec tibi, Diogenes: quam enim decebat tu ab Antisthene adeptus es hæreditatem, ego a te, multo majorem graviorisque momenti quam Persarum imperium. DIOG. Quæ tu bona dicis? CRAT. Sapientiam, frugalitatem parvo contentam, veritatem, loquendi fiduciam, animi libertatem. DIOG. Me-

mi-

33. Εἰς Κίρραν] Κατ' ἀντικρὺ Κίρρας ἐν τῷ Κορινθιακῷ κόλπῳ ἡ Σικυών. Ἡ δὲ Κίρρα ὅρῳ ἔχει κατὰ τὴν Φωκίδα. V. ὅπου νῦν τὸ χρυσὸν φασί. C. addunt.

34. Τῷ Ἰάπυγι] Ἀνέμῳ. G.

35. Εὖ ἐπάθοσαν] Ἀντὶ τοῦ ἔπαθον, Ἀττικῶς. G.

40. Ἐκ κοτίνου] Ἐξ ἀγριελαίου. V.

31. Προμαντδυομένους] *Thom. Mag.* in Βούλεται vitiose προμαντδόμῳ & ὕτας. *T. H.*

32. Διαπλέοντες] Subint. Ἀριστίας & Μόριχος. *F. G.*

33. Εἰς Κίρραν] Dico alibi. Hanc Phocidis urbem *Pausanias* ab *Homero* scribit vocari Crissam. *Strabo* & *Ptolem.* diversas faciunt. *F. B.*

Κίρραν] Prope Delphos. *M. du S.*

38. Ηὐξάμην] Sic malo, quam ut vulgo εὐξάμην quanquam sæpissime sic reperiri non ignorem. De baculo Antisthenis *Diogen. Laert.* p. 141. A. B. Baculum gestare invidiosum fuit Athenis: vide *Casaubon.* ad *Theophr.* Char. c. V. *M. du S.*

40. Κοτίνου] Ex cujus fronde στέφανον Ὀλυμπιακὸν. *Hesych. Suid.* Interpres *Pindari*, *Pollux*, alii. *F. B.*

ραικὸν σχολὴν ἄγοντος λαμπρᾶς καὶ παιδιᾶς χρόμενον ἀναλίσκειν καὶ καθηδυπαθεῖν τὸ πολυτελέστατον, ὡς Ἀντιφῶν εἶπεν, ἀνάλωμα τὸν χρόνον eamque poteſtatem pluribus verbis confert adfixa praepoſitio κατά. Καταφρονεῖν, κατακυδοιμεῖν τῆς πατρὸς τὴν οὐσίαν, κατασπαταλᾶν καὶ οἶκον, καθιππότροφεῖν, καταδωροδοκεῖν, καταριγᾶν, καταγυμνάσασθαι, vide *Heſych.* in Κατεγυμνάσατο, καταπαλεῖν, καταφρονιτίζειν *Ariſtophani* Nub. v. 855. ad quem legendus eſt *Schol.* Nonnihil hinc diſſidet *Syneſii* ratio de Prov. I. p. 105. B. μείζω συμφορὰν ἐπενόησε τῇ βασιλίσσῃ ἐκπεπτωκέναι τὸν ἄνδρα, ἐκείνους ἂν οἰομένη δημοσιεύσειν τὴν πολιτείαν ἐπὶ μείζονι ὑποθέσεως, καὶ καθηδυπαθήσειν τὴν ἐξουσίαν· quoniam ſcriptoris ſui mentem omnino perperam accepit *Petavius*, ne alios in errorem trahat, explanare libet: *eo indignius ferebat Typhonis uxor regno maritum excidiſſe, quod ſi potiretur, in majore rerum argumento ſe liberius exiſtimaret ac palam poſſe flagitioſam vivendi conſuetudinem evulgare, & potentiam luxui impendere ac deliciis*: quanquam nervos orationis Graecae multum interpretatione Latina debilitari facile concedam. *Suidas* ex ſcriptore neſcio quo profert: τὸν τῆς ἐξουσίας καιρὸν καθηδυπαθοῦντα ἱκανῶς· notatque genitivum etiam adnecti; cujus ſtructurae quod ponit exemplum, καθηδυπαθῶν τῷ βίῳ; extat ſane in *Baſilii* Hom. ad Div. p. 60. C. ἀλλ' ὃν μὲ ἔξης χρόνον, καθηδυπαθῶν τῷ βίῳ καὶ τῇ τρυφῇ λαμπρύνων· ubi miror equidem ex tot Codicibus, ad quos *Baſilium* exegerunt Benedictini, nullam enotari variationem; quum tamen vel invitis membranis ac *Suida* non dubitandum videatur, quin refingi praeſtet τὸν βίον nam alteram illam lectionem ſi loco cedere prohibeas, utique foret interpretanda, *per luxum ac voluptates immoderatas inſultare vitae*: quod ab eloquentiſſimi patri mente non parum diſcrepat. Vereor autem, quod Alexander gloriatur, ſe μικρὰ τὰ ἰσπύρια δέξαντα ἐπὶ τὴν ἓω μᾶλλον ὁρμῆσαι, ut Romanos, illos rerum dominos, ſuffragatores habeat: multa diſputat in contrariam partem *Livius* IX, 17. in iſto nobili diverticulo, quo quaeſivit, *quinam eventus Romanis rebus, ſi cum Alexandro foret bellatum, futurus fuerit*: ibi non pauca reperies, quae ad hunc Luciani dialogum collata voluptati erunt. Omnino confer *Arrian.* initio lib. VII. *T. H.*

95. Ἢν μὴ] Sic omnes libri noſtri pro ἤν. *M. du S.*

97. Ἰταλιώτης] Incurriſſe videri poteſt Lucianus in regulam a Grammaticis praeſcriptam, quae ut Σικελοὺς & Σικελιώτας, ſic etiam Ἰταλοὺς atque Ἰταλιώτας diſcernit: hanc enim normam ſi ſequi voluiſſet, Scipio non Ἰταλιώτης, ſed Ἰταλὸς dicendus erat. Vid. *Menag.* ad *Diogen. L.* II, 5. Verum eam legem optimi ſcriptores migrare ſaepe ſolent; proque Siculis Σικελιώτας poſuit *Diodor. Sic.* tum XI. p. 279. D. tum alibi non raro; de quo more copioſius alio loco dicemus. *T. H.*

10. Οὗτος] Commodius, mea quidem ſententia, legeretur ὕστερος. ſed libri omnes aliter. *M. du S.*

12. Καὶ ἡμεῖς] Καὶ ex MS. Ox. *M. du S.*

ΑΛ. ὁρᾷς, ὦ Διόγενες· ἐ πᾶδοξον δέ, εἰ ἄνθρωπος ὢν ἀπέθανον. ΔΙΟ. ἐκεῖνο ὁ Ἄμμων ἐψεύδετο, λέγων ἑαυτὸν σὲ εἶναι υἱόν· σὺ δὲ Φιλίππου ἄρα ἦσθα; ΑΛ. Φιλίππου δηλαδή· ἐ γὰρ ἂν ἐτεθνήκειν Ἄμμωνος ὤν. ΔΙΟ. ἀλλὰ μὴν καὶ περὶ τῆς Ὀλυμπιάδος ὅμοια ἐλέγοντο, δράκοντα ὁμιλεῖν αὐτῇ, καὶ [a] βλέπεσθαι ἐν τῇ εὐνῇ· εἶτα ὕστερον σε τεχθῆναι· τὸν δὲ Φίλιππον [b] ἐξηπατῆσθαι, οἰόμενον [c] πατέρα σὸν εἶναι. ΑΛ. κἀγὼ ταῦτα ἤκουον, ὥσπερ σύ· νῦν δὲ ὁρῶ, ὅτι οὐδὲν ὑγιὲς οὔτε ἡ μήτηρ, οὔτε οἱ τοῦ Ἀμμωνίου προφῆται ἔλεγον. ΔΙΟ. ἀλλὰ τὸ ψεῦδος αὐτοῦ οὐκ ἄχρηστόν σοι, ὦ Ἀλέξανδρε, πρὸς τὰ

ALEX. Res apparet, Diogenes: nec valde mirandum, si homo natus mortem obii. DIOG. Igitur Ammon mentiebatur te prædicans suum esse filium, quum tu interea Philippi fores. ALEX. Quippe Philippi: neque enim Ammone genitus decessissem. DIOG. Atqui etiam de Olympiade similia quædam ferebantur, draconem cum ea rem habere & conspici in lecto; tum ita te fuisse prognatum, Philippum vero deceptum, qui opinaretur se tibi patrem esse. ALEX. Et ego non secus ista, quam tu, audiebam: nunc video nihil veri nec matrem, neque Ammoniorum vates dixisse. DIOG. Verum mendacium eorum non inutile tibi, Alexander,

a Βλέπεσθαι] Κλέπτεσθαι O. b Ἐξηπατῆσθαι] Ita recte O. Emendandum erat cunctarum Edd. vitium, ut Grammaticae legibus satisfieret. c Πατέρα σου] Παρ' ἑαυτοῦ σε εἶναι. O.

18. Ὅμοια] Quorsum pertineat, quove referendum sit, exputare nequeo: nam quae similia, aut quibus ante narratis, de Olympiade ferebantur? experiamur an minimae mutationis beneficio sensus verborum enitescere queat: καὶ μὴν ἐ περὶ τὴν Ὀλυμπιάδος ὁποῖα ἐλέγοντο; δράκοντα ὁμιλεῖν αὐτῇ &c. *at vero de Olympiade qualia ferebantur? draconem cum ea consuescere:* haec, puto, conveniunt Diogenis admirationem irrisoriam fingentis personae. Ὁποῖος, autem, ποῖος & οἷος frequenter similem usum habere notum est: Dial. Mort. XXII. ἀγνοεῖς, ὁποῖον ὤνδρα διεπόρθμευσας. Magnis viris apud antiquos & fortitudinis admirandae laude praestantissimis illa singularis honoris praerogativa fuit attributa, ut draconum, atque adeo Deorum (hi enim nullius aeque animalis specie celari gaudebant) filii perhiberentur: ex tali concubitu gens orta Ὀφιογενῶν, teste *AEliano* de Anim. XII, 39. De Augusto quid mandare memoriae sustinuerit Asclepiades Mendesius, vel inter AEgyptios homo nugacissimus, traditum a *Sueton.* c. 94. Sed exempla, quae magno sunt numero, congerere nihil attinet. Alexandri ortus quam varie fuerit a scriptoribus expositus, enarrat *Plutarchus* in initio vitae ejus: quosdam sane non puduit Philippum infandi concubitus spectatorem agenti rimas januae admovere, ideoque post orbatum oculo male curioso, qui volutantem cum uxore draconem fuerat conspicatus. Olympias vero rumorem pudicitiae suae noxium aversata dicere solebat argute: Οὐ παύσεταί με Φιλίππου Ἀλέξανδρος πρὸς τὴν Ἥραν· quod dictum ut ipsi sit honorificum, Alexandri certe stultitiam parentem draconem non adspernantis perstringit: inde *Draconigenam* appellat *Apollin. Sidon.* Paneg. Anthem. v. 80. 121. ubi vide *Savar. Livius* quidem non continuit se, quin scriberet XXVI, 19. *retulitque famam* (Scipio Africanus) *in Alexandro Magno prius vulgatam, & vanitate & fabula parem, anguis inmanis concubitu conceptum, & in cubiculo matris ejus persaepe visam prodigii ejus speciem, interventuque hominum evolutam repente, atque ex oculis elapsam.* Equidem, si quis me roget, quid sentiam, nullus intercedo, quo minus anguinae stirpis fulgore nobilissimi viri superbiant: neque tamen conjectorem acutissimum perhibebo, qui divinarit, quodnam genus ad eorum matres draconis pelle tectum in cubicula lectosque ventitarit: haud difficilius dracones, quam alias Deorum formas subeundo simulabant. Sequuntur binae lectiones Cod. Ox. quarum prior κλέπτεσθαι pro βλέπεσθαι, ut forte probatorem inveniat, haud magni momenti videtur: quamvis enim interpreteris, *occulte versari in lecto conspectum aliorum subterfugientem*, eratque sane draconum ejusmodi furtivus accessus, & emissitiis testium oculis minime fidens, quippe qui repente, ut *Livius* ait, hominum interventu evolverentur, ne sic quidem satis erit expeditum: aliud existimarem, si praeberet κυλίεσθαι, verbum opportunissimum, ex cujus corruptela nescio profecto, an nata fuerint, supponentibus quod quisque menti Scriptoris optime congruere putabat correctoribus, ista duo minoris pretii βλέπεσθαι & κλέπτεσθαι· altera quidem egregie placet παρ' ἑαυτῷ σε εἶναι. Dial. XVI. δύο ἔτεκεν ἡ Ἀλκμήνη κατὰ τὸν αὐτὸν Ἡρακλέας, τὸν μὲν ὑπ' Ἀμφιτρύωνι, τὸν δὲ ὑπὸ τοῦ Διός· sic paulo aliter apud *Cornut.* de Nat. Deor. c. II. Jupiter peperit τὸν Διόνυσον ἐκ τοῦ ἰδίου μηροῦ ἐπιλαμπαίου ὑπὸ τοῦ Σεμέλης. *T. H.*

19. Ἐξηπατῆσθαι] Mireris profecto editorum diligentiam. Sed ἐξαπατᾶσθαι, vel ἐξηπατῆσθαι scribendum, dicerent γραμματικῶν παῖδες. At hoc in loco ἐξηπατῆσθαι suadent praecedentia; veluti & hoc maluit Interpres, reddens, *Atqui de Olympiade similia ferebantur,*

der, ad res gerendas fuit: multi enim meu succumbebant, Deum esse te rati.

2. At cedo mihi, cui illud tantum imperium reliquisti? ALEX. Nescio sane, Diogenes: nam nihil antequam morerer mandavi quicquam de eo, nisi hoc solum, quod animam agens Perdiccæ annulum tradidi. Interea tu quid rides, Diogenes? DIOG. Quid scilicet aliud, quam in memoriam revocavi, qualia faceret Græcia, te susceptο jam modo imperio adulati, præfectumque capientes & imperatorem adversum barbaros: nonnulli etiam duodecim Diis adjungebant, templaque & sacra faciebant tanquam serpentis filio.

πράγματα ἐγένετο· πολλοὶ [d] γὰρ ὑπέπτησσον θεὸν εἶναί σε νομίζοντες.

Ἀτὰρ εἰπέ μοι, τίνι τὴν τοσαύτην ἀρχὴν παρακαταλέλοιπας; ΑΛ. οὐκ οἶδα, ὦ Διόγενες· οὐ γὰρ ἔφθασα διατάξαι [e] τι περὶ αὐτῆς· ἢ τοῦτο μόνον, ὅτι ἀποθνήσκων Περδίκκᾳ τὸν δακτύλιον ἐπέδωκα. πλὴν ἀλλὰ τί γελᾷς, ὦ Διόγενες; ΔΙΟ. τί γὰρ ἄλλο, ἢ ἀνεμνήσθην, οἷα ἐποίει ἡ Ἑλλὰς, ἄρτι σε παρειληφότα τὴν ἀρχὴν κολακεύοντες, καὶ προσάτην αἱρούμενοι, καὶ παραινοῦντα ἐπὶ τοὺς βαρβάρους· ἔνιοι δὲ καὶ τοῖς δώδεκα θεοῖς προσιθέντες, [f] καὶ νεὼς οἰκοδομοῦντες, καὶ θύοντες ὡς δράκοντος υἱῷ.

Ἀλλ'

[d] Γὰρ] Δ' ὑπερν. O. [e] Τι] Του O. quod placet. [f] Καὶ νεὼς οἰκοδομοῦντες] Οἰκοδομοῦντες σοι νεώς. O.

tur, draconem cum ea consuetudinem habuisse, & in lecto visum fuisse. deinde te ex hoc concubitu editum in lucem venisse: porro deceptum Philippum, qui se tuum patrem existimaret. *J. F.*

Ἐξηπατῆσθαι] Sic Mſ. Ox. recte. Omnes impressi ἐξαπατῆσθαι, quod merito Clariſſ. *Jenſio* displicuit. *M. du S.*

24. Οἱ τὸ Ἀμμωνίων προφῆται] *Incolae nemoris*, ut *Curt.* ait IV. c. 7. §. 20. *quos Hammonios vocant, dispersis tuguriis habitant: medium nemus pro arce habent triplici muro circumdatum.* *Diodorum* paene de verbo ad verbum vertit XVII. p. 589. A. Sic & *Herodoto* III. c. 26. οἱ ἀπ' Ἀμμωνίους λεγόμενοι στρατεύσας, quos Cambyses cum ipso oraculo funditus deleri jusserat: Excerpt. *Diodor.* p. 249. *Ephorus* apud *Plutarch.* T. I. p. 447. F. refert Lysandrum, quum frustra Pythiam ac Dodonidas auro tentasset, εἰς Ἄμμωνος ἀναβῆναι, καὶ διαλέγεσθαι τοῖς πολίταις πολὺ χρυσίον δόντα. Hi cives Ammonii sunt in arce vel circa vicatim degentes: quamvis enim commemoret *Diodorus* τοὺς περικαλουμένους Ἄμμωνος πόλεις p. 588. D. illae tamen ab ipso templo diei admodum itinere aberant. Tota fere gens sacra, &, non secus ac Delphi, cerimoniis fanique religioni vacans: unus tamen prae reliquis aetate atque honore insignis, qui personam Jovis Ammonis gerens oracula reddebat: eum egregie προφήτην vocabant; *Plutarch.* Alex. p. 680. D. *Diodoro* ὁ προφητεύων ἀνὴρ προσώτερον τὴν ἡλικίαν. Formula, quam responsa daturus adhibebat, a *Platone* traditur Alcib. II. p. 458. E. ἄλλο μὲν οὐδὲν ἀποκρίνεται τὸ προφήτην, τὸ δὲ θεὸν σοι ἐᾶν δηλονότι, καλίσασθαι δὲ αὐτὸν Ἀθηναίους (sic malo quam ut vulgatur) φάναι, τάδε λέγει Ἄμμων· atque ita *Arrian.* A. A. VII. p. 305. aliique plures. Poterat ergo *Noster* forte non deterius scripsisse, ὁ τῶν Ἀμμωνίων προφήτης. Ceterum Etearchi regis Ammoniorum mentio est apud *Herodot.* II, 32. ἀμφάσιος & τυράνους appellat *Diodorus.* *T. H.*

Ibid. Προφῆται] Narrat *M. Felix* Oct. *J. B.*

26. Οὐκ ἄχρηστόν σοι] Alexander apud *Curt.* VIII, 8, 15. *Obtulit nomen filii mihi* (Ammon) *recipere ipsis rebus, quas agimus, haud alienum fuit.* Ibi *Freinshemius* ad hunc sensum vergentia *Luciani* loca collegit. Paulo post ἔφθασα ἐπισκῆψαι legas, an ἐπισκήψας, τί an τινὶ parum refert: hoc tamen in usu frequenti: *Apollodor.* II. p. 105. Clymenus ἐπισκήψει τελευτῶν Ἐργίνῳ τῷ παιδὶ ἐνδείκνυσι τὸν θάνατον αὐτοῦ. *Chrysipp.* apud *Athen.* IV. p. 159. B. ἐπισκῆψαι τοῖς αἰτίοις θάψαι ἔτως: utrobique de moribundis positum. Inter testes autem annuli Perdiccae traditi *Lucianus* ab Eruditiſſ. *Freinshemio* non est omissus ad *Curt.* X, 5, 4. *T. H.*

34. Τί γὰρ ἄλλο, ἢ ἀνεμνήσθην] Non concinnus est in responsione Diogenis sensus, nisi legas, Τί γὰρ ἄλλο, ἢ ὅτι ἀνεμνήσθην, &c. Ὅτι videtur excidisse; idque considerarit Interpres: *At quid rides, Diogenes?* Diog. *Quid autem aliud rideam, quam quia in mentem venit eorum, quae Graeci fecerunt,* &c. *J. F.*

Ibid. Ἡ ἀνεμνήσθην] Vid. *Jensium.* *M. du S.*

38. Τοῖς δώδεκα θεοῖς] Sic ipse Alexander Dial. praeced. dixerat, εἰ δὲ θεὸς ἐθέλουσι τοῖς ἀνθρώποις. *M. du S.*

Τοῖς δώδεκα θεοῖς προσιθέντες] Vide *Kuhnium* ad *Aelian.* V. H. II, 19. V, 12. Elegans dictum Pythiae, quum de Alexandro duodecim Diis adjungendo psephisma Demadis turpissimum in suffragia mitteretur, refert *Plutarch.* Apophth. p. 187. E. Orta ab Athenienſibus, in quamcumque partem incubuissent, nimium vehementibus adulatio ceteros etiam cito contigit: quare Babylone Graecorum οἱ πρέσβεις αὐτοὶ τε ἐστεφανωμένοι Ἀλεξάνδρῳ προσῆλθον, καὶ ἐστεφάνουν αὐτὸν στεφάνοις χρυσοῖς, ὡς θεῷον δῆθεν εἰς τιμὴν θεῶν ἀφιγμένου, teste *Arriano* A. A. VII. p. 305. V. *Diogen.* L. VI, 63. *T. H.*

42. Τρί-

Ἀλλ' εἰπέ μοι, πῶς σε οἱ Μακεδόνες ἔθαψαν; ΑΛ. ἔτι ἐν Βαβυλῶνι κεῖμαι τρίτῃ ταύτῃ ἡμέραν· ὑπισχνεῖται δὲ Πτολεμαῖος ὁ ὑπασπιστής, ἢν ποτὲ ἀγάγῃ σχολὴν ἀπὸ τῶν θορύβων ἃ νῦν πωσίν, εἰς Αἴγυπτον ἀπαγαγών με θάψειν ἐκεῖ, ὡς γενοίμην εἷς τῶν Αἰγυπτίων θεῶν. ΔΙΟ. μὴ γελάσω, ὦ Ἀλέξανδρε, ὁρῶν [a] καὶ ἐν ᾅδου ἔτι σε μωραίνοντα, καὶ ἐλπίζοντα [b] Ἄνουβιν, ἢ Ὄσιριν γενέσθαι; πλὴν ἀλλὰ ταῦτα μέν, ὦ θειότατε, μὴ ἐλπίσῃς· εὖ γὰρ ἴσθι ἀνελθεῖν τινα τῶν ἅπαξ διαπλευσάντων τὴν λίμνην, καὶ [c] εἰς τὸ ἔσω τοῦ τοίχου παρελθόντων· εὖ γὰρ ἀμελὴς ὁ Αἰακὸς, οὐδ' ὁ Κέρβερος εὐκαταφρόνητος.

3. At quæso, ubi te Macedones sepeliverunt? ALEX. Etiamnum Babylone jaceo tertium istum diem: promittit autem Ptolemæus satelles, si quando otium agat a turbis, quæ nunc urgent, se in Ægyptum me delatum humaturum ibi, ut unus fiam Ægyptiorum Deorum. DIOG. Non ego rideam, Alexander, quum te video in Orco quoque desipientem, sperantemque fore, ut Anubis aut Osiris evadas: at tu tamen ista, divinissime, ne speres: fas enim non est, sursum redire quemquam eorum, qui semel trajecerunt hanc paludem, & citra ostium illud sese penetrarunt; neque enim Æacus est negligens, nec talis Cerberus, quem facile contemnas.

Ἐκεῖνα δὲ ἡδέως ἂν μάθοιμι παρὰ σοῦ, πῶς φέρεις, ὁπότ' ἂν ἐννοήσῃς ὅσην εὐδαιμονίαν ὑπὲρ γῆς ἀπολιπὼν ἀφῖξαι, σωματοφύλακας, καὶ ὑπασπιστὰς, καὶ σατράπας, καὶ χρυσὸν τοσοῦτον, καὶ ἔθνη προσκυνοῦντα· καὶ Βαβυλῶνα, καὶ Βάκτρα, καὶ τὰ μεγάλα θη-

4. Istud autem perlibenter didicerim a te, quo animo feras, quum cogitando percenses, quanta felicitate in terra relicta huc adveneris; corporis custodes inquam, satellites, satrapas, auri tantum numerum, populos adorantes, Babylonem, Bactra, im-

a Καὶ] Adjungendum videbatur ex O. b Ἄνουβιν] Hunc in modum O. Edd. omnes Ἄνουβιν. c Γενίσθαι] Γενέσθαι O. Utrumque probum. Dial. XI. εὖ γὰρ ἴσθι προμαντευόμενος ὅτι γενήσεται ταῦτα. d Εἰς τὸ ἔσω] Ita recte O. P. *J. V2.* Margo *A1W.* Reliquae Edd. εἰς τὸν ἔσω.

60. Καὶ τὰ μεγάλα θηρία] Τοὺς ἐλέφαντας λέγει. *V.*

42. Τρίτῃ] Suspecta mihi haec vox: certe ad trigesimum usque diem insepultum jacuisse Alexandrum legimus apud *AElian.* V. H. XII, 64. *M. du S.*

43. Πτολεμαῖος] Vide *Freinshem.* ad *Curt.* X, 10, 20. & doctos Commentat. ad *AElian.* V. H. XII, 64. *T.H.*

45. Εἰς Αἴγυπτον] Quod & factum est: vide *Lucan.* IX, 154. X, 20. In vitrea theca asservatum cadaver Augustus conspexit. *Sueton.* Octav. c. 18. & *Dion Cass.* LI. p. 454. citante *H. Prideaux* Part. II. p. 588. cum olim in aurea conditum fuisset: P. I. p. 451. *M. du S.*

49. Ἄνουβιν] Scribendum Ἄνουβιν, ut recte B. Πρ. c. 16. Correpta est prima; *Latrator Anubis.* *J. J.*

Ἄνουβιν] Ita recte Ox. in reliquis Ἄνουβον. Vid. B. Πρ. c. 16. *M. du S.*

Ἄνουβιν] Junguntur Ἴσιδι, Ὀσίριδι, Ἀνούβιδι in App. Marm. Oxon. n. 2. Σαράπιδι, Ἴσιδι, Ἀνούβιδι in Op. *Gruteri* p. 84, 3. & apud *Sponium.* Alexander autem in Ægypto, Memphi certe & Alexandriae, pro Deo cultus: *Lucan.* X, 272. *Summus Alexander regum, quos Memphis adorat.* Longe discrepabat a nostri Diogenis sententia *Theocritus*, quippe poëta coelique regionum peritus, qui Eid. XVII, 18. aedem auream Ptolemaeo Philadelpho in Jovis aula construxit — ὧδέ οἱ αὐτὸν Ἀλέξανδρος φίλα εἰδὼς Ἑδριάοις Πέρσαισι βασεὺς θεὸς αἰολομίτας· pro quo posteriore vocabulo αἰολομίτρης posuit *H. Stephan.* Th. T. II. p. 259. G. Eundem honorem, quem numerosissimo bestiarum gregi tribuerant Ægyptii, deinceps regibus suis Alexandri successoribus jure quidem denegare non potuerunt: insaniam eorum superstites nummi testantur. *T.H.*

52. Εἰς τὸν ἔσω τοῦ τοιμίου] *Neque enim fas est quemquam reverti, qui semel paludem transmiserit, atque intra specus hiatum descenderit.* In verbis εἰς τὸν ἔσω τοῦ τοιμίου posset quidem intelligi τόπον· at non dubito, quin Lucianus scripserit εἰς τὸ ἔσω τοῦ τοιμίου, ut Dial. sequ. καθάλλαξ εἰς τὸ ἐντὸς τοῦ τοίχους. In editionis quoque Florentinae exemplari, in pergamenum impresso, video doctam manum in vocula τὸν extrivisse literam ν. *J. J.*

Τὸ ἔσω] Ita optime Ed. *J.* & St. *Mf.* Ox. & P. non, ut in reliquis est, τόν. Vid. περὶ Πενθ. c. 5. *M. du S.*

53. Ἀμελὴς] Quia janitor erat Orci. Vid. Dial. XX. initio & fine. *M. du S.*

55. Ἐκεῖ-

immanes belluas, honorem, & gloriam; idque præterea, insignem esse curru vectum, religatum tænia candida caput, purpuream vestem fibula substrictam gerentem: non illa te pungunt mentem subeuntia? Quid lacrimaris, inepte? nonne ista te docuit sapiens Aristoteles non putare certa, quippe fortunæ dona?

5. ALEX. Sapiens omnium iste adulatorum perditissimus? me solum sine ad Aristotelem quæ spectant scire, quam multa petierit a me, quales literas miserit, quam fuerit abusus meo doctrinarum ambitioso studio, dum blande assentatur, laudatque nunc ob pulcritudinem, quasi & illa pars sit boni; nunc ob res gestas & divitias: etenim illud etiam esse bonum ducebat, ut nullo pudore deterritus oblatas a me opes acciperet: præstigiator, Diogenes, plane, & mirus artifex. Illum adeo percepi fructum ex ejus sapientia, ut doleam

γέια, ἢ τιμὴν, ἢ δόξαν· ἢ τὸ [e] Ἐπίσημον εἶναι ἐλαύνοντα, ἀμφιδεδεμένον ταινίᾳ λευκῇ τὴν κεφαλὴν, πορφυρίδα ἐμπεπορπημένον· ἃ λυπεῖ ταῦτά σε ὑπὸ τὴν μνήμην ἰόντα; τί δακρύεις, ὦ μάταιε; ἢ δὲ ταῦτά σε ὁ σοφὸς Ἀριστοτέλης ἐπαίδευσε μὴ οἴεσθαι [f] βέβαια εἶναι τὰ ὑπὸ τὴν τύχης.

ΑΔ. Σοφὸς ἁπάντων ἐκεῖνος χολάχων ἐπιρριπτότατος ὢν; ἐμὲ μόνον ἔασον τὰ Ἀριστοτέλους εἰδέναι, ὅσα μὲ ἤτησε παρ' ἐμοῦ, οἷα δὲ ἐπέστελλεν, ὡς δὲ καὶεχρῆτό μου τῇ περὶ παιδείαν φιλοτιμίᾳ θαυμάζων, καὶ ἐπαινῶν ἄρτι μὲ [g] ἐς τὸ κάλλος, ὡς καὶ τοῦτο μέρος ὂν ἀγαθοῦ, ἄρτι δ' ἐς τὰς πράξεις, καὶ τὴν πλοῦτον. καὶ γὰρ αὖ καὶ τοῦτ' ἀγαθὸν ἡγεῖτ' εἶναι, ὡς μὴ αἰσχύνοιτο καὶ αὐτὸς λαμβάνων. γόης, ὦ Διόγενες, ἄνθρωπος, καὶ τεχνίτης. [h] πλὴν ἀλλὰ τοῦτό γε ἀπολέλαυκα αὐτοῦ τῆς σοφίας, τὸ λυπεῖσθαι ὡς ὑπὲρ μὲ-

[e] Ἐπίσημον εἶναι ἐλαύνοντα] Bene F. & V2. sine distinctionis nota, quam ceterae Edd. adsumserunt. [f] Βέβαια] F. solemni errore βαίεσθαια. [g] Ἐς] O. πρὸς, & mox ἐπὶ τὰς πράξεις· utrumque male, & contra Greci sermonis scriptorisque nostri usum. [h] Πλὴν ἀλλὰ τοῦτό γε] O. ἀλλὰ ἓ τοῦτό γε· quod probo.

55. Ἐκεῖνα] Melius *Luciani* consuetudini quadrat ἐκεῖνο. *T. H.*

62. Ταινίᾳ λευκῇ] Sic Dial. sequ. *J. B.*

65. Οὐδὲ ταῦτα &c.] Interpretes ita ceperunt, quasi hac orationis structura fuisset scriptum: οὐδὲ Ἀριστοτέλης ἐπαίδευσέ σε ταῦτα, τὸ μὴ οἴεσθαι βέβαια εἶναι τὰ ὑπὸ τὴν τύχης· aptius ad hunc sensum τοῦτο convenisset, quam ταῦτα· ut mox, τοῦτό γε τὸ λυπεῖσθαι· nunc ταῦτα fieri non potest, quin idem sit, quod modo, ἃ λυπεῖ ταῦτά σε, illa nimirum, quae recensui, luxuriae & superbiae instrumenta; atque adeo copulari deceat, ταῦτα μὴ οἴεσθαι βέβαια εἶναι. Eam ob rem orta mihi fuit suspicio, num forte τὰ ὑπὸ τὴν τύχης lectoris ingenio debeantur, ut clarius explicaret ταῦτα, margini adfixa: ceteroquin cur ordinem orationis expeditum multoque apertiorem insuper habuisset *Lucianus*? οὐδὲ, vel οὐχὶ ταῦτά σε τὰ ὑπὸ τὴν τύχης ὁ σ. Ἀρ. &c. *T. H.*

68. Κολάκων ἐπιτριπτότατος] Sic in Tim. Aristotelis φιλοχρηματίαν, θωπείαν, κολακείαν ubique perstringit. *J. B.*

69. Ἐμὲ μόνον ἔασον τὰ Ἀρ. εἰδέναι] Quanquam structurae norma constet, ut p. 344. v. 86. ἐκεῖνον ζῆν ἔασον p. 366. v. 70. ἔασον με ἔχειν, sententia tamen tam languida videtur atque inepta, ut a *Luciano* profectam esse difficulter persuaderi mihi patiar: quid enim est post intortum illud acerbius convicium ἁπάντων ἐκεῖνον κολάκων ἐπιρριπτότατος, aut quomodo tantae vehementiae respondet, *me solum sine quae ad Aristotelem spectant scire?* Quum vitium sentiret *Kuhnius*, succurrere conatus est laboranti loco pro εἰδέναι reponendo δώσειν ad *Diogen. L.* VIII, 30. *sine modo, ut recenseam aliquid de Aristotele.* Solerter excogitatum; neque tamen ejusmodi, ut repertae veritatis persuasione mentem feriat: aliud latere quiddam credideram, quod olim forte fidelior membrana deteget. Mirum autem non est, Alexandrum hic asperius invehi in Aristotelem, cujus magistri sui jam dudum, antequam ad plures abiret, reverentiam omnem deposuisset: literas ad Antipatrum profert *Plutarch.* p. 696. D. ubi scripserit: τὴν δὲ σοφίστην (Callisthenem ab Aristotele commendatum: vid. *Diogen. L.* V, 10.) ἐγὼ κολάσω, καὶ τοὺς ἐκπέμψαντας αὐτὸν &c. αὐτικρὺς ἐν γε τούτοις ἀπεκαλυπτόμενος πρὸς Ἀριστοτέλη. & p. 706. A. ad Cassandrum, ταῦτα ἐκεῖνα, inquit Alexander, σοφίσματα τοῦ Ἀριστοτέλους εἰς ἑκάστην λόγον. Invidiose vero *Athen.* XII. p. 537. F. non est quod miremur, ait, aetate nostra Herculem haberi voluisse Commodum, ejusque Dei insignibus ornari, Ἀλεξάνδρου τοῦ Ἀριστοτελικοῦ τοσούτοις αὐτὸν ἀφομοιοῦντος θεοῖς. *T. H.*

73. Ἄρτι μὲ εἰς τὸ κάλλος &c.] Adduxit *Thom. Magist.* in Ἄρτι, & quod statum sequitur, ὡς μὴ αἰσχύνοιτο καὶ αὐτὸς λαμβάνων in Ὡς, perverse tamen praemisso titulo dialogi Diogenis & Herculis. *T. H.*

μεγίστοις ἀγαθοῖς [a] ἐκείνοις, ἃ καληριθμήσω μικρῷ γε ἔμπροσθεν.

ΔΙΟ. Ἀλλ' οἶσθα ὃ δράσεις; ἄκος γάρ σοι τὴν λύπης ὑποθήσομαι· ἐπεὶ ἐνταῦθά γε ἑλλέβορος οὐ φύεται, σὺ δὲ καὶ τὸ Λήθης ὕδωρ χανδὸν ὑπισπασάμενος πίε καὶ αὖθις πίε, καὶ πολλάκις. οὕτω γὰρ ἂν παύσῃ ὑπὲρ τοῖς Ἀριστοτέλους ἀγαθοῖς ἀνιώμενος. καὶ γὰρ καὶ Κλεῖτον ἐκεῖνον ὁρῶ, καὶ Καλλισθένη, καὶ ἄλλους πολλοὺς ὑπὲρ σὲ [b] ὁρμῶντας, ὡς ἀμυνάσαιντο, καὶ ἀμύναιντό σε, ὧν ἔδρασας αὐτούς. ὥστε τὴν ἑτέραν οὐ ταύτῃ βάδιζε, καὶ πῖνε πολλάκις, ὡς ἔφην.

amissis, quasi maximis bonis, rebus illis, quas denumeraſti paulo ante.

6. DIOG. At ſcin' tu, quid facias: remedium enim tibi doloris ſuggeram, quandoquidem hicce loci helleborus non naſcitur. Tu ergo Lethes aquam ore patulo ductam bibe, iterumque bibe & ſæpius; ſic enim deſines propter Ariſtotelis bonorum amiſſionem dolore cruciari. Verum & Clitum illum vïdeo, & Calliſthenem aliosque multos in te irruentes, ut diſcerpant, atque ulciſcantur injurias a te illatas. Quare tu alteram illam viam ingredere, & bibe ſæpius, ut dixi.

XIV.

[c] ΑΛΕΞΑΝΔΡΟΥ ΚΑΙ ΦΙΛΙΠΠΟΥ. ALEXANDRI ET PHILIPPI.

ΦΙΛ. PHIL.

ΝΥΝ μέν, ὦ Ἀλέξανδρε, οὐκ ἂν ἔξαρνος γένοιο, μὴ οὐκ ἐμὸς υἱὸς εἶ-

1. NUnc ſane, Alexander, inficias haud iveris te filium eſſe meum; ne-

[a] Ἐκείνοις] Ea voce, quam O. praebuit, *Lucianum* auxi. [b] Ὁρμῶντας] *F.* ὁρῶντας· quod, niſi typothetarum errori ſit adſcribendum, *Francini* ὠραδιόρθωσις eſt. [c] A. K. Φ.] Verſo ordine O. Φ. Ϲ A.

87. Καὶ γὰρ Κλεῖτον] Τὸν σωματοφύλακα, ὃν μεταξὺ σοφῶν, ὃς λέοντι συγκαθειρχθεὶς ὑπ' Ἀλεξάνδρου διεφθάρη. [*] Καλλισθένην δὲ τὸν φιλόσοφον. *V.*

[*] Καλλισθένην] C. interponunt hic Κλειτοσθένην, mendoſe; nam ibidem & Καλλισθένην comparet. *M. du S.*

82. Οἶσθα ὃ δράσεις] Ἀττικώτερον eſt dicere, οἶσθ' ὃ δράσων, ut apud *Ariſtoph.* Equ. v. 1155. ubi vide *Schol.* *L. K.*

89. Ὁρμῶντας] Ed. *F.* ὁρῶντας. Sed praeſtat vulgata, quam firmat etiam Ox. *M. du S.*

93. Οὐκ ἔξαρνος γένοιο, μὴ οὐκ &c.] Hoc exemplum poſuit *Henr. Stephan.* Anim. in Libr. de D. A. p. 32. ut morem Atticorum probaret ad negationem fortius intendendam duas tresve particulas negantes cumulantium: plura dabit *Steph. Bergler.* ad *Alciphr.* p. 215. *Olearius* ob ignoratum vulgatiſſimae ſtructurae modum merito caſtigatus a *L. Bos* in Ep. ad Hebr. XII, 19. *T H.*

98. Ὡς χρήσιμον] Exiſtimet aliquis vel ὡς ſupervacuum eſſe, vel οἰόμενον εἶναι, vel denique ſcribi non abſurde poſſe ὡς χρησιμώτατον. Verum ſciendum eſt eum ſaepe locum tenere particulam ὡς, quem ſine orationis detrimento facile relinquere queat: de Luct. §. 24. τοὺς γονέας τῷ τιτλώθητι πείθουσι γεύσασθαι ὡς οὐκ ἀηδῶς μὰ Δι' ἐθέλ' αὐτοὺς ἀναγκαζομένους· alibi plura dicentur. In opinione divinae ſtirpis excitanda & fovenda plures aſtum Alexandri agnoſcunt. *Arrian.* A. A. VII. p. 311. Ὅτι δὲ εἰς θεὸν τὴν γένεσιν τὴν αὑτῷ ἀνέφερεν, ἐδὴ τοῦτο ἐμοὶ δοκεῖ μέγα αὐτῷ τὸ πλημμέλημα, εἰ μὴ Ϲ σόφισμα ἦν τυχὸν εἰς τοὺς ὑπηκόους τῷ στρατοῦ ἕνεκα. *T. H.*

8. Γέρρα οἰσύϊνα] *Crates vimineae*: quid gerrae, docet *Joſeph.* 3. Excid. erant veluti ſcuta quadrangula, ἰτέαι, de quib. alibi: ἰτέας vocat *Heſych.* quem vide: lege *Lucian.* de Hiſt. Conſcr. c. XXIII. *J. B.*

Γέρρα οἰσύϊνα] Has ipſas voces ponit *Etymol.* atque explicat p. 619. v. 18. Si *Luciani* verba putes, quod veriſimile videtur, ſolum eo referendum eſt illud interpretamentum, σκεπαστήρια ταῦτα πολεμικὰ, ἢ κυκλοτερῆ δὲ, ὡς αἱ ἀσπίδες, ἀλλὰ τετράγωνα· cetera minus quadrant. Οἰσύϊνας ἀσπίδας ex *Thucydid.* IV, 9. ad-

nequaquam enim mortuus fores, ſiquidem Ammonis eſſes. ALEX. Nec ipſe ignorabam, pater, me Philippi Amynta nati filium eſſe: ſed interpretabar in meam partem oraculum, conducibile ratus ad res gerendas. PHIL. Quid ita? conducibile tibi videbatur præbere temet decipiendum a prophetis? ALEX. Non illud dico: ſed barbari ſtupore perculſi me formidabant, nullusque amplius reſiſtebat, arbitrati cum Deo ſe pugnare.

2. PHIL. At quos tu deviciſti bello vinci dignos viros, qui cum ignavis ſemper manum conſeruiſti, qui arcus, peltas minutas, ſcuta denique viminea præ ſe projiciunt? Græcos ſuperare labor erat, Bœotos, Phocenſes, & Athenienſes: tum Arcades gravis armaturæ, Theſſalum equitatum, Eleorum jaculatores, Mantinenſium cetratos milites, aut Thracas, Illyrios, quin etiam Pæonas ſubjicere, hoc præclarum: Medos autem, Perſas & Chaldæos

95γαι· ἢ γὰρ ἂν ἐτεθνήκεις, Ἄμμωνος γε ὤν. ΑΛ. οὐδ' αὐτὸς ἠγνόουν, ὦ πάτερ, ὡς Φιλίππου τοῦ Ἀμύντου υἱός εἰμι· ἀλλ' ἐδεξάμην τὸ μάντευμα, ὡς χρήσιμον ἐς τὰ πράγματα οἰόμενος εἶναι. ΦΙΛ. πῶς λέγεις; χρήσιμον ἐδόκει σοι τὸ παρέχειν σεαυτὸν ἐξαπατηθησόμενον ὑπὸ τῆς προφητικῆς; ΑΛ. οὐ τοῦτο· ἀλλ' οἱ βάρβαροι καταπλάγησάν με, ὡς οὐδεὶς ἔτι ἀνθίστατο, οἰόμενοι θεῷ μάχεσθαι· ὥστε ῥᾷον ἐκράτουν αὐτῶν.

ΦΙΛ. Τίνων ἐκράτησας σύ γε ἀξιομάχων ἀνδρῶν, οἳ δειλοῖς ἀεὶ συμπεπλέχθης, τοξάρια, καὶ [d] πελτάρια, καὶ γέρρα οἰσύινα προβεβλημένοις; Ἑλλήνων κρατεῖν ἔργον ἦν, Βοιωτῶν καὶ Φωκέων καὶ Ἀθηναίων· καὶ τὸ Ἀρκάδων ὁπλιτικόν, καὶ τὴν [e] Θετταλὴν ἵππον, καὶ τοὺς Ἠλείων ἀκοντιστάς, καὶ τὸ Μαντινέων πελταστικόν, ἢ Θρᾷκας, ἢ Ἰλλυριούς, ἢ καὶ [f] Παίονας χειρώσασθαι, ταῦτα μεγάλα. Μήδων δὲ, καὶ Περσῶν, καὶ Χαλδαίων, καὶ χρυ-

d Πελτάρια] *Scholiaſt.* πελτίδια. *Etymol.* p. 712. v. 18. ἀσπιδίσκια μικρὰ πελτάρια λεγόμενα. *e* Θετταλὴν] G. P. L. Θετταλικὸν. Alterum amat *Noſter*: Θετταλάς τινας φδὰς Δ. Ε. Ι. *f* Παίονας] Sic pleraeque vetuſtae: perperam *H. P.* Παίωνας.

7. Συμπεπλέχθης] Συμπαιςράφης. *V.*
Τοξάρια] Ἀκόντια. *V.*
8. Καὶ πελτίδια] Μικρὰ ἀσπιδίσκια. *V.* τετράγωνα. G.
Καὶ γέρρα] † Περσικὰ μέν ἐςιν ὅπλα κυρίως τὰ γέρρα nobis dicenda erunt. *T. H.*

† Περσικὰ] Haec eadem in Etymologo leguntur. Doctior extat Scholiaſtae noſtri de γέρρου adnotatio ad Toxar. ubi plu-

adnotavit *Poll.* VII, 176. X, 176. *Luciani* locus utriusque ſcriptoris Commentatores eruditos non fefellit, uti nec *H. Stephan.* ad *Xenoph.* K. Π. p. 24. v. 13. De gerris autem ſcuto Perſico luculenter agit *Barn. Briſſon.* de Regn. Perſ. III. p. 290. 291. *T. H.*

Ibid. Οἰσύινα] Vid. Not. ad Ἁλιευτ. c. 21. *M. du S.*

10. Καὶ τὸ Ἀρκάδων ὁπλιτ.] Haec ita diſtinxerant in prioribus Edd. quaſi praecedentibus adhaererent: ſeparavi, ut ad verbum χειρώσασθαι eſſe referenda liquidius conſtaret. In his vertendis mirum eſt aberrare potuiſſe Interpretes: ſuas res adverſus fortes viros ac bellicoſos geſtas commemorat Philippus, ut inſtituta comparatione Alexandri victorias ab imbelli hoſte reportatas deprimat. Viciſſim Alexander paulo poſt patrem perſtringit, ſe procul abfuiſſe teſtatus a pravis artibus, quibus ille potius quam vera virtute

ra nobis dicenda erunt. *T. H.*

bellica Graecos ſuperarit: ea ſpectant iſta amarulenta: ὅμως δὲ ἀληθήσας αὐτοὺς, ἀδὴ προδοσίαις ἀνοσίοις τὰς νίκας &c. nam Philippus revera inter Graecos ob haec facinora male audiebat, nihilque eorum eſt, quod inprimis a *Demoſthene* ipſi non fuerit objectum. *T. H.*

11. Τὴν Θετταλὴν ἵππον] Mſ. Θετταλικὴν ἵππον. Scio οἶμος σκύθης & ſimilia: ſed *Lucianum* haec obſoleta non amare id quoque ſcio. *J. G. G.*

Θετταλικήν] Praeter G. etiam P. & L. Alibi tamen Noſter Θετταλὴν de equa, Ζεύξ. c. 6. τὴν Θήλειαν δὲ, ἵππου γε τῆς καλλίςης, εἶναι μάλιςα αἱ Θετταλαί εἰσιν ἀδμῆτες ἔτι ἐς ἄκαιτοι. In Amor. c. 45. Θετταλοὶ γὰρ ἵπποι μείλουσιν αὐτῇ. Forſan, cum de equitatu ſermo eſt, aliter ſolebant efferre: certe Z. τρ. c. 21. ἵππων Θρᾳκικῶν. *M. du S.*

χρυσοφόρων ἀνθρώπων ἢ ἀδρῶν, οὐκ οἶδα, ὡς πρὸ σοῦ μύριοι μὲν Κλεάρχῳ ἀπελθόντες ἐκράτησαν, οὐδ' εἰς χεῖρας ὑπομεινάντων ἐλθεῖν ἐκείνων, ἀλλὰ πρὶν ἢ τόξευμα ἐξικνεῖσθαι φυγόντων.

ΑΛ. Ἀλλ' οἱ Σκύθαι γε, ὦ πάτερ, καὶ οἱ Ἰνδῶν ἐλέφαντες οὐκ εὐκαταφρόνητόν τι ἔργον. ἢ ὅμως ὁ [a] Διαστήσας αὐτοὺς, οὐδὲ προδοσίαις ὠνούμενος τὰς νίκας, ἐκράτησα αὐτῶν· οὐδ' ὀπιώρκησα πώποτε, ἢ ὑποχόμενος ἐψεύσαμην, ἢ ἄπιστόν τι ἔπραξά τοῦ νικᾶν ἕνεκα. ἢ τοὺς Ἕλληνας δὲ, τοὺς μὲ ἀναιμωτὶ παρέλαβον· Θηβαίους δὲ ἴσως ἀκούεις ὅπως μετῆλθον. ΦΙΛ. οἶδα ταῦτα πάντα. Κλεῖτος γὰρ ἀπήγγειλέ μοι, ὃν σὺ τῷ δορατίῳ διελάσας μέσῃ δαπανῆτα ἐφόνευσας, ὅτι με πρὸς τὰς σὰς πράξεις ἐπαινέσαι ἐτόλμησε.

Σὺ δὲ ἢ τὴν Μακεδονικὴν χλαμύδα καταβαλὼν, κάνδυν, ὡς φασι, μελενδύης, καὶ τιάραν ὀρθὴν ἐπέθου, καὶ προσκυνεῖσθαι ὑπὸ

auro nitentes homines ac molles non meministi ante te a decem illis millibus, qui cum Clearcho in Persidem sunt profecti, esse superatos, quum ne manus quidem gradumque conferre sustinerent, sed antequam telum ad eos perveniret, in fugam se darent.

3. ALEX. Attamen Scythæ, pater, & Indorum elephanti haud sane contemnendi; quos equidem, non factione mota divisos, nec emta proditione victoria, superavi tamen: neque pejeravi umquam, promissamve fidem fefelli, aut perfidum aliquid designavi vincendi causa. Græcos porro, hos sine sanguine mihi adjunxi; Thebanos autem forte inaudivisti quibus suppliciis sim persecutus. PHIL. Novi isthæc omnia: Clitus enim renunciavit mihi, quem tu spiculo trajectum inter cœnam trucidasti, quia me ad tuas res gestas comparatum laudare instituerit.

4. Tu præterea Macedonica chlamyde projecta, mutato, ut aiunt, in candyn Persicam habitu, & tiaram rectam capiti imposuisti, & adorari a Ma-

[a] Διαστήσας] G. P. & *Scholiast.* ἀφαιρήσας utrumque aeque commodum, ut quid *Lucianum* auctorem habeat dijudicare sit difficile.

23. Οὐ ἀφαιρήσας] Οὐ [*] ἀφαιρήσας ὁ Φίλιππος χρήματα παρέχων ἔπεισε συμβαλεῖν σὺν ταῖς πόλεσιν. *V.*

[*] Διασχίσας] C. διαστήσας· λέγεται γὰρ ὅτι Φ. Lege διαστήσας, quod & in textum multarum Editionum irrepsit. *M. du S.*

35. Κάνδυν] Ἰμάτιον. *V.*

Videtur in hoc corrupto vocabulo duplex lectio confusa διαστήσας & διασχίσας. *T. H.*

16. Χρυσοφόρων] Dico alibi. *J. B.*

Χρυσοφόρων] Commode: hac enim per contumeliam velut inusta mollitiei nota Persas Medosque victores Graeci significabant: Epigr. apud *Lycurg.* in Leocr. p. 163. Ἑλλήνων προμαχοῦντες Ἀθηναῖοι Μαραθῶνι Χρυσοφόρων Μήδων ἐσόρασαν δύναμιν. Simul hinc patet delendum esse ἢ, quod praecedit χρυσοφόρων *T. H.*

17. Μύριοι] Vide *Xenophontis* ea de re libros ab omnibus legi dignos. *M. du S.*

23. Οὐ ἀφαιρήσας] Idem codex pro ὁ ἀφαιρήσας, αὐτοὺς, scribit, ὁ ἀφαιρήσας αὐτοὺς, *eos non divellens*, sive *diducens*: sed in vulgata sententia eadem est. *J. G. G.*

Οὐ ἀφαιρήσας] In MS. suo invenit Cl. *Graevius* ἀφαιρήσας pro ἀφαιρήσας, & ita legit quoque in suo codice *Scholiastes*. Sed recte judicat Vir Cl. in vulgata eamdem esse sententiam. Quin & in hoc usu ἀφαιρεῖν est frequentissimum pro ἀφαιρεῖν, χωρίζειν, ἀφαιρίζειν· quemadmodum passim hoc verbum interpretatur *Hesychius*. *J. J.*

24. Προδοσίαις] Tangit patris cauponium, de quo *Demosth.* alii. *J. B.*

31. Δορατίῳ] Venabulum, hastam, sarissam, lanceam, αἰχμὴν vocant; quibus *Luciani* δοράτιον addidit *Jo. Freinshem.* ad *Curt.* VIII, 1, 52. *T. H.*

32. Ὅτι με πρὸς τὰς σὰς πράξεις ἐπαινέσαι ἐτόλμησε] *Lusinius: eo quod nomen meum celebraret & meas res gestas cum tuis conferre auderet.* Admodum lenta. *Benedictus* accuratior: *eo quod me collatis utrimque rebus gestis, laudare ausus fuisset.* Sed cur elegantiam Graecam obscurant & malunt circumire, quam meam & nuda verba auctoris sequi? Quod non aliunde profectum, quam quod auctores earum non cogitarent *Ciceronem* dixisse, *Isocrates majore mihi ingenio videtur, quam ut cum orationibus Lysiae comparetur; Justinum, Lydorum reges fuere variis casibus memorabiles;*

Macedonibus, ab hominibus liberis volebas, quodque omnium erat maxime ridiculum, æmulabare mores devictorum: nam omitto dicere, quæ alia perpetraris, dum in eandem caveam cum leonibus includis eruditos viros, nuptiasque tales celebras, & Hephæstionem ultra modum diligis: id unicum laudavi tantummodo relatum, abstinuisse te a Darii uxore formosa, ejusque matre, & natarum curam habuisse: hæc enim regia sunt.

Μακεδόνων, ὑπ' ἐλευθέρων ἀνδρῶν ἠξίεις· καὶ τὸ πάντων γελοιότατον, ἐμιμεῖτο τὰ τῶν γενικημένων. ἐῶ γὰρ λέγειν ὅσα ἄλλα ἔπραξας, ὁπόσοις συγκαθαπτείων πεπαιδευμένους ἄνδρας, καὶ γάμους [b] τοιούτους γαμῶν, καὶ Ἡφαιστίωνα ὑπεραγαπῶν. ἓν ἐπῄνεσα μόνον ἀκούσας, ὅτι ἀπέσχου καὶ τῆς Δαρείου γυναικὸς καλῆς οὔσης, καὶ τῆς μητρὸς αὐτοῦ, καὶ τῶν θυγατέρων ἐπεμελήθης· βασιλικὰ γὰρ ταῦτα.

5. ALEX. Ad pericula vero subeunda promtum animum, pater, non laudas, nec quod in Oxydracis primus desiluerim intra murum, totque acceperim vulnera? PHIL. Non laudo, Alexander; non quod pulcrum esse non putem etiam vulnerari aliquando regem, & pro exercitu pericula suscipere; sed quod tibi tale inceptum minime conducebat: deus enim quum videbare, si quando vulnerareris, viderentque te portatum prælio efferri, cruore manantem, ingemiscentem vulnere, hæc utitur *Lucianus* designare conditionem nuptiarum, quas improbabat: nemini obtrudo, quod in mentem venit, γάμους ἀθύτους. Quae hic Alexandro nuptiae vitio vertuntur, eas ipse verbis plane similibus laudi sibi ducit in illa elaboratissima oratione apud *Arrian.* VII. c. 10. γάμους δὲ ὑμῖν τοὺς αὐτοὺς γυγάμηκα, καὶ παισὶν ὑμῶν οἱ παῖδες συγγενεῖς ἔσονται τοῖς παισὶ τοῖς ἐμοῖς. Hac etiam in parte, ut in plerisque aliis, a *Luciano* dissentit *Plutarchus* Alexandri vel in primis admirator παρὰ δ' Ἀλ. Τ. ἢ Ἀ. Or. I. p. 329. E. 330. A. T.H.

ΑΛ. Τὸ φιλοκίνδυνον δὲ, ὦ πάτερ, οὐκ ἐπαινεῖς, καὶ τὸ ἐν Ὀξυδράκαις πρῶτον καθάλαμψ εἰς τὸ ἐντὸς τοῦ τείχους, καὶ τοσαῦτα λαβεῖν τραύματα; ΦΙΛ. οὐκ ἐπαινῶ σοῦτο, ὦ Ἀλέξανδρε· οὐκ ὅτι μὴ καλὸν [c] εἶναι οἶμαι καὶ τιμώσκεσθαι ποτὲ ὑπὲρ βασιλέα, καὶ προκινδυνεύειν τοῦ στρατοῦ· ἀλλ' ὅτι σοι [d] τοιοῦτο ἧκιστα συνέφερε· θεὸς γὰρ εἶναι δοκῶν, εἰ ποτε τρωθείης, καὶ [e] βλέποιέν σε φερόμενον τῶν πολέμων ἐκκομιζόμενον, αἱμαλέον ῥέοντα, οἰμώζοντα διὰ τὰ τραύματα, ταῦτα

40. Ἄνδρας] Καλλισθένην καὶ † Λύσανδρον. *V.*

† Λύσανδρον] Nota Callisthenis historia: quanquam de ejus poena & morte valde dissentiant: vid. *Freinshem.* ad *Curt.* VIII, 8. n. 21. sed quem Lysandrum, caveae leonum itidem inclusum, indicet, non reperio. *Suidas* in Καλλισθένης Neapolitanum Tragicum illi adsociavit: an pro eo memoriola vacillans *Scholiastae* nobis Lysandrum suggessit? T.H.

47. ‡ Ὀξυδράκαις] Ἐν Ὀξ. *V.*

‡ Ὀξυδράκαις] Hoc Ed. A. vitium correxit *M. du Soul.* T.H.

les; nullus tamen fortuna Candauli comparandus. Et sic alii. J.G.

34. Μακεδονικὴν χλαμύδα] Consule *Spanhem.* de Pr. & U. N. A. p. 457. Mollior enim erat & habebatur Persarum vestis, ut supra in hoc dialogo dixit; & iterum, quamvis de Parthis jam, ex eodem constat; Ἀλεξ. c. 27. θηλυχίτων ἀνὴρ pro Partho. M. du S.

35. Κάρδυν] Χιτῶνα Περσικὸν στρατιωτικὸν lege *Suid. Hesych.* dico ad *Heliod.* lib. 7. de tænia dictum antea. J.B.

36. Τιάραν ἀφεὶς] Vid. eundem *Spanhem.* p. 466. M. du S.

37. Ὑπ' ἀλλήλων] Admodum displicet illud ὑπ'. Ego delendum censeo. M. du S.

40. Λέουσι] Temere vulgari fabulam, qua Lysimachum leoni objectum ab eo scribunt, ait *Curt.* VIII, 1. *Justinus* tamen ei fidem facit XV, 3. M. du S.

41. Γάμους τοιούτους] Seponere non possum levem vitii suspicionem in vocabulo secundo: debuisse vide-

b Τοιούτους] P. τοσούτους. c Εἶναι οἶμαι] O. οἰόμαι εἶναι. d Τοιοῦτο] O. τὸ τοιοῦτο recte. e Βλέποιεν] Sic O. *V2. S. A.* vitiose in ceteris βλέπειν.

τα γέλως ἦν τοῖς ὁρῶσι· καὶ ὁ Ἄμμων γόης καὶ ψευδόμαντις ἠλέγχετο, καὶ οἱ προφῆται κόλακες. ἢ τίς οὐκ ἂν ἐγέλασεν ὁρῶν τὸν Διὸς υἱὸν λειποψυχοῦντα, δεόμενον τῶν ἰατρῶν βοηθεῖν; νυνὶ μὲν γάρ, ὁπότε ἤδη τέθνηκας, οὐκ οἴει πολλοὺς εἶναι τοὺς τὴν προσποίησιν ἐκείνην διακερδομένους, ὁρῶντας τὸν νεκρὸν τοῦ Θεοῦ ἐκτάδιον κείμενον, μυδῶντα ἤδη καὶ ἐξωθηκότα κατὰ νόμον σωμάτων ἁπάντων; ἄλλως τε καὶ [a] τὸ χρήσιμον, ὃ ἔφης, Ἀλέξανδρε, τὸ ἀφ' τοῦτο κρατεῖν ῥᾳδίως, πολύ σε τῆς δόξης ἀφῃρεῖτο τῆς καλλονθμένων· πᾶν γὰρ ἐδόκει ἐνδεὲς ὑπὸ θεοῦ γίνεσθαι δοκοῦν.

que ridendi materies erat futura ſpectantibus, & Ammon impoſtor, falſusque vates arguebatur; prophetæ vero adulatores. Et quis non riſiſſet, ſi videret Jovis filium animo deficientem, implorantem medicorum operam? Nunc vero, quum jam mortuus es, non tu cenſes multos eſſe, qui ſimulationem divinitatis iſtam acerbioribus jocis proſcindant, quum vident cadaver Dei porrectum, putreſcens jam ac tumidum ex lege corporum omnium. Præterquam quod illa, quam dicebas, Alexander, utilitas, quaſi eam ob cauſam facili victoria potireris, multum tibi detraxit gloriæ rerum egregie geſtarum: nihil enim non videbatur minus & infra dignitatem, quod a Deo fieri videretur.

ΑΛ. Οὐ ταῦτα φρονοῦσιν οἱ ἄνθρωποι περὶ ἐμοῦ, ἀλλ' Ἡρακλεῖ καὶ Διονύσῳ ἐναμιλλον τιθέασί με. καίτοι τὸν [b] Ἄορνον ἐκεῖνην, οὗθ' ἑτέρῳ ἐκείνων λαβόντι, ἐγὼ μόνος ἐχειρωσάμην. ΦΙΛ. ὁρᾷς ὅτι ταῦτα ὡς υἱὸς Ἄμμωνος λέγεις, ὃς Ἡρακλεῖ καὶ Διονύσῳ παραβάλλεις σεαυτόν; καὶ οὐκ αἰσχύνῃ, ὦ Ἀλέξανδρε, οὐδὲ τὸν τύφον ἀποβαλῇ, καὶ γνώσῃ σεαυτόν, καὶ συνῇς ἤδη νεκρὸς ὤν.

6. ALEX. Non iſta de me ſentiunt homines, ſed cum Hercule & Baccho comparant: quin imo Aornum, illam inacceſſam avibus rupem, quum neuter illorum ceperit, ego ſolus ſubegi. PHIL. Viden' iſta te tanquam Ammonis filium dicere, qui Herculi & Baccho æquiparas te ipſum: nonne te pudet, Alexander, nec faſtum dediſces, teque ipſe cognoſces, & jam intelliges te mortuum eſſe?

ACHIL-

a Τὸ χρήσιμον ὃ] O. τοῦτο ὦ χρήσιμον ἔφης· unde *M. du Soul* fingebat, τοῦτο ὃ χρ. ἔφης. b Ἄορνον] G. P. L. Ἄορνιν.

57. Ἄμμωνος] Οὕτω Ζεὺς παρὰ * Λίψιν πρὸς τοῦτον Ἀλιξανδρῳ χρησμὸν δεσπόζῳ ἦλθε, καὶ ἔκυσε, Υἱὸς μοῦ εἶ. G.

* Λίψιν] Debuerat Λιβύσι· ſed quae ex G. Exc. promuntur, plerumque notae ſunt non optimae, & nonnunquam vix bene Graeca; quale quod mox ſequitur χρησμὸν δεσπόζῳ ἦλθε. T. H.

63. Ἐπικερτομοῦντες] Jam irriſa fuerat, atque objecta Alexandro vivo praeſentique ſtirpis ementiendae ſuperbia: *Arrianus* eodem hoc uſus verbo VII. c. 8. Macedones οὐκοῦν σιγῇ ἔχοντες ἐκαρτέρησαν, ἀλλὰ πάντας μὲν ἀπαλλάττειν τῆς στρατείας (στρατείας) ἐκέλευον, αὐτὸν δὲ μὴ τῷ πατρὸς στρατεύεσθαι τὸν Ἄμμωνα δὴ τοῦ λόγῳ ἐπικερτομοῦντες. T. H.

69. Πᾶν γὰρ ἐδόκει ἐνδεές] Mentem *Luciani* non ceperunt interpretes, in his verbis, πᾶν γὰρ ἐδόκει ἐνδεὲς ὑπὸ Θεοῦ γίνεσθαι δοκοῦν, quae ſic ſunt interpretanda: *Omne enim id videtur minus, quod a Deo creditur geri.* Dixit id multum imminuit gloriam tuam & res geſtas, quia venditabas te Deum eſſe, ſeu Dei filium. Id enim quod a Deo geri creditur contra homines, quia Deus omnia poteſt, & longe viribus omnium hominum eſt potentior, non tanti faciunt homines, nec putant virtuti adſcribendum, ſed potentiæ divinæ omnibus humanis opibus majore. Vertunt: *Nam etſi hæc a Deo geri viderentur, Diis tamen longe inferiora agere viſus es.* Vides quam male. *J. G. G.*

Πᾶν γὰρ ἐδόκει ἐνδεὲς &c.] Interpretes merito caſtigavit *Jo. Freinsbem.* ad *Curt.* IV, 7, 30. ubi, poſitis *Luciani* verbis monet: *Senſum non ceperunt interpretes; eſt autem hic:* quicquid enim egiſti, id omne, ſiquidem ut a Deo geſtum aeſtimari debebat, imperfectum longeque infra dignitatem poſitum cenſebatur. *Et patet ratio: nam ab homine victas eſſe nationes, expugnatas urbes, everſa imperia ſi narres, quilibet profecto cenſebit, eum hominem inter ceteros excelluiſſe: at ſi Deo, vel etiam angelo tribuas, nemo certe magnopere*

XV.

ACHILLIS ET ANTILOCHI.

ΑΧΙΛΛΕΩΣ ΚΑΙ ΑΝΤΙΛΟΧΟΥ.

A N T.

1. QUalia pridie, Achilles, ad Ulyſſem a te ſunt dicta de morte, quam humilis animi minimeque digna utrisque præceptoribus Chirone & Phœnice! auſcultabam enim, quando dictitabas malle te in terra vitam degentem mercenariam operam præſtare cuipiam inopum, cui victus copia non abundet, quam omnibus imperare mortuis: iſta abjectum aliquem ignavumque Phrygem, ultra quam decorum ſit, vitæ cupidum forte fas erat proloqui; at Pelei filium, heroum omnium promtiſſime ſe periculis offerentem tam demiſſa de ſe cogitare pudendum plane, & multimodis diſcrepans a rebus in vita geſtis; ut qui, quum liceret inglorium in Pthiotide diuturnumque regnum poſſide-

A N T.

80 Οἷα πρώην, Ἀχιλλεῦ, πρὸς τὸ Ὀδυσέα σοι εἰρῆσθαι περὶ τοῦ θανάτου· ὡς ἀγεννὴς καὶ ἀνάξια τῶν διδασκάλων ἀμφοῖν, Χείρωνός τε καὶ Φοίνικος; ἠκροώμην γάρ, ὁπότε ἔφης βούλεσθαι ἐπάρουρος ὢν θητεύειν παρά τινι τῶν ἀκλήρων, ᾧ μὴ βίος πολὺς εἴη, μᾶλλον ἢ πάντων ἀνάσσειν τῶν νεκρῶν. ταῦτα μὲν οὖν ἀγεννῆ τινα Φρύγα δειλὸν, καὶ πέρα τοῦ καλῶς ἔχοντος φιλόζωον ἴσως ἐχρῆν λέγειν· τὸν 90 Πηλέως δὲ υἱὸν, τὸν φιλοκινδυνότατον ἡρώων ἁπάντων, ταπεινὰ οὕτω περὶ αὑτοῦ διανοεῖσθαι πολλὴ αἰσχύνη, καὶ ἀνάρτιότης πρὸς τὰ πεπραγμένα σοι ἐν τῷ βίῳ· ὃς, ἐξὸν Ἀχιλεῖ τῷ ἐν τῇ Φθιώτιδι πολυχρόνιον βασιλεύειν,

pere id mirabitur, cum omnes ſciant, nullas eſſe hominum adverſus Deos vires, *ut loquitur Juſtin.* II, 12, 10. *T. H.*

73. Ἄορτον] Ἄορτιν Mſ. non ἄορτον, ſed utroque modo ſcriptum hoc vocabulum inveniri, & in uſu eſſe docuit *Euſtathius* ad *Dionyſium Periegeten*. *J. G. G.*

Ἄορτον] Ἄορτιν etiam P. & L. habent; ſed aliter caeteri tum hic, tum Ἑρμ. c. 4. & Ῥητ. c. 7. *M. du S.*

Τὴν Ἄορτον] *Tzetz.* ad *Lycophr.* v. 704. Vid. ad Ῥητ. Διδ. §. 7. Multa de hac celeberrima petra contulerunt *Raderus* & *Freinshem.* ad *Curt.* VIII, 11, 2. ubi inter *Aornon* & *Aornin* Codices non minus, quam editi libri fluctuant. Herculi autem Liberoque ſaepe conferri Alexandrum docebit idem *Freinshem.* ad *Curt.* IX, 2, 29. *T. H.*

79. Συνῆς] Fl. nullum ſubſcripſit jota, quod omnes reliquae citius, quam oportebat, arripuerunt: verum addenda fuerat litera per injuriam vicinae ſimilis extrita συνήσῃ, ut γνώσῃ, ἀπομαθήσῃ. *T. H.*

80. Οἷα πρώην] Dialog. ex his verſib. Odyſſ.

Μὴ δή μοι θάνατόν γε παρέυδε φαίδιμ' Ὀδυσσεῦ,
Βουλοίμην κ' ἐπάρουρος ἐὼν θητεύμεν ἄλλῳ
Ἀνδρὶ παρ' ἀκλήρῳ, ᾧ μὴ βίοτος πολὺς εἴη,
Ἢ πᾶσιν νεκύεσσι καταφθιμένοισιν ἀνάσσειν.

Cætera item ex variis locis *Homeri*. *J. B.*

84. Ἐπάρουρος ὢν] Argumentum hujus dialogi ex *Homero Lucianus* derivavit Od. Λ. 488. utque erat in principem poëtarum paulo iniquior, abſtinere non potuit, quin animadverſionis, tectae quidem atque ingenioſae, maculam ipſi adſpergeret; ſecutus hac in parte *Platonis*, quem tamen ipſum alibi non mollius tractat, judicium: is enim initio lib. III. de Rep. hos verſus in primis aliosque ſimiles, tanquam ad frangendum animi robur idoneos, expungendos eſſe cenſuit. Quod de Pelidae magiſtris modo Noſter, a *Platone* quoque ſumtum p. 612. C. Ἀχιλλεὺς θεᾶς ὢν παῖς καὶ Πηλέως σωφρονεστάτου τε καὶ τρίτου ἀπὸ Διὸς, καὶ ὑπὸ τῷ σοφωτάτῳ Χείρωνι τεθραμμένος &c. Firmat autem vulgatam *Homeri* lectionem ἐπάρουρος, cujus duplicem ſignificatum, ut ex *Euſtathio* & *Heſychio* patet, veteres expoſuerunt, ἐπίγειον ſcilicet, vel κτητοῦρον ἐπιμίσθιον ſive τὴν γῆν ἐργαζόμενον· quum aliis ſcribendum videretur, Βουλοίμην κε παρουρεὺς εἶναι, id eſt, φύλαξ, εἰς φυλακήν τινα τεταγμένος μισθωτικῶς, teſtibus *Etymol.* p. 353. & *Euſtath.* p. 1695. Eundem *Homeri* locum, ſed alia ratione, *Dion Chryſ.* adhibuit Or. IV. p. 67. B. Facete *Lucilius* apud *Non.* p. 519. *Nunc paucis malim ac ſapientibus eſſe probatum*, Ἢ πᾶσιν νεκύεσσι καταφθιμένοισιν ἀνάσσειν. Mox δειλὸν non equidem improbo; quia hac tamen acceſſione indigere non videtur ἀγεννῆ τινα Φρύγα, conſiderandum eſt, an praeſtet δεῖλον. *T. H.*

2. Ἐπά-

λεύειν, ἐκὼν προείλω τ μᾶ ϛ ἀγαθῆς δόξης θάνατον.

ΑΧ. Ὦ παῖ Νέστορ, ἀλλὰ τότε μὲν ἄπειρ ἔτι τ ὀνταῦθα ὢν, καὶ τὸ βέλτιον ἐκείνων ὁπότερον ἦν ἀγνοῶν, τὸ δύστηνον ἐκεῖνο δοξάριον προετίμων τ βίου· νῦν δὲ συνίημι ἤδη, ὡς ἐκείνη μὲ ἀνωφελὴς, εἰ καὶ [a] ὅτι μάλιστα οἱ ἄνω ῥαψῳδήσουσι· μᾶ νεκρῶν δὲ ὁμοιμία· καὶ ὅτε τὸ κάλλος ἐκεῖνο, ὦ Ἀντίλοχε, ὅτε ἡ ἰσχὺς πάρεστιν, ἀλλὰ κείμεθα ἅπαντες ὑπὸ τῷ αὐτῷ ζόφῳ ὅμοιοι, καὶ κατ' οὐδὲν ἀλλήλων διαφέροντες· καὶ ὅτε οἱ τ Τρώων νεκροὶ δεδίασί με, ὅτε οἱ τ Ἀχαιῶν θεραπεύουσιν· ἰσηγορία δὲ ἀκριβὴς, καὶ νεκρὸς ὅμοιος, ἠμὲν κακὸς, ἠδὲ καὶ ἐσθλός. ταῦτά με ἀνιᾷ, καὶ ἄχθομαι, ὅτι μὴ βιτεύω ζῶν.

ΑΝΤ. Ὅμως τί ἂν ἄν τις πάθοι, ὦ Ἀχιλλεῦ; ταῦτα γὰ ἔδοξε τῇ φύσει, πάντως ἀποθνήσκειν ἅπαντας. ὥστε χρὴ ἐμμένειν τῷ νόμῳ, καὶ μὴ ἀνιᾶσθ τοῖς διατεταγμέ-

re, ultro prætulisti conjunctam cum pulcra laude mortem.

2. ΑCH. Nestoris fili, tunc equidem inexpertus rerum inferarum, ignarusque utrum ex duobus præstaret, miseram istam gloriolam anteponebam vitæ: nunc vero jam tandem intelligo, illam esse infructuosam, quicquid etiam superi garriant, inter mortuos autem æqualia honoris jura: neque forma illa, Antiloche, nec robur adest; sed jacemus omnes sub eadem caligine similes, & nulla parte alter ab altero diversi: neque Trojanorum umbræ pertimescunt me, neque Achivorum observant: verum æqualitas juris exacta, mortuique similes, ignavi fuerint an fortes. Ista me torquent, & graviter fero, qui mercenariam vitam non agam.

3. ΑΝΤ. Attamen quid facias, Achilles? hoc enim ita visum fuit naturæ, ut omnino moriantur omnes. Quamobrem legi obtemperandum est, neque oportet gravari

[a] Ὅτι μάλιστα] Ita *W.* ὁτιμάλιστα F. quomodo solent ejusmodi voculae in vetustis Codd. & antiquis Edd. scribi. Reliquae Edd. ὅ, τι μάλιστα.

2. Ἐκείνη] Respicit ad vocem δόξα, quam in animo habebat *Lucianus*, non ad δοξάριον, qua usus erat. *J.C.*

Ibid. Ὅ, τι μάλιστα] Perperam in omnibus libris excusis, quos vidi, scribitur εἰ καὶ ὅ, τι μάλιστα, οἱ ἄνω ῥαψῳδήσουσιν, cum ὅτι scribendum sit; ὅτι μάλιστα, ut ὅτι τάχιστα, *maxime, celerrime: licet maximopere celebrarint homines.* *J.G.G.*

Ὅτι μάλιστα] Sola Fl. ὁτιμάλιστα, qui mos est scribendi vetustarum Edd. exinde cunctae corruptius ὅ, τι μάλιστα. Quanquam dixerat τὸ δύστηνον ἐκεῖνο δοξάριον, tamen hic, quasi δόξαν scripsisset, subjecit ἐκείνη μὲ ἀνωφελὴς· qualia multa veteres usurpant vel per incogitantiam oblata, vel variandae orationis ergo studio quaesita: vide *Davis.* ad *Cicer.* de N. D. II. p. 199. *Duker.* ad *Thucydid.* II. p. 127. n. 53. *T.H.*

9. Ἰσηγορία δὲ ἀκριβὴς] Manium, apud quos *Lydus Dulichio non distat Croesus ab Iro*, ut venuste canit *Propert.* III. El. 3. ἰσηγορίαν & ἰσονομίαν, salvo tamen προεδρίας cujusdam jure, ubique Noster commendat; propterea laudatus a *Barthio* ad similem *Claudiani* locum in *Rufin.* II, 474. *Senec.* de Ir. III, 43. *Venit ecce mors, quae nos pares facit. Sil. Ital.* XIII, 776. — *Croesi mox advolat umbra, Dives apud superos, sed mors aequarat egenis.* Verum propius ad *Luciani* jocos accedit *Plaut.* Trin. A. II. Sc. IV, 92. Ingentem hujusmodi sententiarum cumulum, qui talibus delectatur, in veterum scriptis facile reperiet. *T.H.*

16. Ἄλλως τε, ὁρᾷς] Legitur in editis: Ἄλλως τε, ὁρᾷς τ ἑταίρων ὅσοι περὶ σὲ ἴσμεν οἵδε; μᾶ μικρὸν δὲ καὶ Ὀδυσσεὺς ἀφίξεται πάντας. φέρει δὲ ὡ Θεμιστίαν ἡ κοινωνία τῶ πράγματ. Sed qui hunc locum inspexerit attentius, animadvertet, scribendum & distinguendum eum sic esse: Ἄλλως τε ὁρᾷς, τ ἑταίρων ὅσοι περί σε ἴσμεν ὧδε. μᾶ μικρὸν δὲ καὶ Ὀδυσσεὺς ἀφίξεται. πάντως φέρει δὲ ὡ Θεμιστίαν καὶ ἡ κοινωνία τῶ πράγματ. *Vides alioquin, quanta turba sociorum tuorum simus hic. Non longe post autem huc veniet quoque Ulysses. Omnino solatium affert societas earumdem rerum.* Nam *solamen miseris socios habuisse malorum.* In fine dialogi haeret quoque macula, quam ante complures annos eluimus, sed nunc nobis adstipulari Mss. gaudemus: sic enim in illo legitur: σιωπᾷν γὸ καὶ φέρειν δέδοκται ἡμῶν, μὴ καὶ γέλωτα ὄφλωμεν, ὥσπερ σὺ, τοιαῦτα εὐχόμενοι. *Fixum nobis est tacere, ferre, & tolerare, nisi velimus ludibrio esse, ut tu, si optaremus talia.* Nam δέδοται ἡμῶν, quod in editis est, respuit omnino sensus hujus loci. Quis enim illis hoc dedit, & concessit? Imo dicit sibi deliberatum esse, & sibi firmam stare sententiam omnia potius ferre, quam inanibus que-

vari juſſa : atque etiam vides, ſodalium quot circa te ſimus ; Ulyſſes autem jamjam aderit omnino : adfert quippe ſolatium ſocietas rei malæ, & quod eam non ipſe ſolus perpetiaris. Vides Herculem & Meleagrum, aliosque viros admirandos, qui, puto, non cupiant ſurſum in vitam redire, ſi quis eos emiſerit mercedem merituros apud inopes pauperculosque homines.

νοις. ἄλλως τε ὁρᾷς, τὴν ἑταίρων ὅσοι σὲ ἐσμὲν οἵδε· μᾶ μικρὸν δὲ καὶ Ὀδυσσεὺς ἀφίξεται πάντως. Φέρει δὲ τὴν ξυμμυθίαν καὶ ἡ κοινωνία τοῦ πράγματος, καὶ τὸ μὴ μόνον αὐτὸν πεπονθέναι. ὁρᾷς τὸν Ἡρακλέα, καὶ τὸν Μελέαγρον, καὶ ἄλλους θαυμαστοὺς ἄνδρας, οὓς οὐκ ἂν, οἶμαι, δέξαιντο ἀνελθεῖν, εἴ τις αὐτοὺς ἀναπέμψειε θητεύσοντας ἀκλήροις καὶ ἀβίοις ἀνθρώποις;

4. ACH. Qualis ſodalem decet eſt hæc admonitio : me tamen neſcio quomodo memoria rerum per vitam actarum angit ; ni fallor, & veſtrum unumquemque : quod ſi minus fatemini, tanto pejores eſtis, qui taciti eodem dolore adficiamini. ANT. Minime, ſed meliores, Achilles : nullum enim eſſe proloquendi fructum videmus : ſilere igitur, & ferre ac tolerare caſum conſtitutum eſt nobis, ne riſum inſuper debeamus, quemadmodum tu, talia optantes.

Ἀνεπιδεεῖς] Ejus, quam *Thomae Magiſtri* liber praetulit, lectionis ἀτελεῖς nullum extat in noſtris veſtigium: ipſa tamen indicio eſt, quod ante nos ſuſpicari diximus, hunc dialogum male fuiſſe a deſcriptoribus habitum. Quum autem interpretatur ἀτελεῖς, ὁ ἀμέτοχος, id quidem ut ſatis eſt ad hujus loci ſententiam conveniens, ſic magno opere vereor, ne a conſuetudine Graeci ſermonis abhorreat: equidem memini non diſſimili ſtructura ſcribi a *Dionyſ. Hal.* A. R. VIII. p. 506. v. 38. Εἰ δὲ ἁμαρτὼν τῆς πείρας ἀτελὴς τοῦ ἔργου ἀνασρέψειεν· ſed alia eſt & poteſtas & ſignificandi ratio. Forte quis exiſtimet, ita defendi poſſe ἀτελεῖς, ſi eum in modum intelligatur, ut Latinorum *immunis*: in *Gloſſis* alterum alterius explicationi inſervit vocabulum. Tum ſenſus erit, isque minime contemnendus: *ſed immunes ſumus rerum iſtarum omnium: ſed oneribus illis ac functionibus ſitiendi eſuriendique ſumus levati.* Qui hanc elegantiam non capiebant, videri poſſunt mutaſſe. Nos interea, dum certius fundamentum detegatur, lectione vulgata erimus contenti. *T. H.*

35. Μὴ περιπίπτῃς σεαυτῷ] Non eſt, *ne tibi contradicas*, ut *Benedictus*; ſed, cum multum circumveris, te veluti fugiens, in te ipſe incidas. *F. C.*

Περιπίπτῃς σεαυτῷ] *Budaeus* C. L. G. p. 431. poſitis *Luciani* verbis addit: *revolvatur & circumagatur*: quod proprie pertinet ad explanandum περιῇ. Modo in *Gregorii Nazianz.* loco, ὅτως ἐκάλυπτόν ἐγω ἡ σοφία, ᾗ παιλαχόθεν ἑαυτῇ περιπτουσα, reddiderat: *in ſemet ipſam incurrens, ipſa ſibi contraria.* Eſt autem περιπίπτειν ἑαυτῷ, quando quis iis argumentis & probationibus utitur, quibus in ſe converſis facile refutetur, eoque pacto in ſemet ipſe incurrens abſurdi convincatur: hoc ſane ejus eſt, qui adverſo capite pugnantia locutus ſibi contradicit: qua in cauſa Chironem verſari Menippus demonſtrat. Exempla hujus virtutis plura reperies in *Budaeo* p. 533. *T. H.*

41. Ἐντεῦθεν εἰς ἄλλον β.] Subint. δήσει μεταβολὴν ζητεῖν. *F. G.*

Ἐντεῦθεν εἰς ἄλλον β.] Non intelligenda cum *Guyeto*, ſed haec ordine continuo praecedentibus abſque diſtinctionis ſigno ſunt adjungenda. Vide Notas ad Dial. XVII. *T. H.*

43. Ὅπερ, οἶμαι, ᾗ φασὶ] *Gataker.* ad *M. Antonin.* IX. §. 6. haec Lucianea protulit adjecta *Benedicti* verſione tanquam proba: *Illud nimirum, ut cum ſis ſapiens, quemadmodum opinor, & vulgo praedicant, praeſentibus rebus ſis contentus.* Secutus fuerat priores; quos tamen, quia formam orationis Graecae minus attenderant, a Scriptoris noſtri mente deerraſſe puto, dum ad Chironem referunt, quae ſententiae

XXVII.

DIOGENIS, ANTISTHENIS, ET CRATETIS.

ΔΙΟΓΕΝΟΥΣ, ΑΝΤΙΣΘΕΝΟΥΣ ΚΑΙ ΚΡΑΤΗΤΟΣ.

DIOG.

1. ANtisthenes & Crates, ocium agimus: quare quid vetat, quominus abeamus recta ad descensum Averni ambulaturi, visurique eos, qui deorsum veniunt, quales tandem sint, & quid eorum unusquisque faciat? ANT. Eamus eo, Diogenes: etenim spectaculum fuerit jucundum hos eorum lacrimantes videre, illos supplicantes, ut dimittantur, quosdam ægre descendentes, & quamvis in caput proturbet Mercurius, tamen restitantes, & supino corpore renitentes sine ulla proficiendi spe. CRAT. Ego enimvero persequar vobis, quæ vidi, quum descenderem, per viam. DIOG. Narra quæso,

ΔΙΟΓ.

ΑΝτίσθενες, καὶ Κράτης, σχολὴν ἄγομεν· ὥστε τί οὐκ ἄπιμεν εὐθὺ τῆς καθόδου περιπατήσοντες, ὀψόμενοι τὰς καταβάσεις, οἵοί τινές εἰσι, καὶ τί ἕκαστος αὐτῶν ποιεῖ; ΑΝΤ. ἀπίωμεν, ὦ Διόγενες. καὶ γὰρ ἂν τὸ θέαμα ἡδὺ γένοιτο, τοὺς μὲν δακρύοντας αὐτῶν ὁρᾶν, τοὺς δὲ ἱκετεύοντας ἀφεθῆναι· ἐνίους δὲ μόλις καταβαίνοντας, καὶ ὅτι τράχηλον ἀθοῦντος τοῦ Ἑρμοῦ ὅμως ἀντιβαίνοντας, καὶ ὑπτίους ἀντερείδοντας, οὐδὲν δέον. ΚΡΑΤ. ἐγὼ γοῦν καὶ διηγήσομαι ὑμῖν ἃ εἶδον, ὁπότε κατῄειν, κατὰ τὴν ὁδόν. ΔΙΟΓ. διήγησαι, ὦ Κρά-

tiae proverbialis more fuerant efferenda. Nihil est apud veteres isto monito ad conciliandam animi tranquillitatem accommodatissimo familiarius, ἀγαπᾶν, εἰρηνεύειν δεῖ τὰ παρόντα· εὖ τίθεσθαι τὰ παρόντα· ἀρίστοις ἄνδρασι τοῖς παροῦσι, τῇ παρούσῃ καταστάσει· sic ut paroemiae communis imaginem saepissime gerat: vide *M. Antonin.* X, 1. Ad illam normam versionem exegi. *T. H.*

44. Σωττὸν] Eximiam hanc sententiam minus apte Menippo suo tribuit *Lucianus*, utpote qui sibi ipse, ut supra visum est Dial. XXI. mortem conscíverit. *M. du S.*

48. Ἆπιμεν εὐθὺ τῆς καθόδου] Haec jungenda, non περιπατήσοντες εὐθὺ τῆς καθόδου. Πρώϊαι εὐθὺ τῆς Φρυγίας, πλεῖν εὐθὺ τῆς Ἑλλάδος, τείνειν εὐθὺ Βαβυλῶνος & plura *Noster* habet. Ita vero scribunt Attici, non ἐπ' εὐθείας vel εὐθύς, quod, monente *Phrynicho* p. 24. sollus temporis significatione gaudet: quanquam posterius pro altero nonnunquam vitiose positum reperiatur. Ex membranis emendavimus in *Poll.* IX, 12. εὐθὺ τῆς ἀγορᾶς ἀπιθεῖν sicuti Segm. 47. εὐθὺ τῆς ἀρωμάτων, *recta in forum aromatarium*: quam ob rem merito Codicibus adsentitur Praestantiss. *Dukerus* ad *Thucydid.* VIII. c. 88. neque aliter est scribendum in *AElian.* de Anim. I. c. 2. εὐθὺ τοῦ κύρτου ἄγειν. Hoc de genere *Kuhnius* ad *AElian.* V. H. IX, 18. τὸν ἑτέραν ἰέναι τὸν εὐθὺ τοῦ ἄδου, & in Ind. notavit accuratius *Perizonio*, qui non solum εὐθὺς & εὐθὺ prorsus eadem habuit, sed & εὐθὺ pro *ex adverso, e regione*, non distinxit: vide *H. Vales.* ad *Euagr.* H. E. III. c. 28. *Plato* in primo Lysíde: Ἐπορεύομην μὲν ἐξ Ἀκαδημείας εὐθὺ Λυκείου mox: Ἐξ Ἀκαδημείας περιόμαι εὐθὺ Λυκείου alibique saepe. Haec quum sint satis nota, atque in aperto posita, jure mireris *Olearium* in *Philostr.* V. A. T. VII. p. 280. v. 25. ὁ μὲν (Διογένης) εὐθὺ Χαιρωνείας ἦκεν, verti voluisse, *statim post pugnam Chaeroneam accedens*, quum sine ulla dubitatione vertendum sit, *recta Chaeroneam tendens*. Omitto *Chaeroneam* pro *Chaeronensi* negligentius scriptum. *T. H.*

56. Ὅμως ἀντιβαίνοντας & ὑπτίους ἀντερείδοντας, οὐδὲν δέον] *Micyllus: reluctari tamen & resupinos obniti nulla necessitate aut commodo suo.* Equidem nihil plane nunc agitur de commodo descendentium, & nullus huic voci locus in hac oratione dari potest. Itaque Benedictus eo animadverso postremas tres voces abscidit. Sed nihilo plus huc convenit illa necessitas. Non enim modo ipsis necesse non est obniti, sed contraria necessitas ipsis incumbit quiete & cupide descendendi. Sed nec Graeca quidquam de necessitate. Verte: *resupinos obnitentes, quum id fieri non oporteret, non sic faciendum esset.* Ut de Saltatione: ἀναίνονται ὀκνοῦντα ὀλίγῳ τινὶ ἀνθρώπῳ εἰς οὐδὲν δέον καθαλλομένῳ. Hermotimo: διεξιὼν αὐτὰ & ἀκριβολογούμενος οὐδὲν δέον. Et alibi, ubi recte attenderunt. Sic & alii, ut *Demosthenes* Olynthiac. 3. πλέον ἢ χίλια & πεντακόσια τάλαντα ἀναλίσκομεν εἰς οὐδὲν δέον. *J. G.*

Κράτης· ἔοικας γάρ τινα παγγέλοια[a] ἐρεῖν.

Crates: nam videre quædam perridicula dicturus.

ΚΡΑΤ. Καὶ ἄλλοι μὲν πολλοὶ συγκατέβαινον ἡμῖν· ἐν αὐτοῖς δ' ἦσαν, Ἰσμηνόδωρός τε ὁ πλούσιος ὁ ἡμέτερος, καὶ Ἀρσάκης ὁ Μηδίας ὕπαρχος, καὶ [b] Ὀροίτης ὁ Ἀρμένιος. ὁ μὲν οὖν [c] Ἰσμηνόδωρος, ἐπεφόρητο γάρ ὑπὸ λῃστῶν πρὸς τὰ Κιθαιρῶνα, εἰς Ἐλευσῖνα, οἶμαι, βαδίζων, ἔστενέ τε, καὶ τὸ τραῦμα ἐν ταῖς χερσὶν εἶχε· καὶ τὰ παιδία τὰ νεογνὰ, ἃ καλελειπτο, ἐκαλεῖτο, καὶ ἑαυτῷ ἐπεμέμφετο τὴν τόλμης, ὡς Κιθαιρῶνα ὑπερβαλλων, καὶ τὰ πρὸς τὰς Ἐλευθερὰς χωρία πανέρημα ὄντα ὑπὸ τοῦ πολέμου, διε-

2. CRAT. Et alii quidem multi una nobiscum descendebant, & in iis insignes Ismenodorus ille dives noster, & Arsaces Mediæ præfectus, & Orœtes Armenius. Ismenodorus ergo (nam trucidatus erat a latronibus juxta Cithæronem, Eleusinem, ut puto, iter faciens) gemebat, vulnusque in manibus habebat: tum infantes parvulos, quos reliquerat, voce ciebat, suamque ipsius incusabat audaciam, qui, ubi Cithæron erat superandus, Eleutherisque loca proxima bellis prorsus evastata transeun-

a Ἐρεῖν] Εἰφανεῖσθαι C. P. quod recepta lectione non commutaverim. Evanuerant in aliquo Codice literæ τοῦ ἐρεῖν· restituit librarius verbum, quod convenire loco putaret. b Ὀροίτης] A. P. L. Margo Αἰὼν. Ἡρώδης. c Ἰσμηνόδωρος] Μενέδωρος P. male: alterum hominem Thebanum decet, quippe Bœotorum proprium ab Ismeno flumine.

70. * Ἀνεκαλεῖτο τὴν τόλμης] Καὶ αὐτὸν ἠτιᾶτο τὴν τόλμης. G.

* Ἀνεκαλεῖτο] Exhibui manum Doctiss. *M. du Soul:* apparet tamen explicare *Sibol.* voluisse ἑαυτῷ ἐπεμέμφετο τῆς τ. *T. H.*

63. Ἰσμηνόδωρος] Thebanus Crates; ergo & hic Ismenodorus. *M. du S.*

64. Ἀρσάκης] Ficta an vera hæc sint nescio. *M. du S.* Ἀρσάκης ὁ Μηδίας ὕπαρχος] Nominum hujus dialogi propriorum usus apud Græcos non infrequens: neque tamen certos homines, verasque res gestas a *Luciano* denotari censeo. Si quid aliunde ductum, id omne scenae novae comicis crediderim deberi; cujus documentum aliquod paulo post adferetur. De Arsace moveri poterat dubitatio: quamvis enim fortissimus Parthici regni conditor a *Justino* matura senectute, ab *Ammiano* placida morte decessisse narretur, *Syncellus* tamen, ut ab *N. Valesio* observatum ad *Marcellin.* XXIII. c. 6. diversos auctores secutus occisum esse tradidit: genus autem mortis ita descripsit *Suidas*, ut a narratione *Luciani* non multum abire videatur: Ἀρσάκης Πάρθων βασιλεὺς, ὃς δορυάλῳ πληγεὶς ἐν τῇ μάχῃ κατὰ τὴν πλευρὰν ἀπεθάνατο· quae quidem undecumque depromta, *Suida* saltem judice, ad primum Arsacen spectare, ex sequentibus est manifestum. Verum ego, qui potuerit appellari Μηδίας ὕπαρχος hic Arsaces, non video: praeterea τὸ ἐπὶ τῷ Ἀράξῃ πρὸς τὸ Κασπάδηλα συμβολῆς quis alius ullam fecit mentionem? Quare probabilius existimo, dum certiora promantur, haec esse a Luciano, fabularum artifice perquam idoneo, vel conficta, vel ex comoedia nova derivata. *T. H.*

71. Κιθαιρῶνα] De Cithærone pauca tetigi ad Δ. Ἐν. VIII. p. 307. Hic autem Eleutherarum urbis situm accurate definit: nam Thebis per Plataeas iter facienti in regionem Atticam superandus erat Cithaeron, qua parte demissior flexuque leni interruptus viam planiorem ostendebat. *Herodoto* vocantur αἱ ἐκδοχαὶ αἱ Κιθαιρωνίδες, αἱ ἐπὶ Πλαταιῶν φέρουσι, τὰς Βοιωτοὶ μὲν τρεῖς κεφαλὰς καλέουσι, Ἀθηναῖοι δὲ Δρυὸς κεφαλὰς IX. c. 27. Apud *Thucydid.* III. c. 24. Plataeenses, qui de nocte obsessa urbe eruperant, ut hostes fallerent, viam, quae Thebas ferebat, ingrediuntur, simulque vident τοὺς Πελοποννησίους τὴν πρὸς Κιθαιρῶνα ἐκ Δρυὸς κεφαλὰς τὴν ἐπ' Ἀθηνῶν φέρουσαν μὲν λαμπάδων διαπρεπεῖς. Ad ipsum Cithaeronis pedem, superatis angustiis, occurrebant Eleutherae, campusque urbi subjectus, OEnoen Atticae pagum, ut ex *Harpocratione* constat in Οἰνόη, contingens: qua de re diligenter, ut solet, *Pausan.* I. p. 93. Ideo memorat *Arrian.* Ἀ. Ἀ. I. p. 18. Thebarum τὰς πόλεις τὰς φέρουσας ἐπ' Ἐλευθέρας τε καὶ τὴν Ἀττικήν· cum his consentiunt, quae scribit *Strabo* IX. p. 631. B. 582. C. Soli *Aristophanis Scholiastae* ad Acharn. v. 242. quae ceteris Ἐλεύθραι, dicuntur unius literae discrimine Ἐλεύθραι, πόλις Βοιωτίας haud inepte, si quis attendat ad vulgatam nominis originem, quam fluxisse docet *Stephanus* ἀπὸ Ἐλευθῆρος τοῦ Ἀπόλλωνος matrem, si quis scire desideret, AEthusam Neptuni filiam indicabunt *Pausan.* IX. c. 20. & *Schol. Hesiodi* ad Theog. v. 54. Μνημονεύουσιν Ἐλευθῆρος μυθεύοντα· digna est, quam ex Ed. *Trincavelli* Ven. proferamus integriorem, adnotatio: Ὁ δὲ Ἐλευθὼ ἔσχατα πόλεως ἐστὶ τῆς Βοιωτίας ἀπὸ τῶν βασιλέων αὐτῆς τῶν πό-

eunda, binos tantum fervos secum duxerit; idque quum phialas quinque aureas & cymbia quatuor secum haberet.

3. Arsaces autem jam ætate provecta, & sane non illiberali facie, barbaricum in morem indignabatur, ægreque ferebat se pedibus ire, ac postulabat equum sibi adduci: simul enim cum eo equus obierat, dum uno ictu uterque caderent perfossi a Thrace quodam peltasta in congressu cum Cappadoce ad fluvium Araxem. Etenim Arsaces in hostem ferebatur, ut narrabat, longe ante alios provectus: Thrax autem impetum excipiens pelta, submisso corpore,

δύων, δύο μόνες οἰκέτας [d] ἐπήγιλο· ϗ ταῦτα, φιάλας πέντε χρυσᾶς, ϗ κυμβία τέτταρα μεθ' ἑαυτῦ ἔχων.

Ὁ δ' Ἀρσάκης, γηραιὸς γὰρ ἤδη, ϗ νὴ Δί' οὐκ ἄσημος τὴν ὄψιν, ἐς τὸ βαρβαρικὸν ἤχθετο, ϗ ἠγωνάκει τοιοῦτος βαδίζων, ϗ ἐξίει ὅπως ἵππον αὐτῷ προσαχθήσει· ϗ γὰρ ὁ ἵππος αὐτῷ συμπεπτώκει, μιᾷ πληγῇ ἀμφότεροι διαπαρέντες ὑπὸ Θρᾳκός τινος πελτασῦ, ἐν τῇ ὄχθῃ τῷ Ἀράξῃ πρὸς τὴν Καππαδόκην συμπλοκῇ. ὁ μὲν γὰρ Ἀρσάκης ἐπήλαυνεν, ὡς ἐδηλοῦτο, πολὺ τῶν ἄλλων προεξεφερόμενος· ὑποδὰς δὲ ὁ Θρᾴξ, τῇ πέλτῃ μὲν ὑπεδύς, ὅπα-

d Ἐπήγιλο] Ὑπήγιλο prave MS. *Bourdol.*

81. Ἀμφότεροι διαπαρέντες] Ἀντὶ τῦ, ἀμφότερον διαπαρέντα. *G.*

πτίλεως ἔτως ἀνομασμένου, υἱὸν Ἀπόλλωνος ϗ Αἰθούσης τῆς Ποσειδῶνος. Ἔστι δὲ ἡ ὄρος, ὡς φασιν, ἐν Δήλῳ, ἀπὸ τῦ ἥρω. Οὕτω δὲ λέγεσθαι, ὅτι ἐκεῖ ὁ Διόνυσος τὰ μανίας ἐκαθάρθη ϗ ἐλεθερώθη. Inde Bacchus Ἐλεθέριος, *Hesychio* teste, nisi praeferatur Ἐλευθερεύς, & Eleutheris cultus & Athenis: eo enim sacra Dei primum magno Athenienſium malo rejecta, deinde oraculi testimonio commendata Pegasus Eleutheris traduxit: quae ab antiquo Comici Enarratore enucleatius exposita *Pausaniae* non parum lucis adferunt I. p. 7. 93. Merito autem imprudentissimae temeritatis accusandus Isinenodorus, qui Thebis Eleusinem petens periculosum iter nullo fere comitatu susceperit: erant enim haec loca, quae Cithaeronem adjacebant, idque jam olim ab heroum usque aetate, latronibus infesta: nunc eo magis, quia sub hoc ipsum tempus Attici Boeotique fines continuis bellis fuerant devastati. In *Dicaearchi* Excerptis praecipuam habet commendationem via, quae Oropo ducit Tanagram πρότερος καλαμώνατα τῦ λοιπῦ τὰ κλέπτων (ita legendum, non κλοπῶν) φόβων quod scilicet rarum alias illo in tractu. Paulo post, qua Plataeas itur Tanagra, ὁδὸς ἰσυχὴ μὲν ἔρημος ϗ λιθώδης, ἀναστόμωτα δὲ πρὸς τὴν Κιθαιρῶνα, ἐ λίαν δὲ ἀσφαλής· si non alio quam ad latrocinia possit referri, ut videbatur *H. Stephano*, scriberem potius, λίαν δὲ ἀσ. vel ἐ λίαν δὲ ἀσφαλής· nunc sensu diverso intelligendum arbitror, quamvis in Cithaeronem erigeretur, praecipitiis tamen non valde fuisse periculosam. Apud *Diogen. L.* II, 136. Menedemus, Alexini uxorem comitatur ἐκ Δελφῶν ἴως Χαλκίδος· εὐλαβούμενος κλοπὰς τε ϗ τὰς κατ' ὁδὸν λῃστείας· hoc iter praeter adversum Cithaeronis latus erat faciendum. *T. H.*

72. Ἐλευθερεύς] Athenas Thebis petenti pagus hic, caede Persarum nobilis, in via erat, qui locus, regnante tum Philippo aut Alexandro, latronibus infestior erat. *M. du S.*

74. Ἐπήγιλο] Mſ. ἐπήγιλο. *J. B.*

75. Φιάλας . . . ϗ κυμβία] Junxit *Demosthen.* in Mid. p. 628. E. Διὰ τί ἀγορᾶς σοῦσι κυμβία ἐ φιτὰ ϗ φιάλας ὀνομάζων· iterumque p. 625. A. Midias ad iter secum portat χλανίδας ἐ κυμβία ἐ κάδους. Vid. *Athen.* XI. p. 482. A. & qui vel illum, vel eosdem, quos ille, Grammaticos exscripsit, Macrob. *Saturn.* V, 21. *T. H.*

Ibid. Κυμβία] Εἶδος ἀβακίσκου, πλοίου, ϗ σκάφου. duas ultimas species habet *Hesych.* *J. B.*

77. Ὁ δὲ Ἀρσάκης, γηραιὸς γὰρ ἤδη, ϗ νὴ Δί', οὐκ ἄσημος τὴν ὄψιν εἰς τὸ βαρβαρικὸν, ἤχθετο] Latinus interpres: *Arsaces autem (senior enim jam erat per Jovem pro barbarico illo ritu facie non inhonesta) graviter ferebat.* Abhorret a Graecae linguae genio haec locutio, οὐκ ἄσημος τὴν ὄψιν εἰς τὸ βαρβαρικὸν, ut & ab indole Latinae linguae, *pro barbarico ritu non inhonesta facie est.* Aliter interpungendum est, si velis *Lucianum* emendate & humane locutum esse; sic autem distingue, οὐκ ἄσημος τὴν ὄψιν, εἰς τὸ βαρβαρικὸν ἤχθετο, *non illiberali facie, barbaro more ferebat aegre, ut salent barbari:* hoc est εἰς βαρβαρικὸν, quod non male verterunt, *barbarico ritu*, sed male conjunxerunt cum facie. Sic εἰς τὸ ξυμμαχικὸν apud *Thucyd.* lib. 6. est *pro societate inita.* Paullo ante κύμβια sunt pocula cymbae forma. Conjungit ea quoque cum phialis *Demosth.* Orat. in Mid. *J. G. G.*

De *Thucydidis* illa phrasi εἰς τὸ ξυμμαχικὸν jure merito dissentit Eruditiss. *Duker us*, quem vide p. 512. n. 9. *T. H.*

79. Ἠγωνάκει τοιοῦτος βαδίζων] Persis enim nobilioribus vel tantillum sine equis in via conspici infamiae dabatur. V. *Xenoph.* Cyrop. L. IV. & VIII. extremo: quod & apud Medos obtinuisse a vero non abhorret: immo ab iis mutuatus erat Cyrus. V. L. I. *M. du S.*

87. Τὸν

ἀποσείεται τ. Ἀρσάκιος κοντόν· [a] αὐτὸς δὲ ὑποθεὶς τ σάρισαν αὐτόν τε ἀμφιπείρει, καὶ τ ἵππον.

amolitur Arſacæ contum: tum ipſe e veſtigio objecta ſariſſa eum ſimul & equum transfigit.

ANT. Πῶς οἷόν τε, ὦ Κράτης, μιᾷ πληγῇ τοῦτο γενέσθαι; KPAT. ῥᾷστα, ὦ Ἀντίσθενες· ὁ μὲν γὰρ ἐπήλαυνεν εἰκοσάπηχύ τινα κοντὸν προβεβλημένος· ὁ Θρᾷξ δὲ, ἐπειδὴ τῇ πέλτῃ ἀπεκρούσατο τ προσβολὴν, καὶ παρῆλθεν αὐτὸν ἡ ἀκωκὴ, ἐς γόνυ ὀκλάσας, δέχεται τῇ σαρίσῃ τ ἐπέλασιν, καὶ τιτρώσκει τ ἵππον ὑπὸ τὸ στέρνον, ὑπὸ θυμῷ καὶ σφοδρότητι ἑαυτὸν ἀμφιπείρασα· διελαύνεσθαι δὲ καὶ ὁ Ἀρσάκης ἐς τ βουβῶνα ἀμφοτέρωθεν ἄχρις ὑπὸ τ νωτιαίαν. ὁρᾷς οἷόν τι ἐγένετο; οὐ γὰρ ἀνδρὸς, ἀλλὰ καὶ ἵππου μᾶλλον τὸ ἔργον. ἠγανάκτει δὲ ὅμως, ὁμότιμος ὢν τοῖς ἄλλοις, καὶ ἠξίου ἱππεύειν κατιέναι.

4. ANT. Quî poteſt, Crates, uno ictu hoc confici? CRAT. Facillime, Antiſthenes; hic enim irruebat, viginti cubitorum conto projecto; Thrax vero, poſtquam pelta demovit ictum, ſic ut cuſpis eum præteriret, tum genu nixus excipit ſariſſa prælata impetum, & vulnerat equum ſub pectus, qui præ ardore, curſusque vehementia ſemet ipſe in telum induebat: eadem Arſaces opera transfoditur per inguen penitus usque ſub ipſas nates. Vides quid, quoque modo acciderit, non viri, ſed equi potius facinus. Attamen moleſte ferebat, pari ſe cum aliis eſſe loco, volebatque eques deſcendere.

Ὁ δέ γε [b] Ὀροίτης ὁ ἰδιώτης, καὶ πάνυ ἀπαλὸς τὼ πόδε, καὶ οὐδ' ἑστάναι χαμαὶ, οὐχ ὅπως βαδίζειν ἐδύνατο. πάσχουσι δ' αὐτὶ

5. Orœtes autem privatæ fortunæ homo, pedibusque debilis admodum ne ſtare quidem humi, nedum ingredi poterat: ac-

a Αὐτὸς] Adſcivi, quod *Graevius* ex Mſ. notavit. Priores Edd. οὗτος. b Ὀροίτης] Ἡρώδης A. L.

96. Τῇ σαρίσῃ] Λόγχῃ Μακεδονικῇ. G. 99. Ἐς τ βουβῶνα] Βουβῶν περὶ τὸν γαστέρα τόπος. V.

87. Τὸν Ἀρσ. κοντὸν] Eleganter deſcribit congreſſum Parthi equitis & Thracis peltaſtae. Scythae, Parthi, Sarmatae, Alani praelongis ex equo contis pugnabant: ideo κοντοφόροι, pro quo prave ſcribitur ἀκοντοφόροι apud *Dion. Caſſ.* XL. p. 127. C. ut manifeſto liquet ex p. 130. E. eorundem meminerunt in deſcribendo infelici cum Parthis Craſſi praelio *Plutarch.* in Craſſ. p. 558. 559. & *Appian.* de B. Parth. p. 240. 241. ubi reperies iſta Lucianeae phraſi proxima, πόδας ἀμφοτέρους προσεληλαμένους πρὸς τοὐδαφος· quemadmodum in Philopœm. p. 359. B. διελαύνεσθαι ἀμφοτέρωθεν ὁμοῦ τοὺς μηροὺς ἑκατέρους σὺν μασαγχύλῃ· confer *Suidam* in Ἐξίχει. *Pondera conti Sarmatici Silius* habet XV, 687. ubi plura ſuppeditabit Eruditiſſ. *Drakenborch.* Talem equitum ornatum pugnandique morem uſu docti adſciverunt poſtea Romani, ut conſtat ex *Arriani* Tacticis. *T. H.*

Ibid. Οὗτος δὲ ὑποθεὶς τὴν σάρισαν] Cogitabam olim οὗτος δὲ ὑποθεὶς τὴν σάρισαν αὐτόν τε ἀμφιπείρει & τ ἵππον. *ſic vero ſubjecta ſariſſa ipſum & equum perfodit:* ſed nunc conjecturæ praefero lectionem Mſ. αὐτὸς δὲ ὑποθείς. *J. G. G.*

88. Σάρισαν] *Sariſſam* vocat etiam latine *Livius* XXXVII. 42, 2. & *Sariſſophoros.* *M. du S.*

92. Εἰκοσάπηχυν . . . κοντὸν] Longioribus equites uſos eſſe haſtis non ignoro, quod & nummi Caſtoris & Pollucis oſtendunt, & locus a *Suida* v. Δόλιχον allatus. Verum longe humanam menſuram haec excedit. Apud *Polyaenum* Strat. II. p. 146. C. tamen memorantur ſariſſae XVI. cubitos longae. *M. du S.*

5. Ὀροίτης] Angl. Ἡρώδης. *J. B.*

Ὀρ. ὁ ἰδιώτης] De Oroete ſatrapa, qui Polycratem cruci affixit, *Noſter* in Ἔπιτρ. c. 14. de quo *Herodotum* conſule III. 130. . . Sed quis hic ſit privatus, haud facile expiſcabere. Poſt necem enim Polycratis, cum aliquandiu Oroetes ſatis proſpera uſus eſſet fortuna ſub magis, Dario jam imperante, per proprios ſatellites occiſus eſt. De alio itaque hic *Lucianus.* Sed quo pacto ἰδιώτης, qui ſupra *Armenius* dictus eſt, hoc eſt, Armeniae rex aut ſatrapa? Corruptum locum cenſeo; niſi forſan privatus aliquis Oroetes extiterit mollitie inſignis, de quo mihi non conſtat. *M. du S.*

Ὁ δέ γε Ὀροίτης ὁ ἰδιώτης] Fateor ſtructuram eſſe verborum talem, quae mendae ſuſpicionem facile commoveat. Parvula mutatione lenius oratio procedet: ὁ δέ γε Ὀροίτης ὢν ἰδιώτης, καὶ πάνυ ἀπαλὸς τὼ πόδε οὐδ' ἑστάναι χαμαὶ, οὐχ ὅπως βαδίζειν ἐδύνατο· quanquam ne ſic quidem illud ἰδιώτης ſatis placet; videtur enim hujusmodi quiddam ſententia poſtulare: ὁ δέ γε Ὀροίτης

accidit autem hoc ipsum plane Medis omnibus, quum descenderint ab equis; ut qui per spinas incedunt suspensis pedibus, vix progrediuntur. Quare quum prostratus jaceret, nullaque machina surgere vellet, optimus Mercurius in humeros sublatum portavit usque ad Charontis cymbam: ego vero ridebam.

ἀτεχνῶς Μῆδοι πάντες, ἐπὴν ἀποβῶσι τῶν ἵππων, ὅσῳπερ οἱ ἐπὶ τῶν ἀκανθῶν ὑποβαίνοντες ἀκροποδητὶ μόλις βαδίζουσιν. ὥστε ἐπεὶ καταβαλὼν ἑαυτὸν ἔκειτο, καὶ ὑδεμιᾷ μηχανῇ ἀνίστασθαι ἤθελεν, ὁ βέλτιστος Ἑρμῆς ἀράμενος αὐτὸν ἐκόμισεν ἄχρι πρὸς τὸ πορθμεῖον· ἐγὼ δὲ ἐγέλων.

6. ANT. At ego, quum descenderem, ne immiscui quidem me ceteris, sed relictis plorantibus illis, ubi adcucurreram ad cymbam, ante alios occupavi locum, quo commode navigarem: in trajectu vero hi quidem lacrimabantur & nauseabant, ego contra valde oblectabar iis.

ANT. Κἀγὼ δέ, ὅτε κατήειν, οὐδ' ἀνέμιξα ἐμαυτὸν τοῖς ἄλλοις· ἀλλ' ἀφεὶς οἰμώζοντας αὐτούς, προσδραμὼν ἐπὶ τὸ πορθμεῖον, προκατέλαβον χώραν, ὡς ἂν ἐπιτηδείως πλεύσαιμι. καὶ τὸν πλοῦν δέ, οἱ μὲν ἐδάκρυόν τε καὶ ἐναυτίων· ἐγὼ δὲ μάλα ἐτερπόμην ἐν αὐτοῖς.

7. DIOG. Tu Crates, tuque Antisthenes istiusmodi nacti fuistis itineris socios: mecum Blepsias danista ex Piræëo, Lampis Acarnan mercenarii militis præfectus, & Damis ille dives Corintho una descenderunt: Damis scilicet per filium vene-

ΔΙΟ. Σὺ μέν, ὦ Κράτης, καὶ Ἀντίσθενες, τοιούτων ἐτύχετε ξυνοδοιπόρων· ἐμοὶ δὲ Βλεψίας τε ὁ δανειστὴς, ὁ ἐκ [e] Πειραιῶς, καὶ Λάμπις ὁ Ἀκαρνὰν, ξεναγὸς ὤν, καὶ Δάμις ὁ πλούσιος ἐκ Κορίνθου, συγκατῆσαν· ὁ μὲν Δάμις, ὑπὸ τῷ παιδὸς ἐκ φαρμάκων ἀποθανών·

e Πειραιῶς] Πίσης A. P. L. Margo *Αἰῶ.* absurde.

24. Βλεψίας τε ὁ δανειστής] Γρ. Βλεψίας δὲ ὁ δανειστικός. *G.*

25. Ξεναγός] Ὁ ξένους στρατιώτας ξυνάγων ἐπὶ μισθῷ τοὺς στρατιώτας συνάγει. *C.*

τῆς ἱππικῆς ἰσθμὸς ἐπὶ πάνυ ἁπαλὸς &c. alioquin ἰδιώτης addiderit, ut Oroeten privatae conditionis nota distinguat ab Arsace, qui magnae dignitatis ac Mediae praefectus. Quod autem in uno alteroque libro scribatur Ἡρώδης, non alia ratione factum est, quam qua Parthorum rex Orodes, a quibusdam Ἰρώδης, a *Polyaeno* VII, 41. & *Plutarcho* in Anton. p. 930. F. 932. D. Ἡρώδης appellatur. Ceterum Medorum Persarumque morem, quibus, praesertim si liberi locique honestioris essent, in publicum prodire, nisi equo vectis, paene fuit turpe, jam *Brissonius* adnotavit de R. P. lib. III. ex *Xenophonte:* eo parasitus *Libanii* spectavit Decl. VII. p. 317. C. ὅτε καιρὸς ἐπὶ δεῖπνον ἐκάλει, τρέχειν ἐπενόησα κατὰ τοὺς Μήδων ἀλάζονας· ὁ πάντα ἀθέατος, καὶ ἐφ' ἵππου σκιλάμβους οὐτιτριῶς οὕτως ἐπεγνωσμένα παρὰ τῶν κεκλικότα. De Parthis, qui istos vitae cultu imitabantur, *Justin.* XLI, 3. *Equis omni tempore vectantur: illis bella, illis convivia, illis publica ac privata officia obeunt: super illos ire, consistere, mercari, colloqui.* Hac tamen consuetudine labefactati pedes sic debilitabantur, ut firmo stabilique gressu incedere non possent: cujus vitii causas in Scythis, illis praecipue, qui sedibus incertis vagantur, explanavit *Hippocrat.* περὶ A. Y. T. p. 292. 293. Ὑπὸ τῶν ἱππασίης, inquit, αὐτίους κέδματα λαμβάνει, ὥστε ἀεὶ κρεμαμένων ἀπὸ τῶν ἵππων τοῖς σφυρῶν ἔπειτα ἀσχωλοῦνται, καὶ ἕλκονται τὰ ἰσχία. De Hunnis, quos negat *Zosimus* IV. p. 224. εἰς γῆν πῆξαι τοὺς πόδας οἵους τε εἶναι ἐφαίνεσθαι, plura docent ad *Amm. Marcellin.* XXXI. c. 2. *H. Valesius*, & *Sirmond.* ad *Apollin. Sidon.* Carm. II. v. 266. Etsi vero Armenium supra dixerit Oroetem, Μήδους πάντας tamen hic commemorat sub eo nomine complexus, quod fieri saepe solet Persas, Parthos & Armenios moribus vivendique genere non admodum dissimiles. *T. H.*

20. Ἐτερπόμην ἐν αὐτοῖς] Scribi potuisset ἐτερπόμην ἐπ' αὐτοῖς, qua de re notavimus ad Nigr. p. 45. v. 26. sed nec minus commode retineas hoc in loco ἐν αὐτοῖς: illa enim particula nonnunquam ejusmodi verbis adstruitur. *Lucian.* de Gymn. in fine: ἐ πάνυ ἀφυσκόμενος ἐν τούτοις. *Julian.* Misop. p. 338. A. εὐφραινομένους ἐν τοῖς μίλεσι. *Micyllus* & *Benedictus* intellexerunt, *inter illos sedens*, omnino perperam. *T. H.*

24. Βλεψίας . . Λάμπις . . Δάμις] Aut obscuri aut ficti homines. *M. du S.*

Ibid. Ἐκ Πειραιῶς] Angl. Πίσης. *J. B.*

θανών· ὁ δὲ Λάμπις, δι' ἔρωτα Μυρτίδος τῆς ἑταίρας ἀποσφάξας ἑαυτόν· ὁ δὲ Βλεψίας, λιμῷ ἄθλιος ἐλέγετο ἀπεσκληκέναι, καὶ ἐδήλου ὠχρὸς ἐς ὑπερβολήν, καὶ λεπτὸς ἐς τὸ ἀκριβέστατον φαινόμενος. ἐγὼ δὲ, καίπερ εἰδὼς, ἀνέκρινον ὃν τρόπον [a] ἀποθάνοι· εἶτα τῷ μὲν Δαμίδι αἰτιωμένῳ τὸν υἱὸν, ὡς ἄδικα μέντοι ἔπαθες, ἔφην, ὑπ' αὐτοῦ, ὃς τάλαντα ἔχων ὁμοῦ χιλία, καὶ τρυφῶν αὐτὸς, ἐνενηκονταέτης ὤν, ὀκλωκαιδεκαέτει νεανίσκῳ τέτταρας ὀβολοὺς παρεῖχες. σὺ δὲ, ὦ Ἀκαρνὰν (ἔστενε γὰρ καὶκεῖνος, καὶ καλήρατο τῇ Μυρτίῳ) τί αἰτιᾷ τὸν ἔρωτα, σαυτὸν δὲ οὐκ ὀκνεῖς τοὺς μὲν πολεμίους οὐδὲ πώποτε ἔτρεσας, ἀλλὰ φιλοκινδύνως ἠγωνίζου πρὸ τῶν ἄλλων. ὑπὸ δὲ τοῦ τυχόντος παιδισκαρίου, καὶ δακρύων ἐπιπλάστων, καὶ στεναγμῶν ἑάλως ὁ γενναῖος. ὁ μὲν γὰρ Βλεψίας αὐτὸς ἑαυτοῦ καλη-

no ſublatus ; Lampis ob amorem Myrtii meretricis vi ſibi illata : Blepſias autem fame miſer dicebatur extabuiſſe ; idque ſatis indicabat , ut qui pallidus mirum in modum , atque attenuatus exactiſſime conſpiceretur : ego vero , quamquam ſcirem , exquirebam , quo pacto obiiſſet. Tum Damidi accuſanti filium , atqui non injuſta paſſus es , inquam , ab eo tu , qui talenta quum poſſideres admodum mille , inque luxu ipſe viveres nonaginta natus annos , octodecim annorum juveni quatuor obolos præbebas. Tu vero , Acarnan (gemebat enim & iſte , dirisque Myrtium proſequebatur) quid inſimulas amorem , non temet ipſum ? qui hoſtes nunquam exhorruiſti , ſed periculi ſecurus prælium inibas ante alios , a vulgari meretricula , lacrimisque fictis & ſuſpiriis captus es vir tam fortis. Nam quod ad Blepſiam adtinet , ſe ipſum accuſabat primus

[a] Ἀποθάνοι] Ἀποθάνοιεν L.

30. Ἀπεσκληκέναι] * Καὶεξηράζ. V.

* Κατεξηράσθαι] Vitium Ed. A. κατιξήρασθαι correxerat etiam *Matth. Sladus.* T. H.

28. Ὁ δὲ Λάμπις δι' ἔρωτα Μυρτίου &c.] Scortum nobile hujus nominis in deliciis habuit Ptolemaeus Philadelphus , ut narrat *Athen.* lib. XIII. Sed puto non fuiſſe eandem illam meretricem , quae Lampidi cauſa mortis fuit , ſi rationem temporum habuit hoc loco *Lucianus* ; vel dicendum foret , Ptolemaeum vetulis fuiſſe delectatum. Nam commorientem Lampidi illi Diogenem facit *Lucianus* , qui ſimul ad inferos deſcendebant : Diogenes autem , ut ait *Laertius* ex *Demetrio* in Homonymis , eodem tempore mortuus eſt , quo Alexander , hoc eſt , Olympiade 114. Philadelphus vero regnare coepit circa Olympiadem 123. Computa & invenies , non potuiſſe Myrtium illam Lampidis minorem fuiſſe annis 50. regnante Philadelpho. *J. P. a G.*

30. Ἄθλιος ἐλέγετο ἀπεσκληκέναι] Ὁ ἄθλιος eſt ſcribendum , ut paulo poſt ὁ μάταιος, vel ἀθλίως· alterutrum venuſtas orationis Graecae flagitat. Proprie vero λιμῷ ἀπεσκληκέναι· nam fames extenuatum corpus contabefacit ; atque adeo *fame miſerum in modum emori.* De formula loquendi , ipſoque hoc loco tractat *H. Stephan.* Th. G. L. T. III. p. 816. *Alciphronis* quae ponit verba ſuppeditaverat *Euſtathius* ad Il. Φ. p. 1295. v. 39. nunc *Bergleri* curae debemus , ut propius inſpiciendi ſit copia : extant ſcilicet lib. III. Ep. IV. ſed paulum aliter , quam fecerat *Euſtathius* , diſtincta : ἐγὼ δὲ ἀπεσκλῆναι κινδυνεύω , τῷ λιμῷ κεντούμενος ſequitur inferius : ὡς νῦν ἐγὼ σοὶ αὐτῷ τοῦτο λιμοῦ καὶ αὐχμηροῦ. Verum Epiſtola priore , quod magis ad *Lucianum* accedat , legitur , μὴ δή' ἂν φθάσοιμι λιμῷ καλασκλῆναι· ut vir Graece callentiſſimus egregie reſtituit. Grammatici ſimpliciter exponunt ἀποθανεῖν. *Heſych.* Ἀπέσκλη , ἀπέθανεν· Ἀποσκλαίη (leviter vitiatum in *Suida* , Ἀποσκλαίοι) ἀποξηραίνοι , ἀποθάνοι· ubi reponendum ἀποξηραίνοιτο , ne *Stephanum* audiamus , qui tantilla menda deceptus τῷ ἀποσκλῆναι ſignificationem activam tribuere non dubitavit. Ea virtute *Comicus* Veſp. v. 160. mihi Delphis oraculum conſulenti Deus reſpondit , Ὅταν τις ἐκφύγῃ μ' ἀποσκλῆναι τότε. Ratio non diſſimilis eſt in ἀναυθῆναι , ἀφαυανθῆναι. *Ariſtoph.* Eccleſiaz. v. 146. Δίψει γὰρ , ὡς ἔοικεν , ἀφαυανθήσομαι· & ἐπαφαυανθῆναι γελῶντα Ran. v. 1121. *Athen.* VII. p. 290. E. τοὺς ἀκροωμένους ἐποίουν ἐπιλανθανομένους τῆς τροφῆς διὰ τὴν ἡδονὴν ἀφαυανθῆναι· lib. IX. p. 401. F. ἵν' ἐν μὴ ᾧ σὺ ζητῶν τὸν σύαγρον ἀφαυανθῇς· poterat ſcripſiſſe , ἀποσκλαίης. Taceo conſignatam a *Scholiaſte* variam lectionem in *Sophoclis* Philoct. v. 951. Ἀλλ' ἀναυοῦμαι pro , ἀλλ' αὖ θανοῦμαι. T. H.

33. Ἀποθάνοιεν] Ita recte L. In reliquis ἀποθάνοι· ſed omnes interrogari ab eo praeſtat. Ne dicam incertum , ad quem referas , ſi unum tantum interrogantem facias. M. du S.

36. Ὁμοῦ]

mus multæ dementiæ, quod opes cuſtodiret nulla ſibi neceſſitudine junctis hæredibus, ſempiternum ſe victurum ineptiſſimus ille putans. Mihi enimvero non vulgarem delectationem præbuerunt tunc gementes.

γόραι φθάσας πολλὴν τ' ἄνοιαν, ὅτι χρήματα ἐφύλαττε τοῖς μηδὲν προσήκουσι κληρονόμοις, εἰς ἀεὶ βιώσεσθαι ὁ μάταιος νομίζων. πλὴν ἥμουγε ἁ τ' τυχοῦσαν τερπωλὴν [b] παρέχον τότε γέροντες.

8. Sed jam ad Orci oſtium ſumus: contueri oportet & proſpectare e longinquo venientes. Papæ: multi ſane diverſique, & omnes lacrimarum pleni præter iſtos recens natos & infantes: quin & valde ſenes lamentantur. Quid hoc? num quis incantatis veneficiis inductus eos tenet vitæ amor?

Ἀλλ' ἤδη μὲν ὅτι τῷ γομίῳ ἐσμέν· ἀποβλέπειν χρὴ καὶ ἀποσκοπεῖν πόρρωθεν τοὺς ἀφικνουμένους. βαβαί· πολλοί γε, καὶ ποικίλοι, καὶ πάντες δακρύοντες πλὴν τῶν νεογνῶν τούτων, καὶ νηπίων. ἀλλὰ καὶ οἱ πάνυ γεγηραχότες ὀδύρονται. τί τοῦτο; ἆρα τὸ φίλτρον αὐτοὺς ἔχει τοῦ βίου;

9. Illum equidem ætatis proviectiſſimæ hominem interrogare volo. Quid lacrimare id ætatis mortuus? quid indignaris, optime: idque ſenex quum huc adveneris? an forte rex erat? MEND. Haudquaquam. DIOG. At certe ſatrapa. MEND.

Τοῦτον δὴ τ' ὑπέργηρων ἔρεσθαι βούλομαι. τί δακρύεις τηλικοῦτος ἀποθανών; τί ἀγανακτεῖς, ὦ βέλτιστε, καὶ ταῦτα γέρων ἀφιγμένος; ἦπου βασιλεὺς ἦσθα; ΠΤΩ. οὐδαμῶς. ΔΙΟ. ἀλλὰ σατράπης; ΠΤΩ. οὐδὲ τοῦ-

b Παρίχον τότε] Ita *F.* & *W.* Reliquae pejus παρίχοντό τε.

36. Ὁμοῦ] Verſionem purgavimus Interpretum errore, quibus ὁμοῦ ἴσχειν τάλαντα χίλια fuit, *talenta mille habere concervata*. Frequens apud Atticos ὁμοῦ numeris adjunctum, & ſignificans *circiter*, *admodum*: ut in illo *Demoſthenis* loco in Ariſtog. p. 836. B. quem adnotavit *Harpocr.* in Ὁμοῦ· Εἰσὶν ὁμοῦ δισμύριοι πάντες Ἀθηναῖοι· ubi *Wolfius* a *Valeſio* reprehenſus, quod *omnino* reddidiſſet. Habet autem ideo poteſtatem eam, quia τοπικὸν eſt Atticis, ſive adverbium locale; neque minus, ut ſolet hoc genus, χρόνου δηλωτικόν. Τὸ ὁμοῦ, inquit *Schol. Ariſtoph.* ad Equit. v. 245. λέγουσιν Ἀττικοὶ ἀντὶ τοῦ ἐγγύς· quod autem addit, ὡς ἐν τῇ Εἰρήνῃ, Καὶ μὴν ὁμοῦ ἐστιν ἤδη, omnino declarat, nunc una vocula plus, quam oporteat, in ea fabula legi v. 512. Καὶ μὴν ὁμοῦ ἐστιν, ἤδ' ἐγγύς· ejecto Scholio vel reſcribendum eſt, quod antiquus Enarrator praebet, vel cum Mſ. Vatic. ὁμοῦ ἐστιν ἤδη. Vide *L. Bos* Obſ. Crit. c. IV. p. 14. Non aliter uſurpant ὁμοῦ τι, de quo *Iſ. Caſaubon.* ad *Strab.* VI. p. 425. Verum hoc in loco male vulgo verti *Lucianum* jam ante nos obſervavit *L. Bos* Anim. c. VII. p. 34. *T. H.*

37. Ὀκτωκαιδεκαέτεις] *Juveni illi octodecim annos nato.* *J. B.*

43. Ὑπὸ δὲ τοῦ τυχόντος παιδισκαρίου] Haec tam prope ſententia verbisque abſunt a Thraſonidae querela in *Menandri* Μισουμένῳ, ut, quin *Lucianus* fuerit imitatus, dubitari ferme non poſſit. Comici locum debemus *Arriano* in Epict. III. p. 351. Παιδισκαρίου μὲ καὶ δοῦλον αὐτελῆ, Οὐ δύνῃ ποτὲ τὸ πολεμεῖν — Pro αὐτελῆς oportere legi αὐτελῆς, quia continuo ſequitur, παιδισκαρίου δοῦλον εἶ, καὶ παιδισκαρίου αὐτελοῦς, ut recte viderunt *Wolfius* & *Berglerus* ad *Alciphr.* II. p. 271. non conjectura eſt, verum certa fide conſtat ex *Clem. Alex.* Strom. II. p. 463. τὸ δὲ κωμικὸν ἐκεῖνον Θρασωνίδην ἄλλη σκηνῇ, Παιδισκαρίον μὲ, φησὶν, αὐτελῆς καταδεδούλωκεν. Eſt etiam παιδισκαρίων αὐτελῆς in *Alciphr.* III. Ep. 27. pro quo *Noſter* τὸ τυχὸν παιδισκαρίον. Ut autem ἐπίπλαστα δάκρυα, ſic in eodem *Menandri* Μισουμένῳ, Ἀπαμφιεῖ δὲ τὸ κατάπλαστον τοῦτο μοῦ (an σοῦ;) Καὶ λαυθάνειν βουλόμδρον ἡ μέθη πότε· quae a *Suida* conſervata V. Ἀπαμφιέσαντες, in Comici Reliquiis *Clericum* fugerunt. *T. H.*

45. Ὁ μὲ Βλεψίας αὐτὸς, ἑαυτοῦ κατηγόρει φθάσας, πολλὴν τὴν ἄνοιαν] Dele duo commata, ut loquuntur, poſt αὐτὸς & φθάσας, quae in omnibus editionibus conſpiciuntur, & interpretare: *prior ipſe ſe accuſavit multae dementiae.* *J. G. G.*

49. Παρίχοντό τε γέροντες] Amabo, quid hic loci eſt τῷ τε. Nec id profectum eſt a *Luciano*, qui ſcripſit, τερπωλὴν παρέχον τότε γέροντες, *attulerunt mihi voluptatem tunc gementes.* *J. G. G.*

Παρίχον τότε] Sic *W.* Ed. uti & *Graevius* vidit eſſe legendum, & ſecutus eſt deinceps Cl. *Hemſterhuſius.* *M. du S.*

56. Ἆρα τὸ φίλτρον] Quamvis Edd. conſentiant, non tamen dubito, quin melius ſit ἆρα τί φίλτρον. *T. H.*

58. Ὑπέργηρων] Vid. Dial. VI. §. 2. ubi omnes Edd. recte ὑπέργηρων, cum P. B. & Fr. hic peccent: eademque opera elegantiſſimam decrepiti ſenis deſcriptionem habebis. *M. du S.*

τῦτο. ΔΙΟ. ἆρα ὢν ἐπλούτεις, εἶτα ἀνιᾷ σε τὸ πολλὴν τρυφὴν ἀπολιπόντα [a] τεθνάναι. ΠΤΩ. οὐδὲν τοιοῦτον· ἀλλ' ἔτη μὲν ἐγεγόνειν ἀμφὶ τὰ ἐννενήκοντα· βίον δὲ ἄπορον ἀπὸ καλάμου καὶ ὁρμιᾶς εἶχον, εἰς ὑπερβολὴν πλωχὸς ὤν, ἄτεκνός τε, καὶ πρόσθετι χωλὸς, καὶ ἀμυδρὸν βλέπων. ΔΙΟ. εἶτα τοιοῦτος ὢν ζῆν ἤθελες; ΠΤΩ. ναί· ἡδὺ γὰρ ἦν τὸ φῶς· καὶ τὸ τεθνάναι δεινὸν, καὶ φυκτέον. ΔΙΟ. παίζεις, ὦ γέρων, καὶ μειρακιεύῃ πρὸς τὸ χρεών· καὶ ταῦτα ἡλικιώτης ὢν γε πορθμέως. τί ἂν ἄρα τις ἔτι [b] λέγοι περὶ τῶν νέων, ὁπόταν οἱ τηλικοῦτοι φιλόζωοι εἰσίν; ὃς ἐχρῆν διώκειν τὸ θάνατον, ὡς τὸ ἐν τῷ γήρᾳ κακῶν φάρμακον. ἀλλ' ἀπίωμεν, μὴ καί τις ἡμᾶς ὑπίδηται ὡς ἐπόδρασιν βουλευούμενος, ὁρῶν περὶ τὸ στόμιον εἱλουμένους.

Neque istud. DIOG. Num ergo divitiis adfluebas? idque adeo dolorem tibi creat, quod multo luxu relicto mortem obieris. MEND. Nihil tale: sed annos quidem attigi propemodum nonaginta: vitam vero inopem calamo piscatorio ac linea sustentabam insigniter egenus, prole carens, præterea claudus, hebetique visu. DIOG. Tum tu talis vivere sustinuisti? MEND. Sanequam: jucunda quippe erat lux; mori contra grave ac fugiendum. DIOG. Deliras, senex, & juveniliter atque inepte fato adversaris, quum tamen annis ipsum Charontem æques. Quid jam dicat aliquis de juvenibus, ubi id ætatis homines vitam amplexantur, quos oportebat consectari mortem, tanquam senilium malorum remedium? Verum abeamus, ne quis nos suspectos habeat fugæ cogitatæ, dum videt circa hoc ostium obversantes.

ME-

a Τεθνάναι] Ἰέναι C. b Λέγοι] Omnes Edd. λέγει excepta B2. quam secuti sumus.

64. Ἀπολιπόντα . . . . .] Γρ. * Ἀπολιπεῖν ἄναι. οὐδὲν τοιοῦτον. ἀλλ' ἔτη μὲ ἐγεγόνειν ἀμφὶ τὰ ἐνενήκοντα. G.

* Ἀπολιπόντα ἰέναι] Corrupti Codicis varia lectio. T. H.

73. Τὸ χρεών] Εἰμαρμένην. V.

66. Βίον ἀπ. λπὸ κ. ὁ.] Nota piscatorum paupertas, & proverbio dictus ἁλιέων βίος· ea de re quaedam observans Burmann. ad Ovid. Met. III, 585. hunc etiam Luciani locum adtulit. Dicaearch. de Anthedoniis: ἁλιεῖς ἀπ' ἀγκίστρων & ἰχθύων, ἔτι δὲ καὶ πορφύρας καὶ σπόγγων τὸν βίον ἔχοντες. T. H.

70. Ἡδὺ] Euripidis putem. Vide Iphig. Aul. v. 1250. & 1218. & Hp. M. v. 281. & Fragm. Grot. p. 47. M. du S.

73. Μειρακιεύῃ πρὸς τὸ χρ.] Budaeus C. L. G. p. 934. interpretatur, *Ita mortem horres, ut adolescens.* Non credo ejusmodi potestatis exemplum aliud certum proferri posse: longe diversum est apud Graecos μειρακιεύεσθαι πρός τινα, atque ex illo genere, quod facilius intelligatur ab homine perito Graecae proprietatis, quam exacte vertendo explanetur. Ibidem aberravit Vir magnus in istis *Plutarchi*, ὥσπερ Ἰσοκράτει καὶ Ἀναξιμένει τοῖς σοφισταῖς ἁβρομειρακιόμενος· quod non est, *quasi apud Sophistas glorians, & se jactans adolescentis licentia*; sed, *cum Isocrate atque Anaximene Sophistis juveniliter ac jactabunde contendens concertansque.* Illa vis in compositis ex ἁβρ verbis saepe viros egregie doctos fefellit. T. H.

74. Τί ὖν ἄν τις λέγοι] Una vocula hic auctiores sunt editiones veteres, legentes, τί οὖν ἄν τις ὅτι λέγοι. Caeterum quis aures Graecae phrasi adsuetas habens, non illico offendatur audiens, Τί ἂν ἄν τις λέγοι, nec solœcum deprehendat? Non puto ita scripsisse tersissimum scriptorem; qui haud dubie dedit λέγοι. Id genius hujus linguae postulat. Sensus autem, *Quid igitur quis amplius de juvenibus dicat, ubi id ætatis homines vitæ amantes sunt?* Adjecta particula ἄν, praecipue in interrogationibus, sed & in aliis loquendi formis, vel Praesens Optativi, vel Imperfectum, Aoristumve Indicativi, vel etiam Optativi exigit. Quoties τί ἂν πάθοιμι in hoc scriptore? Sed & statim Dial. sequentis initio, Τὰ δ' ἄλλα, σὺν ἴτ' ἂν εἰπεῖν ἔχοις. *Caeterum non jam amplius dicere possis.* & sub finem Dial. XXX. ὃ γὰρ δὴ ἐκεῖνο εἰπεῖν ἔχοι τις ἄν. & hunc in modum millies alibi. Imperfectum ita habes in Contempl. c. 4. Ἡ τίνα γὰρ ἔτυχε σοφοὶ ἄνδρες ἐψεύδοντο ἄν; Aoristum in Necyomantia c. 17. εὖ οἶδα, ὅτι σὺν ἂν ἐπαύσω γελῶν. paullo post, πολλῷ δ' ἂν ἧσσον μᾶλλον ἐγέλας. Vide quae supra notavimus. J. J.

Λέγοι] Cl. Jensius & B2. In reliquis prave λέγει. M. du S.

Τί ὖν ἄν τις λέγοι] Gataker. ad Antonin. IV. §. 50. *Luciani* verba proferens posuit λέγοι· certe λέγοι vel λέγῃ scribendum est. T. H.

83. Ὅμοια] Melius Mss. ἅπασι γὰρ ἡμῖν ὁμοίως τὰ ὅμματα

XXVIII.

MENIPPI ET TIRESIÆ. ΜΕΝΙΠΠΟΥ ΚΑΙ ΤΕΙΡΕΣΙΟΥ.

M E N.

1. TIreſia, cæcusne ſis, non amplius dignoſcere facile: cunctis enim nobis perinde oculi ſunt vacui: ſolum reſtant oculorum cava loca. Ceterum dicere nequeas, uter Phineus ſit, an Lynceus. Jam vatem fuiſſe, & utrumque te ſolum, marem ac feminam, ex poëtis audiviſſe memini. Per Deos itaque te obteſtor, expone mihi, utrum expertus fueris ſuavius vitæ genus, quum mas fores, an femina? TIR. Potior erat magno intervallo, Menippe, vita feminini ſexus, quippe magis negotiorum expers: tum dominantur in viros mulieres, neque eas bello vacare neceſſe eſt, neque ad murorum pinnas ſtantes excubare, neque in concionibus altercari, neque in judiciis verſari.

2. MEN. Non tu audiviſti, Tireſia, Euripidæ Medeam, qualia dixerit deplorans muliebre ſecus tanquam miſeras, atque intolerandum ex puerperiis dolorem ſuſtiMEN.

Ὦ Τειρεσία, εἰ μὲν ϗ τυφλὸς εἶ, οὐκέτι διαγνῶναι ῥᾴδιον· ἅπασι γὰρ ἡμῖν ὁμοίως τὰ ὄμματα κενά· μόνον δὲ αἱ χῶραι αὐτῶν. τὰ δ' ἄλλα, οὐκ ἔτ' ἂν εἰπεῖν ἔχοις, τίς ὁ Φινεὺς ἦν, ἢ τίς ὁ Λυγκεύς. ὅτι μέντοι μάντις ἦσθα, ϗ ὅτι ἀμφότερα ἐγένου μόνος, ἀνὴρ ϗ γυνή, ϗ ποιητῶν ἀκούσας οἶδα. πρὸς τῶν θεῶν τοιγαροῦν εἰπέ μοι, ὁποτέρου ἐπειράθης ἡδίονος τοῦ βίου, ὁπότε ἀνὴρ ἦσθα, ἢ ὁ γυναικεῖος; [d] TEIP. ἀμείνων ἦν πολλοῦ, ὦ Μένιππε, ὁ γυναικεῖος· ἀπραγμονέστερος γάρ. ϗ δεσπόζουσι τῶν ἀνδρῶν αἱ γυναῖκες· ϗ οὔτε πολεμεῖν ἀνάγκη αὐταῖς, οὔτε πρὸς ἔπαλξιν ἐξιέναι, οὔτ' ἐν ἐκκλησίᾳ διαφέρεσθαι, οὔτ' ἐν δικαστηρίοις ἐξετάζεσθαι.

MEN. Οὐ γὰρ ἀκήκοας, ὦ Τειρεσία, τῆς Εὐριπίδου Μηδείας, οἷα εἶπεν οἰκτείρουσα τὸ γυναικεῖον, ὡς ἀθλίας οὔσας, ϗ ἀφόρητόν τινα τῶν ὠδίνων πόνον ὑφισταμένας; ἀτὰρ εἰπέ

---

c Ὁμοίως] Ita G. P. L. *F.* & Margo *AIW.* Ceteræ Edd. ὅμοια. Porro vereor, ut recte notaverit *Bourdelotius* ſcripti Codicis lectionem: κεναὶ μόναι χῶραι forte, κεναὶ μόναι δὲ αἱ χ. d TEIP. ἀμείνων ἦν] O. *F.* ὁ γυναικεῖος, ἀμείνων ἦν. T. πολλοῦ &c. quam lectionem, demta diſtinctione, non mirabor, ſi quis praeferendam putet.

ματα κενά. Vulgo, ὅμοια τὰ ὄμματα κενά. *F. G. G.*

Ὁμοίως] Sic omnino ſcribendum cum Ed. *F.* & Mſſ. Gr. P. & L. pro vulgato ὅμοια minus concinno; quod & *Vorſtium* acute conjeciſſe video. *M. du S.*

Ὅμοια τὰ ὄμματα κενά] Credi poterat excidiſſe ϗ propter ſimilitudinem pronunciandi, ϗ κενά· ſed praeferri non aegre fero ὁμοίως a Codd. adjutum. *Apollon. Rh.* II, 254. Phinei vocat κενὰς γλήνας, id eſt interprete *Scholiaſta*, τοὺς κενοὺς & τυφλοὺς ὀφθαλμούς, ut OEdipi *vacuos orbes Stat.* Theb. I, 53. & *vacua ora leonum* VII, 276. *T. H.*

Ibid. Μόναι δὲ αἱ] MS. κεναὶ μόναι χῶραι. *F. B.*

85. Τίς ὁ Φινεὺς ἦν, ἢ τίς ὁ Λυγκεύς;] Phineus fuit vates oculis captus: vid. *Apollod.* Biblioth. lib. 1. Lynceus ὀξυδερκέστατος. *Eurip.* Med. *F. G. G.*

89. Ὅπότε ἀνὴρ.] Uno ductu in Fl. Ed. & Mſſ. Ox. ἢ ὁ γυν. ἀμείνων ἦν, quod non probo. Scrupulus tamen reſtat, quod haec duo non eodem modo effert; nam poſt ὁπότε ἀνὴρ ἦσθα quis non putet dicturum ἢ ὅταν γυνή, quo ferme modo Ἀλ. c. 19. Verum Lucianeus ſtylus eſt. Vide Προμ. c. 4. εἰς ἀκρόασιν σοφιστικὴν, εἴ σύ πανουργότατος εἰ τοὺς λόγους· & alia multa, quae taedium afferrent, quaeque Lectorem monitum ſemel non latebunt. *M. du S.*

96. Ἢ ὁ γυναικεῖος;] Malim, ἢ ὁπότε γυνή· τὸ ὁ γυναικεῖος ex ſequentibus iſtic repetitum videtur: ἀμείνων &c. ὁ γυναικεῖος. *F. G.*

92. Καὶ διεπόζουσι.] Dixi alibi. *F. B.*

97. Μηδείας] Legendi omnino verſus, quos tangit, apud *Euripidem* ipſum in Med. a v. 230. ad 251. quorum hic finis:

— ὡς τρὶς ἂν πρὸ δορὸς
Στῆναι θέλοιμ' ἂν μᾶλλον, ἢ τεκεῖν ἅπαξ. *M. du S.*

εἰπέ μοι (ὑπέμνησε γάρ με τὰ τοῦ Μηδείας ἰαμβεῖα) ἢ ἔτεκες ποτὲ, ὁπότε γυνὴ ἦσθα, ἢ στεῖρα καὶ ἄγονος διετέλεσας ἐν ἐκείνῳ τῷ βίῳ; TEIP. τί τοῦτο, ὦ Μένιππε, ἐρωτᾷς; MEN. οὐδὲν χαλεπὸν, ὦ Τειρεσία. πλὴν ἀπόκριναι, εἴ σοι ῥᾴδιον. TEIP. οὐ στεῖρα μὲν ἦμην, οὐκ ἔτεκον δ' [a] ὅμως. MEN. ἱκανὸν τοῦτο· εἰ γὰρ ἢ μήτραν εἶχες, ἐβουλόμην εἰδέναι. TEIP. εἶχον δηλαδή. MEN. χρόνῳ δέ σοι ἡ μήτρα ἠφανίσθη, καὶ τὸ μόριον τὸ γυναικεῖον ἀπεφράγη, καὶ οἱ μαθοὶ [b] ἀπετάκησαν, καὶ τὸ ἀνδρεῖον ἀνέφυ, καὶ πώγωνα ἐξήνεγκας; ἢ αὐτίκα ἐκ γυναικὸς ἀνὴρ ἀνεφάνης; TEIP. οὐχ ὁρῶ, τί σοι βούλεται τὸ ἐρώτημα· δοκεῖς δ' ἂν μοι ἀπιστεῖν, εἰ ταῦθ' οὕτως ἐγένετο. MEN. οὐ χρὴ γὰρ ἀπιστεῖν, ὦ Τειρεσία, τοῖς τοιούτοις· ἀλλὰ καθάπερ τινες. Verum dic mihi (nam admonuerunt me isti Medeæ jambi) peperistine aliquando, quum mulier eras, an sterilis & partus expers degisti in illo vitæ statu? TIR. Quid illud, Menippe, rogitas? MEN. Nihil explicatu difficile, Tiresia: quin respondes, si tibi promtum. TIR. Haud sterilis eram, neque tamen peperi. MEN. Satis est: nimirum an matricem habuisses, volebam scire. TIR. Habebam scilicet. MEN. Temporis autem tractu tibi matrix evanuit, pars muliebris obstructa fuit, mammæ emarcuerunt, & virile membrum succrevit, barbamque protulisti, an statim ex femina masculus evasisti? TIR. Non video, quid tibi velit quæsitum illud: nisi quod videre mihi non credere hæc ita fuisse facta. MEN. Videlicet, Tiresia, non decet diffidere talibus, sed

a Ὅμως] Ὅλως O. P. L. Causa non est, cur placeat. b Ἀπετάκησαν] Edd. priores ἀπετάθησαν.

6. Ἀπόκρινε] Ἀντὶ τοῦ ἀλαχάριζε. V.

5. Οὐδὲν χαλεπὸν ὦ Τειρεσία] Interpres: *nihil acerbi, Tiresia:* imo: *non grave est quod quaero*, seu, *difficile explicatu.* Sic in Βίων πράσει, χαλεπὸν μὲν οὐδὲν, *nil grave est.* *J.G.G.*

11. Καὶ οἱ μαζοὶ ἀπετάθησαν] Potest ferri. Censeo tamen *Lucianum* scripsisse, καὶ οἱ μαζοὶ ἀπετάκησαν, *mammae marcuerunt: mammae factae sunt pannosae*, ut *Martialis* loquitur. *J.G.G.*

Οἱ μαθοὶ ἀπετάθησαν] Pro ἀπετάθησαν censet Cl. *Graevius* scribendum ἀπετάκησαν, *marcuerunt*, cui sententiae subscribo. Contrarium enim τῷ, ἀποτείνειν hic innuitur. Nam si Tiresias ex femina denuo factus est mas, oportuit quoque mammarum tubera fieri contractibra; quum mammæ potius in feminis sint ἀποτεθεῖσαι, *distentae*, *extensae.* Statim D. XXX. ἀποτεθεὶς dicitur is, qui porrectus jacet. Ὁ δὲ τύραννος ὥσθ' ὃ τοῦνον ἀποτεθεὶς, &c. *J.J.*

Ibid. Ἀπετάκησαν] Ita *Graevio* obsequuti pro ἀπετάθησαν scripsimus, quod in omnibus Impr. & Ox. Cod. est. *M. du S.*

Ἀπετάκησαν] Quod ante vulgatum fuit, ferri nullo modo potest. *Graevius* quin felici conjectura ipsam *Luciani* vocem fuerit adsecutus non dubito: quam ob rem, etsi pro corrupto stent libri veteres, congruentis tamen ad sententiam verbi potiorem esse rationem habendam censui. *Corn. Celsi.* II. c. 8. *Mulieri gravidae si subito mammae emarcuerunt.* *T.H.*

21. Ὁπότ' ἂν ἀκούσῃς ὅρια ἐκ γυναικῶν ἐγίνετό τινες;] Perspicuum est, hic intercidisse ὡς vel ὅτι. requiritur enim, ὁπότ' ἂν ἀκούσῃς ὡς (vel ὅτι) ὅρια ἐκ γυναικῶν ἐγίνετό τινες; *Tune igitur nec alia etiam ita facta fuisse credis, ubi quasdam ex feminis legis factas fuisse aves?* Similiter vocula, vel ὡς, vel ὅτι, excidit, mea quidem sententia, ex loco Aeliani in elegantissimo illo libri XII. capite 1. de Aspasia; de qua, invitissimo animo adventitium corporis cultum, quo magis placeret, sumente, ita legitur, Ῥαπιζομένη δὲ πρὸς ἀνάγκην ὑπὸ, καὶ εἴκει τοῖς ἐπιτάγμασιν, ἀλγοῦσα ὅμως, ὡς παρθενικὰ, ἀλλ' ἑταιρικὰ πράττειν ἐθιάζετο. Verba haud dubie luxata, quæque vulgatus interpres ad lubitum intorsit. Verum sensum Æliani scribentis fuisse hunc existimo, *Alapis vero percussa, coacta induebatur, & cedebat imperatis, dolens tamen, se talia cogi, quae meretricem, non ingenuam virginem decerent.* Legendum ergo, ἀλγοῦσα ὅμως ὡς ἐ παρθενικὰ, ἀλλ' ἑταιρικὰ πράττειν ἐθιάζετο. Videtur autem oscitabundus descriptor, ubi scripsisset ὅμως, insuper habuisse ultimam hujus vocis syllabam denuo scribere. Ὡς pro ὅτι passim scriptores; & *Ælianus* aliquoties; ut lib. VIII. cap. 2. ὡς ἦν φιλοχρήματος ὁ Σιμωνίδης, ὑδὲ ἀντιφήσει· & alibi. *Lucianus* quoque innumeris locis; ut in Hermotimo c. 24. Ἔλεγε ὡς ξύμπαντες ξένοι εἶεν adde c. 16. 27. 37. 38. 46. 79. Hunc particulae ὡς usum notavit quoque *Thomas Magister*, ac post eum *H. Stephanus.* *J.J.*

Ibid. Ὅρια] Ante ὅρια τὸ ὡς forte hic desideratur. *F.G.*

Ὅρια ἐκ γ. ἐγίνετο] Mihi, quod *Guyeto*, placuerat

ὡς

ſed velut inſulſum, re non explorata fierine poſſint nec ne, probare.

3. TIR. Tu ergo nec cetera credis ita fuiſſe facta, quando audis aves ex mulieribus extitiſſe, aut arbores aut feras; ſicuti Aëdona, Daphnen, aut Lycaonis filiam. MEN. Illis ſi quando forte obviam venero, cognoſcam quid dicant: tu autem, vir optime, quum mulier eras, tunc etiam vaticinabare, quemadmodum poſtea, an ſimul vir & vates eſſe didiciſti? TIR. Ecce enim ignoras quæ ad me ſpectant omnia; me ſcilicet litem Deorum quandam diremiſſe; tum ut Juno me viſu privaverit, Jupiter autem mitigaverit arte vaticinandi donata calamitatem illam. MEN. Adhuc tu, Tireſia, adfixus hæres mendaciis? Verum hoc quidem ſolemni vatum more facis: ſoletis enim vates nihil ſani & veri proloqui.

να βλάκα μὴ ἐξετάζοντα, εἴτε δυνατά ἐστιν, εἴτε καὶ μὴ, προσδέχεσθαι;

TEIP. Σὺ οὖν οὐδὲ τἄλλα πιστεύεις οὕτω γενέσθαι, ὁπότ' ἂν ἀκούσῃς ὄρνεα ἐκ γυναικῶν [c] ὅτι ἐγένοντό τινες, ἢ δένδρα, ἢ θηρία, τὴν Ἀηδόνα, ἢ τὴν Δάφνην, ἢ τὴν τοῦ Λυκάονος θυγατέρα; MEN. Ἦν που κἀκείναις ἐντύχω, εἴσομαι ὅ, τι καὶ λέγουσι. σὺ δὲ, ὦ βέλτιστε, ὁπότε γυνὴ ἦσθα, καὶ ἐμαντεύου τότε, ὥσπερ καὶ ὕστερον; ἢ ἅμα ἀνὴρ καὶ μάντις ἔμαθες εἶναι; TEIP. ὁρᾷς; ἀγνοεῖς τὰ περὶ ἐμοῦ ἅπαντα, ὡς καὶ διάλυσά τινα ἔριν τῶν θεῶν, καὶ ἡ μὲν Ἥρα ἐπήρωσέ με· ὁ δὲ Ζεὺς παρεμυθήσατο τῇ μαντικῇ τὴν συμφοράν. MEN. Ἔτι ἔχῃ, ὦ Τειρεσία, τὰ φθυσμάτων; ἀλλὰ καὶ τοὺς μάντεις τοῦτο ποιεῖς· ἔθος γὰρ ὑμῖν μηδὲν ὑγιὲς λέγειν.

AIAN-

c Ὅτι] Ex C. P. Defuit in prioribus Edd.

18. * Βλάκα] Εὑήθη, ἀνόητον· εἴρηται ἀπὸ ἰχθύος ὁμοίου σιλούρῳ, ἀχρήστου δὲ ὄντος, ὡς μηδὲ κύνας αὐτῷ χρῆσθαι. V.

* Βλάκα] Totidem verbis apud *Etymol.* & *Suidam* extant. T. H.

ὡς ſimilitudine forte praecedentium literarum oppreſſum: Halc. p. 179. v. 35. ὡς ἐξ ὀρνίθων γυναῖκας ποτε ἐγένοντο. Ceterum τὴν Ἀηδόνα, ἢ τὴν Δάφνην ἢ τὴν τοῦ Λυκάονος θυγατέρα ſtructurae orationis aliena vix putarem eſſe *Luciani*, niſi ſuccederet Menippi reſponſum, ἦν που κἀκείναις ἐντύχω, quod ipſo nomine fuiſſe deſignatas videtur indicare: nunc σύγχυσις quaedam eſt conſtructionis ſtatuenda, cujus ordo legitimus foret, ὁπότ' ἂν ἀκούσῃς τὴν Α. ἢ τὴν Δ. ἢ τὴν τοῦ Λ. Θ. ὄρνια ὄντα γυναικῶν ὡς ἐγένοντο, ἢ δένδρα, ἢ θηρία. T. H.

22. Ὅτι] Coll. & P. In reliquis deeſt. M. du S.

23. Τὴν Ἀηδόνα] Ad τὸ πιστεύεις referendum. F. G.

30. Ἔριν] Vid. Ovid. Met. III, 316. M. du S.

33. Τῶν ψθυσμάτων] Id eſt, divinandi arti adhaeres; eam amplecteris, probas. F. G.

34. Μηδὲν ὑγιὲς λέγειν] Non ita penitus veterum animos obſederat ſuperſtitio, quin vatibus mendacii crimen ſaepe fuerit objectum, praeſertim a poëtis ſcenicis, quibus mira libertate licuit religionem ipſosque Deos vel cothurnatis ſententiis caſtigare, vel comicis ſalibus irridere. Ideo dicti frequenter ἀλαζόνες, qui ſe ſcire, quae prorſus ignorarent, lucri fallendique cauſa profiterentur: quam opprobrii notam plerisque ſaltem convenire non negat *Ariſtot.* Ἠθ. Νικ. IV. c. 7. Ariſtoxeni Selinuntii verſus in *Hephaeſt.* Ench. p. 25. Τίς ἀλαζονείαν πλείστην παρίσχει τῶν ἀνθρώπων; τοὶ μάντεις. Illum imitatus fuit *Epicharmus*; vide Poll. IX, 82. *Epicharmum Ennius* apud *Cicer.* in fine lib. I. de Divin. De *Luciano* non eſt quod miremur, ſi hominum illud genus odio proſequatur. Frequens autem mendaces dici μηδὲν ὑγιὲς λέγειν. *Dinarch.* p. 96. v. 18. Οὕτω Δημοσθένης τῷ ψεύδεσθαι καὶ μηδὲν ὑγιὲς λέγειν ἑτοίμως χρῆται. T. H.

37. Ἔμ-

XXIX.

ΑΙΑΝΤΟΣ ΚΑΙ ΑΓΑΜΕΜΝΟΝΟΣ.

AJACIS ET AGAMEMNONIS.

ΑΓΑΜ.

ΕΙ σὺ μανεὶς, ὦ Αἶαν, σεαυτὸν ἐφόνευσας, [a] ἐμέλλησας δὲ καὶ ἡμᾶς ἅπαντας, τί αἰτιᾷ τὴν Ὀδυσσέα; καὶ πρώην ὅτε προσέβλεψας αὐτὸν, ὁπότε ἦκε μαντευσόμενος, ὅτε προσεῖπεν ἠξίωσας ἄνδρα συστρατιώτην καὶ ἑταῖρον, ἀλλ' ὑπεροπτικῶς μεγάλα βαίνων παρῆλθες. ΑΙΑΣ. εἰκότως ὦ Ἀγάμεμνον. αὐτὸς γάρ μοι ἡ μανία αἰτίαν κατέστη, μόνον ἀντεξεταθεὶς ὅπλοις τοῖς ὅπλοις. ΑΓΑΜ. ἠξίους δὲ ἀναίμακτον ἀγῶνα εἶναι, καὶ ἀκονιτὶ κρατεῖν ἀπάντων;

AGAM.

1. SI tu furore actus, Ajax, temet ipse interemisti, nosque omnes destinaras, quid incusas Ulyxen? & nuper ne adspexisti quidem eum, quando Tiresiam interrogatum veniebat, neque adloqui dignum habuisti commilitonem & sodalem, sed superbe grandi passu incedens praeteriisti. AJAX. Et merito, Agamemnon: is enim mihi furoris causa fuit solus, mecum qui se composuerit in armorum judicio. AGAM. Volebasne adversarium habere nullum, & sine pulvere ac certamine vin-

a Ἐμίλλησας] Ἐμίλησας F. P. S. Vitiosius ἐμίλισας P. Al. V. J. H. Fr. W. Reposui ex Cod. Gr. ἐμίλλησας· neque aliter Margo AlW. b Δὲ] Δὴ B2.

37. Ἐμίλησας] Ἐμίλισας. F.G.

Ἐμίλησας] Pro ἐμίλησας, quod nihili est, & omnes tamen obtidet editiones, scribe ἐμίλισας. *Si tu, cum furore corripiebaris, Ajax, te ipse interfeciſti, nosque omnes concidebas, quid Ulyſſem accusas?* μιλίζειν est *membratim concidere.* Ajax furore percitus pecudes jugulabat, & cum in illas grassaretur, putabat se Graecorum obtruncare duces. Res nota. Vide *Sophoclis* Ajacem flagelliferum v. 297. & sequ. In Mss. tamen legitur ἐμίλλησας, quod si quis malit, non repugnabo; subaudiendum autem φονεύειν, *nos etiam occisurus eras.* Statim cum Agamemnon dicit Ajacem noluisse apud inferos alloqui Ulyssem, respicit ad *Homerum*, quem vide Ulyss. Λ. v. 543. & 526. sicut & quae inferius de Thetidis arma in medium ponente narrat Agamemnon, ex eodem loco petita sunt, v. 545. Quod addit postea de Trojanis sententiam ferentibus, & quae respondet Ajax, *novi, quae me damnarit*, intelligenda sunt ex versu sequente *Homeri:*

Παῖδες δὲ Τρώων δίκασαν ἐ Πάλλας Ἀθήνη.

De hac conqueritur etiam apud *Sophoclem* in laudata fabula. J.G.G.

Ἐμίλησας] Pro ἐμίλησας, quod nihil est, & tamen omnes occupavit editiones, conjecit ὁ πάνυ *Graevius* scribendum ἐμίλισας, hoc sensu; *Si tum, cum furore corripiebaris, Ajax, te ipse interfeciſti, nosque omnes concidebas, quid Ulyſſem accusas?* Ajax enim furore percitus pecudes jugulabat, &, cum in illas grassaretur, putabat se Graecorum obtruncare duces. Ego tamen praefero lectionem, quam Mstos habere testatur Vir Cl. modo laudatus, sc. ἐμίλλησας, ut subaudiatur φονεύειν ex praecedenti, h. e. *interfecturus eras.* Simili plane modo locuti sunt alii. *Dio Chryſost.* Or. LXIV. de Alexandro: Ἀπέκτεινε δὲ Κλεῖτον τὸν σοφὸν, ... καὶ διδάσκαλον Καλλισθένη, καὶ Ἀριστοτέλη ἐμίλλησε, καὶ Ἀντίπατρον ἐβουλεύσατο. *Julian.* Or. I. p. 33. ὧν τοὺς μὲν ἀνῄρηκε, τοὺς δὲ ἐμίλλησεν· & p. 44. καὶ τιμὰς ἐπ' αὐτοῖς τὰς μὲν ἐχαρίσω, τὰς δὲ ἤδη μέλλεις. In quibus exemplis subintelligendum verbum, quod praecessit; ut Ἀριστοτέλη ἐμίλλησε, pro Ἀριστοτέλη ἀπέκτεινε ἐμίλλησε· & τοὺς δὲ ἐμίλλησεν, pro τοὺς δὲ ἀνελεῖν ἐμίλλησε. *L. BOS* Animadv. c. XII. p. 56.

Ἐμίλισας] Sic P. Ald. J. H. Fr. W. St. Edd. optime. Recentiores omnes ἐμίλησας, vitiose. Ajacis exemplo furens celebris ille Cervantes Quixotus in oves etiam desaevit. M. du S.

Ἐμίλλησας] Aliquantulum olim, utri lectioni primas darem, non secus ac *Graevius*, addubitavi: μιλίζειν enim quum sit *membratim discerpere* vel *concidere* apud *Dionyſ. Halic.* A. R. VII. p. 461. *Apollodor.* Bibl. I. p. 156. *Schol. Apoll. Rh.* IV, 223. Ajaci non absurde tribuatur, qui quamvis in gregem consilio Minervae saeviret, principes tamen Achivorum flagris ferroque dilaniare se putabat. Nunc sine controversia verum arbitror ἐμίλλησας, cui calculum adjecit Eruditiss. *Kuhnius* ad *Diogen.* L. I, 98. *elegantem* esse *Graecissimum* observans: nam revera saepius ita ponitur μιμεῖσθαι, ut praecedentis verbi repetitus infini-

vincere omnes? AJAX. Sane, hac quidem in parte: nam generis jure ad me pertinebat tota hæc armatura, quippe patruelis. Et vos ceteri multo præstantiores detrectastis certamen, & controversiam mihi præmiorum nullam movistis. Verum Laërtæ filius, quem ego sæpe servavi in periculo versantem, ne concideretur a Phrygibus, meliorem se ferebat & magis idoneum, qui posside-ret arma.

των; ΑΙΑΣ. ναὶ, τάγε τοιαῦτα· οἰκεία γάρ μοι ἦν ἡ πανοπλία, ϗ ἀνεψιῷ γε ὄσα. ϗ ὑμεῖς οἱ ἄλλοι, πολὺ ἀμείνους ὄντες, ἀπείπασθε τ ἀγῶνα, ϗ παρεχωρήσατέ μοι τ ἄθλων. ὁ δὲ Λαέρτου, ὃν ἐγὼ πολλάκις ἔσωσα κινδυνεύοντα καὶ κακεκόφθαι ὑπὸ τ Φρυγῶν, ἀμείνων ἠξίου εἶναι, ϗ ὁπλισμένος ἔχειν τὰ ὅπλα.

2. AGAM. Accusa itaque, vir fortissime, Thetin, quæ, quum oporteret hæreditatem armorum tibi tradere, quippe cognato, in medium adlata proposuit. AJAX. Minime; sed Ulyxen, qui contra me solus illa sibi vindicavit. AGAM. Venia dignum, o Ajax, si homo cupiditate tactus fuerit gloriæ, gratissimæ rei, cujus causa quisque nostrum pericula subire non refugit: quin vero superavit te, idque Trojanis

ΑΓΑΜ. Αἰτιῶ τοιγαροῦν, ὦ γενναῖε, τὴν Θέτιν, ἤ, δέον σοι τ κληρονομίαν τ ὅπλων παραδιδόναι συγγενεῖ γε ὄντι, φέρουσα εἰς τὸ κοινὸν κατέθετο αὐτά. ΑΙΑΣ. οὐκ ἀλλὰ τ Ὀδυσσέα, ὃς ἀντεποιήθη μόνος. ΑΓΑΜ. συγγνώμη, ὦ Αἴαν, εἰ ἄνθρωπος ὢν, ὠρέχθη δόξης, ἡδίστου πράγματος, ὑπὲρ ἣ ϗ ἡμῶν ἕκαστος κινδυνεύειν ὑπομένει· ἐπεὶ ϗ ἐκράτησέ σου, ϗ ταῦτα, παρὰ Τρωσὶ δικα-

τ Ἀπεπάσθε] O. ἀπέπασθε.

nitivus illi adnecti debeat, etiamsi persona, quae loquitur, ut in Tragoediis Comoediisque fieri solet, fuerit mutata. *Aristoph.* Pl. v. 1103. Μὰ Δί', inquit Mercurius, ἀλλ' ἐμελλον, scilicet κέκτεσθαι τὴν θύραν, quod Carion ante dixerat; & in illa frequenti apud *Platonem* formula, τί δ' ὑ μέλλουσι; nimirum μισεῖν τε ϗ φεύγειν, Πολ. VIII. p. 726. B. *Dinarch.* in Demosth. p. 96. v. 26. ὅτ' ἐμὲ ἀπέφηνεν ἡ Βουλὴ, ὅτ' ἐμελλησεν. *Liban.* de Vit. sua p. 41. A. βαρβάρων δὲ τ μὲ ἡττημένων, τ δὲ μελλόντων *Isocr.* Paneg. p. 68. D. τοιγαροῦν τὰ μὲ ἔχει, τὰ δὲ μέλλει, τοῖς δὲ ἐπιβουλεύει. Hel. Enc. p. 213. B. Τὰς μὲ ἐκόρθουν, τὰς δ' ἐμελλον, ταῖς δ' ἠπείλουν τ πόλεων. Panath. p. 254. A. Λακεδαιμόνιοι δὲ ὅτε πάσχοιεν κακὸν οὐδὲν, ὅτε μέλλοιεν, ὅτε δικαίοις. *AEschyl.* Pers. v. 816. Τοὶ γὰρ κακῶς δράσαντες ϗκ ἐλάσσονα Πάσχουσι, τὰ δὲ μέλλουσι — *Thucydid.* III, 55. οὐδὲν ἐκπεπίεσται ὑπὸ ἡμῶν ὅτε ἐπάθετε, ὅτε ἐμελλήσατε. *Demosth.* Ep. IV. p. 202. D. Diis est proprium φλαῦρον μηδὲν μηδενὶ ϗν παντὶ τῷ αἰῶνι μήτε παθεῖν, μήτε μελλῆσαι. Exempla vero plura, ubi πάσχειν praemittatur, ideo potissimum adduxi, ut liquido pateret, quam perverse *Libanium* intellexerit verteritque *Olearius* de Ulc. Jul. Nec. §. 12. Οὐδενὸς τ ἐγγυτάτω ϗ ὀφ' ὧν ἐφρονεῖτο παθόντος οὐδὲ, ἀλλ' οὐδὲ μελλήσαντος quod pro μελήσαντος merito probavit, adlatis etiam *Luciani* nostri verbis, Doctiss. *Steinbeilius* errante, dum bonum ducem deserit, *Waechtlero*: vide Act. Erud. Lipsi. A. 1721. p. 266. Sic *Aristoph.* in Pl. v. 551. Ἀλλ' οὐχ ὁ ἰμὸς τοῦτο πάσχουσιν βίος· ὑ μὰ Δί', οὐδέ γε μέλλει. Porro quam prona sit in hunc errorem librariorum manus, docuerit *Thucydidis* locus I. c. 134. Καὶ αὐτὸν ἐμέλλησαν μὲ ἐς τ Καισάρειαν, ὑπέρ τοὺς κακουργους εἰώθασιν ἐμβάλλειν hanc enim receptae Codicum optimorum lectionem anteponendam censeo: ibi non libri tantum quidam inepte ἐμέλησαν, sed & *Scholiastes*, sive potius lector aliquis imperitus exponit εἰς δύο ἔτεμον. *T. H.*

40. Προσυπῶ ἠξίωσας] Vide *Homeri* Od. XII. *J.C.*

44. Ἐπὶ τοῖς ὅπλοις] *Benedict. pro armis.* Verte, *propter arma.* *F.G.*

45. Ἀναιδαγώνιστοι] In *Thucydide* IV. p. 293. v. 55. pro ἀναγώνιστοι non contemnendae notae libri ἀναιδαγώνιστοι legunt: *Wassio* probatum, & *Dukero* monenti ἀναιδαγώνιστος esse etiam apud *Lucianum*, qui *Thucydideis* crebro utitur, *Dial. Mort. & Hermot. Cyrillo* frequens, cujus unum alterumque locum notavit *Suicerus.* *T. H.*

58. Τὸν Ὀδυσσέα, ὃς ἀντεποιήθη μόνος] *Ut qui solus sese mihi opposuerit.* Sic omnes interpretes, quos vix dicas, an Graecam vocem nunc recte vel ceperint vel expresserint. Sane optime pater notavit subintelligi τ ὅπλων, & verti debere, *solus vindicabat.* Sic in Reviviscentibus Philosophia minatur se contriturum κακοὺς κακῶς, ὡς μὴ ἀντιποιοῖντο τ ἐπὶ σφίσιν αὐτοὺς ἀλαζόνες ὄντες. *J.G.*

62. Ὑφωμένους, ἐπεὶ] Sic interpungendo meliuscule sese habebunt haec; sed nondum sic etiam satis sana. *M. du S.*

63. Παρὰ Τρωσὶ δ.] *Homer.* Od. Λ, 544. Παῖδες δὲ Τρώων δίκασαν ϗ Πάλλας Ἀθήνη. Agamemnon enim ju-

καρδίας. ΑΙΑΣ. οἶδα ἐγὼ, ἥτις μὲ κατεδίκασεν· ἀλλ' ὁ θέμις λέγειν τι περὶ τῶν θεῶν. ἐμοὶ γοῦν Ὀδυσσέα μὴ οὐχὶ μισεῖν οὐκ ἂν δυναίμην, ὦ Ἀγάμεμνον· εἰ δ' εἰ αὐτή μοι Ἀθηνᾶ τοῦτο ἐπιτάττοι.

judicibus. AJAX. Equidem scio, quænam me condemnaverit: sed fas non est dicere quicquam de Diis. Ulyxen enimvero ut non oderim impetrare a me nequeo, Agamemnon, etsi hoc vel ipsa Minerva præcipiat.

XXX.

ΜΙΝΩΟΣ ΚΑΙ ΣΩΣΤΡΑΤΟΥ. MINOIS ET SOSTRATI.

ΜΙΝ.

Ὁ μὲν λῃστὴς οὗτος Σώστρατος εἰς τὸν Πυριφλεγέθοντα ἐμβεβλήσθω· ὁ δὲ ἱερόσυλος ὑπὸ τῆς Χιμαίρας διασπαράττων· ὁ δὲ τύραννος, ὦ Ἑρμῆ, παρὰ τὸν Τιτυὸν ἐκτεθεὶς, ὑπὸ τῶν γυπῶν κειρέσθω καὶ αὐτὸς τὸ ἧπαρ· ὑμεῖς δὲ οἱ ἀγαθοὶ, ἄπιτε καὶ τάχος εἰς τὸ Ἠλύσιον πεδίον, καὶ τὰς μακάρων νήσους κατοικεῖτε, ἀνθ' ὧν δίκαια ἐποιεῖτε παρὰ τὸν βίον. ΣΩΣ. ἄκουσον, ὦ Μίνως, εἰ σοι δίκαια δόξω λέγειν. ΜΙΝ. νῦν ἀκούσω αὖθις; οὐ γὰρ ἐξελήλεγξαι, ὦ Σώστρατε, πολλῶν

MIN.

1. Hic quidem latro Sostratus in Pyriphlegethontem injiciatur: ille sacrilegus a Chimæra dilaceretur: iste tyrannus, Mercuri, juxta Tityum porrectus a vulturibus præcordia tondeatur. At vos probi abite quantocius ad Elysium campum, Beatorumque insulas incolite pro eo quod justa feceritis per vitam. SOST. Audi, Minos, si tibi justa videar dicere. MIN. Nunc audiam iterum? nonne enim tu convictus es, Sostrate, maleficii totque ho-

judicii invidiam subire nolens a captivis Trojanis petiit, uter plus eis nocuisset Ajax an Ulysses: qui cum continuo, Ulysses, respondissent, arma statim ei adjudicata sunt. V. *Schol. Homer.* l. c. *M. du S.*

64. Οἶδα] Lege versum, quem ex Homero in nota praecedenti vides. Quo tamen pacto Minerva una judicaverit, non docent aut poëta aut enarrator ille. *M. du S.*

65. Ἀλλ' ὁ θέμις &c.] Ergo jam experimentis sapere didicerat. Prudens Minervae monitum ad Ulyxen in Aj. Flag. v. 128. — ὑπέρκοπον μηδὲν σοὶ πάτερ εἰπεῖν αὐτὸς εἰς θεοὺς ἔπος, tractum est ab Ajacis impia in Deos superbia, cujus in ea fabula paulo ante v. 112. exemplum ediderat roganti Minervae negans. Observat *Scholiastes* tradi τὴν Αἴαντα πρῶτον ἀντεγκαλεῖν περὶ τοὺς θεούς. πρῶτον μὲν ὀκνῆσαι τὸ ὅπλον τὸν Ἀθηνᾶ βουλομένην αὐτῷ συμμαχεῖν· δεύτερον ἀπαλεῖψαι τὴν γλαῦκα τὴν ἐγγεγραμμένην τῷ ὅπλῳ αὐτοῦ ἐξ ἔθους παλαίοντα· τρίτον ὅτι οὐκ ἐπείθη τῷ πατρὶ συμβουλεύοντι πείθεσθαι τοῖς θεοῖς. Egregie vero *Lucianus* ingenii morem denotat: postquam enim dicentem fecisset, ὁ θέμις λέγειν τι περὶ τῶν θεῶν, mox tamen Ulyxen se non posse non odisse profitetur, ne si Minerva quidem ipsa vetet: quo dicto simul ostendit, quem armorum Achillis sibi abjudicatorum auctorem statuat. *T. H.*

67. Οὐδ' εἰ αὐτή μοι Ἀθηνᾶ τοῦτο ἐπιτάττοι] Illa minus recte vertuntur ab Interpretibus: *etsi ipsa Minerva hoc nolit.* Tu verte: *non si ipsa mihi Minerva hoc imperaret.* Sic eleganter post negationem ponitur οὐδ' εἰ. *Homer.* Il. E. 644.

Οὐδέ τί σε Τρώεσσιν ἐοικέναι ἄλκαρ ἔτευξα
Ἕλθόντ' οὐκ Λυκίης, ὅθεν εἰ μάλα καρτερὸς ἔσσι.

Sic Lat. *non si* sequitur negationem: *Liv.* VII. c. 10. *Injussu tuo, Imperator, extra ordinem nunquam pugnaverim, non si certam victoriam videam.* Idem lib. XXXVIII. c. 57. *L. BOS* Anim. c. XII. p. 57.

69. Σώστρατος] Vide in Ἀλεξ. c. 4. ubi iterum inter latrones famosos recensetur. *Sostrati* cujusdam *Boeotii* vitam scripserat *Lucianus*, ut in Δημων. ipse testatur, ob vires corporis celebratissimi, ut & nomen Herculis consecutus fuerit. Sed Sostratus ille alius ab hoc videtur: hic enim latro caedibusque infamis: ille non robore, laboribus, patientia tantum, quae omnia in latronem etiam cadere possunt, clarus, sed ab operibus laudatur nomini respondentibus, a latronibus sublatis, viarumque & pontium structura difficillima. Ut ut sit, utriusque fama, ni per *Lucianum* foret, prorsus ex hominum memoria interci-

disset,

homicidiorum? SOST. Sum ſane convictus: conſidera tamen, an juſte ſupplicio ſim adficiendus. MIN. Omnino; ſiquidem dare meritas pœnas juſtum eſt. SOST. Quin ergo reſponde mihi, Minos: nonnihil enim rogare te volo. MIN. Loquere, dum ne prolixa, ut & de aliis judicium jam reddamus.

2. SOST. Quæcumque egi in vita, utrum ſponte mea egi, an fatali ſtamine deſtinata mihi fuerant a Parca? MIN. A Parca videlicet. SOST. Nempe igitur probi omnes, malique qui videmur nos, illi miniſtrantes hæc facimus. MIN. Prorſus, Clothoni quippe, quæ unicuique nato injunxit, quæ facienda forent. SOST. Si quis ergo occiderit aliquem neceſſitate adactus ab alio, cui contradicere non potuerit vi compulſus, velut carnifex aut ſatelles, ille judici morem gerens, hic tyranno, quem reum ages cædis? MIN. Nimirum judicem aut tyrannum: nihil certe minus, quam ipſum enſem; is enim adminiſter eſt, utpote inſtrumentum libidinis, illi, qui primum intulit cædis cauſam. SOST. Perbene, Minos,

ὁ πονηρὸς ὢν, ἢ τοσούτου ἀπεχόμενος; ΣΩΣ. ἐληλέγμαι μέν· ἀλλ' ὅρα, εἰ δικαίως κολασθήσομαι. MIN. ἦ πάνυ, εἴγε ἀποτίνειν ἢ ἀξίαν δίκαιον. ΣΩΣ. ὅμως ἀπόκριναί μοι, ὦ Μίνως· βραχὺ γάρ τι ἐρήσομαί σε. MIN. λέγε, μὴ μακρὰ μόνον, [a] ὅπως ἢ τὰς ἄλλας ἀφανίσωμεν ἤδη.

ΣΩΣ. Ὁπόσα ἔπραττον ἐν τῷ βίῳ, πότερα ἐκὼν ἔπραττον, ἢ ἐπεκέλευσέ μοι ὑπὸ τῆς Μοίρας; MIN. ὑπὸ τῆς Μοίρας δηλαδή. ΣΩΣ. εἰκῆ ἦ οἱ χρηστοὶ ἅπαντες, ἦ οἱ πονηροὶ δοκοῦντες ἡμεῖς, ἐκείνῃ ὑπηρετοῦντες, ταῦτα δρῶμεν. MIN. ναί, τῇ Κλωθοῖ, ἣ ἑκάστῳ ἐπέταξε γεννηθέντι τὰ πρακτέα. ΣΩΣ. εἰ οὖν τις ἀναγκασθεὶς ὑπ' ἄλλου φονεύσειέν τινα, ἐ δυνάμενος ἀντιλέγειν ἐκείνῳ βιαζομένῳ, οἷον δήμιος, ἢ δορυφόρος, ὁ μὲ δικαστῇ πειθεὶς, ὁ δὲ τυράννῳ, τίνα αἰτιάσῃ ἢ φόνου; MIN. δῆλον ὡς τὸν δικαστὴν, ἢ τὸν τύραννον· ἐπεὶ ἐκεῖνό γε τὸ ξίφος αὐτὸ ὑπηρετεῖ γὰ τοῦτο, ὄργανον ὂν πρὸς τὸ θυμόν, [b] τῷ πρώτως ἀδικοῦντι τὴν αἰτίαν. ΣΩΣ. εὖγε, ὦ Μίνως, ὅτι ἦ

[a] Ὅπως] Ὡς P. [b] Τῷ πρώτως] Ante haec inſerit P. τὸν θυμὸν δεῖ ἐν τοῖς ἀναθήμασι τῷ πρώτῳ παρ.

diſſet: nam quæ de eo *Philoſtratus* in Herodis Vita habet p. 552. quis abſque hoc intelligat? Recte vidit Cl. *Hemſterhuſius* ad *Pollucem* Præf. p. 29. Herodis Herculem eſſe Soſtratum illum, de quo ad initium Demonactis fuſius dicendi locus dabitur. Negligentia majorum etiam factum, ut tam utili vita careamus. *M. du S.*

91. Ἐκείνῃ ὑπηρετοῦντες] *Syneſ.* Ep. LVII. p. 193. A. τὸ γὰ ἢ δεῖ γνώμῃ ὑπηρετῆσαι τῇ χρείᾳ, οὐκ ἀφελίας δοκούσης ἰσί. Fruſtra quoque ad hanc criminis commiſſi defenſionem apud filium Oreſten confugit Clytaemneſtra in *Æſchyli* Choëph. v. 910. dicendo: Ἡ μοῖρα τούτων, ὦ τέκνον, αἰτιωτέα. *T. H.*

99. Ἐστὶ δὲ τὸ ξίφος αὐτό] Lepide Noſter videtur his σκωπτικῶς tangere ritum Athenienſium in feſto Βουφονίοις cum nempe is, cujus manu eo in feſto cæſus eſſet bos, fugeret; ſecuris autem, qua cædes facta eſſet, quaſi rea in judicium traheretur atque damnaretur. Rem hanc enarratam apud *Meurſium* & *Caſtellanum* de feſtis Græcorum videre licet. *J. J.*

1. τὸ ξίφος] V. *Jenſ.* & *Pott.* 102. & 166. *M. du S.*

2. Δεῖ δὲ τὸν πρῶτον ἀναθεῶναι] Haec verba in ſolo P. inveniuntur; & mox τῷ πρώτῳ pro τῷ πρώτως, quod forſan etiam rectius. *M. du S.*

Ibid. Τῷ πρώτως ἀδικοῦντι τὴν αἰτίαν] Tanti non ſunt apud me Exc. Cod. Regin. Poli, ut eorum auctoritate ſola munitus augere *Lucianum* ſuſtineam; præſertim ſi ſuſpicio non levis ſubſit male fidae manus & nimium de ſuo liberalis. Sane iſtis, quae ſuggerit, omiſſis ſententia loci ſatis apte procedit; tametſi non invitus largiar orationem ambitu paulo latiore potuiſſe plenius explicari: ſed haec eum colorem non habent, qui Lucianeis commode reſpondeat. Locutionem ipſam paulo aliter uſurpavit *Maxim. Tyr.* Λογ. μ. Σωκράτει δὲ τῷ μηδὲν τῷ Ἀνύτῳ ἀδικοῦντι ἀπεθάνετο αἰτίαν. *T. H.*

Ibid. Παρακόντι τὴν αἰτίαν] Ut Σοφιστ. c. 1. & Τοξαρεωτ. c. 11. 13. Argumentum hoc latius exequitur in Ζ. Ἔλεγχ. *M. du S.*

ὁ ἐπιδαψιλεύη τῷ παραδείγματι. ἦν δὲ qui uberius illustres & cumulatius exemplum meum.

4. Ἐπιδαψιλεύη] Interpr. *Bene est, Minos, quod haec etiam exemplo, quasi quodam auctario locupletas.* Qui praecedentia legit, videbit, Sostratum, qui quaestionem proposuerat, utrum, si quis ab alio coactus aliquem occiderit, reus habendus sit caedis, an is, a quo coactus fuerit, addidisse exemplum hoc; Quum carnifex jussu judicis, aut satelles jussu tyranni aliquem vita privaverit, uter caedis reus agendus esset. Ad quae respondet Minos, reum agendum esse judicem, aut tyrannum, & addit, siquidem neque ipsum gladium accusare possumus: subservit enim hic tanquam instrumentum explendo animo ejus, qui primus causam praebuit. Ad ea jam Sostratus, Εὖγε ὦ Μίνως &c. h. e. *Bene facis, Minos, quod exemplo etiam corollarium*, sive *auctarium addis:* i. e. quod exemplo, quo ego usus sum de judice &c. tu auctarium addis de gladio. Ita enim intelligenda sunt verba, & ea vis est phraseos, ἐπιδαψιλεύεσθαί τινι πράγματος, *superaddere quidpiam rei alicui, auctarium rei addere.* Vide *Budaeum* in Comment. L. Gr. p. 854. ubi exemplum e *Synesio* habet: Δίδωκε, καὶ ἐλόφωμεν, καὶ ἐπιδαψιλεύσατο ταῖς ὑποθέσεσι τὴν ἀποκηρύξεως. *Ipse dedit* (documentum) *nosque cepimus: corollarium etiam addidit his sceleribus, ob quae abdicatus fuerat. L. BOS* Obs. Crit. c. IX. p. 49.

Ἐπιδαψιλεύη] *Budaei* explicationem istius verbi, *Synesii* loco nixam, huc contulit Vir Doctiss. *L. Bos*, neque injuria castigavit Interpretem, qui, quamvis & ipse *Budaeum* secutus, eo tamen modo reddiderat, ac si scriptum a *Luciano* fuisset, ἐπιδαψιλεύη παράδειγμά τι· haec enim locutio valere potest, *alterius dicta locupletare exemplo quodam addito, amplinsque illustrare.* Verum quoniam Lexicis, quae perpauca suppeditant, haud sane multa *Suicerus* adstruxit, agedum rationem & usum verbi, apud recentiores multum celebrati, paulo dilucidius explanemus. Δαψιλὴς, δαψίλεια, δαψιλεύειν copiam & abundantiam significant, at talem praecipue, quae prolixa largitate ad utilitates aliorum & commoda diffundatur: δαψιλὴς ἡ δωρεῶν δόσις, *Eratosthen.* apud *Schol. Euripid.* ad Hecub. v. 574. *Spionia dapsilis mustio; dapsili proventu fatigata vitis*, *Columellae.* Δαψιλείᾳ τῇ ἰδιᾳ, quemadmodum τῇ πιείρᾳ πλούτου, saepius est contraria: Europam prae ceteris terrarum orbis regionibus excellere scribit *Agathem.* II. c. 7. tum pluribus bonis, tum πρὸς φυσικῶν ποικίλην δαψιλείαν· trita sunt δαψίλεια τροφῆς, ἡ ἐπιτηδείων ἀπάντων πολὺν ἔχειν δαψίλειαν *Diodor.* II. p. 80. D. Δαψιλεύειν non tantum *adfluere*, *abundare*, ut *Philoni Byzantio* de Pyram. AEgypti, ἀγέλαις ἐλειφώντων ἡ Λιβύη δαψιλεύεται, pro quo pejus editur δαψιλεύσεται· sed & passive, ut in Comment. ad *Aristot.* Eth. VI. ἐκεῖνοι μὲν χρόνος αὐτοῖς ἱκανὸς διδοψίλευται πρὸς τὸ πεῖραν εἰληφέναι ἡ καθ' ἕκαστα πράξεων: nam quod Scriptor Ἀσκρ. πρὰς τὰς Ὀρθοδ. Resp. ad Quaest. 96. agendi vim addidit, τῷ θεῷ τῷ ἐκ τοῦς παρ' ἐμοῦ καλοῖς ἡ ἔπαινον δαψιλευομένου, est illud, modo vitio vacet, inusitatius, neque alibi fere, quam in compositio ἐπιδαψιλεύεσθαι, solet reperiri. Pecora solent, si in ubertate pabuli largissima versentur, ἐδαψιλεύεσθαι. *Heliodor.* VIII. p. 398. κόλπου πολλῷ πόας ἐκ χίλου ἄφθονου ἐδαψιλεύεσθαι πτήνεσι τερπνὸν ἀπαυτομάτιζόμενον· sed apud *Suid.* in Φιλίσκος Κερκυραῖος alia loquendi facie metrum Philicium ex eo dicitur appellatum, ἐπειδὴ αὐτῷ ἐδαψιλεύετο, quoniam illo genere perlibenter Philiscus Corcyraeus ac frequentius aliis utebatur. Indidem hocce nostrum ἐπιδαψιλεύειν potestatis originem traxit per varios veluti rivulos divergentis: nam primum activae formae neutra virtus est subjecta: *Ister*, *Athenaeo* teste XIV. p. 650. B. Peloponnesum scripsit Apiae nomen olim habuisse ἀφ' τὸ ἐπιδαψιλεύειν ἐν αὐτῇ τὸ φυτόν· parique modo apud *Hesych.* in Συβαριτικοὶ λόγοι AEsopus refertur, quum in Italiam venisset, tantum sui studium excitasse, ὡς ἐκ τοῦ τὸν λόγον αὐτοῦ εἶδος ἐπιδαψιλεῦσαι ἐν Συβαρίτικον προσαγορευθῆναι. Multo rarius est, ut forma media hunc in usum veniat, quomodo *Cyrillus Hieros.* Catech. VI, p. 51. B. ἐπιδαψιλεύσατο ἡ πονηρία τὴν εἰδωλολατρείας· itemque contra valde infrequens, si activa ponatur pro *munifice largiri*; quod extra Grammaticos vix alibi reperias: vide *Suid.* in Ἐπέλυσαν & Ἐπιλύσασα. *Hesych.* Ἐπιδαψιλεύσει, μεγαλοψυχήσει· ubi μεγαλοψυχῶ, perinde atque in Ἐπιδαψιλεύόμενος & Δαψιλέστατος, valet *splendidum ac liberalem esse:* nam μεγαλόψυχος aliquando, ut *magnanimus* Latinis, nihil aliud quam μεγαλοπρεπὴς, *Achill. Tat.* VI. p. 387. χρησός τε ἐκ μεγαλόψυχος τοῖς δεομένοις· & μεγαλοψυχία quam, interprete *Thoma Mag.* ἡ ἐν ταῖς μεταδόσεσιν ἕταιμος δαψίλεια· sicut in *Aristide* T. III. p. 513. D. *Liban.* T. I. p. 242. A. & in Inscript. antiquis, ἀρετῆς ἕνεκα ἐκ τῆς εἰς τὴν πόλιν ἀδιαλείπτου μεγαλοψυχίας. Deinde forma verbi ἐπιδαψιλεύεσθαι media virtute sibi propria gaudet, *luculentum ac copiosum sive liberaliter largiendo, sive quodlibet aliud faciendo se praebere.* Ita *Pollux* III, 119. vim ejus adjecto similium verborum numero satis declarans. *Dionys. Halic.* Art. Rhet. p. 72. v. 27. ἐπὶ μὲν ὧν τῶν ἐν πολέμοις πεσόντων καὶ ἐπιδαψιλεύσαιτο τις ἐν τούτοις· *oratione copiosa luxurietur aliquis, atque ingenio fraena laxet:* paulo dilutius reddidit, *prolixius immorari*, *Sylburgius.* Tum porro solemni more, qualem verba media recipiunt, vim activam adipiscitur, structurae tamen, ut patebit, ductu vario disparatam; *suis ex copiis & facultatibus largiter aliquid erogare, atque aliis tribuere.* Χρήματα ἐπιδαψιλώσομαι, *Philostorg.* apud *Suid.* in Λεόντιος· Εἰ σοὶ δὲ . . . . ὦ παῖ, πλείου μείζονος, ὁ πατὴρ ἐγὼ σοὶ τὸν δώσατα προσπιδαψιλεύσομαι *Liban.* T. I. p. 788. D. *Philo Jud.* p. 775. C. Εἰ μὲ ὁ εὐξάμενος (οἰκίαν γυναῖκ' ἀνάθεμα) ἀκακομιζόμενος προέλοιτο, ἐπιδαψιλεύσθαι τὸ πέμπτον, *insuper adjiciat & persolvat quintam partem.* Sed minime praetercundus, quem & *Suidas* posuit, egregius *Herodoti* locus V. c. 20. ubi Alexander Amyntae filius ad Persas legatos jam jam dolis ejus perituros, Nihil est, inquit, nostrarum rerum, quod vobis invideamus, quo minus omnibus ad vos abundantissime collatis fruamini: καὶ δὴ καὶ τόδε τὸ πάντων μέγιστον, τὰς τε ἑωυτῶν μη-

menum. Si quis porro, mittente domino, ipse ἔτις, ἀποστείλαντος δεσπότου, ἥκῃ αὐτὸς χρυ-

μητέρας & τὰς ἀδελφὰς ἐπιδαψιλεύόμεθα ὑμῖν· in quibus est manifesta per se significandi virtus. Hinc alio transit, cunctisque rebus, quae luculenter in aliorum utilitatem praestantur ac conferuntur, aptari solet; quod iterum ad partes vocandus, qui vel in primis hoc verbo delectatur, *Philo Jud.* confirmabit p. 712. C. ἐπιδαψιλεύόμενος δὲ τὸ ἐπιταῖς πάλιν πλουσίως αὐτῷ καὶ κατακόρως χρῆται iisdem paene verbis Hebraei legislatoris aequitatem laudaverat p. 701. D. contra ne cum Solone quidem comparari dignus est AEgyptius, qui fratrum sororumque naturae adversa connubia concedens εὐφόρησεν εἰς ἀσέλγειαν ἐπιδαψιλεύόμενος δυσθεράπευτον κακὸν σώμασι & ψυχαῖς ἀκρασίαν p. 779. E. & p. 18. D. τὴν οὐ τὸ ὄντως φῶς ἀεὶ τίκτουσι γεωργικῆς ἐπιδαψιλεύσεως. Simili modo *Themistius* p. 223. D. ἐπιδαψιλεύσεταί μοι ὁ μακαρίτης (Theodosius) καὶ ἀμοιρότερος καιρὸν μελῳδίας quod a *Petavio* versum, *insuper occasionem sit praebiturus*: malim; *sed opportunam mihi melioris concentus copiam est largiturus. Synes.* Ep. LXVII. p. 214. A. καὶ ἄλλα πολλὰ προσεξεύρῃ ἐπιδαψιλεύόμενος αὐτῷ πόρους· ubi veram sententiae vim idem *Petavius* non perspexit. *Euseb.* de V. C. III. p. 608. Ὁ Σωτὴρ . . . . τὴν ἑαυτοῦ ἐπιφάνειαν τῷ Ἀβραὰμ ἐπιδαψιλεύσατο· quae vertentem *Valesium* scripsisse credibile videtur, *praesentiae suae copiam Abrahae fecit*, non, quod in editis fertur, *praestantiae*. Ad hanc rationem optime quadrat, qui genitivum, sed hoc in casu accusativo parem, adjunxit *Xenophon* K. Π. Il. p. 29. ἡμῖν δὲ πάντως, ἔφη, οὐ τοῦτο τοῖς φίλοις τοῦτον τὸν ὀλίγου ἀξίου γέλωτος ἐπιδαψιλεύσῃ· ubi pro *liberaliter & copiose fundes*, purissimum Scriptorem usurpasse bene notat *Budaeus*, atque adeo tantundem esse, ac si diceret, *praelarge nobis ridendi materiam praebebis*. Pari structura non infrequens *Xenophontis* imitator *Basilius* Hom. X. p. 85. E. si contumeliosis dictis incessare, aliorum insaniam exercendae tuae virtutis occasionem duces, ὥστε, ἂν ἐμοί ποθεν, καὶ ἐπιδαψιλεύσῃ τὴν ὕβριν· quod quomodo sit capiendum, non melius discere licet, quam ex subjectis exemplis; quorum hoc est primum: ἀφανῆ σε εἶπεν & ἄδοξον & μηδὲν μηδαμόθεν, σὺ δὲ γῆν εἰπὲ & σποδὸν σεαυτὸν, sic ut objectum opprobrium non tantum fatearis, sed majus etiam cumulatiusque tibi convenire libenter agnoscas. Singulari modo, cujus tamen intellectus sit facilis, adhibuit *Origen.* in Cels. IV. p. 229. non prorsus abhorret, ut phoenicis historia sit vera, ἐπιδαψιλευσαμένης τὴν θείαν προνοίαν & οὐ ταῖς ἀληφοραῖς τὸ ζῷον ὠφελῆσαι τοῖς ἀνθρώποις τὸ ποικίλον τῆς & οὐ τῷ κόσμῳ κατασκευῆς. Diversi generis accusativus adjungitur a *Josepho* A. J. XIX, 7. §. 5. Agrippa ἐπιδαψιλεύσατο αὐτῶν (theatri, balneorum &c. Beryti) τὴν καθιέρωσιν μεγαλοπρεπῶς· profusa liberalitate instruxit ornavitque eorum dedicationem: nisi forte malis locutionem in hanc partem accipere; *magnifica liberalitate sumtus dedicationis de suo suppeditavit*. Solet aliquando casu dissimulato poni; quemadmodum apud *Nostrum* ὑπὲρ Εἰκ. c. XIV. tu, Luciane, ceteroquin ad laudes ingerendas nequaquam promtus, nunc οὐδ' ὅπως ἀθρόαν ποιήσῃ τὴν μισαθολὴν ἐπιδαψιλεύόμενος; nisi sede mutata, tametsi res eodem redeat, paulo post ἀναπίμπρας subsequi jubeas καὶ ἐπιδαψιλεύόμενος· quod, ubi eo nos operis ordo deduxerit, considerandum veniet. *Plutarch.* de Mus. p. 1146. E. Soterichus ὅσα & πρὸς θεωρίαν . . . . συντείνει διδάσκων ἡμᾶς ἐπιδαψιλεύσατο. *Philo Jud.* p. 711. C. Moses προδιαλαξάμενος· (non προσδιατ.) ἐπιδαψιλεύεται φάσκων· Interpres: *insuper addit*. Hic ergo loquendi modus quam fuerit, praesertim recentioribus, familiaris, jam satis superque constat: verum rarius occurrit, quem *Noster* usurpat, additus huic verbo casus tertius: quo magis dignum puto, qui animadvertatur, de Andronico homine perditissimo *Synesii* locum Ep. LXXII. Eum ab ecclesia segregaverat Synesius flagitiis insignem: mox deinde, vinci se passus aliorum precibus, hac conditione iterum admisit, ut datam melioris frugis fidem re ipsa repraesentaret, peccatorumque labem vera poenitudine vitaque sanctiore aboleret: ἔδοξε ταῦτα, inquit, καὶ πεῖραν αὐτός τι ἴφη δώσειν & ἡμᾶς λήψεσθαι· δέδωκε & εἰλήφαμεν· ἐπαδαψιλεύσατο τοῖς ὑποθέσεσι τὸ ἀπροσδόκητον. Haec postrema quum *Suidas* tacito Scriptoris nomine protulisset, neque unde sumta forent compertum esset, fieri non potuit, quin versio Latina fingeretur prorsus a recto sensu dissidens: ad exponendum autem usus est eadem formula, καθαπόρως ἔχοντα, quam isti verbo supra junxisse vidimus *Philonem*; quae potestas licet pluribus in locis commode respondeat, hic tamen verior est *Budaei* explicatio, *corollarium etiam & auctarium addidit his sceleribus, ob quae ejectus fuerat ecclesia*: a qua ratione nec *Petavius* discedit: eam quidem *Synesio* fuisse mentem exinde clare conficitur, quod scelera mox enumeret graviora, quibus quum ante vacasset Andronicus nunc semet illigaverat: atque adeo paene par est illud *Firmi* de propudiosa muliercula Ep. XLI. ἀδημίαν ἐκείνου μοχθηρίας ἐπιβαλὼν εἰς τὸ προσθεῖναι ἁμαρτίας ἐφ' ἁμαρτίαις. Obscurior est non ipso sensu, qui satis expeditus, sed ambigua Grammaticae proprietatis facie loquendi ratio apud *Euseb.* H. E. III. c. 23. Menander Simonis magi successor εἰς ἄκρον τῆς γοητείας οὐκ ἐλαττον τοῦ διδασκάλου προελθὼν μείζοσιν ἐπιδαψιλεύεται τερατολογίαις· magnus *Valesius* eum in modum Latine convertit, ut vim huic verbo non mediam se tribui velle, sed passivam ostendat: *pluribus adhuc & absurdioribus figmentis exuberavit*; tanquam si recte dici putasset ἐπιδαψιλεύεσθαι πλούτῳ, τιμαῖς, *abundare divitiis, honoribus*, ac similia; quale genus ego quidem nullis adhucdum exemplis munitum reperi. Idcirco potius dederim: *supra magistrum se profudit in opiniones portentosiores*: diversa nonnihil ratio foret, si legeretur, μείζοσιν ἐπιδαψιλείαις τερατολογίας, *magis auget cumulatque impii doctoris absurda portenta. Gregor. Nyssen.* T. II. p. 35. B. ἀψευδὴς γὰρ ὁ ἐπαγγελόμενος, ὑπὲρ τὴν αἴτησιν ἐπιδαψιλευόμενος (multum enim abest, ut ex ἐπιδαψιλούμενος, quod depravatum editur, cum *Suicero* verbum plane inusitatum constituam ἐπιδαψιλεύοντος)

χρυσὸν ἢ ἄργυρον κομίζων, τίνι τὴν χάριν ἰστέον, ἢ τίνα εὐεργέτην ἀναγραπτέον; MIN. τὸν πέμψαντα, ὦ Σώστρατε· ἄξιον γὰρ ὁ κομίσας ἦν.

ΣΩΣ. Οὐκοῦν ὁρᾷς, πῶς ἄδικα [a] ποιεῖς κολάζων ἡμᾶς ὑπηρέτας γενομένους, ὧν ἡ Κλωθὼ προσέταττε, καὶ τούτους τιμᾷν τοὺς ἀφεληκοτας ἀλλοτρίοις ἀγαθοῖς; εἰ γὰρ δὴ ἐκεῖνο εἰπεῖν ἔχοι τις ἂν, ὡς ἀντιλέγειν δυνατὸν ἦν τοῖς μὴ πάσης ἀνάγκης προστεταγμένοις. MIN. ὦ Σώστρατε, πολλὰ ἴδοις ἂν καὶ ἄλλα εἰκῇ λόγου γινόμενα, εἰ ἀκριβῶς ἐξετάζοις. πλὴν ἀλλὰ σὺ τοῦτο ἀπόλαυσις καὶ ἐπερωτήσεως, διότι εἰ λῃστὴς μόνον, ἀλλὰ καὶ σοφιστής τις εἶναι δοκεῖς. ἀπόλυσον αὐτὸν, ὦ Ἑρμῆ, καὶ μηκέτι κολαζέσθω. ὅρα δὲ μὴ καὶ τοὺς ἄλλους νεκροὺς ἐρωτᾷν τὰ ὅμοια διδάξῃς.

veniat aurum argentumve apportans, utri gratiæ habendæ, beneficiumque acceptum erit ferendum? MIN. Mittenti, Soſtrate; quippe miniſter tantum erat, qui portavit.

3. SOST. Non tu jam vides, quam injuſta facias, qui nos ad ſupplicium condemnes miniſtros eorum, quæ Clotho imperabat, illos contra præmiis & honore adficias, qui adminiſtrarunt aliena bona? illud enimvero dicere quis nequeat, reſiſti potuiſſe rebus, quæ ſumma cum neceſſitate imperabantur. MIN. Soſtrate, multa videas alia non ex ratione fieri, ſi rem accurate explores. Verum tu quidem eum propoſitæ quæſtionis fructum feres, ut non latro ſolum, ſed & ſophiſta videare. Solve illum, Mercuri; pœnaque liber eſto. At cave, ne alios quoque mortuos ſimiles interrogatiunculas proponere doceas.

a Ποιεῖς] Ποιῶν φωνῇ, εἰ κολάσεις μὲ ἡμᾶς ὑ. γ. ὧν ἡ Κ. π. τιμήσεις δὲ τούτους τοὺς δ. B. Quae talia ſunt ut Lucianum auctorem habuiſſe non difficulter credas.

λεῖσθαι) τῇ μεγαλοδωρεᾷ τῶν χρημάτων *qui promiſit Deus mentiri neſcit, & ſupra quam petas largius exaggerat donorum gratioſe tributorum ubertatem.* Ex his intelligi ſatis poteſt, ſive ſententiam *Luciani*, ſeu phraſin ſpectes, parum omnino intereſſe, utrum accipias, *Bene vero factum, Minos, quod exemplo producto largius aliquid adcumulas atque admetiaris*; an, *quod in exemplo propoſito uberius illuſtrando impenſius etiam, atque ipſe fecerim, verſeris.* Utrovis modo ingenio Graeci ſermonis aeque fuerit ſatisfactum. *T. H.*

10. Ποιεῖς κολάζων] Longe aliter Mſ. qui ſic habet: ποιῶν φωνῇ εἰ κολάσεις μὲ ἡμᾶς ὑπηρέτας γενομένους ὧν ἡ Κλωθὼ προσέταττε, τιμήσεις δὲ τούτους. Cur potius hanc Parcam quam aliam nominet, ratio eſt, quia *Moῖραι* alio nomine Κλωθοί. *J. B.*

20. Δοκεῖς] Hoc ſi retineas, ut tempora melius inter ſe congruant, ſcribendum erit ἀπολαύεις· ſin ἀπολαύσεις placuerit, δοκῶ itidem migrare juſſerim in futurum δόξεις. *T. H.*

Me-

Menippus, ſive, Oraculum Mortuorum conſultum.

Μένιππος ἢ [a]Νεκυομαντεία.

MENIPPUS ET PHILONIDES.

ΜΕΝΙΠΠΟΣ ΚΑΙ ΦΙΛΩΝΙΔΗΣ.

MEN.

1. SAlve domus, ædisque veſtibulum meæ: ut te lubens adſpexi luci redditus. PHIL. Nonne hic Menippus eſt ille canis? non hercle alius, niſi hallucinor: plane Me-

ΜΕΝ.

1 Ὦ χαῖρε μέλαθρον πρόπυλά θ' ἑστίας ἐμῆς·
Ὡς ἄσμενός σ' ἐσεῖδον ἐς φάος μολών.
ΦΙΛ. Οὐ Μένιππός ἐστός ἐστιν ὁ κύων;
ἔμεινεν ἄλλος, εἰ μὴ ἐγὼ παραβλέπω
Με-

[a] Νεκυομαντεία] Sic *Fl.* In reliquis Νεκυομαντία, quas cauſa non erat, cur ſequeremur, licet in *Heſychio* idem ſcribendi vitium reperiatur. Semper apud *Thom. Mag.* Νεκυομαντία in Ἀκτῆς· Διαδόσεως· Κάθοδος.

NEKYOMANTIA]. De hoc opuſculo addubito. Certe ſi genuinum ſit, a juniore *Luciano* ſcriptum eſſe multa arguunt critico illo naſo non ſatis digna. Ut enim demus non fugiſſe eum in Dialogis Mortuorum jam ſaepius dicta repetere, cum ad damnatos in infernis ventum eſt, *publicanos* inter eos recenſeri audies, audies *igne torreri* quosdam; *reges ſtipem colligentes*, aut viliſſima quaeque praeſtantes miniſteria; & alia ſcurrae facete & eleganti *Luciano* non ſatis convenientia. Ab aliquo ſcriptum puto, qui *Lucianum* legerat. Scripſerat Menippus inter alia Νεκυίαν *Diogen. Laert.* p. 162. D. Vide an hanc malis *Menippi* quam *Luciani* opus eſſe. Quanquam haec ficta, ſciendum tamen fuiſſe iis temporibus, qui magiae ſerio dabant operam. Vid. *Tacit.* Ann. II, 27. *M. du S.*

1. Ὦ χαῖρε. . .] Ex tragoedia, puto, Euripidis initio: cὺ τῷ Ἡρακλέους δράματι. *G.*

Ὦ χαῖρε] Euripides in Herc. Fur. v. 523. Χαῖρ' ὦ μέλαθρον. *J.Br.*

Χαῖρε] Hoc omne principium ex *Euripide* & *Homero*, ut ipſe ait fine hujus paginae. Jambi ex *Eurip.* Hecuba. *J.B.*

2. Ἐς φάος] *Ad lucem, ad ſuperos.* *J.Br.*

3. Ὁ κύων] Cynicus. *J.Br.*

4. Εἰ μὴ ἐγὼ παραβλέπω Μενίππους ὅλους] Philonidae verba ſunt corruptiſſima: εἰ Μένιππος ἐστός ἐστιν ὁ κύων; οὔμενουν ἄλλος, εἰ μὴ ἐγὼ παραβλέπω Μενίππους ὅλους. Vertit *Thomas Morus: Num nam hic Menippus eſt, canis ille? Non hercle alius, niſi ego forte ad Menippos omnes hallucinor.* Interpolator autem Salmurienſis: *Nonne hic Menippus canis eſt ille? non hercle alius, niſi hallucinor omnes pro Menippis accipiens.* Sed quis Graece doctus intelligat, quid ſit παραβλέπειν Μενίππους ὅλους, aut qui ſuſtineat affirmare, id ſignificare haec verba, quod volunt interpretes? *Luciani* manus eſt: Οὐ Μένιππος ἐστός ἐστιν ὁ κύων; οὔμενουν ἄλλος, εἰ μὴ ἐγὼ παραβλέπω. Μένιππος ὅλος. *Nonne hic Menippus eſt ille canis? non hercle alius, niſi male video. Menippus ipſe eſt.* Μένιππος ὅλος eſt idiotiſmus Atticus, quo ufus etiam eſt in dialogo Diogenis & Herculis: οὐχ Ἡρακλῆς ἐστός ἐστιν; οὔμενουν ἄλλος, μὰ τὸ Ἡρακλέα· τὸ τόξον, τὸ ῥόπαλον, ἡ λεοντῆ, τὸ μέγεθος· ὅλος Ἡρακλῆς ἐστίν· *An non Hercules hic eſt? non alius mehercule. Arcus, clava, leonina, magna ſtatura. Ipſe Hercules eſt.* *J.G.G.*

Παραβλέπω Μεν. ὅλους] Graece dicitur παραβλέπειν Μενίππους ὅλους, ut λημᾶν ὅλως κολοκύνθας, *totas cucurbitas lippire*; eſtque *hallucinari in toto Menippo.* Opponitur ejusmodi hallucinatio viſus in re magna & craſſa errori in re parva, qui facile poteſt irrepere in judicia noſtra. Itaque nihil mutandum; neque ad rem facit exemplum a *Graevio* allatum, quod diſſimile eſt: memorantur enim in eo partes habitus Herculis, clava, leonina, ſtatura: hic vero nulla enumeratio partium. Quin & ornatus Menippi diverſus deſcribitur ab eo, qui ſolebat eſſe. *J.C.*

Παραβλέπω Μεν. ὅλους] *D. Heinſius* ad *Horat.* I. Sat. III, 25. quum recte monuiſſet ibi pro *pervideas* legendum eſſe, *praevideas*, addit: *Praevidere* eſt *praetervidere*, παρορᾶν, ut παραβλέπειν Luciano: ὅλους Μενίππους παραβλέπειν· *cum mala tua praevideas*, id eſt, *in videndis iis coecutias.* Ergo nihil *Heinſio* fuit in vulgata lectione duri: mihi ſecus videtur, qui optimo *Graevio* lubens accedo: nam nihil eſt eo exemplo alienius, quod firmandae loquendi formulae gratia produxit *Clericus.* Non animadverſa fuit in παραβλέπω duplex ſignificandi virtus; una *praevidendi, praetervidendi*, quomodo caſum quartum adſciſcit; ut in illo poëtae veteris dicto, τ' ἀλλότριον ἀξυνετοῦν, τὸ ἴδιον παραβλέπειν atque inde *ſpernendi*; πάντα τ' ὄγκον ὀνασσίας ἐκείνης εἶντ' ἰδεῖν παραβλέπεντα Gregor. *Nyſſ.* T. II. p. 314. A. altera *male videndi, videndo aberrandi*; quae hujus eſt loci, accuſativique ſtructuram reſpuit: ſic in *Gloſſis Allucinor* & *Hallucinor* eſt παραβλέπω. *T.H.*

5. Μέ-

Μενίππους ὅλους. [a] τί δ' αὐτῷ βούλεται τὸ ἀλλόκοτον τοῦ σχήματος, πῖλος, καὶ λύρα, καὶ [b] λεοντῆ; προσιτέον δὲ ὅμως αὐτῷ. χαῖρε, ὦ Μένιππε, καὶ πόθεν ἡμῖν [c] ἀφῖξαι; πολὺν γὰρ χρόνον οὐ πέφηνας ἐν τῇ πόλει.

ΜΕΝ. Ἥκω νεκρῶν κευθμῶνα, καὶ σκότου πύλας Ἀιπὼν, ἵν' ἄδης χωρὶς ὤκισται θεῶν.

ΦΙΛ. Ἡράκλεις, ἐλελήθει Μένιππος ἡμᾶς ἀποθανών· κἄτ' ἐξ ὑπαρχῆς ἀναβεβίωκεν;

ΜΕΝ. Οὐκ, ἀλλ' ἔτ' [d] ἔμπνουν ἀΐδης μ' ἐδέξατο.

ΦΙΛ. Τίς δ' ἡ αἰτία σοι τῆς καινῆς καὶ ἀδόξου ταύτης ἀποδημίας;

ΜΕΝ. Νεότης μ' ἐπῆρε, καὶ θράσος [e] τοῦ νεῶ πλέον.

ΦΙΛ. Παῦσαι, μακάριε, τραγῳδῶν, καὶ λέγε οὕτωσί πως ἁπλῶς καταβὰς ἀπὸ τῶν ἰαμβείων. τίς ἡ στολή; τί σοι τὸ κάτω πορείας ἐδέησεν; ἄλλως γὰρ οὐκ ἡδεῖά τις, οὐδὲ ἀσπάσιος ἡ ὁδός.

Menippus ipſe eſt. Quid autem ipſi vult inſolens habitus, pileus, lyra, leonina pellis? quippe adeundum eſt ad illum. Salve Menippe: & unde tu nobis adveniſti? jam enim multo abhinc tempore non viſus es in urbe. MEN. Venio mortuorum receſſu, caliginisque infernæ portis relictis, ubi Orcus procul a Diis ſedem nactus eſt. PHIL. Hercules tuam fidem: nobis ignaris mortem Menippus obierat; tumque denuo rediit in vitam? MEN. Non: ſed etiam me ſpirantem inferna regio recepit. PHIL. At quæ cauſa tibi fuit novæ & fidem ſuperantis hujus peregrinationis? MEN. Juventus me impulit, atque audacia magis quam prudens mentis conſilium. PHIL. Deſine, vir bone, tragicos numeros recitare, & dic ita ſimpliciter pedeſtri ſermone, ubi deſcenderis a jambis, quis ille ſit ornatus? quid tibi itinere ad inferos ſuſcipiendo opus fuerit? eſt enim alioquin haud jucunda, neque expetenda via.

MEN.

[a] Τί δ' αὐτῷ] Τί ἂν ἀ. P. *J.* & margo *AiW.* [b] Λεοντῆ] Λεοντῆ *F. Ai. J.* pro more veterum Edd. Eadem alibi variatio. [c] Ἀφῖξαι] Ἀφίξαι *F.* ἀφῖξε *J.* verum recte ἀφῖξαι *Ai.* quod reliquae ſecutae. [d] Ἔμπνουν] Ζῶντα P. Margo *AiW.* Eſt interpretatio genuinae vocis. [e] Τοῦ νεῶ] Ita G. P. L. *J. V2.* In ceteris Edd. τοῦ νέου, niſi quod in *P. Bourdelotius* dederit τι νέου. Pro θράσος *Stobaeus* habet σθένος.

5. Μενίππους ὅλους] *Omnes Menippos.* *J. Br.*

6. Πῖλος] Perperam vertitur *clava*, cum verti debeat *pileus*: nam quia Ulyſſes, Hercules & Orpheus ad inferos deſcenderant, dat Menippo *pileum*, ut Ulyſſem, *leonis exuvias*, ut Herculem, & *lyram*, ut Orphea referret: id quod recte obſervavit *Alb. Ruben.* de Re Veſt. lib. II. c. 15. *L.B.*

Πῖλος] Hic & infra ridicule Interpres *clavam* vertit, quod nunquam vox Graeca ſignificavit. Peccaſſe videtur, quia exiſtimavit ornatum Menippi per omnia Herculeo ſimilem eſſe oportere. Atqui hic ornatus deſumtus erat a tribus heroïbus, qui in inferos deſcenderunt. Herculem referebat pellis leonina, Orpheum lyra, Ulyſſem vero πῖλος, hoc eſt, pileus, ſeu petaſus, quali utebantur viatores, & quali proinde uſus credebatur Ulyſſes, qui tot itinera fecerat. Vide infra c. VIII. *J.C.*

Πῖλος] V. c. 8. ubi cur iſta geſtaret, narrat. *M. du S.*

10. Ἥκω νεκρῶν κευθμ.] *Euripides* in Hecuba v. 1. *J. Br.*

Ἥκω νεκρῶν κευθμῶνα] Hos verſus ſic transtulit *Ennius*:

Adſum atque advenio Acherunte vix, via alta aſque ardua
Per ſpeluncas ſaxeis ſtructas aſpereis pendentibus
Maxumeis, ubi rigida conſtat caligo inferum.

J.B.

Ἥκω] Hecubae *Euripidis* initium, quod parodia riſit *Ariſtophanes* in Fragm. apud *Athen.* p. 112. E. *Ennii* verſionem exhibet *Cicer.* Tuſcul. I, 16. *M. du S.*

14. Οὐκ ἀλλ'. . .] Ex *Euripide* iterum; ſed locus aut periit, aut me fugit. *M. du S.*

Ibid. Ἀΐδης μ' ἐδέξατο] Ipſius *Euripidis* verſiculus: & is quoque, καὶ θράσος τοῦ νέου (τοῦ νεότητος) πλέον. *J. Br.*

Ἀΐδης] Scribendum videtur Ἀΐδωνεὺς, ut ſtet ſenarius. *F.G.*

17. Νεότης . . . τοῦ νέου] Et hic ſenarius eſt: τὸ νεῦ poſtulat ſenarius & ſententia praeterea. *F.G.*

Νεότης] Fragmentum Andromedae *Euripidis* p. 451. v. 23. *M. du S.*

Ibid. Τοῦ νέου πλέον] Καὶ θράσος τοῦ νέου πλέον. *Th. M.*

Τοῦ Νέου] In hoc verſu *Tragici*:

Νεότης μ' ἐπῆρε, καὶ θράσος τοῦ νέου πλέον.

lege

MEN. Amicorum ſuaviſſime, negotium me neceſſarium deduxit ad Orci domos, umbram ut conſulerem Thebani Tireſiæ. PHIL. At tu plane deliras: aliter enim non ita modulatos verſus occentares hominibus amicis. MEN. Ne mirere, mi ſodalis: nuper enim Euripidem & Homerum quum convenerem, neſcio quo pacto repletus ſum verſibus, & ſponte ſua mihi numeri in os veniunt.

2. Verum dic mihi, ut ſe res in terris habeant, & quid faciant in urbe? PHIL. Nihil quidem novi, ſed perinde atque antehac rapiunt, pejerant, ſordide fœnerantur, uſuras extendunt. MEN. Miſeros atque infelices; ignorant enim, qualia nuper admodum ſancita ſint apud inferos, & qualia ſint perlata cunctis ſuffragiis ſcita adverſus divites, quæ ſane per Cerberum nullis machinis effugere licebit. PHIL. Quid ais? novumne aliquod factum eſt ab inferis decretum de ſuperis, qui hic ſunt. MEN. Per Jovem ſane multa: verum fas non eſt illa efferre ad omnes, neque ar-

MEN. Ὦ φιλότης, χρειώ με κατήγαγεν εἰς ἀΐδαο,
Ψυχῇ χρησόμενον Θηβαίου Τειρεσίαο.
ΦΙΛ. Οὕτω, [f] ἀλλ' ἢ παπαίεις· ὑ γὰρ ἂν ἔτως ἐμμέτρως ἐρραψῴδεις πρὸς ἄνδρας φίλους. MEN. μὴ θαυμάσῃς, ὦ ἑταῖρε· νεωστὶ γὰρ Εὐριπίδῃ τε καὶ Ὁμήρῳ συγγενόμενος, οὐκ οἶδ' ὅπως ἀνεπλήσθην τῶν ἐπῶν, καὶ αὐτόματά μοι τὰ μέτρα ὑπὸ τὸ στόμα ἔρχεται.
Ἀτὰρ εἰπέ μοι, πῶς τὰ ὑπὲρ γῆς ἔχει, καὶ τί ποιοῦσιν ἐν τῇ πόλει; ΦΙΛ. Καινὸν οὐδέν, ἀλλ' οἷα καὶ πρὸ τοῦ, ἁρπάζουσιν, ἐπιορκοῦσι, τοκογλυφοῦσιν, ὀβολοστατοῦσιν. MEN. Ἄθλιοι, καὶ κακοδαίμονες· ὑ γὰρ ἴσασιν οἷα ἔναγχος κεκύρωται τοῖς κάτω, καὶ οἷα κεχειροτόνηται τὰ ψηφίσματα κατὰ τῶν πλουσίων, ἃ, μὰ τὸν Κέρβερον, οὐδεμία μηχανὴ [g] τοῦ ἀφυγεῖν αὐτούς. ΦΙΛ. Τί φῄς; δέδοκταί τι νεώτερον τοῖς κάτω περὶ τῶν ὧδε; MEN. Νὴ Δία καὶ πολλά. ἀλλ' οὐ θέμις ἐκφέρειν αὐτὰ πρὸς ἅπαντας, οὐδὲ τὰ ἀπορ-

f Ἀλλ' ἢ] Ἀλλ' ἦ L. J. Margo *Alii.* ἄλλως P. g Τοῦ] Τὸ P. Margo *Alii.* Modo οὐδὲ μία F. ut fieri ſaepe ſolet in primis Edd.

lege ex Mſ. Νεότης μ' ἐκίνησε, καὶ θράσος τοῦ νοῦ πλέον.

Novitas rei me incitavit, & audacia animo magis. J.G.G.

Τοῦ νοῦ] Sic omnino legendum cum Ed. J. & Mſſ. Gr. P. L. Alii omnes Codd. mendoſe aut τοῦ νόου, aut τοῦ νεοῦ. Repudiavimus autem θράσον Mſ. Gr. ut mendoſum manifeſte. Recte legitur apud *Grot.* Flor. 201. AB. M. du S.

19. Κατ. ἀπὸ τ. ἐμβολίων] Quos in ſcena proferentes hiſtriones altioribus cothurnis incedunt. J. Br.

Καθιβὰς ἀπὸ τ. ἐμβολίων] *Apul.* Metam. I. p. 7. *Oro te, inquam, aulaeum tragicum dimoveto, & ſiparium ſcenicum complicato, & cedo verbis communibus:* ibi *Pricaeus* hunc locum, & plura ſententiae ſimilis adnotavit. Recte vero jubet καταβαίνειν ἀπὸ τ. ἐμβολίων, quem ſublimiore velut jamborum curru vectum deſcendere vult ad orationem pedeſtrem, atque adeo tanquam pedibus incedentem familiari more colloqui: verſus autem quaſi vehiculum aliquod orationis ſpectari obſervavimus ad p. 32. Interpunctione, quae cunctis in Edd. poſt ἐμβολίων invenitur, ſublata jungere licet haud incommode, λέγε ὅτωσί πως ἁπλῶς τίς ἡ σοφή; T.H.

23. Χρειώ μι κ.] *Homerus* Od. Λ, 163. J. Br.

Χρειώ] Monuit etiam *Hartung.* Theſ. Crit. T. II. p. 698. T.H.

26. Ἀλλ' ἢ] Hoc accentu, qui plerarumque eſt Edd. ſervato ſenſus erit oratione directa, *At tu profecto deliras:* verum ſi cum Juntina circumflectas ἀλλ' ᾖ, interrogationem dabit, *Heus tu, num deliras?* In his alibi quoque variatum; ut in principio Gorgiae Platonici, Ἀλλ' ᾖ, τὸ λεγόμενον, κατέπτης ἑορτῆς ἥκομεν; *Suidas* agnoſcit ἀλλ' ἦ, accipitque pro ἀλλ' ἄρα, vel ſimplici ἄρα, ſicuti monuit *H. Stephan.* Th. G. L. T. I. p. 337. F. T.H.

35. Ὀβολοστατοῦσι] Hoc eſt, δανείζουσι. Imitatus eſt Auctor Comicum, qui hoc verbo ita uſus eſt in Nub. v. 1154. ubi *Schol.* exponit per δανείζειν, & ὀβολοστάτης per δανειστής. L.B.

Scholiaſtes ille *Biſetus* eſt, qui *Suidam* deſcripſit. T.H.

Ὀβολοστατοῦσι] Vide *Heſych.* & *Etymol. M.* A.V.

37. Παρὰ τοῖς κάτω] *A manibus:* infra eſt in pſephiſmate, δέδοκται τῇ βουλῇ καὶ τῷ δήμῳ. J. Br.

ἀπορρήτα ἐξαγορεύειν, μὴ καί τις ἡμᾶς [a] γράψηται γραφὴν ἀσεβείας ὅτι ᾧ Ῥαδαμάνθυ. 45

ΦΙΛ. Μὰ Δία, ὦ Μένιππε, πρὸς γοῦν Διὸς, μὴ φθονήσῃς τοῦ λόγου φίλῳ ἀνδρί. πρὸς γὰρ εἰδότα σιωπᾶν ἐρεῖς· τάτ' ἄλλα καὶ πρὸς [b] μεμυημένον. MEN. Χαλεπὸν μὲν ἐπιτάττεις τὸ ἐπίταγμα, καὶ ὅ πάντη ἀσφαλές· πλὴν ἀλλὰ σῦτε ἕνεκα τολμητέον. ἔδοξε δὴ τοῖς πλουσίοις τούτοις, καὶ πολυχρημάτοις, καὶ τὸ χρυσίον κατάκλειστον, ὥσπερ τὸν Δανάλου, φυλάττουσιν. ΦΙΛ. Μὴ πρότερον εἴπῃς, ὦ γαθὲ, τὰ δεδογμένα, πρὶν ἐκεῖνα διελθεῖν, ἃ μάλιστ' ἂν ἡδέως ἀκούσαιμί σου, ἥτις αἰτία σοι τοῦ καθόδου ἐγένετο, τίς δὲ ὁ τῆς πορείας ἡγεμών· εἶθ' ἑξῆς ἅτε εἰδὼς, ἅτε ἥκουσας παρ' αὐτοῖς. εἰκὸς γὰρ δὴ φιλόκαλον ὄντα σε μηδὲν τῶν ἀξίων θέας ἢ ἀκοῆς παραλιπεῖν.

MEN. Ὑπουργητέον καὶ ταῦτά σοι. τί γὰρ ἂν καὶ πάθοι τις, ὁπότε φίλος ἀνὴρ βιάζοιτο; καὶ δὴ πρῶτά σοι δίειμι τὴν γνώμην τὴν ἐμὴν, καὶ ὅθεν [c] ὡρμήθην πρὸς τὴν κατάβασιν. ἐγὼ γὰρ, ἄχρι μὲν οὐ παισὶν ἦν, ἀκούων Ὁμήρου καὶ Ἡσιόδου πολέμους, καὶ γάσεις διηκανα evulgare, ne quis etiam nobis dicam ſcribat impietatis apud Rhadamanthum. PHIL. Ne tu, Menippe, per Jovem ullo pacto invideas hosce ſermones homini amico: ad eum, qui tacere ſciat, dixeris; prætereaque ad initiatum. MEN. Difficile quidem mandas mandatum: neque usquaque tutum: attamen tui gratia audendum eſt. Viſum igitur eſt divites illos, ac pecunioſos, qui aurum occluſum, tanquam Danaën, ſervant. PHIL. Ne prius dixeris, o bone, quæ decreta ſunt, quam iſta fueris perſecutus, quæ libentiſſime audiverim ex te; quæ cauſa tibi deſcenſus conſtiterit, quisque fuerit itineris dux? tum deinde quæ viſu, quæque auditu acceperis apud eos: quippe credibile eſt te hominem elegantem nihil eorum, quæ videri audirique merebantur, prætermiſiſſe.

3. MEN. Hæc etiam opera tibi navanda eſt: quid enim aliquis faciat, quando blande vir amicus cogit? Jamque primum tibi enarrabo conſilium meum, & unde impetum deſcendendi ad inferos ceperim. Equidem dum adhuc in pueris eram, audiebamque Homerum & Heſiodum bella

&

[a] Γράψεται] Γράψηται P. *alii.* [b] Μεμυημένον] Μεμυημένων vitioſe in B2. & P. Vide *Lucian. Εἰκ.* c. XI. [c] Ὡρμήθην] Ὁρμήθην F.

44. Γράψῃται γρ. ἀσεβείας] Vid. *Κατάπλ.* c. XVIII. Dabatur autem impietatis actio non tantum ob religionem violatam, ſed etiam adverſus eos, qui myſteria vulgaſſent; quae quoniam ad Regis ſacrorum curam pertinebant, ideo δίκαι ἀσεβείας πρὸς τὸν Βασιλέα λαγχάνονται, ut conſtat ex *Poll.* VIII, 90. & *Harpocr.* in Ἡγεμονία δικαστηρίου. Hic porro ad Areopagitas, quorum erant partes de religione rebusque ſacris cognoſcere, cauſam deferebat, poſitaque corona inter judices ipſe adſidebat. De AEſchyli periculo, quum variis in fabulis myſteria paulo imprudentius attigiſſet, egregia notat Enarrator Anonymus Ethic. Nicom. *Ariſtot.* f. 40. Ὁ κατὰ τῶν φιλοσόφου τὴν τοῦ ἀσεβείας γραφὴν ἀπενεγκάμενος *Athen.* XV. p. 696. A. quod in eadem hiſtoria dicitur a *Diogen. L.* V, 5. Φεύγουσης ποτὲ αὐτῆς (Aſpaſia) γραφὴν ἀσεβείας *Athen.* XIII. p. 589. E. Ex his liquet, quam perſonam hic Rhadamanthus ſuſtineat. *T.H.*

47. Μὰ φθονήσῃς] *Arrian.* A. A. VI. p. 272. Μὴ δῆτα φθονήσῃς μοι τῶν μυημάτων ibi cum pluribus iſta *Lu-*

ciani Fac. Gronovius adduxit. Saepe de ſermone libenter atque amice communicando ſolet poni: *Dio Chryſ.* p. 558. D. σὺ ἡμῖν σαφῶς εἰπὲ, καὶ μὴ φθονήσῃς. Dicemus ad B. Πρ. c. XXI. quo loco ſimul occurrit ſolemnis formula, ἀλλ' εὐδεὶς φθόνος. *T.H.*

53. Ὥσπερ τὸν Δανάλου] Similiter, ut *Lucianum* agnoſcas, in Tim. §. 13. *T.H.*

57. Ἥτις αἰτία σοι] Aliter legiſſe *Thomas Magiſter* videtur V. κάθοδος, τίς ἡ ἐπίνοια σου. *M. du S.*

Ἥτις αἰτία σοι] Non parum diſtat, quod praebet *Thomas Mag.* in Κάθοδος, τίς ἡ ἐπίνοιά σου τοῦ καθόδου ἐγένετο quae ſane lectio ſi membranarum teſtimonio commendaretur, minime videri poſſet repellenda. *T.H.*

62. Τί γὰρ ἂν καὶ πάθοι τις] Iisdem paene verbis leguntur in Ἐπικτ. c. II. utraque loca per errorem commiſcuit *Th. Gataker.* ad *Antonin.* XII. §. 16. Forma nonnihil immutata in Charid. c. IV. *T.H.*

64. Δίειμι] *Commemorabo.* *J. Br.*

66. Ἐν παισὶν ἦν] *Th. Gataker.* ad *Antonin.* I. §. 6. poſt-

& factiones narrantes non ſolum ſemideorum, ſed ipſorum etiam Deorum, prætereaque eorum adulteria, vim, raptus, judicia, parentum expulſiones, fratrum nuptias, cuncta illa ducebam eſſe honeſta, nec mediocriter ad ea commovebar. Ubi vero virilem ætatem ingredi cœpi, e contrario tum leges audiebam, quæ pugnantia poëtarum præceptis jubebant, non mœchari, neque ſeditiones excitare, nec rapere. In magna igitur verſabar hæſitatione, ignarus quid me facerem: neque enim Deos unquam arbitrabar mœchatos fuiſſe, mutuisve ſeditionibus colliſos, niſi has res honeſtas eſſe judicaſſent; nec rurſus legislatores his contraria præcipere, niſi ea conducere putaſſent.

γεμένων ὐ μόνον τ̃ ἡμιθέων, ἀλλὰ ϗ αὐτ̃ ἤδη τ̃ θεῶν, ἔτι δὲ ϗ μοιχείας αὐτ̃, ϗ βίας, ϗ ἁρπαγὰς, ϗ δίκας, ϗ πατέρων ἐξελάσεις, ϗ ἀδελφῶν γάμους, πάντα ταῦτα ἡγούμην εἶναι καλὰ, ϗ ὐ παρέργως ἐχιυούμην πρὸς αὐτά. ἐπεὶ δὲ εἰς ἄνδρας τελεῖν ἠρξάμην, πάλιν αῦ ἐνταῦθα ἤκουον τ̃ νόμων τὰναντία τοῖς ποιηταῖς κελευόντων, μήτε μοιχεύειν, μήτε στασιάζειν, μήτε ἁρπάζειν. ὐ μεγάλη ἦν [d] καθιστήκειν ἀμφιβολία, ὐκ εἰδὼς ὅ, τι χρησαίμην ἐμαυτ̃. εἴτε γὰ τὺς θεὺς ἄν ποτε ἡγούμην μοιχεῦσαι ϗ στασιάσαι πρὸς ἀλλήλυς, εἰ μὴ ὡς δεῖ καλῶν τύτων [e] ἐγίνωσκον· εἶτ' ἂν τὺς νομοθέτας τἀναντία τύτοις φθέγγεσθαι, εἰ μὴ λυσιτελεῖν ὑπελάμβανον.

4. Quoniam itaque incertus hærebam, viſum mihi fuit, ut ad eos, quos vocant philoſophos accederem, meque ipſum traderem, ac rogarem, me quo vellent modo uterentur, & viam aliquam vitæ ſimplicem ac tutam mihi præmonſtrarent: hoc animo adibam eos, minime proſpiciens fore, ut in ipſum, quod aiunt, ignem ex fumo me

Ἐπεὶ δὲ διηπόρουν, ἔδοξέ μοι ἐλθόντα πρὸς τὺς καλυμένους τύτους φιλοσόφους, ἐγχειρίσαί τε ἐμαυτὸν, ϗ δεηθῆναι αὐτ̃ χρῆσθαί μοι ὅ, τι βέλτιστο, καί τινα ὁδὸν ἁπλῆν ϗ βεβαίαν [f] ὑποδεῖξαι τ̃ βίυ. ταῦτα μὲ δὴ φρονῶν προσήειν αὐτοῖς· ἐλελήθειν δ' ἐμαυτὸν ἐς αὐτό φασι τὸ πῦρ ἐκ τ̃ καπνῦ βιαζό-

d Καθιστήκειν] Καθιστάκειν *J.* & mox ὅτι *F.* e Ἐγίνωσκον] Ἐγίγνωσκον *F.* f Ὑποδεῖξαι] Παραδεῖξαι C.

88. Παραδεῖξαι τῦ βίου] Γρ. ὑποδεῖξαι. *G.*

90. Ἐς αὐτό....] Παροιμίας * πῦρ ἐκ τ̃ καπνοῦ βιαζόμενον. *G.*

* Πῦρ ἐκ τ̃ κ.] Adſcripſit *M. du Soul:* corrupte. Labes facile tolli poteſt, ſi refingas, ἐκ τὸ πῦρ ἐκ τ̃ καπνῦ βιαζόμενον vel forte, quoniam aliquid omiſſum conſtat, plenius, εἰς τὸ ἐκ. i. τ̃ κ. βιαζόμενον ἐμπίπτειν, aut ἐπάλλεσθαι. *T. H.*

poſtquam monuiſſet pro eo, quod apud *Herodianum* fit ἐκ παιδὸς, *a pueritia*, *Lucianum* etiam dixiſſe ἐκ παισὶν, adjungit: *quanquam ibi* ἐκ παισὶν εἶναι *poteſt verti*, inter pueros verſari, e puerorum numero eſſe; quod ea conditione libens concedo, ut pucrilis aetas ſimul intelligatur; nam mox ſequitur, ἐπεὶ δὲ εἰς ἄνδρας τελεῖν ἠρξάμην, *ubi juvenibus adnumerari coepi, atque adeo juvenilem aetatem attigi.* Perinde ſolent ἐκ παιδὸς & ἐκ παίδων inter ſe commutari, ut pluribus ipſe docet. *T. H.*

67. Πολέμους] *Baſil.* De leg. Gr. lib. *Grot.* Ed. 87. Πάντων δὲ ἥκιστα περὶ θεῶν τι διαλεγομένοις (Poëtis) προσέχομεν, ϗ μάλιστ' ὅταν ὡς περὶ πολλῶν τε αὐτῶν διαλέγωνται, ϗ τούτων ὐδὲ ὁμονοούντων· ἀδελφὸς γὰ δὴ παρ' ἑκάτοις διαφερεται πρὸς ἀδελφὸν, ϗ γονεὺς πρὸς παῖδας· ϗ τούτοις αὖθις πρὸς τοὺς τεκόντας πόλεμός ἐστιν ἀκήρυκτος. Μοιχείας δὲ θεῶν ἐ ἁρπάσεις ἐ μίξεις ἀναφανδὸν, ϗ ταύτας γε μάλιστα τ̃ κορυφαίου πάντων ἐ ὑπάτου Διὸς, ὡς αὐτοὶ λέγουσι, ὰς κἂν περὶ βοσκημάτων τις λέγων ἐνθυμίαισιν, τοῖς ἐπὶ σκηνῆς καθαλείψομεν *Clem. Alex.* p. 14. B. Immo antiquiſſimus Xenophanes Colophonius idem ei inſtituto in iis redarguit, teſte *Diogen. Laërt.* II, 46. cujus operis fragmentum habemus apud *Sextum Empir.* adv. Mathem. I. p. 57. & lib. VIII. 341.

Πάντα θεοῖς ἀνέθηκαν Ὅμηρος Ἡσίοδός τε
Ὅσσα παρ' ἀνθρώποισιν ὀνείδεα ἐ ψόγος ἐστὶν,
Κλέπτειν, μοιχεύειν τε, ϗ ἀλλήλους ἀπατεύειν.
M. du S.

90. Ἐς αὐτό &c.] Senarius proverbialis eſt, Καπνὸν γε φεύγων εἰς πῦρ ἐμπέπτωκα. *A. V.*

Ἐς αὐτὸ, φασὶ, τὸ πῦρ &c.] Non praeteriit *Eraſmum* in Adag. *Fumum fugiens in ignem incidi.* Vide *Diogenian.* C. VIII. n. 45. *T. H.*

ζόμην. ἐνταῦθα γὰρ δὴ τούτοις μάλιστα εὕρισκον ἐπισκοπῶν τὴν ἀγνοιαν, καὶ τὴν ἀπορίαν πλείονα· ὥστέ μοι τάχιστα χρυσῆν ἀπέδειξαν ἔτοι τὴν τῶν ἰδιωτῶν βίον. ἀμέλει ὁ μὲν αὐτῶν παρήνει τὸ πᾶν ἥδεσθαι, καὶ μόνον τοῦτο ἐν παντὸς μετιέναι· τοῦτο γὰρ εἶναι τὸ εὐδαιμον. ὁ δέ τις ἐμπαλιν, πονεῖν τὰ πάντα, καὶ μοχθεῖν, καὶ τὸ σῶμα καταναγκάζειν, ῥυπῶντα, καὶ αὐχμῶντα, καὶ πᾶσι δυσαρεστοῦντα, καὶ λοιδορούμενον, συνεχὲς ἐπιῤῥαπτῶν τὰ πάνδημα ἐκεῖνα τοῦ Ἡσιόδου περὶ τῆς ἀρε-

inferrem : etenim apud hoſce maxime inveniebam, re conſiderata, inſcitiæ dubitationisque plus ; adeo ut cito aurum eſſe perſuaderent idiotarum vitam. Ecce enim hic eorum præcipiebat omnino voluptati indulgere, idque ſolum omni modo perſequi ; nam ea in re ſitam eſſe felicitatem : ille contra, in labore perpetuo verſari, corpusque contundere ſordidum & ſqualentem, cunctis offenſum & convicia ingerentem, dum continuo inculcat illa pervulgata Heſiodi de virtute carmina, ſudoremque,

95. Τὸ πᾶν ἥδεσθαι] Ὁ Ἐπίκουρος. G.

97. Πονεῖν τὰ πάντα] Διογένης. G.

93. Χρυσῆν ἀπέδειξαν &c.] Abſurde haec verſa ſunt: tu verte: *Itaque hi quamprimum effecerunt, ut aurea* (hoc eſt, beata) *mihi videretur ignarorum vita.* Nam ἰδιώτης oppoſitus philoſopho eſt *imperitus*, non *privatus*. Simile peccatum eſt c. XXI. *J.C.*

Χρυσῆν ἀπέδειξαν] Ego cur χρυσὸν eſſe reponendum exiſtimem, rationem dicam. Proverbium apud veteres fertur, quo mala quaecumque, ſi ad longe deteriora, quae ſuccedunt, comparentur, χρυσοῦν δόξει, φανῆναι, *purum putum aurum videri* adfirmant. Χρυσοῦν ἀποδεῖξαι τὴν ἀμπροσθεν τυραννίδα dicitur aliquis, qui priorem tyrannidem crudelitate ac flagitiis multum vincit, atque efficit, ut qui peſſimus ante viſus fuerat rerum ſtatus, nunc pro tolerabili & optando expetatur. *Eunapii* Excerpta p. 20. D. Scytharum inopinatus in Thraciam & Macedoniam incurſus tam ſtupendas clades intulit, ὥστε χρυσοῦν ἀποδειχθῆναι πρὸς τὰ Θρᾴκια πάθη τὴν Μυσῶν παροιμιώδη λεπίδα· ad quae de hac Graeci ſermonis, ut ait, elegantia, quam minime perſpexerat Interpres *Cantoclarus*, etſi *Valeſius* egregia tradiderit, conabitur tamen eruditiſſimi Viri curam nitidius expolire. Atque *Eunapium* quidem in primis iſto loquendi genere fuiſſe delectatum non ex iis tantum locis, quae *Valeſius* adnotavit, ſed ex pluribus etiam, quae ſuppeditat idem *Suidas*, eſt compertum: nam eorum, quae leguntur in Ἐπιτέλευσιν, Ἔχετας, Φῆστος, ſtylus vel ſolus auctorem prodit: quod binis poſterioribus extat, Feſtus in Aſiam proconſulari poteſtate mittitur τὴν ποιητικὴν δὲ μυθῳδίαν Ἔχετον . . . . χρυσοῦν ἀποδείξων δὲ παίγνιον, plane coloris eſt Eunapiani; neque minus, quod in primo vocabulo adfertur, τοσαῦτα δὲ τοιαῦτα ἐπίκλυσε κακὰ, ὥστε χρυσοῦς ἂν αὐτοῖς δὲ λιθικὴ τις ἡμέρα κρατῆσαι τοὺς Βαρβάρους, *ut barbaros victis Romanis rerum potiri aurum iis fuerit & dies albo ſignanda lapillo:* quem ſenſum haud ſcio an Interpres ſatis perviderit. Secutus autem fuit veteſtiores, a quibus idem proverbium, paulo tamen parcius, uſurpatur: *Plutarch.* Sertor. p. 570. D. Bello finito Cinna & Marius eum in modum libidinem exemplis amariſſimae crudelitatis exſatiarunt, ὥστε χρυσοῦν ἀποδεῖξαι Ῥωμαίοις τὸν τοῦ πολέμου καιρόν. in Timol. p. 241. B. Callippus & Pharax χρυσοῦν ἔδειξαν τὴν Σικελίᾳ τὰς ἐν τῇ τυραννίδι συμφορὰς· ubi malim ſane propter uſum perpetuum ἀπέδειξαν. Porro quod *Conon* ſcripſit a *Valeſio* non praeteritum Narrat. XIII. AEthillam perſuaſiſſe Trojanis mulieribus captivis, ut incenſis navibus ſuae ſaluti conſulerent, dicendo ὡς, εἰ ἀφίκοιτο σὺν τοῖς Ἕλλησιν εἰς τὴν Ἑλλάδα, χρυσοῦς ἂν αὐταῖς δόξειε τὰ τῶν Τροίας κακὰ, totum eſt ab *Euripide* ſumtum in Troad. v. 432. ubi Caſſandra, Ὦ χρυσοῦς, inquit, αὐτῷ τάμοὶ δὲ Φρυγῶν κακὰ δόξει ποτ' εἶναι — Hunc autem loquendi morem quaſi publica forma ſignatum ſi perpendas, vix eſt ut dubitari poſſit, quin apud *Platonem* Ep. VII. p. 1177. C. reſingi deceat, καὶ ὁρῶν ὅπου τοὺς ἄνδρας ἐν χρόνῳ ὀλίγῳ χρυσοῦν ἀποδείξαιμι τὴν ἀμπροσθεν πολιτείαν, pro χρυσῆν· quod, niſi fallor, ſenſum efficit a philoſophi mente prorſus alienum, *priorem reip. adminiſtrationem emendando auream reddere & perfectiſſimam:* facile Platonis lectori paroemiae parum gnaro accidere potuit, quod *Leunclavio*, qui in *Dione Caſſio* p. 336. A. pro ὥστε χρυσοῦν τὴν τοῦ Καίσαρος μοναρχίαν φανῆναι reponi juſſit χρυσῆν male profecto; quanquam favere videatur *Zonaras* *Dionem* exſcribens, apud quem, ut recte *Valeſius* obſervat, mendoſe legitur, ὥστε χρησὸν τὴν τοῦ ἀνηρημένου Καίσαρος μοναρχίαν νομίζεσθαι pro χρυσῆν, vel potius χρυσόν eas utrasque voces nonnunquam per errorem inter ſe permutari nunc uno tantum *Theonis* loco docebo; in cujus Progymn. p. 65. οἷον δὲ ὡδὶ Μενάνδρου ἐν τῇ χρυσῇ Ἐπικλήρῳ perperam exhiberi perſuaſum habeo pro ἐν τῇ χρυσῇ, *in aurea fabula Epiclero.* Jam ſi *Luciano* reſtituas ad hanc normam χρυσοῦν ἀπέδειξαν, optime ſententia procedet: Menippus ad philoſophos ſe contulerat, ut vitae rationem contrariis opinationum fluctibus agitatam in tuto collocaret: res longe ſecus, ac ſperaverat, evenit: ibi omnia multo magis incerta, & inſcitiae tanto pejoris, quod ſapientiae titulo praetexeretur, tenebris involuta reperit, ſic ut tandem liquido perſpiceret, hominum idiotarum vitam adeo praeſtare, ut, ſi ad turbulentas philoſophorum altercationes exigatur, aurum videri poſſit. Aliud eſt Graece χρυσοῦν ἀποδεῖξαι τὴν τῶν ἰδιωτῶν βίον, *aurea*

que ; & in ſummum verticem adſcenſum : alius deſpicere opes adhortabatur, & indifferentem putare poſſeſſionem earum : at alius iterum in bonis etiam eſſe divitias decernebat : nam de mundo quid attinet dicere ? Siquidem ideas, incorporea, individua, ſpatia vacua talemque turbam vocabulorum quotidie ab iis dum audiebam, nauſea mihi oriebatur. At omnium illud absurdiſſimum, quod de rebus plane contrariis quum unusquisque eorum diceret, valde præſtantes probabilesque rationes ſup-

τῆς ἕπτη, καὶ τὰ ἰδρῶτα, καὶ τὸ ὀλίγον τὸ ἄχρον ἀνάξασιν. ἀλλὰ καλαφρονεῖν χρημάτων παρεκελεύετο, καὶ [a] ἀδιάφορον οἴεσθαι τὴν κτῆσιν αὐτῶν. ὁ δέ τις αὖ πάλιν, ἀγαθὸν εἶναι καὶ τὸ πλοῦτον αὐτὸν ἀπεφαίνετο. τί μὴν οὖν κόσμου τί χρὴ καὶ λέγειν; ὅς γε ἰδέας, καὶ ἀσώματα, καὶ ἀτόμους, καὶ κενὰ, καὶ τοιοῦτόν τινα ὄχλον ὀνομάτων ἀσημέρας παρ' αὐτῶν ἀκούων [b] ἐναυτίων. καὶ τὸ πάντων δεινῶν [c] ἀποπώτατον, ὅτι καὶ τῶν ἐναντιωτάτων ἅμα αὐτῶν λέγων, ἀφόδρα νικῶντας καὶ πι-

a Ἀδιάφορον] Διάφορον F. In reliquis Edd. bene correctum. b Ἐναυτίων] In cunctis Edd. ἐναντίων. Benedictus praeterea ἀκούων mutaverat in ἤκουον ſtructurae juvandae cauſa. Ego certiſſimam emendationem reposui. c Ἀποπώτατον, ὅτι περὶ τῶν ἐναντιωτάτων] Ἀποπώτατον, περὶ μὲν γάρ τοι τῶν ἐναντιωτάτων &c. Sic ſola F. Ἐναντίων P. pro ἐναντιωτάτων.

4. Καλαφρονεῖν χρ.] Κράτης. G.
6. Ὁ δέ τις αὖ πάλιν . . .] Πλάτων. G.
9. Καὶ * ἀγομένους] Δημόκριτος. G.

* Ἀγομένους] L. Ἀτόμους. M. du S.

ream & beatiſſimam facere vitam idiotarum. T.H.

94. Τῶν ἰδιωτῶν] Ὁ μὲν δὴ πολὺς ὅμιλος, ὃς ἰδιώτας οἱ σοφοὶ καλοῦσι. Lucian. περὶ Πάρ. c. 2. A.V.

Ibid. Ὁ μὲν αὐτῶν] Epicurei. J.Br.

96. Ἐκ παντὸς] Τρόπου addi non ſolet : proſſus. J.Br.

Ἐκ παντὸς μετιέναι] Ait Noſter ὡς παντὸς, omni modo : ſubaudi τρόπου. In de Mercede Cond. c. 8. ταύτην ἐξ ἅπαντος θηρᾶσθαι. c. 41. ἐξ ἅπαντος ζητοῦσιν, ὅπως &c. in Phalaride c. 7. ἐξ ἅπαντος ἀνελεῖν σπεύδουσι. & paſſim. Eſt tamen, ubi additur τρόπου, contra ac ſentit Brodaeus, qui IX. Miſcell. cap. 9. id fieri negat. Sed docet id ipſe Lucianus, qui iterum in Phalaride c. 2. ἐξ ἅπαντος τρόπου ἀνελεῖν με ζητοῦντας. Addit quoque Ælianus XII. Ποικιλ. cap. 1. ὡς παντὸς εἰδυῖα τοῦ τρόπου δηλονότι. nec non Iſocrates in Panath. pag. 266. D. ὡς παντὸς τρόπου ἀμελῆσαι πειρᾶται τῆς ἀμφορέως. J.J.

97. Ὁ δέ τις] Stoici vel Cynici. J.Br.

98. Τὸ σῶμα καλαναγκάζειν] Idem eſt, quod antiſtiti verae ſalutarisque philoſophiae Paulo I. ad Cor. IX, 27. ὑποπιάζειν vel ὑπωπιάζειν ſive ὑπωπιάζειν (quarum lectionum utra ſit anteferenda, vix conſtituas) τὸ σῶμα & δουλαγωγῶ. Philoſophorum autem multi perinde atque illi, qui ſacris initiabantur, ad animi conſtantiam durari exercerique voluerunt cruciatu & ſuppliciis domando corpori ſponte ſuſceptis, quae non ſolum βασάνους vocare, ſed etiam ἀνάγκας ſolebant : atque inde καλαναγκάζειν τὸ σῶμα, corpus, ut ait Lucretius, contundere duris laboribus. Quaedam a nobis notata ſunt ad Nigrin. p. 67. T.H.

2. Ἐκεῖθεν τὸν Ἡσ.] Nota ſunt omnibus Heſiodi carmina. Τῆς δ' ἀρετῆς ἱδρῶτα θεοὶ &c. J.Br.

Ἡσιόδου] Vid. Ἑρμ. c. 2. ubi locus ille extat. M. du S.

6. Ἀγαθὸν εἶναι] Hoc Peripateticis videtur. J.Br.

8. Ὅς γε] Mallem ὃς γε. M. du S.

11. Ἀκούων ἐναντίων] Hoc ſi mendoſum quiddam tinnire multis probem, diffidere videar acumini lectoris. Scribendum eſt, ut ſua Luciano manus conſtet, ἀκοὴν ἐναντίων tanta ipſi vocabulorum inanium ſtribligo fuerat ingeſta, ut auditio quotidiana nauſeam excitaret. Demetr. περὶ Ἑρμ. §. 15. οὔτε ἀκούοντες ταυτῶν ἀλλὰ τὸ ἀπίθανον. Eam loquendi formulam alibi quoque Noſtro placuiſſe Index commonſtrabit. Neque minus, ut auguror, mihi ſucceſſit haec emendatio, quam Kuſtero Praef. ad Jamblich. idem reſtituenti verbum in Phrynicho p. 32. ἐναντιάσατε τοῦτο ἀκούσας τοῦνομα, ubi vulgo legebatur, ἐναντίωσαι. Ceterum & proxima vitio laborare facile quis credat, ſi lectionem Florentinam attente conſiderarit; quae quidem eo nos ducere videtur, ut exiſtimemus verſum unum & forte alterum periiſſe ; nam iſtae particulae περὶ μὲν γάρ τοι conſiſtere nequeunt, niſi aliud quippiam antecеſſerit, cui innitantur : veterem ſcripturam Aldus ex ingenio mutaverit, an ſcripto codice, compertum non habeo; noſtra ſaltem membranarum excerpta nullam omnino variationem offerunt. Praeterea δεινῶν quid in hac oratione valeat, explicatu perquam difficile videtur : legerem potius, Καί τοι πάντων ἐκεῖνο ἀποπώτατον, ὅτι περὶ τῶν ἐν. &c. Sed prius libri veteres in conſilium fuerint adhibendi, quam certi quicquam hoc de loco definiri poſſit. T.H.

πιθανὸς λόγος ἐπορίζετο, ὥστε μήτε τῷ θερμὸν τὸ αὐτὸ πρᾶγμα λέγοντι, μήτε τῷ ψυχρὸν, ἀντιλέγειν ἔχειν, καὶ ταῦτα, εἰδότα σαφῶς, ὡς οὐκ ἂν πώποτε θερμόν τι εἴη καὶ ψυχρὸν ἐν ταυτῷ χρόνῳ. ἀτεχνῶς ἓν ἔπασχον τοῖς νυστάζουσι τούτοις ὅμοιον, ἄρτι μὲν ὑπνεύων, ἄρτι δὲ ἀνανεύων ἔμπαλιν.

peditabat; sic ut neque ei, qui calidum esse idem adfirmaret, neque alteri, qui frigidum, contradicere posses; idque licet scires perspicue nunquam rem eamdem & calidam esse & frigidam eodem tempore: prorsus ergo simile quiddam accidebat mihi, atque dormitantibus, nunc ut adnuerem, mox vice versa renuerem.

Ἔτι δὲ πολλῷ τοῦτο ἐκείνων [a] ἀτοπώτερον· τοὺς γὰρ αὐτοὺς τούτους εὕρισκον ὑπιτηγῶν ἐναντιώτατα τοῖς αὐτῶν λόγοις ὑπιτηδεύοντας. τοὺς γοῦν καταφρονεῖν δοκοῦντας χρημάτων, ἑώρων ἀπρὶξ ἐχομένους αὐτῶν, καὶ δὴ τόκων διαφερομένους, καὶ ὑπὲρ μισθῶν παιδεύοντας, καὶ πάντα ἕνεκα τούτων ὑπο-

5. Praeterea vero longe hoc istis erat absurdius: nam illos ipsos inveniebam observando valde contrariam suis sermonibus ac doctrinae vitae rationem instituere: eos itaque qui contemnere praecipiunt opes, animadvertebam illum in modum iis adhaerere, ut inde divelli non possent, de usuris litigare, pacta mercede docere, nihil non

a Ἀτοπώτερον] Γελοιότερον P. L. Margo *A1W.*

18. Ἀτεχνῶς] Ἀντὶ τοῦ ἁπλῶς, καθάπαξ· ὁ ἐσω, ἐπὶ λόγῳ, ἀδόλως, ἀληθῶς· ἄνευ τέχνης τοῦτ' ἔστι δόλου. Apud Atticos τέχνη, δόλος· ἀτεχνῶς οἱονεὶ ἀτενῶς, μετὰ θέσεως τοῦ χ. Ἄλλως· ἄνευ τέχνης, ex metaphora Athletarum, qui non arte sed virtute vincunt: ἀτέχνως δὲ ἀντὶ τοῦ τὴν τέχνην δηλοῖ. *G.*

Ἀτεχνῶς] Ut in *Xenoph. Plat. Demosth.* ἀληθὴς τέχνη, ὁ δόλος ἀντὶ Ἀττικοῖς, τὸ δὲ ἄνευ δόλου ἀληθές ἐστιν. Capp. V. VI. & sequ. interpretor ad *Heliod.* lib. 6. tangit in Contempl. capp. XXI. XXII. *J. B.*

19. Τούτοις] Τοῦτο magis placet. *T. H.*

25. Ἀπρὶξ ἐχομένους αὐτῶν] I. e. *firmiter ac tenaciter adhaerentes illi* (pecuniae) *ita ut ab ea divelli nequirent.* Habet phrasin hanc *Theocrit.* Idyll. XV, 68. sed perperam distinctus & ab Interprete acceptus est ille versus, etiam in nova edit. Oxon.

Πᾶσαι ἅμ' ἐστίβομες ἀπρὶξ ἔχω Εὐνόα ἁμῶν.
Omnes una confertim intremus: adhaereto nobis Eunoë.

Distingue, & verte:

Πᾶσαι ἅμ' ἐστίβομες· ἀπρὶξ ἔχω Εὐνόα ἁμῶν
Omnes simul intremus: firmiter adhaereto nobis Eunoë.

Idem Idyll. XXIV, 54.

Ἦτοι ὅγ', ὡς εἶδον' ἐπιστότιον Ἡρακλῆα
Θῆρε δύω χείρεσσιν ἀπρὶξ ἁπαλαῖσιν ἔχοντα.

Sane ut viderunt Herculem parvulum belluas duas tenaciter manibus teneris prementem. Habet etiam *Ælian.* V. H. I, 3. de rana Ægypt. καλάμου τρύφος ἰνδικὸν πλάγιον φέρει, καὶ ἀπρὶξ ἔχεται. *demordens frustum arundinis obliquum fert, & firmiter tenet. Helioder.* Æthiop. X. c. ult. ἀπρὶξ ἐχόμενος καὶ οἱονεὶ συμπεφυκὼς *firmiter haerens & tanquam congenitus. L. BOS* Animadv. c. XIII. p. 59.

Ἀπρὶξ ἐχομένους αὐτῶν] Theocritei versus interpunctionem, quam proposuit Clariss. *L. Bos*, & *Scholiastes* habet, neque ignoravit *H. Stephan.* Th. L. G. T. III. p. 554. G. Ipsa phrasis tum apud alios frequens, tum in *Eunapio* p. 90. ἀπρὶξ ἔχεσθαι τῆς ὕλης σοφίας· p. 197. τῆς τῶν ἀρχαίων ἀναγνώσεως· p. 222. τῆς διαθέσεως ἧς ἀρχῆς ἀπρὶξ εἴχοντο. *T. H.*

27. Πάντα ἕνεκα τούτων ὑπομένοντας] Est quasi formula quaedam loquendi solemnis, in malam partem potissimum accipienda de iis, qui nihil habent pensi, modo pravis artibus libidinem explere possint: non dissimile proximae potestatis πάντα ποιεῖν τι & πάσχειν· propterea utrumque *Philo Judaeus* in unum conflavit de Vit. Mos. p. 648. A. τραχηλιζόμενοι δὲ ταῖς ἐπιθυμίαις πάντ' ὑπομένουσι δρᾶν τε & πάσχειν. *Chrysostom.* πρὸς τοὺς Ἐκ. παρθ. συνισ. p. 245. B. πάντα αἱροῦνται ὑπομένειν, ἢ τοῦτο παθεῖν ἐκείνην ἀφεῖδῆ· citius nihil intentatum relinquent, *quam ut illam talia passam non ulciscantur.* Leviter corruptum in *Juliani* Epist. XLII. p. 423. B. εἶναι ὁμολογοῦσιν αἰχροκερδέσαλοι, καὶ δραχμῶν ὀλίγων ἕνεκα πάντα ὑπομένειν πάντας Edd. habent: multo gravius, ut quidem puto, in *Cebetis* Tab. p. 83. καὶ πάντ' ἀνέχεσθαι πράττουσιν ἕνεκα τούτων, καὶ τὰ ἀσεβέσαλα δοκοῦντα εἶναι· ubi si rescribendum esse dixero πάντ' ὑπομένοντες πράττουσιν, nemo, nisi fallor, vulgatum ὑπομένειν servare volet aut interpretatione quaesita tueri; praesertim quando attenderit ad καὶ τὰ ἀσεβέσαλα δοκοῦντα εἶναι, & ad istum *Cebetis* locum p. 21. ἀναγκάζει ταύταις ταῖς γυναιξὶ δουλεύειν, καὶ πάντ' ὑπομένειν, καὶ ἀχθηροῦσθαι, καὶ ποιεῖν ἅπερ ἂν ἐκείνη βούληται. Meliorem in partem adhibuit *Sopater* apud *Stob.* p. 311. ὑπομενετέον πάντα ἑτοίμως τῷ φεύγειν κακῶς πρὸ τοῦ παθεῖν κακῶς εὐλαβουμένῳ· *nullum est periculum: subterfugiendum illi, qui magis reformidat malo*

non pecuniæ cauſa perpeti : illos porro, qui gloriam abjiciendam putent, gloriæ cauſa cuncta ſuſcipere ; voluptatem denique pæne omnes criminantes, at privatim huic ſoli adfixos.

6. Fruſtratus igitur hac ſpe magis etiam moleſte ferebam, ſenſim tamen me conſolans, quod cum multis, iisque ſapientibus & valde ob prudentiam celebratis demens ſim, & veri hactenus ignarus circumvager. Jam mihi inſomnem aliquando noctem horum cauſa ducenti viſum fuit Babylonem profectum implorare auxilium cujusdam magorum Zoroaſtris diſcipulorum & ſucceſſorum : fama autem cognoveram eos incantationibus & ſacris quibusdam aperire

μένους. τὸς τε τ̃ δόξαν ἀποβαλλομένους, [b] αὐτῆς ἕνεκα πάντα ὑπιτηδεύοντας· ἡδονῆς τε αὖ ἀχεδὸν ἅπαντας καθηγορεῦντας, ἰδίᾳ δὲ μόνῃ ταύτῃ προσηρημένους.

Σφαλεὶς ἓν ᾧ ταύτης τ̃ ἐλπίδος ἔτι μᾶλλον ἐδυσχέραινον, ἠρέμα ᾠδιμυθέμενος ἐμαυτὸν, ὅτι μ̃ πολλῶν, ᾧ σοφῶν, ᾧ σφόδρα ὑπὸ σωφρόσει ἀμαθεσθημένων, ἀνόητός τε εἰμι, ᾧ τἀληθες ἔτι ἀγνοῶν περιέρχομαι. καί μοι ποτὲ ἀμηχανοῦντι τούτων ἕνεκα ἔδοξεν ἐς Βαβυλῶνα ἐλθόντα δεηθῆναί τινος τ̃ μάγων, τ̃ Ζωροάστρου μαθητ̃ ᾧ ἀμαθόχων· ἦκουον δ' αὐτοὺς ἐπῳδαῖς τε ᾧ τελεταῖς τισιν ἀνοίγειν τε ᾧ ἅδου τὰς πύλας,

[b] Αὐτῆς ἕ. π. ἑπ.] Αὐτῶς F. vitioſe. Major variatio in P. αὐτοῦ τωύτου (τούτου) χάριν τὰ πάντα ᾧ πράττοντας ᾧ λέγοντας· cum quibus fere conſentiunt Excerpta L. αὐτῆς ταύτης χ. τὰ π. ᾧ λέγοντας ἐ πράττοντας. Poterant haec *Luciano* non indigna videri, ſi certa vetuſtarum membranarum fide niterentur : formula loquendi ſolemnis πάντα λέγειν ἐ πράττειν, *omnem movere lapidem, nihilque intentatum relinquere.*

male facere, quam malo ab aliis adfici, ut ne quicquam inhoneſti patrare cogatur. T. H.

35. Ἐπὶ σωφρόσει ἀμαθεσθημένων] Haec profert *Thomas Mag.* in Διαβόητος, quum docuiſſet ἀμαθία & ἀμαθεσθῆσθαι plurimum in deteriorem partem uſurpari, tamen monens μ̃ προσθήκης ἰνίατε ἐ ἰναλλάττειν. Nihil exploratius eſt, quam veterum more in utramque partem dici : ἀμαθὴς ἐπὶ φιλοσοφίᾳ *Zenob.* C. V. n. 55. ἐπ' εὐταξίᾳ ἐ σωφροσύνῃ ἀμαθὴς πόλις *Dion Chryſoſt.* p. 408. C. Python ἀμαθεσθημένος ἐπὶ τ̃ τοῦ λόγου δεινότητι *Diodor. Sic.* XVI. p. 554. D. Mirum eſt maculam emendatu facilem eruditiſſimos homines effugiſſe apud *Stephan.* in Εὐναρτίᾳ· Λαΐδα τὴν ἐπὶ κάλλει ἀμαθεσθεμένην ἑταῖραν· quis dubitet, quin litera mutata legi conveniat, ἀμαθεσθεμένην ; ut *Antonin. Liber.* c. XIII. εἴ τις ἀμαθὴς πατρὸς ἐπὶ κάλλει τ̃ ἐγχωρίων & c. XXII. ἐπὶ βουκολικοῖς ἄσμασι ἀμαθεσθέντας· *Athen.* XIII. p. 588. B. Leontium ἡ ἐπὶ ἑταιρίᾳ ἀμαθὴς γενομένη. Nequicquam adferas τοὺς ἐπὶ συκοφαντίᾳ, ἐπὶ δωροδοκίᾳ ἀμαθεσθεμένους ex *Harpocrat.* in Εὐβίας & Ἡγήμων, atque ex aliis ſimilia. T. H.

41. Τῶ ἅδου τὰς πύλας] Ubi de Orci portis agit ad *Matth.* XVI, 18. non omiſſus eſt hic *Luciani* locus a maximo *Grotio*, cui pleraque debet *Ja. Windet* de Vit. Funct. Stat. Sect. IV. Diverſa ratione κατάγειν εἰς πύλας ἅδου ἐ ἀνάγειν Deo tribuitur in Sapient. *Salom.* c. XVI, 13. nihilque eſt aliud, quam quod praeceſſit ζωῆς ἐ θανάτου ἐξουσίαν ἔχειν. Quam apte vero decenterque Menippi Babylonem tendentis & magicum auxilium ſollicitaturi ſcena fuerit inſtructa, nunc quidem accuratius expendere non lubet : illud duntaxat obſervari velim, qui modo vocantur μάγοι οἱ Ζωροάστρου μαθηταὶ ἐ ἀμάθοχοι, ſtatim eſſe Χαλδαίους, & ſimul hominis iſtius magi nomen edi Perſicum Mithrobarzanem : non quod exiſtimem Perſarum ſapientes & Chaldaeos nunquam eadem magorum appellatione contineri ; nam & *Heſychius*, ut de aliis taceam, Χαλδαίους interpretatur ſatis magnifice γένος μάγων πάντα γινωσκόντων· ſed quod confundendi non videbantur hoc in loco, quos plerique omnes, qui diligentius ſcribunt, ſedulo diſtinguere ſolent. Sunt enim, ut notum eſt, Ἀσσυρίων οἱ Χαλδαῖοι . . . . . Περσῶν οἱ μάγοι, teſte *Clem. Alex.* Strom. I. p. 305. A. *Pauſan.* IV. p. 360. Ἐγὼ δὲ Χαλδαίους ἐ Ἰνδῶν τοὺς μάγους πρώτους οἶδα εἰπόντας, ὡς ἀθάνατός ἐστιν ἀνθρώπου ψυχή· quam in opinionem etſi conſenſerint, in multis tamen valde inter ſe diſſidebant. Zoroaſter vero dux & auctor diſciplinae magorum, quem longa deinceps, & ad Alexandri Magni usque tempora continuata ſeries ſucceſſorum excepit : *Diogen. L.* in Prooem. §. 2. quare non *Plato* tantum Alcib. I. p. 441. D. μαγείαν τὴν Ζωροάστρου τ̃ Ὡρομάζου dixit, ſed & οἱ ἀπὸ Ζωροάστρου μάγοι memorantur a *Plutarch.* T. II. p. 670. D. & apud *Dion. Chryſ.* Or. XXXVI. p. 448. D. Ζωροάστρης ἐ μάγων παιδὸς παρ' ἐκείνου μαθόντος. De hoc autem hominis prodigio, ſive potius de pluribus, qui eodem iſto nomine floruerunt inſignes, non pauca ſuppeditabunt *Henr. Valeſ.* ad *Amm. Marcell.* XXIII. c. 6. p. 405. *Marsham.* in Can. Chron. *Stanl.* Phil. Orient. I. Sect. 1. c. 2. 3. *Ja. Toll.* ad Form. Recip. Manich. p. 135. Jam vero neminem fugit, praecipuum quoddam magorum fuiſſe privilegium, ut inferos haberent in poteſtate, easque inprimis artes divinatorias exercerent, in quibus ma-

λας, καὶ κατάγειν, ὃν ἂν βούλωνται, ἀσφαλῶς, καὶ ὀπίσω αὖθις ἀναπέμπειν. ἄριστον οὖν ἡγούμην εἶναι παρά τινα τούτων μεταπραξάμενον τὴν κατάβασιν, ἐλθόντα παρὰ Τειρεσίαν τὸν Βοιώτιον, μαθεῖν παρ' αὐτοῦ, ἅτε μάντεως καὶ σοφοῦ, τίς ἐστιν ὁ ἄριστος βίος, καὶ ὃν ἄν τις ἕλοιτο εὖ φρονῶν. καὶ δὴ ἀναπηδήσας, ὡς εἶχον τάχους ἕτεινον εὐθὺ Βαβυλῶνος. ἐλθὼν δὲ συγγίνομαί τινι τῶν Χαλδαίων σοφῷ ἀνδρὶ, καὶ θεσπεσίῳ τὸν τέχνιν, πολιῷ μὲν τὸν κόμην, γένειον δὲ μάλα σεμνὸν καθειμένῳ· τὄνομα δὲ ἦν αὐτῷ Μιθροβαρζάνης. δεηθεὶς δὲ, καὶ καθικετεύσας, μόλις ἔτυχον παρ' αὐτοῦ ἐφ' ὅτῳ βούλοιτο μισθῷ καθηγήσασθαί μοι τῆς ὁδοῦ.

Orci fores, & demittere, quem velint, tuto, iterumque rursus reducere. Optimum igitur factu ducebam, ab eorum aliquo comparata mihi descendendi copia, adire ad Tiresiam Bœotum, ab eoque discere, quippe vate & sapiente, quæ sit optima vita, quamque sibi quis deligat bene prudens. Atque adeo repente exsiliens quam poteram celerrime tendebam recta Babylonem: ibi convenio quendam Chaldæorum virum sapientem, & arte divinum, qui canus erat coma, barbamque plane venerabilem promittebat, nomine Mithrobarzanem: eum multis precibus obtestatus vix exoravi, ut, qua vellet, mercede se mihi ducem præberet viæ.

7. Tum

51. Θεσπεσίῳ] Θείῳ, θαυμαστῷ, πρᾴῳ. G.

nium evocatorum opera requirebatur: idcirco junguntur a *Strabone* XVI. p. 1106. A. παρὰ δὲ τοῖς Πέρσαις οἱ μάγοι, καὶ νεκυομάντεις, καὶ ἔτι οἱ λεγόμενοι λεκανομάντεις καὶ ὑδρομάντεις· παρὰ δὲ τοῖς Ἀσσυρίοις οἱ Χαλδαῖοι· ut minime sit mirandum, magum aliquem a Menippo fuisse expetitum, qui Tiresiae consulendi copiam sibi faceret. Haud aliter sane Clemens Romanus, de quo quae prodita reperies Clem. Homil. I. §. 3. & 5. ad haec omnino digna sunt, quae conferantur: postquam enim a puero de immortalitate animae quid statueret incertus frustra philosophos altercantes adiisset, talem denique consilii rationem inire coepit: Τί ἂν χρὴ ποιεῖν; ἢ τοῦτο; εἰς Αἴγυπτον πορεύσομαι, καὶ τοῖς τῶν ἀδύτων ἱεροφάνταις καὶ προφήταις φιλιωθήσομαι, καὶ μάγον ζητήσας καὶ εὑρὼν χρήμασι πολλοῖς πείσω, ὅπως ψυχῆς ἀναπομπὴν, τὴν λεγομένην νεκρομαντείαν (vel νεκυομαντείαν, ut in Epitome legitur) ποιήσῃ, ἐμοῦ ὡς περὶ πράγματος τινὸς πιωθανομένου· ἡ δὲ πεῖσις ἔσται περὶ τοῦ μαθεῖν, εἰ ἀθάνατος ἡ ψυχή. Tiresiam autem cur potissimum Menippus adhibere vitae regendae ducem desiderarit, Homerus est in causa, qui posteris persuasit, illum vatem, qua praeditus erat inter vivos admirabili rerum solertia, eamdem apud inferos integram Proserpinae beneficio conservasse. *Strabo* XVI. p. 1105. ubi docet, quanto opere vetusti homines a Deorum nutu pependerint, ita scribit: καὶ διὰ τοῦτο οἱ μάντεις ἐτιμῶντο, ὥστε καὶ βασιλείας ἀξιοῦσθαι, ὡς τὰ παρὰ τῶν θεῶν ἡμῖν ἐκφέροντες παραγγέλματα καὶ ἐπανορθώματα καὶ ζῶντες καὶ ἀποθανόντες· καθάπερ καὶ ὁ Τειρεσίας, τῷ καὶ τιθηνῆτι νέον πόρε Περσεφόνεια Οἶῳ πεπνῦσθαι· τοὶ δὲ σκιαὶ ἀΐσσουσι notissimi sunt poëtae versus Od. K, 494. Vid. *Barth.* ad *Stat.* Th. IV, 443. Nec primus hoc muneris Tiresiae *Lucianus* imposuit: nam apud *Horatium* quoque in illa facetissima libri secundi Sermonum Ecloga quinta Ulyxi quaerenti de opibus omni machina corradendis tam scite respondet, itaque rerum superarum se peritum ostendit, ut consultorem prudentiorem haud facile requiras. De Tiresia vero multa non protrita refert *Eustath.* ad Od. K. p. 1665. *T.H.*

54. Παρ' αὐτοῦ, ἐφ' ὅτῳ] Ex αὐτοῦ secunda mihi syllaba videtur oppressisse τῷ, quod inserendum est: μόλις ἔτυχον παρ' αὐτοῦ τῷ .... καθηγήσασθαί μοι. Magi non exigua mercede artem suam exercebant: modo vidimus in Hom. Clement. χρήμασι πολλοῖς πείσω. Statim interpunctionem eum in modum constitui, ut res postulabat; nam prava praecedentium Edd. Interpretibus etiam fraudi fuit: copulari sine dubio convenit primum, κατάγειν ἐπὶ τὸν Εὐφράτην ἔωθεν· deinde πρὸς ἀνατέλλοντα τὸν ἥλιον ῥᾳδίως τινα μαχρὰν ἐπιλέγων. *T.H.*

60. Πρὸς ἀνατέλλοντα] Ita restituit hunc locum *B2.* & postea *Benedictus* & *A.* Omnes enim reliquae Edd. unico verbo legebant προσανατ. quo pacto in De Mort. Peregr. c. 39. *Tan. Faber* legere jubet, προσανέχοντα τῷ ἡλίῳ· Sed ibi quidem aliquid est, quod huic scripturae faveat; hic nihil. *M. du S.*

63. Καὶ ἀσφαλὲς ἐφθέγξατο] Castigo ἀφαιές. *J. Br.*

Ἀσφαλές] *Des. Herald.* emendat ἀσαφὲς, quod etiam est in uno Cod. Regio. & in Cod. Flor. sed alibi hac de re. *J. B.*

Καὶ ἀσφαλὲς ἐφθ.] Ἐπέτροχόν τι καὶ ἐπισφαλές. *Th. M.*

Ἀσαφὲς] Variant hic Edd. Parisiensis enim οὐκ ἀσφαλὲς habet; aliae, sine οὐκ, ἀσφαλὲς tantum, quod ad genuinam lectionem propius accedit: & sic antiquiores quoque. Ἀσαφὲς autem, praeter ea, quae *Bourdelotius* adfert, in Ed. *J.* invenimus: Salmuriensis Editor etiam admisit. In hac voce frequenter erratum. *M. du S.*

Ἀσα-

7. Tum me adsumtum ille vir primum dies novem & vigiati, a luna nova initio facto, lavabat deducens ad Euphratem summo mane, & ad orientem solem carmen aliquod longum effatus, quod equidem non admodum exaudiebam: ut enim mali, qui sunt in ludis, præcones, volubile quiddam & inconditum proferebat; nisi quod videretur genios aliquos invocare. At post incantationem, quum ter in faciem meam insputsset, redibam rursus neminem obviorum intuens. Cibus autem nobis arboreæ nuces; potus lac, mulsum & Choaspis aqua; lectus sub divo in herba. Postquam vero satis erat præparationis, circa mediam

Παραλαβὼν δέ με ὁ ἀνὴρ πρῶτα μὲν ἡμέρας ἐννέα καὶ εἴκοσιν, ἅμα τῇ Σελήνῃ ἀρξάμενος, ἔλυε, κατάγων ἐπὶ τὸν Εὐφράτην ἑωθεν, [a] πρὸς ἀνατέλλουσα τὸν ἥλιον ῥῆσίν τινα μακρὰν ἐπιλέγων, [b] ἧς ἐσφόδρα κατήκουον· ὥσπερ γὰρ οἱ φαῦλοι τῶν ἐν τοῖς ἀγῶσι κηρύκων, ἐπιτροχόν τι καὶ [c] ἀσαφὲς ἐφθέγγετο· πλὴν ἀλλ' ἐώκει γέ τινας ἐπικαλεῖσθαι δαίμονας. μετὰ γοῦν τὴν ἐπῳδὴν τρὶς ἂν μου πρὸς τὸ πρόσωπον ἐμπτύσας, ἐπανῆκε πάλιν, οὐδένα τῶν [d] ἀπαντώντων προσβλέπων. καὶ ὀπτία μὲν ἡμῖν τὰ ἀκρόδρυα, ποτὸν δὲ γάλα καὶ μελίκρατον καὶ τὸ ἐκ Χοάσπεω ὕδωρ, εὐνὴ δὲ ὑπαίθριος ἐπὶ τῶν πόας. ἐπεὶ δὲ ἄλις εἶχε τῆς προθυμίας, περὶ μέσας νύ-

a Πρὸς ἀνατ.] Secuti sumus *V2. B2. S.* & *A.* In ceteris Edd. prave προσανατέλλοντα. b Ἧς] Ἣν sola *F.* c Ἀσαφὲς] Sic legitur in R. *F. J. S.* In reliquis Edd. ἀσφαλὲς, quod margo *A1W.* itidem in ἀσαφὲς mutavit. Pessime *Bourdelotius* addiderat in *P.* οὐκ ἀσφαλές. d Ἀπαντώντων] Hunc in modum recte *J. V2. B2. S.* In *F.* ἀπαίτων in pluribus accentu perverse posito ἀπαντόντων.

68. Ἀκρόδρυα] * Ἀκρόδρυα λέγουσι τῶν φοινίκων τοὺς καρπούς, καὶ τὰ ἀμυγδαλῶν, καὶ τὰ ἄλλων. *V.*

* Ἀκρόδρυα] *Demetrii.* Geop. X, 74. Plura dabunt *J. Bod. a* Stapel ad *Theophr.* H. P. II. p. 89. 342. *Jac. Duport.* ad *Theophr.* Char. p. 378. *T. H.*

Ἀσαφὲς] Ita' pro ἀσφαλὲς legendum esse monuit ad *Arnobium Def. Herald.* p. 43. Ἀσφαλὴς & ἀσαφὴς culpa librariorum saepius invicem permutantur. Sic apud *Thucydid.* IV. 86. ὑδὲ ἀσαφῆ τὴν ἐλευθερίαν, quod ego probum existimo, in utroque vocabulo fluctuant Codices; neque nuperam esse variationem eam, satis ex *Scholiaste* liquet. Hinc peti debere medicinam arbitror *Athenagorae* loco περὶ Ἀν. τ. N. p. 147. 148. cujus haerentem implicatamque sententiam nullis verborum artificiis expediunt Interpretes: Εὔλογός ἐστι πᾶσα ἀπιστία μὴ προχείρως καὶ κατά τινα δόξαν ἄκριτον ἐγχωμιάζη, ἀλλὰ μετὰ τινος αἰτίας ἰσχυρᾶς, καὶ τὸ κατὰ τὴν ἀλήθειαν ἀσαφὲς illum in modum si commode scribi, & primam, quae deficere videtur, vocem adjungi concedas, nulla restabit amplius in verbis alioqui perobscuris difficultas. Similiter ἀφιλὴς & ἀσφαλὴς saepe alterum alterius sedem invasit, ut patebit ad Ἀναδ. c. XII. *T. H.*

66. Ἐπανῆκε πάλιν] Vix dubito, quin litera sit erasa, scriptumque fuerit ab auctore ἐπανήει· cur enim hoc de Mithrobarzane solo, non de Menippo, cujus in gratiam omnis hic apparatus magicus fuerat institutus, potius dicatur, nulla reddi potest causa probabilis: pertinebat enim ad sacri rationem, ut quum magus fascino depellendo ter in Menippi faciem exspuisset, ipse demisso vultu, neminem obvium intuens, domum rediret: mox etiam, ἐπανάγει εἰς τὴν οἰκίαν, ὡς εἶχον ἀναποδίζοντα. Ortum ab imperito lectore vel librario vitium, qui ad praecedens λαπτύσας, quod absolute poni pro λαπτύσαντα, vel ἐπειδὴ ἀπέπτυσε, non perspexerat, sequentis verbi personam accommodavit: de pari menda monuimus ad p. 256. n. 63. Poterant autem ritus sacri magici purgationesque multiplices comparatione similium locorum illustrari: sed quandoquidem in hanc causam descendere non est commodum, si quis tamen ista desideret, adeat *Sil. Italic.* XIII, 405. & adnotata Virorum Eruditorum ad *Arnob.* I. p. 25. in quibus Menippi Lucianei mentio non est omissa. Singulare vero, quodque alibi temere non invenias, Choaspis aquam eximie magicis praestigiis adhiberi: id propterea factum credi par est, quod limpidissimae levitatis liquor dulcedine simul excelleret; ob quas dotes ita Persarum regibus placuit, ut alio fere potu nunquam uterentur: vide *Brisson.* de R. P. I. p. 59. *T. H.*

69. Τὸ τῦ Χ. ὕδωρ] *Choaspis fluvii aquam.* *J. Br.*

Τὸ τῦ Χ. ὕδωρ] Πλάμας Περσικὰς Χοάσπης τὸ ὕδωρ Χοάσπιον βασιλικὸν ἦν· ἐξ αὐτοῦ γὰρ μόνου ἔπινεν ὁ τῶν Περσῶν βασιλεύς. *Eustath.* ad *Dionys.* Per. v. 1073. *A. V.*

πύλας ὅλη † Τίγριδα σὺν αὐτῷ ἀγαγὼν ἐκάθηρέ τέ με, καὶ ἀπέμαξε, καὶ περιήγισε δᾳδί, καὶ σκίλλῃ, καὶ ἄλλοις πλείοσιν, ἅμα καὶ † ἐπῳδὴν ἐκείνην ὑποτονθορύσας· εἶτα ὅλον με καλαμαγεύσας καὶ περιελθὼν, ἵνα μὴ βλαπτοίμην ὑπὸ τῶν φασμάτων, ἐπανάγει με ἐς τὴν οἰκίαν, ὡς εἶχον, ἀναποδίζοντα· καὶ τελευτῶν ἀμφὶ πλοῦν εἴχομεν.

noctem ad Tigrin fluvium deductum lustravit me, deterfitque, & circumtulit toda, scilla, aliisque pluribus; simul & istam incantationem submurmurans: deinde me totum quum arte magica incantasset, & circumiissset, ne læderer a spectris, reducit me domum, ut eram, retrocedentem: tum porro navigationi parandæ intenti eramus.

Αὐτὸς μὲν γὰρ μαγικήν τιν' ἔδυ στολὴν, τὰ πολλὰ ἐοικυῖαν τῇ Μηδικῇ· ἐμὲ δὲ τούτοισι φέρων ἐνεσκεύασε τῷ πίλῳ, καὶ τῇ λεοντῇ, καὶ προσέτι τῇ λύρᾳ· καὶ [a] παρεπελεύσατο, ἤν τις ἔρηταί με τοὔνομα, Μένιππον μὲ μὴ λέγειν, Ἡρακλέα δὲ, ἢ Ὀδυσσέα, ἢ Ὀρφέα.

8. Ipse quidem magicam quandam induebat stolam, persimilem Medicæ: me vero istis omnino instruxit, pileo, leonina pelle, itidemque lyra: præcepitque, si quis roget me nomen, Menippum ut ne dicerem, sed Herculem, aut Ulyxem, aut Or-

[a] Παρεπελεύσατο] Παρεκελεύσατο F. a qua merito omnes reliquae discesserunt.

75. Ὑποτονθορύσας] Ἐνυπάτως λαλήσας, ψιθυρίσας, ἠρέμα γογγύσας. V.

72. Ἐκάθηρε] De hoc ritu *Casaubon.* ad Theophr. Char. p. 302. 303. *M. du S.*

73. Ἀπέμαξε] Περιμάξαι & περικαθάραι interpretatur *Casaub.* ad *Theophr.* tangit & ad *Athen.* Legendi Interp. *Aristoph. Hesych. Suid. Eustath.* *J. B.*

74. Σκίλλῃ] Hanc Pythagoras in limine januae suspensam malorum medicamentorum introitum pellere tradidit. *J. Br.*

Sumsit a *Plinio* H. N. XX, 9. Vid. *Menag.* ad *Diogen. L.* VIII, 47. *T. H.*

Ibid. Ἅμα δὲ τὴν ἐπῳδὴν ἐκείνην ὑποτονθορύσας] *Ubi vero satis superque præparasset, media circiter nocte me ad Tigridem fluvium deductum & purgavit, & absterfit, faceque ac scilla aliisque pluribus, magicum illud carmen simul submurmurans, lustravit.* Verbum hoc Ὑποτονθορύσας Scholiastes exponit ἐνυπάτως λαλήσας, ψιθυρίσας, ἠρέμα γογγύσας. Sed scribe γογγύσας. Cæterum occasione hujus verbi γογγύζω, una & altera macula purgandus *Hesychius*: Γογγύζειν, φθέγγεσθαι τὸ θορύζειν. Addenda est, quam excidisse planum est, una litera, ac legendum, τονθορύζειν. Sic quod paullo supra hodie habemus, Γογγύζειν, τὸ θορύζειν τὸ τὰς ὖς φωνεῖν, &c. *Hesychius* videtur omnino dedisse, Γογγύζειν, τονθορύζειν, τὸ τὰς ὖς φωνεῖν. Etenim θορύζειν vox est plane extra usum; licet *Etymologici M.* auctor eam memoret; at id ab eo modo fit, ut primam τὸ τονθορύζειν originem perveltiget. Eodem significatu dixerunt Graeci & τονθορίζω. *Hesychius* iterum, Τονθορύζει, ἀτάκτως λαλεῖ, γογγύζει, ψιθυρίζει, καὶ Τονθορίζει τὰ αὐτά. Non audiendi, qui τονθορύζει substituunt; nam præterquam quod ex ordine horum verborum satis patet, τὸ, τονθορίζει omnino profectum esse ab *Hesychio*, ut qui per id dicat idem, quod per τονθορύζω, significari; tum usus eo est *Lucianus* in initio Deorum Concilii Μηδεν τονθορίζειν, ὦ Ζεῦ. Agnovit quoque *H. Stephanus* τονθορίζειν ex *Hesychio*. *J. J.*

76. Περιελθὼν] Memini, qui mallet περιθεῖναι, *lustrans sulphure*, cujus in purgandi cerimoniis usus erat fere praecipuus: Περιθειῶσαι, περικαθάραι, κυρίως Θείῳ *Hesych.* quem itidem vide in Θείαγον· Θειοῦται. Θειόω, καθαρῶ, quae praecedentis, quod plane removendum, est emendatio: apud eundem Θειώματα, τὰ περικαθαρτήρια, non alia sunt, quam Θειώματα. Attamen in *Luciano* nihil oportet mutari: nam ut ab incursu malorum geniorum prorsus lustratum defenderent, ultimus erat sacri magici circuitus, ad quem significandum περιέρχεσθαι solet adhiberi. Noster in Philops. §. 12. Θεῖα δὲ δὴ καθαγιστικὸς τὸν τόπον περιελθὼν ἐς τρὶς &c. homo nimirum Babylonius ex Chaldaeorum numero: ideo de cycnis, qui ad aedem Hyperborei Apollinis tempore sacrorum statu convolant, *AElian* de Anim. XI. c. 1. καὶ περιελθόντες τὸν νεὼν, καὶ οἷον καθήραντες αὐτὸν τῇ πτήσει. Hinc περιάγειν & περιενεγκεῖν *circumferre* quasi propria lustrationibus verba: *Athen.* XIV. p. 626. F. καθαρμὸν τῆς πόλεως ποιησάμενοι σφάγια περιαγαγόντας κύκλῳ τῆς χώρας ἁπάσης. *Polyb.* IV. p. 405. καθαρμὸν ἐποιήσαντο, καὶ σφάγια περιήνεγκαν ἅ τε πόλεως κύκλῳ, καὶ τῆς χώρας πάσης. Athenis περιεγέρσιον erant partes περιενεγκεῖν καθάρσιον πυρὶ τὴν ἐκκλησίαν, quos *Suidas* ait ἔξωθεν περιρχεῖσθαι χοιροφερούντας. Adde *Herodot.* I, 84. *Hippocrates* autem περὶ I. N. p. 302. v. 35. ubi praestigias nequissimorum hominum ad plebem naso ducendam excogitatas graviter perstrinxit, περικαθαίρειν καὶ μαγεύειν habet. *T. H.*

78. Ὡς οἷόν] Emenda, ὡς εἶχον ἀναποδίζοντα. *J. Br.*

80. Ἔδυ] Ἐνέδυ orationi prosae melius conveniet. *T. H.*

82. Φέρων] Φέρων redundat. *J. Br.*

Ibid.

Orpheum. PHIL. Quorsum illud, Menippe? neque enim intelligo causam vel habitus, vel nominum. MEN. Atqui perspicuum illud quidem est, nec prorsus arcanum: quandoquidem enim hi ante nos vivi ad inferos descenderunt, existimabat, si me illis adsimilassem, fore ut facile custodiam Æaci fallerem, & sine impedimento transirem, utpote consuetior, tragicequæ plane commendatus ab ipso habitu.

ΦΙΛ. ὡς δὴ τί τοῦτο, ὦ Μένιππε; οὐ γὰρ συνίημι τὴν αἰτίαν οὔτε τοῦ σχήματος, οὔτε τῶν ὀνομάτων. ΜΕΝ. ἀλλὰ πρόδηλόν γε τοῦτο, καὶ οὐ πάνυ ἀπόρρητον· ἐπεὶ γοῦν οὗτοι πρὸ ἡμῶν ζῶντες εἰς ᾅδου καταληλύθεσαν, ἡγεῖτο, εἰ με ἀπεικάσειαν αὐτοῖς, ῥᾳδίως ἂν τὴν Αἰακοῦ φυλακὴν λάθοιμι, καὶ ἀκωλύτως παρελθοιμι, ἅτε συνηθέστερον τραγικῶς μάλα ὑφ' ἡμῶν πεμπόμενον ὑπὸ τοῦ σχήματος.

9. Jam igitur illucescebat dies, quum descendentes ad fluvium solvendo navigio operam dabamus: comparata enim ipsi fuerant & scapha, & victimæ, & mulsum, & quæcumque alia ad sacri rationem conducebant. Ergo impositis in navim, quæ

9. Ἤδη δ' οὖν ὑπέφαινεν ἡμέρα· καὶ καταβάντες ἐπὶ τὸν ποταμὸν ὡς ἀναγωγὴν ἐγυμνάμεθα· παρεσκεύαστο δ' αὐτῷ καὶ σκάφη, καὶ ἱερεῖα, καὶ μελίκρατα, καὶ ἄλλα, ὅσα πρὸς τὴν τελετὴν χρήσιμα. ἐμβαλόμενοι οὖν ἅπαντα τὰ πα-

96. Ἀναγωγὴν] Ἡ τῶν ἱστίων ἀναγωγὴ λέγει. *V.*

Ibid. Τῷ πίλῳ] Optime *Rubenius* de R. V. II, 15. *Thomae Mori clavam* rejecit: cui tamen errori ansam forte dederit vel leoninae pellis proxime succedens mentio, vel ῥοπάλῳ lectum pro τῷ πίλῳ quod, etsi minime quadret huic loco, eo facilius cogites, quia πίλος alibi quoque ῥοπάλου sedem occupavit: nam apud *Diodorum* certe XVII. p. 615. B. in illa nobili Corragi Macedonis, atque Athenicnsis Dioxippi pugna, ubi hic prodiisse nudus & oleo nitens narratur, pro ἔχων πίλον σύμμετρον fine controversia reponendum est ῥόπαλον· quod non tantum ex sequentibus manifesto patet, in primis quando notat Dioxippum praetulisse διὰ τὴν περὶ τὸ ῥόπαλον ἰδιότητα πρόσοψιν Ἡρακλειωτικήν, verum etiam ex *Ælian.* V. H. X, 22. & *Curtio* IX, 7. qui *validum nodosumque stipitem* appellat: abhorret autem, ut, qui coronatus procederet, pileo tegeretur. Utriusque vero pilei & clavae meminit *Philo Jud.* de Cajo, qui cultu vario nunc Deorum hunc, nunc alium imitabatur p. 1093. B. Σκευὴν ἄλλοτε ἀλλοίαν ἐλάμβανε, ποτὲ μὲ λεοντῆν καὶ ῥόπαλον ἀμφότερα ἐπίχρυσα, διακοσμούμενος εἰς Ἡρακλέα· ποτὲ δὲ πίλους ἐπὶ τῶν κεφαλῶν, ὁπότε ἀσκοῖτο εἰς Διοσκούρους. De pileis autem Castorum & Ulyssis multa diximus ad Δ. Θ. XXVI. *T. H.*

86. Ὡς δὴ τ.] Τὰ ὡς δὴ abundare videntur. *F. G.*

Ὡς δὴ τί τοῦτο] Particularum usus non vulgaris: hunc & alium *Luciani* locum Θ. Κρ. p. 255. v. 46. adnotavit *H. Stephan.* Th. Gr. L. T. IV. p. 817, G.ª In *Dione Chrys.* p. 127. D. vim earum Interpres minime percepit: ὡς δή τι θαυμαστὸν εὑρήκατε ταῖς πόλεσιν ὑμῖς σωφροσύνης φάρμακον; ὅπως ὑμῖς μὲν τὰ φαυλότατα ταῦτα καὶ ἀκλεέστατα κτήματα &c. Haec paulo vitiosius eduntur: quam particulam negativam μὴ (sic enim legitur pro μὲν, quod restitui) expungi voluit *H. Vales.* in Not. *Maussac.* ad *Harpocrat.* melius infra delebitur in istis, μὴ τὸ σφόδρα εἶναι &c. *T. H.*

90. Ἡγεῖτο γὰρ μὲ ἀπεικάσειαν αὐτοῖς] Ἡγεῖτο εἰ μὲ ἀπεικάσειαν αὐτοῖς. *Th. M.*

Ἡγεῖτο εἰ μὲ ἀπειικ. &c.] In qua editione hanc pravam scripturam invenerit *Marcilius*, equidem ignoro. *T. H.*

98. Μελίκρατα] Cur nunc plurali utatur numero, non video, cum supra c. 7. singulari usus sit. V. Od. A, 27. ad quam perpetuo hic alludit. *M. du S.*

99. Ἐμβαλόμενοι οὖν] In re non dissimili verbis simillimis usus est *Xenoph.* Ephes. I. p. 13. Παρεσκευάζετο δὲ πάντα αὐτοῖς πρὸς τὴν ἔξοδον, καὶ ναῦς τε μεγάλας καὶ ναῦται πρὸς ἀναγωγὴν ἕτοιμοι· καὶ τὰ ἐπιτήδεια ἐνεβάλλετο. Ἐμβάλλειν & ἐμβάλλεσθαι idem atque ἐνθῦναι & ἐνθύεσθαι, *navi imponere*, quae promiscue *Xenophon* posuit p. 72. 82. 86. hinc ἐμβολὴ & ἐνθήκη. Error a *Salmasio* certissimus admittitur ad *Vopisc.* p. 386. ubi pro speciebus anabolicis frustra pugnans ἀναβάλλειν perinde significare contendit, atque ἐμβάλλειν, *mercibus* vel *commeatu navim onerare*: cujus potestatis exemplum in Graecis scriptoribus nequicquam quaeras; nam apud *Hesych.* in Κίουρ quin aliter exponi debeat, nemo, qui verba paulo diligentius consideret, in dubium vocabit. Aliquantum diversa ratione peccatur in capiendo *Luca* A. A. XXVIII, 10. καὶ ἀναγομένοις ἐπέθεντο τὰ πρὸς τὴν χρείαν. Vir maximus observat, *permisceri locutiones de navigantibus & de navi, ut fieri solet: nam* ἀναγομένοις *ad navigantes*, ἐπιθεῖσι *ad navim pertinere.* Probandum fuerat ἐπιθεῖς non secus atque ἐνθύεσθαι a Graecis usurpari pro *in navem imponere*; quod aeque difficile putem, ut in ἀναβάλλειν nunc, si lectio constet, historici sacri mens fuerit talis: *nosque jam jam profecturos onerarunt rebus necessariis*: quasi dicat ingestas fuisse cumulate, ac velut reniten-tibus impositas. Fateor equidem si ἀναγομένων ex Cod. Vienn. non displicet, haud inelegunter potuisse scribi, καὶ ἀναγομένων ἐπέθεντο τὰ πρὸς τὴν χρείαν &

παρεσκευασμένα ὅτω δὴ καὶ αὐτοὶ βαίνομεν ἀχνύμενοι, θαλερὸν κατὰ δάκρυ χέοντες. καὶ μέχρι μέν τινος ὑπεφερόμεθα ἐν τῷ πόλαμῷ· εἶτα δ' ἐσεπλεύσαμεν ἐς τὸ ἕλος, καὶ τὴν λίμνην, ἐς ἣν ὁ Εὐφράτης ἀφανίζεται. περαιωθέντες δὲ καὶ ταύτην ἀφικνούμεθα ἔς τι χωρίον ἔρημον, καὶ ὑλῶδες, καὶ ἀνήλιον· ἐς ὃ ἀποβάντες (ἡγεῖτο δὲ ὁ Μιθροβαρζάνης) βόθρον τε

fuerant parata, cunctis sic demum & ipsi ingredimur tristes, largasque lacrimas effundentes. Tum ad aliquod tempus deferebamur in flumine: post invecti sumus in paludem & lacum, in quem Euphrates immergitur: eo trajecto devenimus in locum desertum, sylvestrem & sole carentem: quo ubi escensum est (viam autem præibat Mithrobarzanes) foveam effodimus,

quum in eo eramus, ut in altum solveremus, intulerunt in navim res necessarias: ac nescio sane, an ita *Lucas* reliquerit. Sicut autem *Noster* modo, περὶ ἀναγωγὴν ἐγιγνόμεθα, non aliter *Philostr.* de V. A. T. IV. c. 13. περί τε ἀναγωγὴν ἡ ναῦς εἶχεν. *T. H.*

2. Κατὰ δάκρυ χέοντες] *Homer.* Odyss. A, 5. *J. Br.*

3. Ὑπεφερόμεθα ἐν τῷ πόλαμῷ] Qui secundo flumine deferebantur, eos recte dixit Scriptor noster ὑποφέρεσθαι ἐν τῷ πόλαμῷ, neque ad loquendi formulam infra Babylonem fuerit iste lacus, an supra, quicquam refert, modo Euphratis in paludes distracti rivulus aliquis eo permearit. Mihi tamen non facile quis persuadebit, cum hic lacum significari, quem descripsit *Herodot.* I. c. 185. 186. multi lacus erant paludesque non in Babylonia solum, sed prope ipsam Babylonem, in quas crebris alveis ac perfossionibus deductus fluvius illabebatur: eaque opportunitate aquae derivandae, prout ad agrorum foecunditatem commodum erat, ipsi utebantur agricolae Assyrii, teste *Libanio* Or. X. p. 314. A. οἱ δὲ περὶ αὐτὸν γεωργοὶ διώρυχας ἔνθεν κἀνθεν καλατέμνοντες, ἐπόσα Αἰγύπτιοι τῷ Νείλῳ, χρῶνται κἀκεῖσε τῷ πόλαμῷ. Illas paludes fuisse navigabiles ostendit Alexander, qui, ubi ab inspecto Pallacopa redierat, ἀνέπλει, ut *Arrianus* ait A. A. VII. p. 304. αὖθις κατὰ τὰ ἕλη θαῤῥῶν ἐν ἀριστερᾷ ἔχων τὴν Βαβυλῶνα· & mox idem docet, vulgo ferri τὸ βασιλέων τῶν Ἀσσυρίων τοὺς τάφους ἐν ταῖς λίμναις τε εἶναι τοὺς πολλοὺς καὶ ἐν τοῖς ἕλεσι δεδομημένους. *Diodorus*, qui tamen alios auctores secutus in hac historia narranda parumper ab *Arriano* differt, τὴν περὶ τὴν Βαβυλωνίαν λίμνην appellat, nisi potius, me non invito, scribi placeat περὶ τὴν Βαβυλῶνα· quem lacum quum visendi causa intrasset, errore periculoso jactatus Alexander vix quarto demum die salvus evasit: unde non obscure colligitur, in quantum spatium porrecta fuerint haec stagna paludosa, ubi tam grave discrimen ab itineris ignaris adiri poterat. Quod autem Noster λίμνην ponit, εἰς ἣν ὁ Εὐφράτης ἀφανίζεται, paulo laxius est accipiendum, eumque fere in modum, quo *Plinius* scribit H. N. V, 26. Euphratem *dexteriore alveo Babylonem, quondam Chaldaeae caput, petere, mediamque permeantem, item quam Otrin* (*Opin* legendum puto) *vocant, distrahi in paludes*. Neque aliter intelligendus est aetate sua non ineptus poëta *Mar. Victor* lib. I. Genes. *Fustior Euphrates, diti qui gurgite largus Irrigat arentes subjectae Persidis agros Mollibus elicitus rivis, atque omnibus aeque Servit, & humanos totum*

so praebet in usus: Donec siccus aquis nomen quoque prodigus ipsum Consumat terris, pelagi quod debuit undis: haud enim arbitror de Pallacopa *Victorem* cogitasse, in quem amisso nomine Euphrates receptus desinit ἐπὶ τὰ ἕλη, ἃ τὰς λίμνας τὰς πρὸ τῆς Ἀραβίας, ut refert *Strabo* XVI. p. 1076. A. & plenius *Arrianus* illo vexatissimo loco lib. VII. c. 21. Sic etiam in *Dione Xiphilini* LXVIII. p. 784. τὸ ῥεῦμα τὸ τοῦ Εὐφράτου πᾶν ἐς δ' ἕλη ἐκπίπτει, καὶ ἐκεῖθεν πως τῷ Τίγριδι συμμίγνυται. Tigris etenim & Euphrates pluribus alveis arte factis inter se committebantur, per quorum unum aliquem, ut credi par est, Menippum Mithrobarzanes ἐπὶ τὸν Τίγρητα ποταμὸν deduxit: nam inter utrumque flumen quod interjectum erat spatium pedibus emensos fuisse fidem non habet. *Arrian.* A. A. VII. p. 282. ὁ μὲν Τίγρης . . . διώρυχάς τι πολλὰς ἐν τῇ Εὐφράτου ἐς αὐτὸν δίκῃ. *Johann. Malelas* in Julian. p. 19. meminit τοῦ μεγάλης διώρυγος τῆς Εὐφράτου τοῦ μισγούσης τῷ Τίγρητι ποταμῷ· καὶ εἰσῆλθεν εἰς τὸν αὐτὸν Τίγρητα ποταμὸν, ὅπου μίγνυνται οἱ δύο ποταμοὶ, καὶ ἀπετέλουν λίμνην μεγάλην· quanquam de hoc alveo in Tigrim pervadente rem diversa paulum ratione *Libanius* & *Marcellinus* exponant: ad *Ammian.* XXIV. c. 6. vide *Henr. Valesium*. Ista, ne Scriptori nostro nulla lux adfunderetur, fuerunt observanda: ceterum in hoc negotio veterum descriptiones non minus, quam ipsi fluviorum nobilissimi circa Babylonem canales divergunt; cujus equidem dissensionis praecipuam esse causam statuo, quod pro temporum ratione regumque vel praefectorum diligentia alii atque alii nunc aperti fuerint alvei, nunc iterum sive de industria sive aggesto temere limo obruti & expleti. Quam ob rem, nisi cursum fluminis per varias aetates mirifice mutatum distinguas, vix in concordiam redigere licebit pugnantes, ut prima quidem fronte videntur, antiquorum opiniones. Interea *Cellarius* est adeundus G. A. III. c. 16. Sect. 1. *T. H.*

4. Λίμνην] De artificioso hoc lacu lege *Herodot.* I. p. 47. Sed observandum errasse hic hujus Dialogi scriptorem, cum lacum hunc infra Babylonem ponit his verbis, ὑποφερόμεθα ἐν τῷ ποταμῷ. Constat enim ex *Herodoto* supra urbem fuisse. *M. du S.*

8. Βόθρον ὀρυξάμεθα] Notus fodiendae scrobis ritus in sacris infernis: sed *Homerum* ipsa phrasi imitatur: vide Od. K, 517. Λ, 25. plura collegit *De la Cerda* ad *Virgil.* AEn. VI, 243. qui per errorem *Eusebio* adversus Hieroclem tribuit, quod *Philostrati* est de V. A.

mus, oves mactavimus, & ſanguinem circa ſcrobem adſperſum libavimus. Magus interea tedam ardentem tenens non jam ſedata voce, ſed quam poterat maxima exclamans, dæmones ſimul omnes invocabat, Pœnas & Furias, & nocturnam Hecaten, & tremendam Proſerpinam admixtis etiam

ὠρυξάμεθα, καὶ τὰ μῆλα ἐσφάξαμεν, καὶ τὸ αἷμα περὶ τὸν βόθρον ἐσπείσαμεν. ὁ δὲ μάγος ἐν τοσούτῳ δᾷδα καιομένην ἔχων οὐκ ἔτ' ἠρεμαίᾳ τῇ φωνῇ, ταμμένῃ δὲ, ὡς [a] οἵης τε ἦν, ἀναχραγὼν, δαίμονάς τε ὁμοῦ πάντας ἐπεβοᾶτο, καὶ Ποινὰς, καὶ Ἐριννύας, καὶ ἑκάτην νυχίαν, καὶ [b] ἐπαινὴν Περσεφόνειαν;

[a] Οἵης τε] Οἷόν τε ſola F. Ceterae omnes obnituntur. [b] Ἐπαινὴν] Καιπεινὴν P. ἐπεινὴν F. quod proxime ad veram lectionem accedit. Αἰπεινὴν A1. Edd. reliquis inhaeſit.

T. IV. c. 16. Ἀλλ' ἐχὶ βόθρον, εἶπεν (Apollonius) Ὀδυσσεύς ἐρυξάμενος, ὑδὲ ἀρὰς αἵμασι ψυχαγωγήσας ἐς Ἀχέλεξιν τὴν Ἀχιλλέως ἦλθον. *Lutatius* ad *Statii* Theb. IV, 459. *Tria ſunt in ſacrificiis loca, per quae piationem facimus: ſcrobiculo facto inferis* &c. *Heſychio* teſte conſtat κοτυλίσκον vocari βόθρον εἰς ὃν τὸ αἷμα τῶν τῇ γῇ θυομένων ἐκβάλλουσι quod etſi non plane repudio, fere malim, τῶν ἐν τῇ γῇ. Verum omittendus non eſt *Strabonis* locus, qui docet, quibus cerimoniis Perſae & magi aquae ſacra facerent XV. p. 1065. B. Τῷ δὲ ὕδατι ἐπὶ λίμνην ἢ ποταμὸν ἢ κρήνην ἐλθόντες (θύουσι) βόθρον ὀρύξαντες εἰς τοῦτον σφαγιάζουσι). *T. H.*

9. Τὸ αἷμα π. τ. β.] Idem eodem libro *Homerus*. *J. Br.*

10. Βόθρον] Mos enim erat antiquis, ut *Feſtus* tradit, in effoſſa terra Diis infernalibus ſacra facere. *A. V.*

14. Ποινὰς & Ἐριννύας] Ut ex uſu variari ſolent fabulae, quae diſciplinam moralem celant, ſic Ποιναὶ & Ἐριννύες alias apud antiquos eaedem ſunt, alias diverſae. Noſter iterum jungendo diſtinxit §. 11. quibus uſus eſt *Barthius* ad *Stat.* Theb. VIII, 25. *Arriani* locum proferens in Epictet. II, 20. p. 234. ubi primum, Ὁρίζω ὑπὸ Ἐριννύων ἐλαυνόμενον, deinde, καλαπετίζεται αἱ Ἐριννύες & Ποιναί. *Polybius* in Exc. Valeſ. p. 117. τινὰς Ἐριννῦς & Ποινὰς & Προστροπαίους τῶν δὲ ἐκείνων ἐντυχηκότων. Pro iiſdem habuerit *Æſchin.* in Axioch. c. 21. nec ne, vix diſcernas: ibi ducuntur improbi πρὸς Ἐριννύων ἐπ' Ἐρεβος & Χάος, atque in infauſta regione λαμπάσιν ἐπιρρώνυσι πυρούμενοι Ποινῶν aeternum plectuntur. *Heſychius* alterum ad alterius explicationem adhibuit iis verbis, quae quoniam incaſſum tentarunt *Kuhn.* ad *Pauſan.* I. p. 105. & *Markland.* Epiſt. Crit. p. 127. emendata proponam: Ποιναῖς φριξαῖς, Ἐρινύσι τιμωρηλικαῖς. Similis apud Latinos diſcordia in Poenis & Furiis. Sed haec jamdudum, & a multis ſunt obſervata: nos illud, quod omnes hactenus, opinor, fugit, addamus, illas Poenas reddi oportere *Plutarcho* de Fluv. c. 19. ubi pro ὑπὸ Ποινῶν ἐλαυνόμενος vitioſiſſime fertur, ὑπὸ ποιμένων nihil adferam emendationi probandae, quam ejusdem Scriptoris locum c. 23. ποινηλατούμενος δὲ ὑπὸ Ἐριννύων ἑαυτὸν ἔῤῥιψεν εἰς πόλεμον Βάκτρων. *T. H.*

Ibid. Καὶ νυχίαν Ἑκάτην & αἰπεινὴν Περσεφόνειαν] Apparet ſatis defumptum ex vetuſto carmine, & eſſe hexametrum, quod mutare *Lucianus* non ſolet: idque ut recipiamus, puto legendum, Ἑκάτην καιπεινὴν Π. *J. G.*

15. Αἰπεινὴν] Pro αἰπεινὴν Περσεφόνειαν, lege ἐπαινὴν Περσεφόνειαν, ut oſtendi in lectionibus Heſiodeis ad Theogon. v. 768. *J. G. G.*

Ἐπαινὴν] Secuti ſumus emendationem Clariſſimi *Graevii*, & ante eum *Vorſtii*; de qua controverſia moveri non poteſt. Ed. Fl. ἐπεινὴν, quod prope ad veram accedit: καιπεινὴν P. *M. du S.*

Ἐπαινὴν Περσεφόνειαν] Quum epitheton αἰπεινὴν, quamvis vox ſit bene Graeca, Proſerpinae nullo pacto conveniat, optime *Graevius* tale reſtituit, quod non tantum facili errore in vulgatam lectionem corrumpi poterat, ſed etiam apud *Homerum*, quem ubique *Noſter* imitatur, in frequenti eſt uſu; atque adeo in ipſa νεκυομαντείᾳ Od. Λ, 47. unde jam in ſuperioribus huc multa fuiſſe derivata compertum eſt. Vid. Od. K, 491. 534. 564. In ratione vocis explicanda, ut fere vetuſtiſſimae, quarum uſus poſt *Homerum* pedetentim exolevit, plurimum habent difficultatis, Grammaticorum diſſenſum *Scholiaſtes* explicat ad Il. I, 457. Duplicem interpretationem adnotavit *Heſych.* Ἔπαιν, ἐπαινετὴ ἢ δυνη & φοβερά· aliam *Euſtath.* p. 1665. v. 7. Ἔστι δὲ ἐπαινὴ Περσεφόνη ἡ αἰδὴ, τουτέστιν, ἡ σκότος διαγουσα ἢ μᾶλλον αἰδὴ, ἡ δυνη, πλανοζούσης καὶ τὰ τῶν τεθνεώτων, ὡς & ἐν ἄλλοις. Quod ex *Proclo* ad *Heſiod.* Ἔ. καὶ Η. v. 643. *Graevius* adtulit, ille ſine dubio ſumſerat a *Plutarcho*, cujus commentarios Heſiodeos paene totos ſibi vindicavit: audi *Plutarch.* περὶ Παιδ. Ἀγ. p. 23. A. ὅτου δὲ & τὴν ἐπαινὴν Περσεφόνειαν ἔνιοι φασὶν ὡς παρωνυμίαν εἰρῆσθαι. *Marcell. Empir.* c. XV. p. 112. ſi os, aliudve quid haeſerit faucibus, hos verſus dicendos in aurem ejus, qui offocabitur, praecipit: Μή μοι Γοργείην κεφαλὴν δεινοῖο πελώρου Ἐξ Ἀΐδος πέμψειεν ἐπαινὴ Περσεφόνεια· ſunt autem plane Homerici, nam praeter alias dotes rariſſimas ad incantationem etiam Poëtae numeri mirifice valebant, ex Od. Λ, 633. hoc ſolum diſcrimen intereſt, quod in editis pro ἐπαινὴ nunc legatur ἀγαυὴ neque dicere habeo, utrum illud temere ſit mutatum, an priſcae lectionis fidem conſervet. Idem ego verbum reponendum puto in Orphei verſu apud *Diacon.* Alleg. Theog. *Heſiodi* p. 268. Εἰδοδίην Ἑκάτην κλήζω, τριοδίτιν ἐπαινὴν· vulgo ſcribitur ἐφαινὴν, quod nullius eſt pretii. *T. H.*

βαρβαρικά τινα καὶ ἄσημα ὀνόματα, καὶ πολυσύλλαβα.

Εὐθὺς οὖν πάντα ἐκεῖνα ἐσαλεύετο, καὶ ὑπὸ τῆς ἐπῳδῆς τὸ βάραθρον ἀνερρήγνυτο, καὶ ἡ ὑλακὴ τοῦ Κερβέρου πόρρωθεν ἠκούετο, καὶ τὸ πρᾶγμα ὑπερκάτηφες ἦν, καὶ σκυθρωπόν. Ἔδδεισεν δ' ὑπένερθεν ἄναξ ἐνέρων Ἀϊδωνεύς. καλεφαίνετο γὰρ ἤδη τὰ πλεῖστα, καὶ ἡ λίμνη, καὶ ὁ Πυριφλεγέθων, καὶ τοῦ Πλούτωνος τὰ βασίλεια. καὶ ἐλθόντες δ' ὅμως διὰ τοῦ χάσματος τὸν Ῥαδάμανθυν εὕρομεν τεθνεῶτα [a] μικρῷ δεῖν ὑπὸ τοῦ δέους. ὁ δὲ Κέρβερος ὑλάκησε μέν [b] τοι, καὶ παρεκίνησε· ταχὺ δέ μου κρούσαντος τὴν λύραν, ὥσπερ ἔκοιμήθη ὑπὸ τοῦ μέλους. ἐπεὶ δὲ πρὸς τὴν λίμνην ἤλθομεν, μικρὸν μὲν οὐδ' ἐπεραιώθημεν· ἦν γὰρ ἤδη πλήρης τὸ πορθμεῖον, καὶ οἰμωγῆς ἀπάπλεων· τραυματίαι δὲ πάντες ἐπέπλεον, ὁ μὲν τὸ σκέλος, ὁ δὲ τὴν κεφαλήν, ὁ δὲ ἄλλό τι συνετετριμμένον· barbaris quibusdam ignotisque nominibus, & multarum syllabarum.

Ibid. Ὑπὸ τῦ Διὸς &c.] Video in membranis Florentinis pro ὑπὸ τῦ Διὸς ab erudito quodam viro notatum ἀπὸ τῦ Διός. Sed id minime opus, quum ὑπὸ τῦ Διὸς ad κηρύττεσθαι, non ad ἀποδραντα, sit referendum. Cæterum aliud quid, ἔμοιγε δοκεῖν, hic latet. In anterioribus rogarat Mercurium Charon, ut sibi omnia, quae in vivis essent ac agerentur, ostenderet. Mercurius caussatus, sibi tantum haud superesse otii, quippe cui uno die non amplius liceret agere apud superos, hanc autem rem non unius esse dici; verum se amici caussa multum velle; non tamen se omnia ostensurum; multos enim ad id requiri annos: pergit in verbis Græce positis, *Deinde ab Jove proclamari me oportebit tamquam fugitivum: te quoque ipsum id impediet, quo minus mortis munia exsequaris, & imperium Plutonis damno afficias, longo tempore nullos ducens mortuos: publicanus quoque Aeacus indignabitur, ne obolum quidem lucrans.* At quid hoc? An ista mora & cessatio ab impositio quotidiano munere prohibebit Charontem, Plutonis imperio damnum inferre? Neque enim video, qui aliter haec Græca [σὺ δὲ κωλύσει ἐνεργεῖν τὰ τῦ θανάτου ἔργα, ἢ τὴν Πλούτωνος ἀρχὴν ζημιοῦν] possint intelligi. At contrarium profecto erat eventurum: scilicet vel maximum erat Plutonis regno damnum illaturus, qui tam longo tempore nullos ducturus esset mortuos. An excidit particula ὡς, legendumque? σὺ δὲ ἢ αὐτὸν κωλύσει ἐνεργεῖν τὰ τῦ θανάτου ἔργα, ὡς ἢ τὴν Πλούτωνος ἀρχὴν ζημιοῦν, *ut damno etiam affecturus sis Plutonis imperium.* Videtur id maxime vero simile. *J. F.*

52. Καὶ τὴν Πλ. ἀ. ζημιοῦν] Cl. *Jensius* excidisse putat ὡς, & legendum ὡς ἢ &c. Verum ejusmodi incuriam apud optimos quosque scriptores interdum reperias: neque ea, ut opinor, vitio iis vertenda, si, ut hoc in loco, sensus facilis & apertus lectorem decipi non patiatur. In aliis, ubi errandi periculum est, culpandi. *M. du S.*

Τὴν Πλ. ἀ. ζημιοῦν] Reticere aliquando in uno orationis membro verbum, quod in altero vel aperte vel impeditius sit expressum, non infrequens est: hoc ergo, quod ad implendam sententiam ex proximo arcessi debet, si potestatis fuerit ejusdem, vix ullam habet difficultatem: sin requiratur diversae, vel etiam contrariae, longe majorem. Hic in prima parte positum κωλύσει repeti non potest in sequenti; sed ex eo formandum est aliud illius membri sententiae conveniens ποιήσει, ἀναγκάσει, aut simile quiddam τῇ κωλύσει contrarium. Eum in modum huic loco recte suppetias tulit Latinarum elegantiarum non mediocriter peritus *Th. Wopken.* Lect. Tull. I. c. 8. p. 48. comparans *Pauli* I. ad Timoth. IV, 3. κωλυόντων γαμεῖν, ἀπέχεσθαι βρωμάτων, quod intelligi volunt, κωλυόντων γαμεῖν, κελευόντων δὲ ἀπ. βρ. Vide magnum *Grotium*, qui ex *Phaedro* protulit, *Nec veto dimitti, verum cruciari fame* IV, 17. *Liv.* XXXVI, 17. *Rex . . . condidit se intra rupes; ne ante fauces quidem saltus, ut quondam Lacedaemonios fama est, sed intra penitus retractis castris:* ubi in priore parte supplendum esse *positis*; nam *retractis* ibi locum non habere monuit Eruditiss. *Dukerus* ad *Flor.* II, 7. p. 361. quem adire operae est pretium. Alia de hoc genere solertissime per-

quoniam fas non est te, qui cum umbris semper versaris, pedem ponere in regia Jovis, id scilicet agendum nobis, ut montem aliquem altum circumspiciamus.

3. CHAR. Scinne, Mercuri, quæ soleam dicere vobis, quando navigamus? quum enim ventus turbine impulsus in obliquum velum incidit, fluctusque tumidi tolluntur, tum vos præ inperitia jubetis velum contrahere, aut laxare paululum pedem, aut obsecundare vento rapienti: ego vero vos, ut quietem agatis, admoneo; me enim ipsum optime scire, quid facto sit opus. Similem in modum tu, qui

μις εἰδώλοις ἀεὶ ξυνόντα ὀπιβατεύειν τῷ βασιλείων τῶ Διὸς, ἆρα ἡμῖν ὑψηλόν τι ὄρος θεισκοπεῖν.

ΧΑΡ. Οἶδα, ὦ Ἑρμῆ, ἄτε εἰωθὰ λέγειν ἐγὼ πρὸς ὑμᾶς, ἐπειδὰν πλέωμεν; ὁπόταν γὰρ τὸ πνεῦμα καλαιγίσαν πλαγίᾳ τῇ ὁδῷ ἐμπέσῃ, καὶ τὸ κῦμα ὑψηλὸν ἀρθῇ, τότε ὑμεῖς μὲ ὑπ' ἀγνοίας κελεύετε ἢ ὀθόνην θεῖλαι, ἢ ἐνδῦναι ὀλίγον τῆς πρῳδοῦς, ἢ συνεκδραμεῖν τῷ [b] πνεύματι· ἐγὼ δὲ τὴν ἡσυχίαν ἄγειν παρακελεύομαι ὑμῖν· αὐτὸς γὰρ εἰδέναι τὰ βέλτιστα. καὶ ταῦτα δὴ καὶ σὺ πράττε, ὅπως-

[b] πνεύματι] πνέοντι C.

72. Ὀλίγον τῆς πρῳδοῦς] Ποῦς λέγεται τὸ κοινῶς τὸ κατέχον κάτωθεν τὸ ἱστίον. V.

73. [*] Τῷ πνέοντι] Τῷ πνεύματι. G.

[*] Τῷ πνέοντι] Nimirum ita scriptum fuerat in vetustis membranis: ὁ πνέων, scilicet ἄνεμος, ut alibi *Noster* τὸν πνέοντα dixit. T. H.

pertractavit *J. Fr. Gronovius* Obs. IV, 2. p. 26. 27. T. H.

61. Σὺ δὲ . . . δυνατὸν ἦν] An cuiquam haec placeant, nescio: mihi certe medica manu indigere videntur. Lego itaque σοὶ δὲ, vel, δυνατὸς ἦς sed prius magis placet; & ita emendasse virum aliquem doctum in margine sui libri video. *M. du S.*

Σὺ δὲ] Nominativum tueri licet, si statuas absolutum: *de te vero*, vel, *ad te quod adtinet, si potestas tibi foret in coelum adscendendi.* Usitata Graecis structurae forma, quam nec Attici refugiunt. *Isocr.* Panath. p. 257. Αἱ μὲν οὖν αὐτίαι . . . . διὰ μακροτέρων μὲν αὐτὰς δίλθον, οὕτως δ' ἂν ἦσαν. *Philostr.* de V. S. II. p. 553. v. 31. ἡ μισόγυνος δὲ . . . . ὑγιαίνει αὐτοῖς ἡ φρήν. *Heliodor.* I. p. 2. Ὁ δὲ αἰγιαλὸς, μετὰ πάντα σωμάτων ναυφθορῶν· *Aelianus*, quippe compositus ad sophisticam normam, nullo alio loquendi more aeque delectatur, quod observant docti Commentatores ad V. H. II, 11. Neque tamen diffiteor, arridere mihi σοὶ δέ. Novit *Plato* non tantum ἄκρον τὸν οὐράνιον ἀψῖδα, & τὸ τοῦ οὐρανοῦ νῶτον, sed etiam coeli θεωτὸν, unde prospectus in omnes terras pateat: in Polit. p. 538. C. τότε δὴ τοῦ παντὸς ὁ μὲ κυβερνήτης . . . . εἰς τὸν αὐτοῦ θεωτὸν ἀπίσῃ. Hic ille *summus coeli vertex, quem Jupiter tenet, supra nubila supraque ventos sedens in luce perpetua*, ut ait *Claud. Mamertin.* Genethl. Maximian. c. XIV. sed idem quae scripsit in Grat. Act. pro Consul. c. X. huc tam belle congruunt, ut praetereunda non videantur: *Si quis mortalium in aliquam coelestem speculam nube sublatus, paulo ante vidisset maesta omnia . . . . is si nunc in illud idem editum reponatur, ac despiciat cuncta lastantia* &c. Poëtis nota fuit — *interior coeli qua semita lucet Dîs tantum, & cunctas juxta videt ardua terras*: *Stat.* Th. IX, 641. Est autem θεωτὸν quodvis cacumen & editior locus, etiam montium, unde longe lateque prospici possit: apud *Philostr.* de V. S. II. p. 553. ἐν θεωτῷ τῷ Παρνάσσου idque ipsum ἐν θεωτῷ proverbii ferme locum tenet: ἐν θεωτῷ ἀποσκοπεῖσθαι *Synes.* p. 42. C. Καλῶ γὰρ ἅπαντας ὥσπερ ἐξ ἀπόπτου τινὸς καὶ μετεωρίστης θεωτῷ μεγάλῳ ἐν ὑψηλῷ κηρύγματι. *Gregor. Nazianz.* initio Stelit. I. T. H.

64. Εἰδώλοις] Εἴδωλα hoc loco pro umbris defunctorum sumuntur. Id *Virgilius* per vocem *imago* expressit Aeneid. IV, 654. *Et nunc magna mei sub terras ibit imago.* J. P. a G.

72. Ἐνδῦναι ὀλίγον τῆς π.] *Virgil.* Æn. V, 830. *Una omnes fecere pedem*: i. e. extenderunt funes veli, ut recte enarrat Interpres. Usurpat iterum eandem aut similem vocem Ἰχ. β. c. 45. & Ζ. Τρ. c. 47. *M. du S.*

Ibid. Τῆς πρῳδοῦς] *Pedis*, id est, funis, quo tenditur velum. *J. Br.*

Τῆς πρῳδοῦς] *Lapogogia. Una omnes fecere pedem. Maro* &c. Est enim μεταφορικῶς pes ἱστίου, ut εἰνὴ *anchora* dicitur. *Anchora fundabat naves.* G.

Ita descripsit *Solanus*: la Pogogia vocem Italicam credo; de qua tamen nihil mihi constat. *L. Bayfio* non latuit hic locus de R. N. p. 619. B. eundem adhibuit *La Cerda* ad *Virgil.* Æn. V, 830. multos, qui de pedibus veli scripserint, recensens: verior tamen est, quam ejus, *Brodaei* sententia ad Anthol. II. p. 208. Ποδιτὰ λῦσα *Lycophroni* v. 1015. ubi vide, si tanti est, *Meursium* & *Potterum*. T. H.

ὅπῃσα καλῶς ἔχειν νομίζεις, κυβερνήτης νῦν γε ἂν. ἐγὼ δὲ, ὥσπερ ὑπηδάταις νόμος, σιωπῇ καθεδοῦμαι, πάντα πειθόμενος κελεύοντί σοι. ΕΡΜ. Ὀρθῶς λέγεις, αὐτὸς γὰρ εἴσομαι [a] τί πρακτέον, καὶ ξυρήσω τὴν ἱκανὴν σκοπήν. ἆρ' ἐν ὁ Καύκασος ὑπτιάδειος, ἢ ὁ Παρνασσὸς ὑψηλότερος, ἢ ἀμφοῖν ὁ Ὄλυμπος ἐκεινοσί; καίτοι ὑπ' φαῦλόν τι ἀνεμνήσθην ἐς τὸν Ὄλυμπον ἀπιδών· συγκαμεῖν δέ τι καὶ ὑπουργῆσαι καὶ σὲ δεῖ. ΧΑΡ. Πρόσταττε· ὑπουργήσω γὰρ ὅσα δυνατά. ΕΡΜ. Ὅμηρος ὁ ποιητὴς φησι τὼ Ἀλωέως υἱέας, δύο καὶ αὐτὼ ὄντας, ἔτι παῖδας, ἐθελῆσαί ποτε τὸν Ὄσσαν ἐκ βάθρων ἀναστάσαντας ὀπιθεῖναι τῷ Ὀλύμπῳ, εἶτα τὸ Πήλιον ἐπ' αὐτῇ, ἱκανὴν ταύτην κλίμακα ἔχειν οἰομένους καὶ προσβασιν ὀπὶ τὸν οὐρανόν. ἐκείνω μὲν ἦν τὼ μειρακίω, ἀπαθάλω γὰρ ἦστον, δίκας ἔτισάτην. [b] νὼ δὲ, (εἰ γὰ ὀπὶ κακῷ τῶν θεῶν ταῦτα βουλεύομεν) τί ἂν οἰκοδομοῦμεν καὶ αὖ-

nunc vicem gubernatoris geris, fac quodcumque putaveris e re esse: ego, ut vectorum est officium, silentio sedebo, per omnia morem gerens imperanti tibi. MERC. Recte mones: nam ipse scivero, quid fieri conveniat, & invenero idoneam speculam. Num igitur Caucasus opportunus? an Parnassus altior, an utrisque Olympus iste? Atenim non inscitum aliquid mihi in mentem venit ad Olympum respicienti: verum te quoque operam mecum laboremque consociare oportet. CHAR. Impera modo: adjuvabo quod in me est. MERC. Homerus poëta Aloeï filios, & ipsos duos, ait adhucdum pueros voluisse aliquando Ossam ex fundamentis revulsam imponere Olympo; tum Pelion Ossæ, illamque se scalam idoneam habituros putasse, & adscensum in cœlos: illi quidem utrique adolescentuli, utpote perditissime improbi, pœnas luerunt: nos autem, quibus in Deorum fraudem hæc consilia non capiuntur, cur non structuram & ipsi similem ador-

a Τί] Τὸ P. J. Pro πρακτέον habet margo *AIW.* ποιητέον neutrum bene. b Νὼ] F. νῶν quod cur mutaretur, nulla erat causa; nisi vetusti Codd. alterum stabiliant. Eadem Ed. τῷ θεῶν.

87. Τοὺς Ἀλώως υἱέας δύο] Ὄντων Ε Ἐφιάλτου. V.

87. Ἀλωέως υἱέας] *Homer.* Odyss. Λ. *J. Br.* Τοὺς Ἀλωέως υἱέας] Vide *D. Hoeschel.* ad *Origen.* in Cels. IV. p. 174. qui utitur hoc loco. Celsus ibi perquam ridicule dicitur existimasse, Mosem, quum turris ad coelum educendae historiam exponebat, παραφθείρειν τὰ περὶ τῶν Ἀλωαδῶν ἱστορούμενα τοιαῦτα περὶ τοῦ πύργου ἀναγεγραφέναι calumniae depulsio facilis ex temporum ratione: sed quod *Origenes* opinatur neminem τὰ περὶ τῶν Ἀλωέως πρὸ Ὁμήρου εἰρηκέναι, neutiquam probaverim. Ante Celsum autem jam diu homines extitisse impios, & de numero quidem Judaeorum, qui narrationes Mosis de structa turri, Homeri de exaggeratis ad coelum montibus eum in finem inter se compararint, ut pro fabulis utrasque perque habendas esse evincerent, ostendit *Philo Jud.* Περὶ Συγχ. Διαλ. p. 320. C. Εἰς μὲν οὖν ἐστὶν (μῦθος) ὁ ἐοικὼς τῷ συντεθεῖσθαι ἐπὶ τῶν Ἀλωαδῶν, ὃς ὁ μάγιστος καὶ δημοφάτατος τῶν ποιητῶν Ὅμηρος Αἰγαιοπόρους φησὶ τρέφειν τὰς κεφαλὰς τῶν ὀρῶν ἐπιφορήσαι καὶ ἐπιχῶσαι. Recte quidem ut *Philo* Αἰγαιοπόρους, sic & *Lucianus* ἰθαλῶσαι ἐπιθεῖναι: nam qui revera montes eos montibus involvisse scripserunt, ab *Homero* nescio quo jure dissentiunt; siquidem magnus Poëta nihil aliud, quam ardnae rei & incredibilis aggrediendae consilium voluntatemque indicet: ideo *Themistius* ἔοικεν φαντάσασθαι καὶ ἀλόγιστα, ὁρῶν τινὰς ἐπιχειροῦντας καὶ ἀναβαίνοντας εἰς οὐρανούς vocat Orat. II. p. 56. B. satis erat inmanibus pueris pro tenera aetate, quae vix nonum annum attingebat, Martem constrictum in vinculis habuisse. Ἀλωάδαι plurimum appellantur: *Stephanus* Ἀλώιον urbem esse Thessaliae tradit, ἣν ἔκτισαν οἱ Ἀλωάδαι καθελόντες τοὺς Θρᾴκας· hic jam fabula remota tenue veteris historiae vestigium apparet, quod si persequi locus pateretur, in latius validissimorum fratrum imperium nos deduceret. Miror *Berkelium* ibi notantem, nusquam Ἀλωάδης fieri ab Ἀλωεύς, nisi apud *Stephanum*: *Holstenius* etiam: *num* Ἀλωεΐδαι? quin plures insolens forma perculit: ad Scriptoris, qui *Aristotelem* mentitur, de Mundo ista verba p. 1. καθάπερ οἱ ἀνέκτοι ποτε ἐκτισάν Ἀλωάδαι, veriorem esse scripturam *Sylburgius* observat Ἀλωεΐδαι· idque ipsum jamdudum ante *Nansio* fuerat visum ad *Nonni* P. E. J. VIII, 150. idem in *Origene* tentatum: neque diffitemur Ἀλωεΐδας dedisse *Apollodorum* I. p. 29. pro quo non raro Ἀλωΐδαι exarari solent. Utrumque Ἀλωάδαι & Ἀλωεΐδαι *Pindari Scholiastes* habet intra paucos versus ad Π. Δ, 156. *Themist.* p. 36. οὓς ἔδοσαν τοὺς Ἀλωάδας οἱ ποιηταί· sed p. 79. ὅτις δὲ μὴ παραπέμποι τοὺς Ἀλω-

adornamus convolutis aliis ſuper alios montibus, ut nanciſcamur ab altiore loco accuratiorem proſpectum.

4. CHAR. Et poterimus, Mercuri, nos duo in altum extollere levatum Pelium aut Oſſam? MERC. Quidni, Charon? an nos ſtatuis ignaviores eſſe puerulis iſtis? idque, ubi Dii ſumus. CHAR. Non quidem: verum res mihi videtur improbabilem quandam habere operis aggrediundi magnitudinem. MERC. Sane; quippe literarum inperitus es, o Charon, minimeque poëtica facultate præditus: at animoſus ille Homerus binorum verſuum opera ſtatim nobis aditum in cœlos confecit: tam ex facili componebat montes. Equidem miror, ſi iſta tibi eſſe portentoſa videantur, quem Atlas ſcilicet non fugit, qui polum ipſum unus fert, ſuſtinens nos ſimul omnes. Etiam inaudiveris forte de fratre meo Hercule, ut ſucceſſerit aliquando hic in vicem illius Atlantis, eumque recrearit interquieſcentem tantiſper, dum

τοὶ χτ\ τὰ αὐτὰ ὀπτυλιθοῦντες ὑπάλληλα τὰ ὄρη, ὡς ἔχωμεν ἀφ' ὑψηλοτέρου ἀκριβεστέραν τ σκοπήν.

ΧΑΡ. Καὶ δυνησόμεθα, ὦ Ἑρμῆ, δύο ὄντες ἀναθέσθαι ἐξάμβωνον τὸ Πήλιον, ἢ τ Ὄσσαν; ΕΡΜ. Διατί δ' οὐκ ἂν, ὦ Χάρων; ἢ ἀξιοῖς ἡμᾶς ἀγεννεστέρους εἶναι τῶν βρεφυλλίων ἐκείνων, καὶ ταῦτα, θεὸς ὑπάρχοντας; ΧΑΡ. Οὔκ· ἀλλὰ τὸ πρᾶγμα δοκεῖ μοι ἀπίθανόν τινα τ μεγαλουργίαν ἔχειν. ΕΡΜ. Εἰκότως· ἰδιώτης γὰρ εἶ, ὦ Χάρων, καὶ ἥκιστα ποιητικός. ὁ δὲ γενάδας Ὅμηρος ἀπὸ δυοῖν στίχοιν αὐτίκα ἡμῖν ἀμβατὸν ἐποίησε τ ἐρανὸν, οὕτω ῥᾳδίως συνηθεὶς τὰ ὄρη. καὶ θαυμάζω, εἴ σοι ταῦτα τερατώδη εἶναι δοκεῖ, τ Ἄτλαντα δηλαδὴ εἰδότι, ὃς τ πόλον αὐτὸν, εἷς ὤν, φέρει, ἀνέχων ἡμᾶς ἅπαντας. ἀκούεις δὲ ἴσως καὶ τοῦ ἐμοῦ ἀδελφοῦ περὶ, τοῦ Ἡρακλέους, ὡς ἀναδέξοιτό ποτε αὐτὸν ἐκείνου τ Ἄτλαντος, καὶ ἀναπαύσοι πρὸς ὀλίγον τοῦ ἄχθους,

7. Ἥκιστα ποιητικός] Οὐδαμοῦ ποιητὴν ἱστορεῖ. V.

Ἀλωΐδας οὐ ἀποκλείω. Ego tamen ut in re comperta non vereor adfirmare, multo ſaepius Ἀλωάδας, ſi quis inquirat, in veterum ſcriptis repertum iri, quam Ἀλωΐδας adeo ut temeritatis abſolvi nequeat, qui morem ſcribendi receptiſſimum ad formam patronymicorum, quae ab υς deſcendunt, vulgarem redigere conetur. Atque etiam vix me contineo, quin coedam Ἀλωΐδους vel Ἀλωάδους titulum fabulae Sophocleae, de qua *Caſaubon.* ad *Athen.* VII, 4. & *Je. Meurſius*, ubique corruptum eſſe, refingendumque in Ἀλωάδων· cui ſuſpicioni mirifice favent verſus inde ab *Aeliano* adducti de Anim. VII, 39. nam ipſa vel cerva, vel Diana in cervam mutata, quae cauſam interitus Aloïdis adtulit, deſignari videtur: drama vero fuiſſe Satyricum, qui fuerit harum rerum intelligens, facile mihi concedet. *T.H.*

90. Εἶτα τὸ Πήλιον ἐπ' αὐτῇ ἱκανὸν ταύτῃ κλίμακα ἔχειν, εὐόρμους καὶ πρόσβασιν ἐπὶ τ οὐρανόν] Sic male diſtinctus in poſtrema parte hic locus legitur, etiam in Aldina editione. Interpunge autem, εἶτα τὸ Πήλιον ἐπ' αὐτῇ ἱκανὸν ταύτῃ κλίμακα ἔχειν εὐόρμους, &c. Nec aliter video diſtingui in Florentina. Plana ſunt omnia: *Homerus Poëta ait, duos Aloei filios, cum pueri etiamdum eſſent, olim ſtatuiſſe radicitus evulſam Oſſam Olympo ſuperimponere; deinde & huic Pelion: idoneam hanc arbitrantes ſe habituros eſſe ſcalam, etiam ad in* [illegible] *adſcendendum.* *J.J.*

94. Νὼ δή] In Cod. Flor. νὼ δὴ, ἐπεὶ δὲ ἐπὶ πᾶσι τοῖς θεῶν. *J.B.*

99. Δύ' ὄντες] *Hic δύ' ὄντες pro δὺ ὄντες multo diſtum eſſe manifeſtiſſimum eſt*, inquit *H. Stephan.* App. ad Scr. de D. A. p. 105. additis e *Luciano* pluribus ejusmodi locis; in quibus equidem quid opus ſit ellipſi, nullus video, atque adeo lubens ſequor exactiſſimum judicium *Dukeri* ad *Thucydid.* p. 292. n. 25. *T.H.*

3. Τοῦ βριφυλλίου] Otum & Ephialtem intelligit *Lucianus*. Adi citato nuper libro Homerum, ubi & hoc eſt, αὐτὰς ἐπ' Ὄσσῃ Πήλιον εἰνοσίφυλλον. *J.Br.*

7. Ἰδιώτης] *Ignarus literarum*, non *ruſticus*, ut habet Interpres. *J.C.*

10. Οὕτω ῥ. συνηθὴς] Nihil eſt hic, quod magno opere offendat: neſcio tamen quo pacto magis blanditur: ἀμβατὸν ἐποίησε τ ἐρανὸν οὕτω ῥᾳδίως συνηθὲς τὰ ὄρη. Illud autem διὰ δυοῖν στίχοιν pro δυοῖ στίχοις non aliter eſt dictum, quam διὰ σμικρᾶς ἀκτάνης, διὰ τραχιλίας ἀνιμᾶν *Theophr.* H. Pl. IV. p. 76. διὰ ῥαδιουργίας ἐλαύνεσθαι *Strabo* XVII. p. 1184. B. Vide *Kuſter.* ad *Ariſtoph.* Equ. v. 535. *Duker.* ad *Thucydid.* p. 558. n. 30. *T.H.*

15. Ὡς ἀναδέξαιτό ποτε αὐτὸν] Poſtulare videtur legitimus orationis curſus, ὡς ἀναδέξαιτό ποτε αὐτὸς ἐκεῖνον τ Ἄτλαντα· ἀναδέξαιτο ut ἀναπαύσειεν αὐτός vero concinnius ad Herculem pertinebit, quam ſi cumulate αὐτὸν ἐκεῖνον τ Ἄτλαντα ſcribatur. *T.H.*

25. Ἐξιε-

ἄχθος, ὑποθεὶς ἑαυτὸν τῷ φορτίῳ; ΧΑΡ. Ἀκούω γὰ ταῦτα· εἰ δὲ ἀληθῆ ἐστι, σὺ ἂν, ὦ Ἑρμῆ, γὰ οἱ ποιηταὶ εἰδῆτε. ΕΡΜ. Ἀληθέστατα, ὦ Χάρων. ἢ τίνος γὰ ἕνεκα σοφοὶ ἄνδρες ἐψεύδοντο ἂν; ὥστε ἀναμοχλεύωμεν τὴν Ὄσσαν πρῶτον, ὡσπερ ἡμῖν ὑφηγεῖται τὸ ἔπος, γὰ ὁ ἀρχιτέκτων Ὅμηρος, Αὐτὰρ ἐπ' Ὄσσῃ Πήλιον εἰνοσίφυλλον· ὁρᾷς, ὅπως ῥᾳδίως ἅμα γὰ ποιητικῶς [a] ἐξειργασάμεθα; Φέρε ἓν ἀναβὰς ἴδω, εἰ γὰ ταῦτα ἱκανὰ, ἢ ἐποικοδομεῖν ἔτι δέησει.

Παπαὶ, κάτω ἔτι ἐσμὲν ὑπὸ τῇ ὑπωρείᾳ τοῦ οὐρανοῦ· ἀπὸ μὲν γὰ τῆς ἑῴας μόγις Ἰωνία, γὰ Λυδία φαίνεται· ἀπὸ δὲ τῆς ἑσπέρας οὐ πολέον Ἰταλίας γὰ Σικελίας· ἀπὸ δὲ τῶν ἀρκτώων, τὰ ὑπὲρ τάδε τοῦ Ἴστρου μόνα· κἀκεῖθεν, ἢ Κρήτη οὐ πάνυ σαφῶς· μεταχινητέα [b] ἡμῖν, ὦ πορθμεῦ, γὰ ἡ Οἴτη, ὡς ἔοικεν· εἶτα ὁ Παρνασσὸς ὑπὲρ πᾶσιν. ΧΑΡ. Οὕτω ποιῶμεν. ὅρα μόνον, μὴ λεπτότερον ἐξεργασώμεθα τὸ ἔργον ὑπομηκύνοντες πέρα τοῦ πιθανοῦ· εἶτα συγκαταρριφθέντες αὐτῷ πικρᾶς τὰς Ὁμήρου οἰκοδομηλικῆς πειραθῶμεν, ξυντριβέντες τὰ κρανίων. ΕΡΜ. Θάρρει· ἀσφαλῶς γὰ ἔξει ἅπαντα· μετατίθει τὴν Οἴτην· ὑπικυλινδείσθω [c] γὰ ὁ Παρνασσός. ἰδοὺ, ἐπάνειμι αὖθις· εὖ ἔχει πάντα ὁρῶ· ἀνάβαινε ἤδη γὰ σύ. ΧΑΡ. Ὄρεξον, ὦ Ἑρμῆ, τὴν χεῖρα. οὐ γὰ ὑπὲρ μικρὰν με ταύτην τὴν μηχανὴν ἀναβιβάζεις. ΕΡΜ. Εἴγε γὰ ἰδεῖν ἐθέλεις, ὦ Χάρων,

ipse subditis humeris onus cœli gestaret. CHAR. Audivi & ista: sintne vera, tu, Mercuri, poëtæque sciveritis. MERC. Verissima, Charon: nam quam ob rem sapientes viri falsum dicerent? Itaque emoliamur Ossam primum, uti nobis præmonstrat carmen, & architectus Homerus; dein super Ossam tremulum arboribus Pelion. Viden, quam facile simul & poëtice rem perfecerimus? Age igitur adscendam videamque, istane sint satis idonea, an plura insuper accumulare deceat.

5. Papæ! infra sumus adhuc in radicibus Olympi: etenim ab Orientali plaga vix Ionia & Lydia apparet; ab Occidente non plus, quam Italia & Sicilia; a Septentrionali regione, quæ cis Istrum sunt sola: ab ista vero parte Creta non admodum dilucide. Sedibus suis emovenda nobis, portitor, etiam Oeta, sicuti videtur; tum Parnassus super omnes imponendus. CHAR. Ita faciamus: vide modo, ne subtilius elaboremus opus producendo ultra verisimilitudinem; deinde ne cum ipsa mole devoluti amaram nobis Homeri architecturam experiamur, contritis craniis. MERC. Bono sis animo: periculo nobis vacabunt hæc omnia. Transfer Oetam: subvolvatur etiam Parnassus. En iterum escendo: recte habet; cuncta video: jam tu quoque huc subi. CHAR. Porrige, Mercuri, manum: haud enim in parvam istam me machinam elevas. MERC. Siquidem contemplari velis, Charon, omnia: et-

a Ἐξειργασάμεθα] Edd. priscae ἐξειργασόμεθα. Quod reposui praeter B2. S. A. offert etiam margo A1 W. b Ἡμῖν] Ὑμῖν vitium Ed. Fl. c Καὶ] Hac particula non plane necessaria caret F.

38. Οἰκοδομηλικῆς] Οἰκοδομῆς. V.

39. Συντριβέντες τὰ κρανίων] Ἀττικὴ ἡ σύνταξις· τὸ δὲ ποιοῦν, συντριβέντες τὰ κρανία· * τὰ γὰ πρὸς πεῖσιν ἢ πρᾶσιν αἰτιατικῇ συντάσσουσι), Ἔκπαθον τὴν ψυχὴν, Συντέτριφα τὸν λίχνον. Οὕτως ἂν ἐκ τούτου πρὸς αἰτιατικὴν ἔδει ἀποδοθῆναι· ἀλλ' ἐπειδὴ Φιλοῦσιν Ἀθηναῖοι τὸ ἐπὶ μίσους, λέγεται ὡς τὸ, ἔφαγον τοῦ ἄρτου, ἔπιον τοῦ οἴνου, ὅταν κἀνταῦθα, συντριβέντες τῶν κρανίων. V.

* Τὰ γὰρ πρὸς] Amst. Ed. ἃ γὰρ & ἐντρίψα τὸν λ. quod nec sanum quidem est: utrumque recte legebatur in libro Vossiano, consentiente Thoma Mag. in Ἔκπαθον τὴν ψυχήν. T. H.

25. Ἐξειργάσμεθα] Veteres Edd. ἐξειργασόμεθα. B2. & A. ἐξειργασάμεθα. Sed genuinum est, quod reposuimus. M. du S.

39. Τῶν κρανίων] An συντριβέντες τὰ κρανίων; placet. F. G.

46. Εἴγε ἐ ἰδεῖν] Particula saepius eum in modum poni

etenim non licet utrumque & tutum, & ſpectandi cupidum eſſe. At tu tene dextram meam firmiter, & parce pedem in lubrico ponere. Euge, tu etiam huc evaſiſti: quandoquidem vero biceps eſt Parnaſſus, ubi alterum uterque verticem occupaverimus, conſideamus. Tu vero jam mihi in orbem circumſpiciens, contuere omnia.

6. CHAR. Video terram amplam, eamque lacum quendam magnum circumfluentem; tum montes, & fluvios Cocyto ac Pyriphlegethonte majores: deinde homines valde parvos, eorumque quaſi luſtra quædam. MERC. Sunt illæ urbes, quas tu luſtra putas. CHAR. Scin tu, Mercuri, nihil eſſe nobis actum? quin fruſtra Parnaſſum cum ipſo fonte Caſtalio, & Oetam, & alios montes loco emovimus. MERC. Quid ita? CHAR. Nihil equidem accurate diſtinctum ex alto video: volebam enimvero non urbes, nec montes ſolos tantum, velut in picturis, videre; ſed ipſos homines, quæque agant, & qualia loquantur: uti quum mihi primum obviam factus conſpexiſti ridentem; quærebasque, quid riderem: etenim re quadam obiter audita mirificum in modum fui delectatus. MERC. Quid autem illud erat? CHAR. Ad cœnam aliquis, opinor, vocatus a quodam amicorum in poſterum diem, condixit; dumque loquebatur, de tecto in caput tegula delapſa, neſcio quo impellente, eum interemit: quare riſi, quod ad con-

ἄπαντα· ἐκ ἴσου δὲ ἄμφω, καὶ ἀσφαλῆ, καὶ φιλοθεάμονα εἶναι· ἀλλ' ἔχε μου τὴν δεξιᾶς, καὶ φείδου μὴ πῃ τοῦ ὀλισθηρᾶ πατεῖν· εὖγε, ἀνελήλυθας καὶ σύ· καὶ ἐπείπερ δικόρυμβός ἐστι Παρνασσός, μίαν ἑκάτερον ἄκραν ἐπιλαβόμενοι καθεζώμεθα. σὺ δέ μοι ἤδη καὶ κύκλῳ περιβλέπων ἐπισκόπει ἅπαντα.

XAP. Ὁρῶ γῆν πολλὴν, καὶ λίμνην τινὰ μεγάλην περιρέουσαν, καὶ ὄρη, καὶ πολλοὺς τοῦ Κωκυτοῦ καὶ Πυριφλεγέθοντος μείζονας· καὶ ἀνθρώπους πάνυ σμικρούς, καί τινας φωλεοὺς αὐτῶν. EPM. Πόλεις ἐκεῖναί εἰσιν, οὓς φωλεοὺς εἶναι νομίζεις. XAP. Οἶδα, ὦ Ἑρμῆ, ὡς οὐδὲν ἡμῖν πέπραχε· ἀλλὰ μάτην τὸν Παρνασσὸν αὐτῆ Κασταλίᾳ, καὶ τῇ Οἴτῃ, καὶ τὰ ἄλλα ὄρη μετεκινήσαμεν. EPM. Ὅτι τί; XAP. [d] Οὐδὲν ἀκριβὲς ἔγωγε ἀπὸ τοῦ ὑψηλοῦ ὁρῶ· ἐβουλόμην δὲ οὐ πόλεις καὶ ὄρη αὐτὰ μόνον, ὥσπερ ἐν γραφαῖς, ὁρᾶν, ἀλλὰ τοὺς ἀνθρώπους αὐτοὺς, καὶ ἃ πράττουσι, καὶ οἷα λέγουσι· ὥσπερ ὅτε με τοπρῶτον ἐντυχὼν εἶδες γελῶντα, καὶ ἤρου με, ὅ, τι γελῴην· ἀκούσας γάρ τινος ἡδέως ἐς ἑσπερόλην. EPM. Τί δὲ τοῦτ' ἦν; XAP. Ἐπὶ δεῖπνον, οἶμαι, κληθείς ὑπό τινος τῶν φίλων ἐς τὴν ὑστεραίαν, μάλιστα ἥξω, ἔφη· καὶ μεταξὺ λέγοντος, ἀπὸ τέγους κεραμὶς ἐπιπεσοῦσα, οὐκ οἶδ' ὅτου κινήσαντος, ἀπέκτεινεν αὐτόν. ἐγέλασα οὖν, ὅτι ἐπιτελέσαντος

[d] Οὐδὲν] Ὅτι adſcriptum eſt ad oram *AIW*. Hic credo voluiſſe praeponi, ὅτι οὐδὲν ut in *Platone* ſolet ſequi poſt ὅτι τί.

poni ſolita, ut intelligendum aliquid relinquat: hic non difficulter explebis ſententiam: *conandum eſt aliquid, & cum nonnullo periculo huc adſcendendum, ſiquidem, o Charon, perſpicere velis omnia.* T. H.

47. Οὐκ ἔνι] *Non licet.* J. Br.

49. Φείδου μὴ] *Benedict. Ne pedem in lubrico ponas:* imo: *ne parcas pedem in lubrico ponere.* F. G.

54. Λιμνὴν] *Mare.* J. Br.

69. Ὅτι γελῴην] Hic iterum ὅτι male conjungitur, ubi legitur, καὶ ἤρου με ὅτι γελῴην· ſcribe ὅ, τι. *Et rogabas me, quid riderem.* Plane ſic in Florentina. Apud *Homerum* quoque Il. A, 64. illud ὅ, τι perperam conjungitur,

Ὅς κ' εἴπῃσι, ὅτι τόσσον ἐχώσατο Φοῖβος Ἀπόλλων.

Sed ſcribe, Ὅς κ' εἴπῃσι ὅ, τι τόσσον, &c. *Qui dicat, quid* (ob quam cauſam) *adeo iratus ſit Apollo.* Ita diſtinctum hunc *Homeri* locum olim lectum fuiſſe, liqueat ex *Heſychio*, non aliter haec verba referente; qui ipſe quoque una literula multatus eſt; Ὅ, τι τόσσον, διότι τοσοῦτον lege ex *Homero* τόσσον. J. J.

72. Ἐς τὴν ὑστεραίαν] Haec in libris publicatis interpunctio ſequentibus adnectit; nec diſſentiunt Interpretes: ego contra cenſui κληθεὶς εἰς τὴν ὑστεραίαν jungi oportere: huic ergo diſtinctioni verſio quoque reſpondet. T. H.

τῷ ἢ ὑπόχεσιν. ἔοικα δὲ ἐγὼ νῦν ὑποκαλαβήσεσθαι, ὡς μᾶλλον βλέπωμι, ἐγὼ ἀκούω.

ΕΡΜ. Ἔχ' [a] ἀτρέμας· ἐγὼ τοῦτο μὲν ἐγὼ ἰάσομαί σοι, ἐγὼ ὀξυδερκέστατον σε βραχεῖ ἐπιφανῶ, φασὶ δ' Ὁμήρου τινὰ ἐγὼ πρὸς τοῦτο ἐπῳδὴν λαβόντα· καὶ πειδὰν εἴπω τὰ ἔπη, μέμνησο μηκέτι ἀμβλυώττειν, ἀλλὰ σαφῶς πάντα [b] ὁρᾶν. ΧΑΡ. Λέγε μόνον. ΕΡΜ. Ἀχλὺν δ' αὖ τοι ἀπ' ὀφθαλμῶν ἕλον, ἣ πρὶν ἐπῆεν,

Ὄφρ' εὖ [c] γινώσκῃς ἠμὲν θεὸν, ἠδὲ ἐγὼ ἄνδρα.

ΧΑΡ. Τί ἐστιν; ΕΡΜ. Ἤδη ὁρᾷς; ΧΑΡ. Ὑπερφυῶς γε· τυφλὸς ὁ Λυγκεὺς ἐκεῖνος, ὡς πρὸς ἐμέ. ὥστε σὺ τὸ ὅπη τούτῳ [d] προδίδασκέ με, ἐγὼ ὑποκρίνῃ ἐρωτῶντι. ἀλλὰ βούλει χρῆσθαι τῷ Ὁμήρῳ καὶγὼ ἐρωμαί σε, ὡς μάθῃς αὐτὸν [e] ἀμελέτητον ὄντα με τοῦ Ὁμήρου; ΕΡΜ. Καὶ πόθεν σὺ ἔχεις τι τῶν ἐκείνου εἰδέναι, ναύτης ἀεὶ ἐγὼ [f] προσκωπῶν

stitutum non venerit. Videor autem nunc etiam inferius descensurus, ut magis videam & audiam.

7. MERC. Ne te moveas: equidem & huic malo remedium tibi adferam, teque visu acutissimum brevi reddam ab Homero quadam ad hunc usum incantatione sumta: tu vero, simul ac pronunciavero versus, sic tibi persuade, te non amplius esse hebeti oculorum acie, sed plane cuncta perspicere. CHAR. Dic modo. MERC. Caliginem etiam tibi ab oculis abstuli, quæ prius inhærebat, ut bene dignoscas Deum & hominem. Quid est? jamne liquide vides? CHAR. Mirum in modum, ut nihil supra: cæcus fuerit Lynceus ille præ me. Itaque tu nunc porro doce me, ac respondeto roganti. Sed vinne ex Homero & ego te rogem, ut discas in Homeri carminibus me quoque non esse non versatum? MERC. Unde vero tibi sit, eorum quicquam ut scias, qui nauta sem-

a Ἀτρέμας] Ἀτρέμα notatur in margine *AIW.* b Ὁρᾷν] Ὁρᾶ P. L. Idem in margine *AIW.* scriptum; sed per errorem, ut auguror, refertur ad ὁρᾷς, quod paulo inferius extat. c Γινώσκῃς] F. Γινώσκεις. d Προδίδασκε] Προσδίδασκε P. e Ἀμελέτητον] Sic P. L. *J.* nec non margo *AIW.* In prioribus Edd. fuit ἀμελῆ. f Πρόσκωπῶν] F. πρόκωπῶν.

86. Ὄφρ' εὖ γινώσκῃς] *Homer.* Il. E, 127. *J.Br.*

87. ΧΑΡ. Τί ἐστιν;] Vereor ne praeter *Luciani* voluntatem Mercurii sermo sit intercisus: illi, quod nunc incommode Charonti tribuitur, est adsignandum; quid enim aptius, quam ut recitatis *Homeri* versiculis statim quaerat, τί ἐστιν; ἤδη ὁρᾷς. *T.H.*

89. Ὡς πρὸς ἐμέ] *Si mecum comparatur.* *J.Br.*

Ibid. Προδίδασκέ με] Quorsum spectet προδιδάσκειν, quidve Charon ante doceri velit non capio; quandoquidem acutissimam aciem repente nactus nihil nunc aliud expetit, quam ut, quae in terris ab hominibus gerantur, sibi Mercurius demonstret, interrogantique singula respondeat. Videtur in πρὸ nescio quid haerere vitii. *T.H.*

92. Ἀμελέτητον] Scriptura optima, quam P. L. & Ed. *J.* exhibent. Reliquae ἀμελῆ, quod servari quidem forsan potuerat, ut Μωδ. c. 25. sed ne MSS. Codd. & Juntinae auctoritatem sequi dubites, vide Ἁλ. c. 18. & Παρασ. c. 60. ex quibus omnibus, quid inter has voces discriminis sit, facile perspicies. *M.du S.*

3. Ὥστερ τορύνῃ τινὰ ἐμβαλὼν τὸν τρίαινον] Quum vertisset *Mosellanus*, *atque tridente velut unco quodam humo injecto*, contraxit *Benedictus*, & *injecto tridente tanquam quodam hamo*. Quod cui potest placere? unde hamus ille? aut ad quam rem? An hamus facit ad turbandum? An ignorat ullus τορύνην passim ab Grammaticis exponi κινητήριον τῶν χύτρας, quod & commodissime & facete ab ridiculo *Luciano* & Neptunum traducente in persona Charontis videtur dictum, non secus ac si mare esset ejus olla culinaria. *J.G.*

Ibid. Τορύνῃ] *Tudiculam.* *J.Br.*

4. Τὰς θυίνας] Sumta sunt ex Od. E, 291. ubi pro — πάσας δ' ὀρόθυνεν ἀέλλας videri poterat legisse *Lucianus*, ὀρόθυνε θυίνας· sed memoriter haec, verbis non adnumeratis, citasse *Nostrum* credo: quae etiam est causa, cur ὀρόθυνε augmento suo instructum non repudiem: *Nicetas* Man. Comn. II. p. 109. ὡς ἀχαιοῖς ἀμπαύσιος ἡ στάσις, αἱ πᾶσαι ὀρθὸν ἐπαιγίζουσι, καὶ τὰς μάχας ἐπωγκοῦντο ἡ ὀρούοντο. *T.H.*

Ibid. Ὀρόθυνε] Ex *Homero* emendavimus, quod in omnibus legebatur ὀρόθυνε. *M.du S.*

9. Αὐτῇ Σκύλλῃ] Id est, *cum ipsa Scylla & Charybdi* &c. *F.G.*

Αὐτῇ Σκ. καὶ Χ. καὶ Κ.] Charon indicaturus Mercurio, unde & ipse multos memoria comprehensos habeat versus Homericos, facetissime narrat, eo, quo Homerum defunctum trajiceret, tempore incidisse gravem

ſemper remoque adfixus fueris? CHAR. Ἐών; XAP. Ὁρᾷς, ἀνεκτὸν τοῦτο ἐς τὴν τέχνην. ἐγὼ δέ, ὁπότε διεπόρθμευον αὐτὸν ἀποθανόντα, πολλὰ ῥαψῳδοῦντος ἀκούσας, ἐπίσην ἔτι μέμνημαι. καίτοι χειμὼν ἡμᾶς οὐ μικρὸς τότε κατέλαβεν. Ἐπεὶ γὰρ ἤρξατο ᾄδειν οὐ πάνυ αἰσιόν τινα ᾠδὴν τοῖς πλέουσιν, ὡς ὁ Ποσειδῶν συνάγοι τὰς νεφέλας, καὶ ἐτάραξε τὸν πόντον, ὥσπερ τρύαιναν τινὰ ἐμβαλὼν τὴν τρίαιναν, καὶ πάσας τὰς θυέλλας ὠρύνατο, καὶ ἄλλα πολλὰ, κυκῶν τὴν θάλατταν ὑπὸ τῶν ἐπῶν, χειμὼν ἄφνω καὶ γνόφος ἐμπεσὼν ὀλίγου δεῖν κατέστρεψεν ἡμῖν τὸ πλοῖον· ὥστε καὶ ναυτιάσας ἐκεῖνος ἀπήμεσε τὰ ῥαψῳδίας τὰς πολλὰς αὐτῇ Σκύλλῃ, καὶ Χαρύβδει, καὶ Κύκλωπι. EPM. Οὐ χαλεπὸν ἦν ἡμῖν ἐκ τοσούτου ἐμέτου ὀλίγα γὴν ἀφαφυλάττειν.

Ecce autem, quam hoc probroſe dicitur in artem: neque tamen eo minus, quando illum trajiciebam fato functum, quum multa canentem audiverim, quorundam adhuc memini. Et tempeſtas quidem nos non mediocris tunc deprehendit: poſtquam enim occœpit cantando recitare neſcio quam non valde navigantibus auſpicatam cantilenam, ſcilicet Neptunum conduxiſſe nubes, turbaſſe pontum, velut tudicula quadam injecto tridente, omnesque procellas concitaſſe, atque alia multa, dum mare miſcet verſibus, tanta tempeſtas ſubito caligoque ingruit, ut parum abeſſet, quin navim nobis everteret. Tum ille nauſea correptus evomuit rhapſodiarum plerasque cum ipſa Scylla, Charybdi & Cyclope. MERC. Haud arduum igitur erat ex tanto vomitu paucula certe conſervare.

8. CHAR. At dic mihi, quæſo, quis hicce craſſiſſimus eſt vir, fortis magnusque, qui eminet ſuper alios homines

XAP. Εἰπὴ γάρ μοι·
Τίς γὰρ οὗτος ἐστὶ πάχιστος ἀνὴρ, ὑΐς τε, μέγας τε, Ἔξο-

3. *Τορόνην] Εἶδος ξύλου τρογγύλου ἢ τὸ σκαμβὸν ξύλον ἢ εὐθύτατα ὀρθόν. V.

8. Ἐκεῖνος ἀπήμεσε τὰ ῥαψῳδίας] Ὅτι † Γελάτου ὁ ζωγράφος ἔγραψε τὸν Ὅμηρον ἐμοῦντα, τοὺς δὲ ἄλλους ποιητὰς τὰ ἐμπεπεσμένα ἀφομένους. V.

* Τορόνην] L. τορύνην & ita legiſſe Excerptorem video. *M. du S.*

Non aliter in *V.* ſed quid ſibi velit *Scholiaſtes*, parumper obſcurum eſt. Non equidem inprobavero tudiculam explicari εἶδος ξύλου τρογγύλου, quoniam talis in materia lignea figura ſatis huic inſtrumento conveniet: verum quo pertinet ἢ τὸ σκαμβὸν &c. quod ſi τορύνην exponit, ſcribendum potius fuerat ἤ τι σκαμβὸν ξ. Nunc paroemiae notae verba propemodum integra habes, Τὸ σκαμβὸν ξύλον εὐθὺτατον ὀρθόν, ut apud *Suidam* legitur & *Mich. Apoſtolium*, vel, ut in App. Vatic. C. III. n. 100. Τὸ σκαλμὸν (cum in modum refingo σκαλπὸν) ξύλον εὐθύτατόν ὀρθοῦται. Ideone haec addidit, ut in tudicula ligni arte nulla corrigendi, quale proverbio ferebatur, exemplum oſtenderet? *T. H.*

† Γελάτου] Libuit hic relinquere lectionem MS. Codicis, ut Librarii appareret imperitia, qui non vidit hic eſſe nomen Pictoris, neve in nos menda, quae tolli non potuere, conjicerentur. Legendum eſt, ὅτι Γαλάτου, ut liquet ex *Ælliano* V. H. XIII, 22. ex quo lux huic loco haud dubia, qui viciſſim *Ælliannm* tuebitur adverſus eos, qui fruſtra eum emendare conati ſunt. *J. C.*

Cum *Clerico* facio: longe alius eſt Eladas vel Geladas Argivus, Phidiae praeceptor, de quo *Perizonius* cogitabat. Ceterum haec Scholiaſtae verba jam fuerant a *Fr. Junio* in lucem prolata Catal. Artif. in *Galato*. Vide Praeſtantiſſ. *Fabricii* B. G. l. c. 7. §. 1. *T. H.*

vem tempeſtatem, Homerumque nauſeabundum evomuiſſe plurima ſuorum carminum una cum Scylla, Charybdi, & Cyclope. Ita ſimpliciter hic locus capiendus. Quid enim? Lubetne Interpretem ſequi vertentem, *Nauſeabundus ille ipſi Scyllae, & Charybdi, & Cyclopi bonam carminum partem evomuit*, & ſtatuere, *Homerum*, ubi ὅσσον πλοῦν navigaret, *illuc, unde negant redire quemquam*, transvectum eſſe fretum inter Siciliam & Italiam? Quo quid pote inſulſius? Non intellexit bonus Noſter, τὰ, ἀπήμεσε τὰ ῥαψῳδίας τὰς πολλὰς αὐτῇ Σκύλλῃ, καὶ Χαρύβδει, καὶ Κύκλωπι, eadem eſſe, ac σὺν αὐτῇ Σκύλλῃ, &c. quam praepoſitionem ſaepe ſubaudiendam relinquunt Graeci. *J. F.*

11. Ἐκ τοσούτου ἐμέτου] Haec imago animo *Luciani* primum non eſt objecta. Pictori Galatoni eam debuit, de quo ſic loquitur *Ælianus* V. H. XIII, 22. Γελάτου ὁ ζωγράφος ἔγραψε τὸν Ὅμηρον αὐτὸν ἐμοῦντα, τοὺς δὲ ἄλλους ποιητὰς τὰ ἐμπεπεσμένα ἀφομένους. Vide Interpretes ad hunc locum. *J. C.*

13. Τίς γὰρ οὗτος] Verſus ex Iliad. 3. *J. B.*

14. Ὑΐς τε μέγας τε] *Homer.* Il. Γ, 226. *J. Br.*

Ἔξοχος ἀνθρώπων κεφαλὴν καὶ εὐρέας ὤμους; ΕΡΜ. Μίλων ὅτος ὁ ἐκ Κρότωνος ἀθλητής. Ἐπικροτῶσι δ' αὐτῷ οἱ Ἕλληνες, ὅτι τὸν ταῦρον ἁρπάσαντα φέρει ἀφ' ὅλου σταδίου μέσου. ΧΑΡ. Καὶ πόσῳ δικαιότερον ἂν ἐμὲ, ὦ Ἑρμῆ, ἐπαινοῖεν, ὃς αὐτόν σοι τὸν Μίλωνα μετ' ὀλίγον ξυλλαβὼν ἐνθήσομαι εἰς τὸ σκαφίδιον, ὁπόταν ἥκῃ πρὸς ἡμᾶς ὑπὸ τοῦ ἀμαχωτάτου τῶν ἀνταγωνιστῶν καλαπαλαισθεὶς καὶ θανάτου, μηδὲ ξυνεὶς, ὅπως αὐτὸν ὑποσκελίζει; κἄπειτα οἰμώξεται ἡμῖν δηλαδὴ, μεμνημένος τῶν στεφάνων τούτων, καὶ τοῦ κρότου· νῦν δὲ μέγα φρονεῖ, θαυμαζόμενος ὑπὸ τῆς ταύρου φορᾶς. Τί οὖν; οἰηθῶμεν ἄρα ἐλπίζειν αὐτὸν καὶ τεθνήξεσθαί ποτε; ΕΡΜ. Πόθεν ἐκεῖνος θανάτου νῦν μνημονεύσειεν ἂν οὐ ἀκμῇ τοσαύ-

capite, ac latis humeris? MERC. Milon Crotone oriundus, athleta: plausus ipsi dant Græci, quod taurum sublatum ferat per stadium medium. CHAR. Et quanto justius me, Mercuri, laudent, qui ipsum tibi Milonem haud multo post comprehensum imponam in cymbulam, quum veniet ad nos a Morte adversariorum invictissimo dejectus, ne quidem intelligens, quo pacto se supplantatum prosternat: deinde nobis gemitus edet scilicet, recordatus coronarum istarum & plausus: nunc vero magnum spirat, dum omnes eum admirantur ob taurum gestatum. Quid ergo? illumne existimabimus sperare, se quandoque moriturum esse? MERC. Quî fieri potest, mortis ut ille meminerit in tanto roboris

a Μηδὲ] *F. A1.* pluresque μὴ δὲ, prout saepe solet in vetustis Codd. & Edd. distincte scribi.

18. Φέρει ἀφ' ὅλου σταδίου μέσου] Στάδιον ὁ τόπος τῶν ἀγώνων, καὶ μέρος τι τοῦ μιλίου * ζ' γὰρ καὶ ς' στάδια ποιοῦσι μίλιον. Μίλωνος τούτου φέρεται & ἄλλα τὰ κατὰ τὸ σῶμα ἀλκῆς θαύματα· † φασὶ γὰρ αὐτὸν Πυθαγόρειον ὄντα μαθῆσαι μὴ τῶν ἀμιλήτων εἰ οἰκίᾳ, ἧς ὑποσάθρου τινὸς οὔσης τοῦ γύλου ὄντος, ‡ ὑποδάντα τὸ πισσηκὸς τῆς οἰκίας τῷ σόλον πρότερον πειρωσάμενον ἐκείνους τι σῶσαι, καὶ ἑαυτὸν ἀκίνδυνον ὑπεξαγαγεῖν. Λέγεται καὶ τοῦτο, ὁ καὶ τὴν ζωὴν αὐτὸν ἀπήλλαξεν, ὡς βαδίζων παρ' ὕλην τινὰ ὠδατύχους § κορμῷ μεγάλῳ, ὃν βιαζόμενος πρὸς τὴν σχίσασιν, τοὺς σφῆνας μὴ ἐκπεσεῖν, αὐτὸν δὲ ἐγκλεισθέντα τῇ συμπτώσει τῶν μερῶν ¶ ἁφύκτῳ πάγῃ θηρίων ὑπάρξαι θοίνην. *V.*

* Ζ γὰρ καὶ ς στάδια] Errat *Scholiastes*. Octo stadia miliare conficiunt. *M. du S.*

Καὶ ς, quae deleri volebat *M. du Soul*, intelligenda sunt καὶ ἥμισυ· persimilis est ac paene eadem notae forma, qua Graeci dimidium significant. Facile *Scholiasten* erroris absolvent, quae disputavit *Dodwellus* Diss. de Per. Anon. Eux. Mar. §. 4. 5. *T. H.*

† Φασὶ γὰρ &c.] In vicem peccatorum Ed. A. φασὶν αὐτὸν . . . γύλον τροπίδιον . . . ἰταλμός τι . . . ὑπεξαγεῖν genuinas *Vossii* membranae lectiones restituimus. Mox impressum fuit ὅτι καὶ τῆς ζωῆς &c. quod & a veteri lectione discedit, & structuram legitimam violat. *T. H.*

‡ Ὑποδάντα] *Strabo* VI. p. 263. A. ὑποδύντα. *M. du S.*

§ Κορμῷ μεγάλῳ] Adde ex *Strabone* ἰσχναμένῳ. *M. du S.*

¶ Ἀφύκτῳ] Vitium *V.* ἀεύκῳ bene correctum fuit in Ed. A. De casu Milonis breviter & satis commode vetus Interp. ad Ib. *Ovid.* v. 611. Milo Crotoniates fretus viribus suis, quercum hiantem diducere conatus est: sed cuneis exeuntibus in medio conatu substitit praeda lupis. Propius etiam ad *Scholiastae* nostri narrationem accedit *Gell.* N. A. XV, 16. Verum *Eustathius* ad *Dionys.* Perieg. v. 369. dum concinnae brevitatis sophisticum acumen adfectat, paene ridiculus evasit: ἀποφυτωθεὶς δένδρῳ τὰς χεῖρας, ἐν τῷ τὰς οἰκίας ῥήμας σφηνᾶσθαι, συγκατῳ θανάτῳ τὸν βίον μεταλλαξε. *T. H.*

24. Μηδὲ ξυνεὶς] Haec mihi non accommodatissime videntur ad integram, quae praecessit, sententiam respondere: etiamsi mutes tempus ὑποσκελίσει, parum adjumenti, me judice, contuleris. Forte orationis impeditae in ipso *Luciano* haeret culpa: non enim aeque semper stylus, quamvis adtento, ad animi cogitata dilucide exponenda procedit. *T. H.*

28. Τί οὖν;] Vide quae notavimus ad p. 366. n. 63. *T. H.*

33. Ἐμπίδα] Male ἐλπίδα. *J. B.*

Μὴ δὲ ἐμπίδα οὐχ ὅπως ταῦρον ἴτι ἅραλλ δυνάμενον] Pulchre ἐμπίδα pro vulgato ἐλπίδα reposuit *Bourdelotius*; sed pro ὅπως, quod in editis est, scribendum ὅπως οὐχ ὅπως est *nedum*: usus etiam est in Prometheo & alibi. *J. G. G.*

Ἐμπίδα] In *B2.* quam secutus videtur *Bourdelotius*, mendose legebatur ἐλπίδα· at si alias inspexisset, recte, ut hic vides, legisset. *M. du S.*

41. Ἐλασιόντα ἐπὶ Λ.] Ingenio *Luciani* facetissimisque jocis ita delector, ut qui maxime; neque tamen ejus dotes tam inepte admiror, ut, si quid reprehensione dignum admiserit, excusandum putem. Sane mallem, quando historias veteres, quod saepe solet, attingit, examen accuratius majoremque curam adhibuisset, & partam elegantissimae venustatis laudem hoc quoque non vili titulo cumulasset. Nuper admodum Assyrios ait a Cyro devictos, expugnatamque esse Babylonem; nunc porro meditari Cyrum expeditionem in Lydiam, ut Croesum adoriatur, regnoque spoliet. In his ordo rerum gestarum non constat: nam quamlibet in historia Cyri scriptores antiqui discrepent, huc tamen omnes simul

boris vigore? CHAR. Mitte iſtum, qui non longe poſt riſum nobis præbiturus eſt, quando navigio meo vectabitur, quum ne culicem quidem, nedum taurum, ſuſtinere poterit.

9. Tu porro id mihi dic, quis hic alius ſit venerabili forma vir præſtans? non Græcus, ut videtur, quantum e veſtitu quidem apparet. MERC. Cyrus, Charon, Cambyſæ filius, qui imperium, quod Medi dudum tenebant, nunc ad Perſas transtulit: Aſſyrios idem hicce nuper devicit, ſuamque in poteſtatem Babylonem redegit: nunc nihil prius exiſtimes, quam expeditionem eum meditari in Lydiam, ut, Crœſo ſubacto, potiatur omnium. CHAR. Crœſus autem ubi tandem & ille eſt? MERC. Eo reſpice ad magnam illam arcem, triplici muro munitam: Sardes iſtæ ſunt: ipſum-

τη; ΧΑΡ. Ἔα τοῦτον ὐκ εἰς μακρὰν γέλωτα ἡμῖν παρέξοντα, ὁπότ' ἂν πλέῃ μηδὲ [b] ἐμπίδα, ὐχ ὅπως ταῦρον, ἔτι ἄρας δυνάμενος.

Σὺ δέ μοι ἐκεῖνο εἰπέ, τίς τ' ἂρ' ὁδ' ἄλλος ὁ σεμνὸς ἀνήρ; ὐχ Ἕλλην, ὡς ἔοικεν ἀπὸ γῦν τὴν στολῆς. ΕΡΜ. Κῦρος, ὦ Χάρων, ὁ Καμβύσου, ὃς τὴν ἀρχὴν πάλαι Μήδων ἐχόντων, νῦν Περσῶν ἤδη ἐποίησεν εἶναι. καὶ Ἀσσυρίων ἅπαξ ἐκράτησε, καὶ Βαβυλῶνα παρεστήσατο· καὶ νῦν ἐλαύνειν διανοεῖται ἐπὶ Λυδίαν ἔοικεν, ὡς καθελὼν τὸν Κροῖσον ἄρξοι ἁπάντων. ΧΑΡ. Ὁ Κροῖσος δὲ ποῦ πόλις καὶ ἐκεῖνός ἐστιν; ΕΡΜ. Ἐκεῖσε ἀπίβλεψον εἰς τὴν μεγάλην ἀκρόπολιν, τὸ τριπλοῦν τεῖχος· Σάρδεις ἐκεῖναι, καὶ τὸν Κροῖσον

[b] Ἐμπίδα] Ἐλαφίδα Bz. mendum manifeſtum, quemadmodum ὅπως ſolius A. Ἐμπίδα, quae ad manus ſunt, vetuſtae Edd. omnes: nihil hic *Bourdelotio* debemus.

45. Τὴν τὸ τριπλοῦν] Ὑπακουσίον τὸ ἔχουσαν. V.

mul conſpirant, prius aliquot annis quam Babylon fuerit in poteſtatem redacta, Crœſum Lydosque ſuccubuiſſe. Si Xenophon in hac cauſa teſtis idoneus placet, hoc, quum Cyrus annum aetatis ageret trigeſimum, acciderit; illud tribus admodum annis poſt. Ab ea ratione non parum diſcedit calculus aliorum, qui Sardes captas ponunt in anno aetatis Cyri ſecundo, vel quinto & quinquageſimo, Babylonem in primo & ſexageſimo. Utcumque ea lis fuerit decreta, quod nunc quidem ad nos nihil pertinet, illud certe pro comperto habendum eſt, *Lucianum*, dum haec ſcribebat, ad hiſtoriae veram ſeriem animo fuiſſe minus adtento: potuiſſet alioqui, ſi eam in curam paulo diligentius incubuiſſet, & ingenio ſimul ſervire, & rerum geſtarum fidei. *T. H.*

45. Τὴν τὸ τριπλοῦν τεῖχος] Loquendi formulam illuſtravit *J. Jenſius* ad p. 365. n. 59. Αἱ δὲ Σάρδεις, inquit *Strab.* XIII. p. 928. B. πόλις ἐστὶ μεγάλη, κατέρα μὲν τῶν Τμωϊκῶν (quod ut de nomine Straboni forte concedam, de ipſa tamen urbe, vel arce ſaltem, minime dedero) ἀρχαίου δ' ὄμως, ἄκραν αὐτὴν ἔχουσα. Arx ſane munitiſſimi operis, & prorſus inexpugnabilis futura, niſi Meles ſive Myles portentoſum leonem ex pellice ſibi natum ea ſola parte, quae penitus inacceſſa videbatur, circumferre neglexiſſet: *Herodot.* I, 84. ex quo *Dionis Chryſoſtomi* non intellectum *Caſaubono* locum egregie declaravit *Henr. Valeſius* ad Exc. *Nicol. Damaſc.* p. 68. Adverſus Cimmerios, deinde & Athenienſes diu poſt tuta ſtetit: *Herodot.* I, 15. V, 100. Cujus arte capta fuerit a Cyro tradidit *Herodotus*: ab *Herodoto* tamen nonnihil abit *Xenoph.* K. Π. VII. p. 107. ubi τεῖχος τὸ ἐν Σάρδεσι commemoratur, & τὰς ἀποτομωτάτας δοκοῦντα εἶναι τῶν Σαρδιανῶν ἐρύματος, quam lectionem propter triplicem *Luciani* murum ſervari velim. A *Polyaeno* duplex arcis per fraudem occupatae exponitur narratio ex diverſis ſcriptoribus petita: prior VII. c. 6. §. 3. quem habeat auctorem, ignoro: poſterior §. 13. perinde a *Frontino* deſcripta III, 8. §. 3. a *Cteſia* fluxit, ut oſtendunt ejus Excerpta p. 635. v. 30. Sed Crœſi filiae Nanidis opera, pactis Cyri nuptiis legitimis, arcem eſſe proditam cecinerunt *Licymnius* & *Hermeſianax*, teſte *Parthenio* Erot. c. XXII. quibus Muſarum famulis quatenus habenda ſit fides, lectori jus arbitrandi facio: ita vero *Parthenius* περὶ προδοσίας συνθεμένην τῷ Κύρῳ, ἐπὶ κατὰ νόμους Περσῶν ἔχει γυναῖκα αὐτὴν, κατὰ τὴν ἄκραν, μηδένος φυλάσσοντος δ' ἐχυρότητα τοῦ χωρίου, ὑποδέχεσθαι τοὺς πολεμίους. Ideo gazae regiae theſaurisque cuſtodiendis munimentum opportuniſſimum: *Polyaen.* IV. c. 9. §. 4. Σέλευκος τὴν Σαρδιανὴν ἄκραν ἐπόθει (ita legendum judico pro ἐπάρθει) τοὺς ἐν αὐτῇ θησαυροὺς θεοδότου φυλάσσοντος· τοῦτον θησαυροφύλακα Λυσίμαχος ἔταξε μὴ δυνάμενος τὴν ἄκραν ἐχυρὰν οὖσαν ἑλεῖν. Neque aliam ob rem captivi nobiles eo detruſi, ut evadendi ſpes omnis praecideretur: eundem vide VI. c. 49. Arx autem urbi adjungebatur per Πρίονα (nomen a figurae ſimilitudine ſumtum autumo) cujus τεῖχος ἀφυλακτούμενον quum Lagoras Cretenſis obſervaſſet, ſolerti conſilio viam

νον αὐτὸν ὁρᾷς ἤδη ὅτι κλίνης χρυσῆς καθήμενον, Σόλωνι τῷ Ἀθηναίῳ ἀφηγούμενον; βούλει ἀκούσωμεν αὐτοῦ, ὅ, τι καὶ λέγουσι; ΧΑΡ. Πάνυ μὲν οὖν.

ΚΡΟΙ. Ὦ ξένε Ἀθηναῖε, εἶδες γάρ μου τὸν πλοῦτον, καὶ τοὺς θησαυροὺς, καὶ ὅσον ἄσημον χρυσόν ἐστιν ἡμῖν, καὶ τὴν ἄλλην πολυτέλειαν, εἰπέ μοι, τίνα ἡγῇ τῶν ἁπάντων ἀνθρώπων εὐδαιμονέστατον εἶναι. ΧΑΡ. Τί ἂρα ὁ Σόλων ἐρεῖ; ΕΡΜ. Θάρρει· εὖ ἴσθι ἀγεννῆ, ὦ Χάρων. ΣΟΛ. Ὦ Κροῖσε, ὀλίγοι μὲν οἱ εὐδαίμονες· ἐγὼ δὲ, οὓς οἶδα, Κλέοβιν καὶ Βίτωνα ἡγοῦμαι εὐδαιμονεστάτους γενέσθαι, τοὺς τῆς ἱερείας παῖδας. ΧΑΡ. Τῆς Ἀργόθεν φησὶν οὗτος, τοὺς ἅμα τρῶν ἀποθανόντας, ἐπεὶ τὴν μητέρα ὑποδύντες εἵλκυσαν ὅτι τὰ ἀπήνης ἄχρι τροῦ τὸ ἱερόν. ΚΡΟΙ. Ἔγωγε· ἐχέτωσαν τὰ πρῶτα ἐκεῖνοι τῆς εὐδαιμονίας

que jam Crœſum conſpicis in aureo lecto ſedentem, cumque Solone Athenienſi confabulantem: vin' auſcultemus, quidnam dicant? CHAR. Lubentiſſime quidem.

10. CROES. Hoſpes Athenienſis (nam vidiſti divitias meas, & theſauros, quantumque nobis ſit rudis auri, ceterarumque rerum lautiſſimum apparatum) dic mihi, quem ducas omnium hominum feliciſſimum eſſe. CHAR. Quid ergo Solon reſpondebit? MERC. Hac de re ſecurus eſto: nihil, Charon, quod animum magnum dedeceat. SOL. Crœſe, pauci felices: eorum autem, quos ego novi, Cleobin & Bitonem ſtatuo feliciſſimos extitiſſe, illos inquam ſacerdotis filios. CHAR. Argivæ nempe inquit, qui una nuper admodum ſunt mortui, poſtquam matrem jugo ſuccedentes traxiſſent in carpento usque ad templum. CROES. Sit ita: primas illi fe-

expugnandae poſt diuturnam obſidionem urbis invenit: hiſtoriam narrat *Polyb.* VII. p. 705. meminitque τῆς προϋπαρχούσης δόξης περὶ τῆς Σάρδεων ὀχυρότητος. Arcem *Charon Lampſacenus* vocavit τὸ τεῖχος τὸ βασιλικὸν referens Athenienſes Ionibus opitulatos ἱλαῖῶν τὰ περὶ Σάρδεις ἄπαντα χωρὶς τοῦ τείχους τοῦ βασιλικοῦ· verba nobis deſcripſit *Plutarch.* Περὶ τῆς Ἡροδ. κακ. p. 861. D. *T.H.*

Ibid. Τὸ τριπλοῦν τεῖχος] Ἔχουσαν ſubaudio. *J. Br.*

46. Τεῖχος] Τὸ περιοικοδομημένην, aut quid ſimile deſiderari videtur poſt τὸ τεῖχος. *F.G.*

48. Σόλωνι] Ne quis hic forte ficta ſuſpicetur, quae de Solone cum Crœſo habet, adeat *Plutarch.* in Sol. & *Herodot.* I. p. 7. ubi eodem ferme, quo hic, modo diſſerentem cum Crœſo Solonem audies. Meminit & Diogenes Laertius illius colloquii p. 12. *Menagius* tamen addubitat ob rationem temporum. *M. du S.*

56. Οὐδὲν ἀγεννὲς] Quid aliud erat expectandum ab homine liberrimae indolis, libertatisque amantiſſimo, cujus ſumma ferebatur apud Graecos ſapientiae fama? *Herodotum* adumbravit *Noſter*, qui Solonem fecit adulatione omni procul habita ὑπεροπτικώτατα, ἀλλὰ τῷ ἤθει χρησάμενον λέγειν &c. Inhumanius eſt, neque Herodoteum, quo ſtatim Solonem inpetit Crœſus, convicium καθάρματος. Verum ordinem eorum, qui beatiſſimi judicio Solonis ſunt pronunciati, Lucianus invertit: Tellum priore, poſteriore loco juvenes Argivos poſuit *Herodotus*, ſive aequum exiſtimans, ut popularis ſui Solon primam rationem haberet, ſive potius aetatis, qua vixerunt, intervallum ſecutus: Charon certe mox, ſimul atque Cleobin & Bitonem audivit nominari, agnoſcit eos τοὺς ἅμα τρῶν ἀποθανόντας· unde quid aliud colligas, dummodo Luciani fides auctore certo nitatur, quam utrosque vivente Solone, vel paulo ſaltem ante beatam illam mortem obiiſſe. Κλέοβις autem in hodiernis *Herodoti* editionibus impreſſum eſt; neque ullam membranarum veterum ab eruditis viris adnotatam reperio variationem: ceteri tamen omnes, etiam illi, qui teſtem *Herodotum* adhibent, Κλέοβιν appellitant; quem ſcribendi modum neceſſitate metri probat, quod in *Stobaeo* legitur p. 603. Epigramma: Οἵδε Βίτων Κλέοβις τ' ἐπὶ σώμασιν οἰκείοισιν Ζεύγλαν ζόφῳ μοι &c. Matrem Cydippen edunt plerique: Theano fuit ab aliis vocata; ut *Suidas* oſtendit in Κροῖσος τὸ μητρὸς αὐτῶν Θεανοῦς ἢ Κυδίππης ἱστορούσης δὲ μελλούσης πομπεύειν τῇ πατρίῳ ἑορτῇ ἐπὶ ἁπήνης μέχρι τεμένους τῆς Ἥρας· haec ab alio fonte ſunt hauſta, itidemque quod *Hyginus* tradit Cydippen, poſtquam duplicis domeſtici funeris exemplo didicerat, nihil eſſe melius mortalibus, quam mori, mortem obiiſſe voluntariam. Illorum vero, a quibus haec hiſtoria, *fabulam notam Cicero* vocat, ſit narrata, indicium petes a Viris Eruditiſſimis *J. A. Fabricio* ad *Sext. Empir.* P. H. III. §. 231. *J. Davisio* ad Cicer. T. D. I. c. 47. *T.H.*

58. Κλέοβιν δὲ Βίτωνα] De his *Herodot.* I, 32. *Plato* etiam in *Axiocho*, vel *de Morte*. *M. du S.*

59. Τοὺς τῆς ἱερείας π.] Lege ΧΑΡ. Τοὺς τῆς ἱ. π. venuſtius enim eſt haec a Charonte dici, quam a Solone. *M. du S.*

64. Τὰ πρῶτα] *Primas.* *J. Br.*

65. Τίλλῳ] *Telaus* in quibusdam Diogenis Laertii codicibus ſcribitur. Apud alios *Telus* vel *Tellus*, ut hic omnes impreſſi, exceptis Fl. & *J.* quae Τίλλῳ habent; ſed eadem Τίλλον recte exhibent Ἱστ. β. c. 17. *M. du S.*

Τίλ-

ferant felicitatis: at ſecundas quis obtineat? SOL. Tellus Athenienſis, qui & bene vixit, & pro patria mortem oppetiit. CROES. Ego vero, purgamentum hominis, non tibi videor eſſe felix? SOL. Necdum mihi liquet, Croeſe, niſi ad finem perveneris vitæ: mors enim exactiſſimus index ejusmodi rerum, & vitæ ad metam usque feliciter peractæ. CHAR. Pulcerrime, Solon, quod noſtri non oblitus ſis, ſed cymbulam noſtram eſſe cenſeas de talibus bene judicandi normam.

11. Sed quosnam iſtos Croeſus ablegat? aut quid id eſt, quod in humeris ferunt? MERC. Lateres Apollini Pythio aureos conſecrat, mercedem oraculorum, per quæ etiam peſſumibit brevi poſt tempore: eſt autem vatibus vir deditus ſupra modum. CHAR. Illud nimirum ſplendidum eſt aurum, quod refulget ſubpallidum quid-

65 ὁ δεύτερος δὲ, τίς ἂν εἴη; ΣΟΛ. Τέλλος ὁ Ἀθηναῖος, ὃς εὖ τε ἐβίω, καὶ ἀπέθανεν ὑπὲρ τῆς πατρίδος. ΚΡΟΙ. Ἐγὼ δὲ, κάθαρμα, εἰ σοι δοκῶ εὐδαίμων εἶναι; ΣΟΛ. Οὐδέπω [a] οἶδα, Κροῖσε, ἢν μὴ πρὸς τὸ τέ-
70 λος ἀφίκῃ τοῦ βίου. Ὁ γὰρ θάνατος ἀκριβὴς ἔλεγχος τῶν τοιούτων, καὶ τὸ ἄχρι πρὸς τὸ τέρμα εὐδαιμόνως διαβιῶναι. ΧΑΡ. Κάλλιστα, ὦ Σόλων, ὅτι ἡμῶν οὐκ ἀπελέλησαι, ἀλλὰ τὸ πορθμεῖον αὐτὸ ἀξιοῖς γενέσθαι τῆς
75 περὶ τῶν τοιούτων κρίσεως.

Ἀλλὰ τίνας ἐκείνους ὁ Κροῖσος ἐκπέμπει, ἢ τί καὶ ἐπὶ τῶν ὤμων φέρουσι; ΕΡΜ. Πλίνθους τῷ Πυθίῳ χρυσᾶς ἀνατίθησι, μισθὸν τῶν χρησμῶν, ὑφ' ὧν καὶ ἀπολεῖται
80 μικρὸν ὕστερον. Φιλόμαντις δὲ ἀνὴρ ἐκτόπως. ΧΑΡ. Ἐκεῖνο γάρ ἐστιν ὁ χρυσὸς τὸ λαμπρὸν, ὃ ἀποστίλβει; τὸ ὑπωχρον μετ' ἐρυθή-

[a] Οὐδέπω] οἶδα F. quod quidem in ſequentibus Edd. ſine certa membranarum auctoritate mutari non debuit.

Τέλλος] Ad *Diogen. L.* I, 50. vide *Menagium. Τέλος* ſcribatur, an Τέλλος, parum intereſt: vetuſti Graeci literas geminare vix unquam ſolebant: Σίλλος, Σίλος· Ἕλλος, Ἕλος· Σελλασία, Σελασία· Πελλὰς, Πελὸς nullo diſcrimine ſeparantur. Antiqua ſcriptio deluſit Interpretem *Dionis Chryſ.* p. 593. D. ut pulcre *Caſaubonus* obſervavit. *Themiſt.* Or. XVIII. p. 211. D. Κρῶσον μὲν οὖν ἀπέφηνε ὁ Σόλων ὀλοώτατον τότε ἀνθρώπων, ἀλλὰ τῶν Ἀθηναίων καὶ τοὺς Ἀργείους νεανίσκους. ubi, tametſi non ignorem, quomodo defendi poſſit τῶν Ἀθηναίων, profecto malim Τέλλον vel Τέλλου Ἀθηναίου. *T.H.*

69. Πρὸς τὸ τέλος] Reſpicit Solonis dictum, de quo *Auſon.* *J.B.*

Πρὸς τὸ τ. ἀ. τῦ β.] Sententiam Solonis, quam *Ariſtoteles* argumentis ſanequam levibus impugnat Eth. Nic. I. c. 10. certatim Tragicos imitari monent *B. Martin.* V. L. I. c. 1. verſus *Euripidis* ex Androm. v. 100. qui ſunt ipſius Andromachae, perperam Hecubae tribuens, & *Joſ. Barneſ.* ad eum locum & Heracl. v. 865. Quum ergo Deianira Trachinias Sophocleas ſic inciperet, Λόγος μὲν ἦν ἀρχαῖος ἀνθρώπων φάτις, Ὡς οὐκ ἂν εἰδῶν' ἐμμάθοι (ἐμμάθοις) βροτῶν, πρὶν ἂν θάνοι τις, ὅτῳ' εἰ χρηστὸς, ὅτῳ' εἰ τῷ κακῷ, notare operae pretium duxit *Scholiaſtes* eſſe μιλαχρονισμὸν μιλαγνώσιον· ἢ Σόλων ὁ μηδένα μακαρίζειν πρὸ τελευτῆς πρὸς Κροῖσον ἀποφηνάμενος. Vide *Cicer.* de F. B. & M. II, 27. & *Daviſ.* p. 164. Similes veterum ſententias plena manu ſuppeditabit *Stob.* Ecl. c. CIII. Porro legendum puto καὶ τῶν ἄχρι πρὸς τὸ τ. &c. *Dion Chryſ.* p. 598. C. ὧν τῷ μὲ ὁ θάνατος ἤλεγξεν. *T.H.*

74. Τὸ πορθμεῖον αὐτὸ] Inepte haec vertuntur: *ſed cymbam ipſam harum rerum judicio dignam cenſes*, cum ſit; *ſed cymbam ipſam exiſtimas eſſe, ubi de talibus judicium fieri neceſſe ſit.* *J.G.G.*

78. Μισθὸν τῶν χρησμῶν] Notum eſt oraculum, quod iterum tangit Z. Ἐλ. c. 14. & 20. ubi vide Notas, & c. 43. Latine apud *Ciceronem* ſic extat:

i. e. *dignitates*, vel *congruitates* vocabant: ut, *ego Priſcianus ſcribo, Apollonius ambulat.* Illae vero, quibus tranſitiones ab alia ad aliam fiunt perſonam, in quibus neceſſe eſt cum nominativo etiam obliquum aliquem caſum proferri, παρασυμβάματα dicebant: hoc eſt minus quam congruitates, ut, *Cicero patriam ſervat.* Ammonius: ἂν μὲ ἓν ὀνόματός τι κατηγορηθῇ, λέγουσιν αὐτοῦ, κατηγόρημα, καὶ σύμβαμα περ' αὐτοῖς (Stoicis) ὀνομάζεται, συμβαίνει γὰρ ἄμφω τ' αὐτὼ, οἷς τὸ περιπατεῖ· οἷον Σωκράτης περιπατεῖ, ἂν δὲ πτώσιος παρασύμβαμα ὀνομάζουσι παρακείμενον τῷ συμβάματι, καὶ ὃν οἷον παρακατηγόρημα, οἷς ἔχει τὸ μισεμίλει· οἷον, Σωκράτει μισεμίλει. *J. Br.*

Σύμβαμα] Vid. *Burſ.* dial. Cic. *F. G.*

Σύμβαμα] Priorem vocem ſecundum Stoicorum mentem *Diog. Laërt.* enarrat in Zen. vita jam laudata, p. 179. C. D. Noſter etiam mox, ſed jocoſe. V. *Cogn.* 128. & *Suid.* *M. du S.*

Ibid. Ὁποῖον τὸ ὁπόσων] Ὁποῖα τὸ ὁπόσα. *F. G.*

Ὁποῖον τὸ ὁπόσων] L. quod magis arridet quam ὁποῖα τὸ ὁπόσα. A. & P. In Edd. ὁποῖον τὸ ὁπόσον. *M. du S.*

80. Παρασύμβαμα] Ludit feſtivus ſcurra in detorquenda ſignificatione vocum, quae ad Grammaticam vel Dialecticam pertinent, quam diſcas optime ex Apollonio Synt. lib. 1. p. 36, 14. & lib. 3. p. 295. Verbo, σύμβαμα eſt praedicatum caſui recto additum, ut in hac propoſitione, Τρύφων περιπατεῖ. Sed παρασύμβαμα praedicatum caſui obliquo additum, ut in hac, μισεμίλει Σωκράτει. Hic igitur σύμβαμα *congruitatem* notat, quomodo vertit & jam Priſcianus L. 13. p. 1118. de eadem re agens: παρασύμβαμα autem, cum ab ea aliquantum recedit. Verum

ΑΓΟ. Ὦ τῆς ἀγχινοίας· τίδ' ἄλλο μάλιστα φὴς εἰδέναι; ΧΡΥΣ. Τῶν λόγων πλεκτάνας, αἷς συμποδίζω τοὺς προσομιλοῦντας, ἢ ἐπιφράττω, ἢ σιωπᾶν ποιῶ, φιμὸν ἀτεχνῶς αὐτοῖς περιτιθείς. ὄνομα δὲ τῇ δυνάμει ταύτῃ, ὁ ἀοίδιμος συλλογισμός. ΑΓΟ. Ἡράκλεις, ἄμαχόν τινα, καὶ βίαιον λέγεις. ΧΡΥΣ. Σκόπει γοῦν· ἔστι σοι παιδίον; ΑΓΟ. Τί μήν; ΧΡΥΣ. Τοῦτον ἂν πως κροκόδειλος ἁρπάσῃ, πλησίον ποταμοῦ πλαζόμενον εὑρών, κατά σοι ἀποδώσειν ὑπισχνεῖται αὐτό, ἂν εἴπῃς ταληθές, τί δέδοκται περὶ τῆς ἀποδόσεως· βρέφους, τί φήσεις αὐτὸν ἐγνωκέναι; ΑΓΟ. Δυσαπόκριτον ἐρωτᾷς. ἀπορῶ γὰρ ὁπότερον εἰπὼν ἀπολάβοιμι. ἀλλὰ σὺ πρὸς Διὸς ἀποκρινάμενος, ἀνάσωσαί μοι τὸ παιδίον, μὴ καὶ φθάσῃ αὐτὸ καταπιών. ΧΡΥΣ. Θάρρει καὶ ἄλλα γάρ σε διδάξομαι θαυμασιώτερα. ΑΓΟ. Τὰ ποῖα; ΧΡΥΣ. Τὸν θερίζοντα, καὶ τὸν κυριεύοντα, καὶ ὃν πᾶσι τὴν Ἠλέκτραν, καὶ τὸν ἐγκεκαλυμμένον. ΑΓΟ. Τίνα τοῦτον τὸν ἐγκεκαλυμμένον, ἢ τίνα τὴν Ἠλέκτραν λέγεις;

22. EMT. Hem ſolertiam! Quid vero amplius te noſſe ais? CHRYS. Verborum laqueos, quibus impedio, qui mecum loquuntur, quos obturato ore, & freno injecto, plane ad ſilentium redigo. Nomen huic facultati decantatus ille ſyllogismus. EMT. Inexpugnabilem mihi & violentum narras. CHRYS. Attende igitur. Eſtne tibi puer? EMT. Quid tum? CHRYS. Si hunc forte Crocodilus ad flumen oberrantem rapiat, ac deinde redditurum ſe tibi polliceatur, ea lege, ſi verum dicas, quid ſtatuerit ipſe de reddendo puero: quid dices illum decreviſſe? EMT. Rogas, ad quod reſpondere, admodum ſit difficile. Anceps enim haereo, quo reſponſo recipere illum poſſim. Sed tu per Jovem reſponſo tuo ſerva mihi puerum, ne, antequam ego reſpondeam, illum devoret. CHRYS. Bono es animo. Nam & alia te docebo etiam admirabiliora? EMT. Quaenam? CHRYS. Metentem ſyllogiſmum, & dominantem, & ſuper omnia Electram & Opertum. EMT. Quem tu mihi Opertum, quam Electram narras? CHRYS.

86. Φιμὸν] Τὸν δισμὸν καὶ χαλινόν. *V.*

3. Ἠλέκτραν λέγεις ἢ τὴν ἐγκεκαλυμμένον] Τίνα τοῦτον τὴν ἐγκεκαλυμμένον, ἢ τίνα τὴν Ἠλέκτραν λέγεις; *G.*

Lucianus ad verbum σύμβαμα vocat *accidens*, & παρασύμβαμα *novum accidens*, quod ſupervenit illi veteri ac priori, idque ridiculo exemplo declarat. Poteſt ipſa ambiguitas Latinis appellationibus vix ac ne vix quidem explicari, quod συμβαίνειν tum *una ire*, *congruere*, ſignificat, tum *accidere* & *contingere*. *J.M.G.*

83. Τῶν λόγων πλεκτάνας] De quibus ſupra diximus. Habuit Chryſippus multas argumentationum ſpecies, ut Soritem, Mentientem, Crocodilitem, Cornutam, Electram, Ignavam, Achillem, Metentem, Dominantem, Neminem, & alias, quas vel ipſe Ariſtoteles nusquam attigit, de quibus *Laërt.* in Zen. *Fab.* c. 20. lib. 1. *Themiſt.* Orat. 14. Ipſe hoc Dial. *J.B.*

91. Κροκόδειλος . .] Hinc κροκοδιλίτης λόγος Aphtonio. *Crocodilinam* vocat Quintil. I. 10. nos ſupra diximus ad v. Δ. I. *M.du S.*

2. Θερίζοντα] Sophiſmatis hujus meminerunt & alii antiqui ſcriptores. Nemo autem, quod quidem ſciam, exemplum affert, unde certo, quid fuerit, conſtet. Affert tamen ex Ammonio locum *Menagius*, unde quid ſit θερίζων ſophiſma, liquere putat. Sed ex Ammonii verbis licet quidem conjicere, quid θερίζων fuerit; non autem diſerte docemur. Vid. *Menag.* not. ad *Diog. Laërt.* p. 161. A. & Ammonium ipſum p. m. 108. a. Hujus ſolutionem nummis CC. emiſſe Zenonem, memoriae prodidit *Diog. Laërt.* 170. CD. Vid. etiam eundem 174. E. *Plut.* de fato, ſub fin. *M.du S.*

3. Κυριεύοντα] Hujus, dum alia multa recenſet *Diog. Laërt.* oblitus videtur, p. 60. A. & 174. E. Et noſter infra, c. 25. Nec quid ſit, conjectura adſequi poſſum; niſi quis forſan κερατίνην vel κεράτινον reponere velit, quod minime placet, niſi accedat alicujus Codicis auctoritas. *M. du S.*

Ibid. Ἠλέκτραν] Haec duo poſteriora Chryſippus ipſe Lucianeus exemplis illuſtrabit. Alia ejusdem farinae videre qui volet, adeat *Diog. Laërt.* in Euclide, p. 60. A. 174. E. 183. F. ψευδόμενος ἀληθεύουσαν Ἠλέκτραν ἐγκεκαλυμμένον, σωρείτης, κερατίνης & φαλακρὸς. & apud Plut. l. c. ἀργὸς. quae omnia Logicis fuſius explicanda relinquimus. V. *Creſſol.* AG. X. 70. *M.du S.*

4. Ἐγκεκαλυμμένον] Auctor hujus Cronus Diodorus,

CHRYS. Electram intelligo nobiliſſimam illam, Agamemnonis, quae eadem novit ſimul & non novit. Adſtante enim apud illam Oreſte nondum agnito, novit illa quidem, Oreſtem eſſe fratrem ſuum, huncce hominem vero eſſe Oreſtem ignorat. Opertum autem illum admirabilem ſermonem jam ſtatim audies. Etenim reſponde mihi, Patrem tuum noſti? EMT. Sane quam. CHRYS. Quid igitur, ſi quempiam hominem opertum adſtare jubeam, teque interrogem, hunccine noſti? Quid dices? EMT. Scilicet me non noſſe.

23. CHRYS. Verum enim vero ille ipſe erat pater tuus. Hunc igitur ſi non noviſti, manifeſtum eſt, patrem tuum te non noſſe. EMT. At ego retecto illo verum ſciam. Attamen quis tibi finis ſapientiae, aut quid facies cum ad faſtigium virtutis delatus fueris? CHRYS. In primis naturae morabor, divitias dico, ſanitatem, & ſimilia. Opus vero eſt multa ante laborare, libris minute ſcriptis adhibere faciem, commentarios congerere, ſoloeciſmis impleri, abſurdisque vocibus: &

ΧΡΥΣ. Ἠλέγχραν μὲν ἐκείνῃ τ πάνυ, τ Ἀγαμέμνονος, ἣ τὰ αὐτὰ οἶδέ τε ἅμα, κ οὐκ οἶδε. παρεστῶτος γὰρ αὐτῇ τ Ὀρέστου ἔτι ἀγνῶτος, οἶδε μὲν Ὀρέστῃ, ὅτι ἀδελφὸς αὐτῆς· ὅτι δὲ ἔστ Ὀρέστης, ἀγνοεῖ. τ δ' αὖ ἐγκεκαλυμμένον, κ πάνυ θαυμαστὸν ἀκούσῃ λόγον· ἀπόκριναί μοι, τ πατέρα οἶδα τ σεαυτῆ; ΑΓΟ. Ναί. ΧΡΥΣ. Τί οὖν; ἂν σοι προστάσας τινὰ ἐγκεκαλυμμένον, ἔρωμαι, τοῦτον οἶδα, τί φήσεις; ΑΓΟ. Δηλαδὴ ἀγνοεῖν.

ΧΡΥΣ. Ἀλλὰ μὴν αὐτὸς ἔστ ἦν ὁ πατὴρ ὁ σός. ὥστε εἰ τοῦτον ἀγνοεῖς, δῆλ εἶ τ πατέρα τ σὸν ἀγνοῶν. ΑΓΟ. Οὔμενοῦν· ἀλλ' ἀποκαλύψας αὐτὸν εἴσομαι τ ἀλήθειαν. ὅμως δ' ἔστί σοι τ σοφίας [a] τὸ τέλος, ἢ τί πράξεις πρὸς τὸ ἀκρότατον τ ἀρετῆς ἀφικόμενος; ΧΡΥΣ. Περὶ τὰ πρῶτα κτ' φύσιν καταγενήσομαι. λέγω δὲ πλοῦτον, ὑγείαν, κ τὰ τοιαῦτα. πρότερον δὲ ἀνάγκη πολλὰ προπονῆσαι, λεπτογράφοις βιβλίοις [b] παραθήσοντα τ ὄψιν, κ σχόλια συναγείροντα, κ σολοικισμῷ ἐμπιπλάμενον, κ ἀτόπων ῥημά-

a Τὸ τέλος] Deeſt in F. ſola. Ad oram *AIW.* notatum invenio, τότε, quod non ſatis adſequor quo pertineat. b Παραθήσοντα] Παρατιθύτα Margo *AIW.*

9. Ἀγνῶτος] Ἀγνώσου. *V.*

rus, teſte *Diog. Laërt.* p. 60. f. meminit & alibi, ut 174. E. & 212. BC. ubi librum a Chryſippo de eo ſcriptum tradit. Hinc credo ductum nomen Fabulae *Anthippi*, quam memorat *Athen.* 403. E. ἐγκαλυπτόμενον. *M. du S.*

23. Τὰ πρῶτα κατὰ φύσιν] Notaverat Cl. *Hemſterh.* ad marg. Ed. *Graev.* Daviſ. ad Cic. Tuſc. Diſp. L. V. p. 365. Ed. 2. ſunt autem verba Ciceronis, quae ad illuſtrandum Lucian. faciunt: *Nihil bonum, niſi vacuitatem doloris, ut Hieronymus: Nihil bonum, niſi naturae primis bonis aut omnibus aut maximis frui*, &c. Ubi *Daviſ.* pluribus demonſtrat, per *prima naturae* ſignificari *ſanam mentem, valetudinem proſperam & ſi qua ſimilia.* *J. F. R.*

27. Ὄψιν] Non vult puto ſimpliciter admoveri oculos, ſed propter litterarum tenuitatem prope faciem applicari, quae res myopas deinde efficit. *J. M. G.*

28. Σολοικισμῶν] Σόλοικον, non σολοικισμὸν, dixiſſe veteres teſtatur *Gellius* V. c. 20. *AE. M.*

Σολοικισμῶν ἐμπιπλάμενον] Quod nimirum Stoici exiſtimarent, ſoloecas loquutiones philoſopho minime eſſe refugiendas. *Plutarchus* de Stoicorum repugnantiis T. II. p. 1047. de Chryſippo verba faciens, poſtquam oſtendit, Chryſippum Rhetorica ornamenta laudaſſe, & accurate eſſe perſequutum, Οὕτω δή τις φιλότιμος, inquit, ἐνταῦθα ὁ περιττὸς γενόμενος πάλιν ἐν τῷ αὐτῷ βιβλίῳ περὶ τ τῶν φαινόντων συγκρούσεως ὑπεικὼν, Οὐ μόνον, φησὶ, ταῦτα συγγνώστου τῷ βελτίονος ἐχομένους, ἀλλὰ κ ποίας ἀσαφείας, κ ἐλλείψεις κ τὴ Δία σολοικισμούς, ἐφ' οἷς ἄλλοι ἂν κἀχνθέσειαν σῦκα ὀλίγοι. *Idem ille, qui hic ita accuratus & copioſus fuit, iterum in eodem libro de conflictu vocalium. Non tantum, inquit, hoc ignoſcendum iis, qui melioribus adhaerent, ſed & quasvis obſcuritates & ellipſes, & per ſoveem ſoloeciſmos, propter quos alios pudeat non paucas.* *J. C.*

μάτων. ἢ τὸ κεφάλαιον, εἰ θέμις γενέσθαι σοφὸν, ἦν μὴ [a] τρὶς ἑρεξῇς ἢ ἑλλεβόρου πίῃς. ΑΓΟ. Γενναιά σε ταῦτα, ἦ δεινῶς ἀνδρικά. τὸ δὲ [b] γνίφωνα εἶναι, ἢ τοκογλύφον (ἢ γὰρ τάδε ὁρῶ σοι προσόντα) τί φῶμεν, ἀνδρὸς ἤδη πεπωκότος τ' ἑλλέβορον, καὶ τελείου πρὸς ἀρετήν; ΧΡΥΣ. Ναί. μόνῳ ἔν[c] τὸ δανείζειν πρέποι ἂν τῷ σοφῷ. ἐπεὶ γὰρ ἴδιον αὐτῷ συλλογίζεσθαι, τὸ δανείζειν δὲ, ἢ λογίζεσθαι τοὺς τόκους, πλησίον εἶναι δοκεῖ τῷ συλλογίζεσθαι, [d] μόνε ἂν εἴη τῷ σπουδαίῳ καθάπερ ἐκεῖνο, καὶ τοῦτο. καὶ ἢ μόνον γε [e] ἁπλῶς, ὥσπερ οἱ ἄλλοι, τοὺς τόκους, ἀλλὰ ἢ τούτων ἑτέρους τόκους λαμβάνειν. ἢ γὰρ ἀγνοεῖς ὅτι τ' τόκων οἱ μὲν εἰσι πρῶτοί τινες, οἱ δὲ δεύτεροι, καθάπερ αὐτῷ ἐκείνων ἔκγονοι. ὁρᾷς δὲ ὅπτα ἢ τ' συλλογισμὸν ὁποῖά φησιν, εἰ τ' πρῶτον τόκον λήψεται, καὶ τὸν δεύτερον. ἀλλὰ μὴν ἢ τ' πρῶτον λήψεσθαι, ἄρα ἢ τ' δεύτερον.

ΑΓΟ. Οὐκοῦν ἢ μισθῶν περὶ τὰ [f] αὐτὰ φῶμεν, ἃς σὺ λαμβάνεις ὅτι τῇ σοφίᾳ πρέπει τῶν νέων, ἢ δῆλον ὅτι μόνῳ τῷ σπουδαίῳ μισθὸν ὅτι τῇ ἀρετῇ λήψεται; ΧΡΥΣ. Μανθάνεις. ἐ γὰρ ἐμαυτῷ εἵνεκα λαμβάνω, ἢ δὲ διδόντι αὐτῷ χάριν. ἐπεὶ γάρ ἐστιν ὁ μὲν τις ἐκχύτης, ὁ δὲ, ὥσπερ ἐγὼ, ἐλλιπὴς, ἐμαυτὸν μὲν ἀσκῶ εἶναι πλειπλιπῆ, τ' δὲ μαθητὴν, ἐκχύτλιον. ΑΓΟ. Καὶ μὴν

quod caput rei est, fas non est sapientem fieri, nisi ter deinceps helleborum biberis. EMT. Generose ista & plane viriliter. Sed Gniphonem sordidum esse*, & foeneratorem improbum, (nam haec quoque tibi ineſse video:) haecne & ipsa dicemus esse viri helleboro purgati & perfecti ad virtutem? CHRYS. Ita sane; solum igitur sapientem foenerari deceat. Cum enim propriuna illius sit colligere; (*syllogiſmos facere:*) foenerari autem & computare usuras, vicinum videatur colligendi industriae: solius esse dixerim viri boni, quemadmodum illud, ita hoc etiam, & non simpliciter modo, ut reliqui solent usuras, sed usurarum quoque alias usuras capere. An enim ignoras, usurarum alias esse primas, alias secundas, illarum quasi filias. Vides vero scilicet syllogiſmum, quid dicat: si primas usuras accipiet sapiens, etiam secundas. Atqui primas accipiet. Ergo etiam secundas.

24. EMT. Igitur de mercedibus eadem dicemus, quas sapientiae nomine tu sumis ab adolescentibus, manifestumque est solum virum bonum mercedem virtutis nomine capturum. CHRYS. Rem tenes; neque enim ego mea causſa capio, sed ipsius dantis. Cum enim alius sit effusor (*effuſus, prodigus*) alius comprehensor (*tenax, avarus*) ego quidem comprehensor esse meditor, discipulum autem studeo effusorem efficere. EMT. Quin contrarium dixisti; il-

a Τρὶς] Revocatum ex P. L. Τρεῖς Edd. praeter Bt. 2. b Γνίφωνα] Bene legitur in F. & S. ceterae fere γναφώνα. In ora El. Ed. nescio quis notaverat γλύφωνα, parum perite. c Τὸ] Τούτῳ F. quod ferri nequit. Mox in eadem Ed. πρέπει. d Μόνου] Μόνον F. e Ἁπλῶς] In ora AldW. ἁπλοῦς non inepte. f Αὐτὰ] Ταυτὰ P. F. in qua prave ἃς συλλαμβάνεις.

30. Ἢν μὴ τρὶς] De his Hellebori potionibus dixi ad *Petronium*. *J. B.*

32. Γνίφωνα] Vox haec nusquam legitur. Est apud *Hesychium* vox adfinis soni, Γναφεῖς, qui sunt σκυτεῖς, κατωφερῆ, ἄσκαλμοι, πεπειμένοι ἢ μαλακαί, λεπὶ τῶ μὴ γόνυ πεπτωκέναι *morosi, tristes, timidi, remissi & molles, a cadendo in genua dicti*: nam γνὺξ est *in genua*, & πίπτειν γνύξ, *cadere in genua*. *J. C.*

Γνίφωνα] Omnes antiquiores Edd. excepta Fl. legunt γνύφωνα, quod Benedictus mutavit. Neutrum quod sciam, apud alios Auctores occurrit. Γνίφων proprium viri, Nostro sub finem Tim. c. 34. in Καταπλ. c. 17. & Ἁλ. c. 30. qui insignis foenerator cum esset, nomen dederit omnibus ejusmodi sordidis hominibus. Si γνίφωνα malis, quaere sensum alium ex Hesychio in γνύκτων. Mihi prior ratio placet. *M. du S.*

Γνίφωνα] *Parcum*. F. G. Sed vellem auctoritatem indicasset, non enim invenio usquam, quare Cl. *du Soul* adsentior, nomen proprium inde facienti. Verum si *avarum* tantummodo significare necesse est, ut ver-

illud enim volebas, juvenem quidem comprehensorem esse (*frugalem & parcum*) te vero, qui solus dives es, effusorem (*liberalem & magnificum.*) CHRYS. Rides tu quidem, sed vide ne syllogismo te indemonstrabili feriam. EMT. Et quid ab illo telo metuendum? CHRYS. Dubitatio & silentium, & mentis distractio.

25. Quod vero maximum si voluero; statim efficiam te lapidem. EMT. Quomodo lapidem? neque enim tu opinor, vir bone, Perseus es. CHRYS. Hac fere ratione. Lapisne corpus est? EMT. Est. CHRYS. Quid vero animal, nonne corpus? EMT. Est. CHRYS. Tu vero animal? CHRYS. Sic quidem videtur. CHRYS. Lapis ergo es, qui sis corpus. EMT. Nequaquam vero. Sed solve me per Jovem, & postliminio quasi me homini redde. CHRYS. Difficile non est. Sed rursus esto homo. Dic mihi, Omne Corpus animal? EMT. Non. CHRYS. Quid vero lapis; num animal? EMT. Non. CHRYS. Tu vero Corpus? EMT. Nempe. CHRYS. Corpus vero cum sis, animal es? EMT. Sane. CHRYS. Nec igitur lapis es, qui sis animal. EMT. Bene abs te factum. Jam enim crura mihi, ut olim Niobes, spiritu vitali exeunte, dirigerant. Verum emam te. Quantum pro illo numerari jubes? MERC. Minas duodecim. EMT. Hem cape. MERC. Solus vero illum emisti? EMT. Non Hercle, sed hi quos vides, universi. MERC.

τοῦναντίον ἔφης, τὸν νέον μὲ εἶναι ὠφελιμικὸν, σὲ δὲ τὸν μόνον πλούσιον, ἐκχύτιν.

60 ΧΡΥΣ. Σκώπτεις ὦ οὗτος· ἀλλ' ὅρα μὴ σε ἀποτοξεύσω ἀναποδείκτῳ συλλογισμῷ. ΑΓΟ. Καὶ τί δεινὸν ἀπὸ τοῦ βέλους; ΧΡΥΣ. Ἀπορία, ἡ σιωπὴ, ἡ ἀφωνία ἢ ἄφοια.

65 Ὁ δὲ μέγιστον, ἂν ἐθέλω τάχιστά σε ἀποδείξω λίθον. ΑΓΟ. Πῶς λίθον; οὐ γὰρ Περσεὺς, ὦ βέλτιστε, εἶναί μοι δοκεῖς. ΧΡΥΣ. Ὠδέπως. ὁ λίθος σῶμα ἐστί; ΑΓΟ. Ναί. ΧΡΥΣ. Τί δὲ, τὸ ζῶον, οὐ σῶμα; ΑΓΟ. Ναί. ΧΡΥΣ. Σὺ δὲ, ζῶον; ΑΓΟ. Εἰκὸς γοῦν. ΧΡΥΣ. Λίθος ἄρα εἶ, σῶμα ὤν. ΑΓΟ. Μηδαμῶς. ἀλλ' ἀνάλυσόν με πρὸς τοῦ Διὸς, καὶ ἐξ ὑπαρχῆς ποίησον ἄνθρωπον. ΧΡΥΣ. Οὐ χαλεπὸν, ἀλλ' ἔμπαλιν ἴσθι ἄνθρωπος. εἰπὲ γάρ μοι, πᾶν σῶμα, ζῶον; ΑΓΟ. Οὔ. ΧΡΥΣ. Τί δὲ, λίθος ζῶον; ΑΓΟ. Οὔ. ΧΡΥΣ. Σὺ δὲ σῶμα εἶ; ΑΓΟ. Ναί. ΧΡΥΣ. Σῶμα δὲ ὤν, ζῶον εἶ; ΑΓΟ. Ναί.

80 ΧΡΥΣ. Οὐκ ἄρα λίθος εἶ ζῶόν γε ὤν. ΑΓΟ. Εὖγε ἐποίησας, ὡς ἤδη μὲν τὰ σκέλη καθάπερ ἡ Νιόβης ἀπεψύχετο, καὶ πάγα ἦν· ἀλλὰ ὠνήσομαί γε σέ. πόσου ὑπὲρ αὐτοῦ καλαβαλῶ; ΕΡΜ. Μνᾶς δώδεκα. ΑΓΟ.

85 Λάμβανε. ΕΡΜ. Μόνος δ' αὐτὸν ἐώνησαι; ΑΓΟ. Μὰ Δί', ἀλλ' οὗτοι πάντες, ᵇ οὓς ὁρᾷς. ΕΡΜ. Πολ-

g Καὶ] Defuit in *F.* h Οὗς] Ὧν *P. Margo Mill.*

58. Περιπλινὸν] Περιλαμβάνεσθαι, ἀδέχετα. *V.*

versiones habuere, σκιφὸν potius legas, de qua voce vid. *Kuster.* ad *Aristoph.* Plut. 590. Sed nihil mutatione opus est. *J.F.R.*

37. Ἴδιον αὐτῷ συλλογ.] Stoicos coarguit γνίφωνας ὄντας χαίρειν τῷ συλλογισμῷ, ἤτοι τῷ χάρακα συλλογίζειν. In hoc enim accipit συλλογίζωζ vellicans ὠφῶς. *G.*

42. Ἑτέρους τόπους] Vid. Spanh. ad Aristophanem Nub. 1155. *J.M.G.*

61. Ἀναποδίκτῳ] Vox ejusdem ingenii est, ac ἄκρητος c. 27. *E.L.*

Ἀναποδείκτῳ] Quinque genera hujus syllogismi memorat *Diog. Laërt.* p. 183. C. D. E. quem vide. Meminit & libri, quem de iis scripsarat Chrysippus p. 211. D. *M.du S.*

66. Ἀποδείξω] Ἀποδείξω ambiguum est, cum non ad Dialecticam modo demonstrationem, sed etiam ad illud, quod re ipsa efficitur, pertineat. Conatus sum illam ambiguitatem utcunque exprimere. Nam *efficiam te esse lapidem*, idem est quod demonstrabo. *J.M.G.*

Πολλοί γε, καὶ τὰς ὤμους καρτεροὶ, καὶ ᾧ θερίζουτος λόγου ἄξιοι.

ΖΕΥΣ. Μὴ διατρίβε· ἄλλον κάλει.

ΕΡΜ. Τὸν Περιπατητικόν σε φημὶ, [a] τὸ καλὸν, τὸ πλούσιον. ἄγε δὴ, ὠνήσασθε τὸ συνετώτατον, τὸ πάντα ὅλως ἐπιτήμονα. ΑΓΟ. Ποῖος δέ τις ἐστί; ΕΡΜ. Μέτριος, ἐπιεικὴς, ἁρμόδιος τῷ βίῳ, τὸ δὲ μέγιστον, διπλοῦς. ΑΓΟ. Πῶς λέγεις; [b] ΕΡΜ. Ἄλλος μὲν ὁ ἔξωθεν φαινόμενος, ἄλλος δὲ ὁ [c] ἔντοσθεν εἶναι δοκεῖ· ὥστε ἢν πρίῃ αὐτὸν, μέμνησο, τὸν μὲν, ἐσωτερικὸν, τὸ δὲ, ἐξωτερικὸν καλεῖν. ΑΓΟ. Τί δὲ γιγνώσκει μάλιστα; ΕΡΜ. Τρία εἶναι τὰ ἀγαθὰ, ἐν ψυχῇ, ἐν σώματι, ἐν τοῖς ἐκτός. ΑΓΟ. Ἀνθρώπινα φρονεῖ. πόσου δέ ἐστιν; ΕΡΜ. Εἴκοσι μνῶν. ΑΓΟ. Πολὺ λέγεις. ΕΡΜ. Οὐκ ὦ μακάριε· καὶ γὰρ αὐτὸς ἔχειν τι χρυσίον δοκεῖ. ὥστε οὐκ ἂν φθάνοις ὠνούμενος· ἔτι δὲ

Multi quidem & robusti humeros & ratione illa messoria digni.

26. JUP. Noli tempus terere, voca alium. MERC. Peripateticum te jam dico, pulchrum, divitem. Agite, emite prudentissimum, scientem in universum omnia. EMT. Qualis est? MERC. Mediocris, aequus, vitae aptus, &, quod maximum est, duplex. EMT. Quid ais? MERC. Alius est, qui extra apparet, intus autem videtur alius. Itaque si illum emeris, memento illum quidem interiorem, exteriorem vocare alterum. EMT. Quid maxime statuit? MERC. Tria esse bona, in anima, in corpore, in rebus externis. EMT. Humanum sapit. Quanti vero est? MERC. Viginti minarum. EMT. Multum dicis. MERC. Non, o bone, videtur enim & ipse argenti aliquantum habere. Itaque non est, cur cesses emere. Porro

a Τὸν καλὸν] Haec verba omittebantur in S. aderant autem in J. P. & reliqq. b ΕΡΜ.] In F. H. & A1. haec perverse tribuuntur emtori, & Mercurii persona demum ponitur ante ὥστε ἢν &c. c Ἔντοσθεν] Ἔντοθεν J. ἔνδοθεν B2.

6. Οὐκ ἂν φθάνοις] Ἀντὶ τοῦ, τάχιστ' ἂν ὠνήσῃ, αὐτὸν, ἔχων ἐλπίδα παρ' αὐτοῦ εὑρεθῆναι* ἱκανὸν σοι. G.

Ibid. Ὠνούμενος] Ὠνούμενος. G.

* Ἐυρεθῆναι] Legendum εὑρίσκεσθαι. T. H.

87. Τῷ θερίζοντος] In marg. *Edit. Par.* addita erat glossa: θερίζοντος, i. e. *digni qui colligant manipulos, aut opus in agris faciant: allusione facta ad significationem propriam* τοῦ θερίζειν. J. F. R.

88. Θερίζοντος λόγου] Vid. supra, c. 22. M. du S.

95. ΑΓΟ.] Πῶς λέγεις;] Excidit, aut potius male trajecta est notatio personae Mercurii. Esse debet: Ἀγο. πῶς λέγεις; Ἑρ. ἄλλος μὲν ὁ ἔντοσθεν. Deinde ubi notata Mercurii persona, delenda est, καὶ ὁ ἔντοσθεν εἶναι δοκεῖ; Ἑρ. ὥστε ἢν πρίῃ αὐτὸν &c. Relege, καὶ ὁ ἔντοσθεν εἶναι δοκεῖ ὥστε ἢν. Th. M.

96. Ἔντοσθεν . . . ἔνδοθεν] Ed. J. ἔντοθεν, haud dubie pro ἔνδοθεν, uti legitur μισθ. c. 3. Aliae Edd. ἔκτοθεν, ἔντοσθεν. Sed parum in his est momenti. monendus tamen lector, ne quid a nobis omissum queratur. M. du S.

98. Ἐσωτερικὸν] Διὰ τοὺς λόγους hoc dicit, quos sic Aristoteles appellat, ἐσωτερικοὺς τοὺς ἀμελεῖς, ἐξωτερικοὺς δὲ τοὺς ῥητορικούς. Τὰ δὲ ἐπὶ τούτοις &c. Ἀμείνων dixit. G.

4. Πολὺ λέγεις] Quia nihil variationis invenio, vulgatam intactam relinquo, alioqui praeferrem πολλοῦ λέγεις. quod nostro magis proprium ac praestantius, ut demonstro ad *Revivv.* c. 48. J. F. R.

6. Ὥστε οὐκ ἂν φθάνοις ὠνούμενος] Aberrant fere ubique in interpretatione hujus locutionis. Priores attentissimi Graecis, *itaque non est, quod in illo emendo possis esse celerior, quam deceat.* Secutus *Benedictus*, *itaque non nimis cito ipsum emeris*, plane contrario sensu quam est in Graecis, quae ab prioribus poterant brevius reddi, nempe, *itaque jam jam emas, non poteris, quin emas.* Ad id enim servit stimulus praecedens, quo significat eum habere aliquid nummorum; non ad deterrendum. Et ipsi debebant se correxisse ex Apologia pro mercede conductis, ubi occurrit ἐπεὶ οὐκ ἂν φθάνοις τις ἁπάσας ἀνεύρων τὰς τοιαύτας αἰτίας,

ro ſtatim ex illo ſcies, quanto tempore culex vivat? Ad quam altitudinem mare a ſole perluceat? & qualis ſit anima oſtreorum? EMT. Hercules! quam ſubtilis illa diſputatio. MERC. Quid vero alia multa ſi audias hiſce acutiora, de ſemine, & generatione, & illa embryonum in uteris figlina; & ut homo ſit animal riſibile, aſinus autem non riſibile, neque fabricans, neque navigans. EMT. Graviſſima narras, & utilia plane hujus diſciplinae capita: itaque emam illum viginti.

27. MERC. Fiat. Quis reliquus nobis eſt? Scepticus hicce. Heus tu Pyrrhia prodi, vendende celeriter. Jam enim plures paullatim recedunt, ut inter paucos futura ſit venditio. Attamen quis & hunc emet? EMT. Ego. Verum hoc tu prius

εἴσῃ αὐτίκα μάλα παρ' αὐτῆ πόσον μὴν ὁ κάνωψ βιοῖ τ χρόνον, ἐφ' ὅσον δὲ βάθος ἡ θάλασσα ὑπὸ ᾧ ἡλίῳ καλαλάμπεται, καὶ ὁποῖά τις ἐστὶν ἡ ψυχὴ τ ὀστρέων. ΑΓΟ. Ἡράκλεις, τ ἀκριβολογίας. ΕΡΜ. Τί δὲ, εἰ [d] ἀκούσοις ἄλλα πολλὰ τούτων ὀξυδερκέστερα, γονῆς τε πέρι καὶ γενέσεως, καὶ τ ἐν ταῖς μήτραις τ ἐμβρύων πλαστικῆς; καὶ ὡς ἄνθρωπος μὲν γελαστικὸν, ὄνος δὲ οὐ γελαστικὸν, οὐδὲ τεκταινόμενον, οὐδὲ πλοϊζόμενον; ΑΓΟ. Πάσεμνα φῄς, καὶ ὠφέλιμα τὰ μαθήματα· ὥστε ὠνοῦμαι αὐτὸν εἴκοσιν.

ΕΡΜ. Εἶεν. τίς λοιπὸς ἡμῖν [e] καλαλέλιπται; ὁ Σκεπτικός ἔστος σὺ, ὁ Πυῤῥίας, πρόσιθι, καὶ ἀποκήρυττε χτ' τάχος. ἤδη μὲν ὑποῤῥέουσιν οἱ πολλοὶ, καὶ σὺ ὀλίγοις ἡ πρᾶσις ἔσται. ὅμως δὲ, τίς καὶ τοῦτον ὠνεῖται; ΑΓΟ. Ἔγωγε. ἀλλ' ἓν πρῶτον εἰπέ μοι, σὺ

[d] Ἀκούσοις] Ἀκούσεις F. quod quidem ſine Codd. auctoritate mutari non debebat. [e] Καλαλέλιπται] Καλαλείπεται A. P. J. Margo Δ1W.

20. Ὁ Πυῤῥίας] Πυῤῥίας τοὺς δούλους ἔλεγον ἀπὸ τινος δούλου Πυῤῥίου, ὥσπερ Ξανθίας ἀπὸ τινος Ξανθίου, ἢ ὁ μὲν ὑπὸ τῶν πυῤῥῶν τὸν κόμην, ὁ δὲ ξανθός. G.

ria, ubi *Benedictus*, *alioqui fieri non poterit*, *quin hac ratione prefectura omnes exauctorentur*, ubi easdem voces contrario, ut apparet, modo, ſed recte, accipit. J. G.

Ibid. Οὐκ ἂν φθάνοις] V. γνωμ. c. 14. ὅτι οὐκ ἂν φθάνοις διδάσκων μὴ μαθητὴν ποιούμενος. Et ſub fin. Ἡσ. οὐκ ἂν φθάνοις κἀμὲ μάντιν λέγων. c. 8. *M. du S.*

Οὐκ ἂν φθάνοις ἀνούμενος] Verſionem *Benedict. non nimis cito ipſum emeris*, *M. du S.* ita correxit: *non eſt, cur emere ceſſes.* Sed ſenſus eodem redit, apertior tamen eſt; ideoque recepi *Soulii* correctionem, quae Gronovianae interpretationi quoque convenit. Cum *Gronov.* enim ait, *Bened.* verſionem plane contrariam eſſe Graecis, ignoſcant mihi ejus Manes, ſi id negavero: nam eadem mens videtur fuiſſe iſtius verſionis, *non nimis cito emeris*, quae Gronovianae; voluit enim dicere, non nimium poteris feſtinare in emundo. Sed quia enuntiatio tamen aliquo modo ambigua erat, *Gronov.* latina illa verba ita accepit, ac ſi τὸ *non* prohibendi modo poſitum eſſet, ſignificaretque: *noli illum tam cito emere*, quod ſenſum certe Graecis verbis contrarium exhiberet. Jam vero, cum reddiderim, *non eſt, cur ceſſes emere*, ſive, *noli cunctari*, nihil amplius hoc adverſari videbitur τῷ *non poteris, quin emas*, quod etiam appoſitum foret; adeoque recte etiam vertitur in tab. Cebet. p. 8. *Ed. Rel.* Οὐκ ἂν φθάνοις τοίνυν διηγούμενος. *Quin igitur nobis iſta ſtatim explicas.* Adde *Ariſtoph. Pl.* 485. Οὐκ ἂν φθάνοιτον τοῦτο πράττουσι. Ubi recte Scholiaſt. οὐκ ἀναβάλοισθε — ἀντὶ τῆ ταχίως ἀπελθόντες τελευτήσει. *Nolite differre*, — pro, *cito abeuntes morimini.* Vid. eumd. *Ariſtoph.* ter quater alibi, ut alios omittam, quia phraſis eſt ſatis obvia. J. F. R.

15. Ὅσος δὲ γελαστικὸν] Contra diſputat *Theod. Marcil.* ad *Perſ.* J. B.

19. Καλαλέλιπ[illegible]] Angl. καλαλείπ[illegible]. J. B.

Καλαλείπεται] Ita P. Ed. J. & ni fallor, Angl. Cod. Reliqui libri καλαλέλειπται, minus commode. Vid. Ὠδαρ. c. 27. *M. du S.*

20. Πυῤῥίας] Pyrrhonem innuit, de quo vide Ἰκαρ. c. 25. ſi autem haec ſcriptura genuina eſt, petitus jocus eſt ex nomine ſervi, ad quod proxime Philoſophi nomen accedebat. Vid. *Diog. Laërt.* p. 252. & A. Gell. XI. 5. *M. du S.*

Πυῤῥίας] Servavi Graecum nomen, quod ſervile alioquin eſt, & *rufum* ſignificat; ne periret, quem ſubeſſe putabam ad *Pyrrhonis* nomen, reſpectus. J. M. G.

25. Φι-

σὺ τί ἤπίστασαι; ΦΙΛ. Οὐδέν. ΑΓΟ. Πῶς τοῦτ' ἔφησθα; ΦΙΛ. Ὅτι οὐδὲν ἄλως εἶναί μοι δοκεῖ. ΑΓΟ. Οὐδὲ ἡμεῖς ἄρα ἐσμέν τινες; ΦΙΛ. Οὐδὲ τοῦτο οἶδα. ΑΓΟ. Οὐδ' ὅτι σὺ τίς ὢν τυγχάνεις; ΦΙΛ. Πολὺ μᾶλλον ἔτι τοῦτ' ἀγνοῶ. ΑΓΟ. Ὦ τῆς ἀπορίας. τί δαί σοι τὰ στάθμια ταυτὶ βούλεται; ΦΙΛ. Ζυγοστατῶ οἷς αὐτοῖς τοὺς λόγους, καὶ πρὸς τὸ ἴσον ἀποβλέπω. καὶ ἐπειδὰν ἀκριβῶς ὁμοίους τε καὶ ἰσοβαρεῖς ἴδω, [a] τότε δὴ ἀγνοῶ τὸν ἀληθέστερον. ΑΓΟ. Τῶν ἄλλων δὲ τί ἂν πράττοις ἐμμελῶς; ΦΙΛ. Τὰ πάντα, πλὴν δραπέτην μεταδιώκειν. ΑΓΟ. Τί δαὶ τοῦτό σοι ἀδύνατον; ΦΙΛ. Ὅτι, ὦ γαθὲ, ὑ καλαλαμβάνω. ΑΓΟ. Εἰκότως· βραδὺς γὰρ, καὶ νωθής τις εἶναι δοκεῖς. ἀλλὰ τί σοι τὸ τέλος τῆς ἤπιστάσεως; ΦΙΛ. Ἡ ἀμαθία, καὶ τὸ μήτε ἀκούειν μήτε ὁρᾶν. ΑΓΟ. Οὐκοῦν καὶ κωφὸς ἅμα, καὶ τυφλὸς εἶναι λέγεις; ΦΙΛ. Καὶ

mum dic mihi, quid noſti? PHIL. Nihil equidem. EMT. Quid tibi vis hoc reſponſo? PHIL. Nempe nihil omnino mihi eſſe videtur. EMT. Ergo neque nos quidquam ſumus? PHIL. Neque hoc novi equidem. EMT. Neque te aliquid eſſe noſti? PHIL. Etiam multo hoc magis ignoro. EMT. Quanta haec eſt dubitatio! Iſta vero bilanx quid ſibi vult? PHIL. Rationes in ea expendo, & exaequo, cumque ad amuſſim pares & ejusdem ponderis eſſe intelligo, tum demum utra verior ſit, plane ignoro. EMT. Reliquarum rerum num quid facere recte & ordine potes? PHIL. Omnia, niſi quod fugitivum male perſequor. EMT. Cur vero hoc non potes? PHIL. Quia, vir bone, non comprehendo. EMT. Credibile eſt. tardus enim & ignarus eſſe videris. Sed quis finis tibi ſcientiae eſt? PHIL. Nihil diſcere, & nihil audire, nihil videre. EMT. Surdum igitur ſimul & caecum eſſe dicis te ipſum. PHIL. Et inſuper

[a] Τότε δή] Τόσ' ἤδη τότε. Minime repudio, modo legas, τότε δὴ τότε.

40. * Νωθὴς] Ῥάθυμος, παρὰ τὸ νω στρωτικὸν, καὶ τὸ θέω, τὸ τρέχω. ὁ ἐστρημένος τοῦ θεῖν, ἤγουν τρέχειν.

* Νωθὴς] In *V.* ſcriptum eſt: Εἰκότως βραδὺς γάρ] Ῥάθυμος παρὰ τὸ &c. ſed mox iisdem repetitis adcuratius: Νωθὴς] Ῥάθυμος &c. A. Ed. praefert: παρὰ τῷ νω στρωτικὸν καὶ τῷ θέειν.. Θεῖν. *Salmas.* στρωτικὸν correxerat: verum *V.* quam dedi lectionem literis claris exhibebat: non diſſentit *Etymol.* p. 608. Νωθὴς, ὁ βραδὺς καὶ ἀκολουμένος· παρὰ τὸ νω τὸ στρωτικὸν, καὶ τὸ θέω τὸ τρέχω γίνεται νωθὴς· ὡς ἔφθω, παρθὶς· ὁ ἐστημένος τοῦ θεῖν. *T.H.*

25. ΦΙΛΟΣΟΦΟΣ. Οὐδέν] Legendum omnino ΦΙΛΩΝ. οὐδέν. Sermo eſt de Philone Sceptico philoſopho, de quo *Laërtius* in Pyrrh. §. 67. ἀλλὰ Φίλων ὁ Ἀθηναῖος, γνώριμος αὐτοῦ γεγονώς. Scriptum fuerat ΦΙΛ. quod poſtea in Φιλόσοφος abiit in editione utraque Baſileenſi, & in Salmuriensi. Vide nos ad *Laërt.* IX, 67. *AE.M.*

ΦΙΛ.] Lego ΠΥΡΡ.] Cum omnes libri haberent *Philoſophus*, mutandum duxi, Pyrrhonisque nomen reposui. Menagius de Philone quodam intellexit; (vid. not. ad *Diog. Laërt.* p. 248.) Sed ejus ratio non placet. Quod autem ibidem monet ex Suida de quodam, cui *Philoſophus* nomen eſſet, de eo intelligendum puto, qui a Diogene Laërtio *Philippus* dicitur, p. 78. E. Certe Opuntio huic Philippo tribuitur ab utroque liber, qui inter Platonis de legibus XIII. Ἐπίνομις dicitur; niſi quod apud Suidam φιλόσοφος vocatur, non *Philippus*, quod facile librarii culpa factum. *M. du S.*

Ibid. Οὐδὲν] Hoc ait, quoniam ἀκαταληψίαν ὑπέβαλλον αὐτὴν δὲ ἀκαταληψίαν τὸ μηδὲν ἰφαντάζεσθαι πρὸς λῆψιν, ἀλλὰ πάντα ἀβεβαίως αὐτῆς, οὐδὲν εἰς γνῶσιν ἔχειν δοκεῖ. Propterea dicit ὁ Πύῤῥων ἀδυνάτους ἔχειν δογματίζειν μηδαμόθεν, ἤτοι ἐπὶ τὸ τὴν γνῶσιν * ἀναφυγγάνουσι οὐδὲ ὅλως εἰς τε εἰμί. De Pyrrhone lege in de Off. *Cicer.* ſi recte memini. *G.* * Sic erat in ſchedis G. ego ἀναφυγγάνουσι a prima manu fuiſſe crediderim. *M. du S.*

Rectiſſimum eſt ἀναφυγγάνουσι, nec ſollicitandum; ut manifeſto patet ex ἀβεβαίως, δογματίζειν μεταδιώκειν, & ὅλως, quae verbum illud poſtulant: alterum hac ſtructura ne Graecum quidem. *T.H.*

39. Οὐ καταλαμβάνω] Nimirum καταλαμβάνειν ad intellectus facultatem creberrime referunt Sceptici cum Academia, negantque aliquid a ſe *comprehendi*, h. e. plene & ſine oppoſiti formidine cognoſci. Haec eſt ἀκαταληψία illa nobilis, in qua more ſuo nugatur noſter. *J.M.G.*

58. Κατὰ τὴ χεῖρα λέγω] Adſcripſit his pater notam ab

per judicii omnis expertem, & ſenſus, & ſummum a verme nulla in re differentem. EMT. Propter haec emendus mihi videris. Quanto hunc dignum dicemus? MERC. Mina Attica ſume tibi. Heus tu quid ais? num te emi? PHIL. Obſcurum id eſt. EMT. Minime vero, emi enim & pecuniam numeravi. PHIL. Cohibeo me hac de re, & diſpicio. EMT. Quin tu ſequere me, ut par eſt meum ſervum. PHIL. Quis novit utrum vere illa dicas? EMT. Praeco, & mina, & praeſentes. PHIL. Adſunt ergo nobis quidam? EMT. At ego tibi jam in piſtrinum compacto planum faciam, dominum me tuum eſſe, ſecundum rationem deteriorem. PHIL. De hoc cohibeo adſenſum. EMT. At ego *quid videatur* pronunciavi. MERC. Deſine contra niti, & ſequere emtorem, vos autem in craſtinum invitamus. Nam idiotas, & ſellularias, & forenſes vitas praeconio vendemus.

ἄκριτός γε προσέτι, καὶ ἀναίσθητος, καὶ ὅλως, καὶ σκώληκος οὐδὲν διαφέρων. ΑΓΟ. Ὠνητέος εἰ διὰ ταῦτα. πόσου τοῦτον ἄξιον χρὴ φάναι; ΕΡΜ. Μνᾶς Ἀττικῆς. ΑΓΟ. Λάμβανε. τί φῄς, ὦ οὗτος, ἐπριάμην σε; ΦΙΛ. Ἄδηλον. ΑΓΟ. Μηδαμῶς. ἐώνημαι γὰρ, καὶ τἀργύριον κατέβαλον. ΦΙΛ. Ἐπέχω περὶ τούτου, καὶ διασκέπτομαι. ΑΓΟ. Καὶ μὴν ἀκολούθει μοι, καθάπερ χρὴ ἐμὸν οἰκέτην. ΦΙΛ. Τίς οἶδεν, εἰ ἀληθῆ ταῦτα φῄς; ΑΓΟ. Ὁ κῆρυξ, καὶ ἡ μνᾶ, καὶ οἱ παρόντες. ΦΙΛ. Πάρεισί γὰρ ἡμῖν τινες; ΑΓΟ. Ἀλλ' ἤδη σε ἐμβαλὼν ἐς τὸ μύλαινα πείσω εἶναι δεσπότης τὸν χείρω λόγον. ΦΙΛ. Ἐπέχω περὶ τούτου. ΑΓΟ. Μὰ Δί', ἀλλ' ἤδη γε ἀπεφηνάμην. ΕΡΜ. Σὺ μὲ παῦσαι ἀντιτείνων, καὶ ἀκολούθει τῷ πριαμένῳ· ὑμᾶς δ' ἐς αὔριον προκαλοῦμεν. ἀποκηρύξειν γὰρ τοὺς ἰδιώτας, καὶ βαναύσους, καὶ ἀγοραίους βίους μέλλομεν.

ab *Bourdelotio* in margine poſitam, nempe [Alludit λόγους ἥττω ϵ κρείττω, quos vocant.] Non poteſt enim eſſe dubium, quin ſit inepta iſta animadverſio, quum nihil iſta vel ad vocem χείρω vel ad Lucianeum λόγον faciant. Et plane alludit auctor ad ea, quae paulo ante vendendus dixerat, ſe ζυγοστατῶν τοὺς λόγους ϵ πρὸς τὸ ἴσον ἀπαλθύνειν. Hinc lepide ludit, & denunciat ſe πείσειν εἶναι δεσπότην miſeriore argumentandi modo; per flagra nempe. Similiter loquitur pro lapſu inter ſalutandum. ὁμοίως τῷ δικαίῳ λόγῳ οὐκ ἂν ἔχοι εἴης τῇ ἡμαρτηκέναι. In Harmonide. ἔτω δὴ ἄρα σὺ ἡμεῖς ἡμῶν φαίνοις τῷ δικαίῳ λόγῳ. *J.G.*

Ibid. Τὸν χείρω λόγον] *Diogen. Laërt.* in Socr. *Gell.* V, 3. *A.V.*

Τὸν χείρω λόγον] Κρείττων λόγος est, quum verborum induſtria ſ. ſophiſmatibus, cauſſa infirmior fit fortior. Conf. *Aeſchin. Socrat.* Dial. 2. §. 10. f. ἥττω autem vel χείρω λόγος, ejus, qui vincitur, etiamſi cauſſam juſtam habeat, *Ariſtoph.* Nub. 112. utrumque hunc ſermonem explanat, eumque falſo Socrati tribuit, vid. *Clericum* ad Aeſch. l. c. Scholiaque & interprett. ad *Ariſtoph.* *J.F.R.*

Ibid. Χείρω λόγον] *Ariſtoph.* Nub. III. 2. λόγος ἥττων καὶ κρείττων. *M. du S.*

Supra ad verba Οὐδὲ ἴν τι c. 6. omiſſa eſt nota *Bourd.* & *Cogn.* quare eam hic ſubjungimus: Οὐδὲν τι] ait, ſic recte Angl. Cod. hanc lection. agnoſcit. hac de re dico ad Hel. *Bourd. Nullum animal*] *Athen.* Lyconis teſtimonio Pythagoram animatis victitaſſe probat, *Gell.* L. IV. c. XI. *Cogn.* Idque pluribus probatur in notis *Gronovii* ad Gell. *J.F.R.*

Ibid. c. 14. Τύφις, ἀτυφία] Tacite praeterii errorem *Bourdelotii*, qui id exponit, quaſi adjectiva eſſent oppoſita, ſive oxymora, ut καιρὸς ἄκαιρος & ſimilia, & conjunctim legenda; ſed eruditi per ſe ejus feſtinationem detegent, ceteri vel ex ipſa verſione videbunt quid is erraverit. Sed plura forent monenda, ſi ſpatium eſſet. *J.F.R.*

ΑΛΙΕΥΣ, Η ΑΝΑΒΙΟΥΝΤΕΣ.

PISCATOR, VEL REVIVISCENTES.

ΣΩΚΡ.

Βάλλε, βάλλε τὸν κατάρατον [1] τοῖς ἀφθόνοις λίθοις· ὀπίσαλλε τῶν βόλων. προσεπίβαλλε καὶ τῶν ὀστράκων· παῖε τοῖς ξύλοις τὸν ἀλιτήριον· ὅρα μὴ ἀλλοφύγῃ. καὶ σὺ, ὦ Πλάτων, βάλλε. καὶ σὺ, ὦ Χρύσιππε, καὶ [b] σύ. πάντες ἅμα ξυνασπίσωμεν ἐπ' αὐτὸν, Ὡς πῆρη πήρηφιν [c] ἀρήγῃ, βάκτρα δὲ βάκτροις. κοινὸς γὰρ πολέμιος, καὶ οὐκ ἔστιν ὅν τινα [d] ἡμῶν οὐ κέχρισε. σὺ δὲ, ὦ Διόγενες,

SOCR.

FEri, feri execrabilem ſaxis copioſiſſimis: adjice glebas: inſuper adjice teſtas. Pulſa baculis impium, vide ne effugiat. Et tu, Plato, feri, & tu, Chryſippe, & tu. Omnes ſimul facta teſtudine in illum irruamus,

Ut baculis baculus firmetur, peraque peris.

Communis enim hic hoſtis eſt, neque quisquam noſtrum, quem contumelia non adfecerit. Tu vero Diogenes, ſi unquam alias,

ΣΩΚΡ.] Perſona Socratis additur in *F. H.* Fl. & *Amſt.* in nonnullis deeſt. a Τοῖς ἀφθόνοις] Ἀφθόνοις deeſt in *F.* ἀφθόνοις τοῖς *J.* b Σὺ] Addit δὲ P. c Ἀρήγῃ] Sic C. Fr. *B2. P.* ἀρήγει *F. A1. J. S.* d Ἡμῶν] Ὑμῶν Fl. male.

1. Κατάρατον] Ἄθεον. *G.*
7. Πήρη . .] Παρῳδεῖ τὸ Ὁμηρικὸν ἐκεῖθεν τοῦ Β. τῆς Ἰλιάδος, Ὡς φήτρη φήτρηφιν ἀρήγῃ, φῦλα δὲ φύλοις. *G.*

ΑΛΙΕΥΣ] In opere ſuo de Sophiſtis, Creſſolius putat, hunc titulum ex Platonis *Sophiſta* petitum, quia Sophiſtarum illic artem *hamatoriam* dici & deſcribi reperit. Non ſatis animadverſiſſe videtur vir doctus, Lucianum ipſum hic partes piſcatoris agere, quo pſeudophiloſophos illos, voluptati ſervientes & avaritiae, illecebris auri captos detegat, e latebris tandem ſuis eruat, orbique terrarum deridendos exponat.

Prioris hic dialogus apologia eſt, quam inſurgentibus in ſe aevi ſui Philoſophis oppoſuit. In eo autem quanto majorem erga veros & infucatos Philoſophiae cultores benevolentiam amicumque profitetur animum, tanto vehementius in eos invehitur, qui praeclaro nomine abuſi, aut avaritiae, aut aliis non minoribus vitiis turpiter inſerviunt; quorum nonnullos aperte jam, etſi nemini pepercerit, digito quaſi monſtrat. Poſt dialogos mortuorum ſcriptus eſt. Vid. c. 26. *M. du S.*

ΑΛΙΕΥΣ: Η ΑΝΑΒ.] In hunc Dialogum *Brodaeus Miſcellaneis* c. 22. lib. III. *Th. M.*

ΑΛΙΕΥΣ Η ΑΝΑΒ.] Conſului *Brodaeum*; ille vero l. c. eadem habet quae alii ex *Hom.* quoque adduxere, non additis tamen verſuum numeris, quare haec non repetemus, addit ſolummodo: *ferebant autem peramo & baculum aliquando philoſophi, ſed in primis Cynici.* Quae vero ad reliqua hujus dialogi habet, ſuo loco addemus. *J. F. R.*

1. Βάλλε] Vid. *Ariſtoph.* Acharn. II, 2. quem hic exprimit. *A. V.*

2. Ἀφθόνοις τοῖς] Leve hoc, ſed melius ex Ed. *J.* quam ut eſt in reliquis, τοῖς ἀφθόνοις. *M. du S.*

6. Καὶ σὺ δὲ] Ita legit P. & videtur nomen aliquod excidiſſe. *M. du S.*

7. Ὡς πῆρη] Alludit ad hunc Homericum verſum Iliad. 16. *G. C.*

Ὡς πῆρη] Sed numerus eſt vitioſus, & verſus ipſe vitioſe expreſſus, tam in *Pariſina*, quam in *Graeva*, Edit. Ideo eumdem errorem non iterum deſcribemus, ſed verſum Homeri mox ſubjiciemus. *J. F. R.*

Ibid. Βάκτροις] Hom. Il. B, 363. Ὡς φήτρη φήτρηφιν ἀρήγῃ, φῦλα δὲ φύλοις. Ubi vid. not. S. Clarkii, ſed Scholiaſtes & *Brod.* in Miſc. p. 2. c. 22. jam monuere, verſum ex Iliad. B. eſſe deſumtum, idem complures commentatores fecere. quod comperi, poſtquam haec ſcripſeram. *J. F. R.*

10. Ξύλῳ] Etiam alias minabantur & percutiebant baculis philoſophi, vid. Ael. V. H. X. 16. *J. F. R.*

11. Τὴν ἀξίαν] Δίκλω. *J. Br.*

12. Κεκμήκατε, ὦ Ἀρίστιππε] Auctior eſt vetus Codex: κεκμήκατε, ὦ Ἐπίκουρε καὶ Ἀρίστιππε. *J. G. G.*

Ibid. Ἐπίκουρε καὶ Ἀρ.] Epicuri nomen, quod in editis exciderat, ex Mſ. Gr. & P. reſtituimus. Aptiſſime autem Epicurum & Ariſtippum, utpote laboris metuentes, ſtatim ſeſſos inducit. *M. du S.*

14. Ἐγὼ

lias, clava nunc utere; nec remitte quidquam. Jam dignas maledico illo ore poenas luat. Quid hoc? festine estis, Epicure & Aristippe. Certe non decebat. Sapientes estote, jam *In pectus vobis calidae vetus impetus irae* redeat.

2. Aristoteles, magis accelera! Bene habet. Capta est bestia. Cepimus te impure. Mox igitur scies, quibus viris maledixeris. Quo vero modo illum tractabimus? Variam enim contra ipsum mortem excogitemus, quae sufficere nobis omnibus possit; dignus enim est, qui septies unicuique nostrum pereat. PLAT. Ego censeo flagellis caesum palo figi, oculos illi effodi,

εἰ πού τε ἄλλοτε, χρὴ τῷ ξύλῳ, μηδὲ ἀνῆς διδότω ἢ ἀξίαν, βλάσφημον ὄν. τί τοῦτο; κεκμήκαμε, ὦ Ἐπίκουρε καὶ Ἀρίστιππε; καὶ μὴν οὐκ ἐχρῆν.

Ἐστὲ σοφοί, μνήσασθε δὲ θυμοῦ ὀργῆς.

Ἀριστότελες, ὀπισπεύδωμεν ἔτι θᾶσσον. καλῶς ἔχει· ἐάλωκε τὸ θηρίον· εἰλήφαμέν σε, ὦ μιαρέ. εἴσῃ γὰρ αὐτίκα, ὅς τινας ὄντας ἡμᾶς ἐκακηγόρεις. τῷ τρόπῳ δέ τις αὐτὸν καὶ μετέλθοι; ποικίλον γάρ τινα θανατῶμεν θάνατον κατ' αὐτοῦ, πᾶσιν ἡμῖν ἐξαρκέσαι δυνάμενον· καθ' ἕκαστον ἑπτάκις γὰρ δίκαιός ἐστιν ἡμῖν ἀπολωλέναι. ΠΛΑΤ. Ἐμοὶ μέν, ἀπασχολοπίζειν δοκεῖ αὐτὸν, νὴ Δία, μαστιγωθέντα γε πρότερον. τοὺς ὀφθαλμοὺς ἐκκεκόφθω.

---

a Ἐστὲ σοφοί] Addit καὶ P. f Ἀριστοτέλες] Ἐπίκουρε καὶ Ἀριστοτέλες G. P. g ΠΛΑΤ.] Οὐκ ἔστιν ὁ ἄλλος τὸ Πλ. P. Sed habet Fl. *M. du S.*

14. Ἐστὲ σοφοί] Parod. *Homer.* quales hic multae: *Homerus*, ἐστὲ φίλοι. *J. B.*

Ἐστὲ σοφοί] Lepidissime *Lucianus* in dialogo, cui nomen dedit Reviviscentibus, inducit omnis Philosophorum sectae principes, Socratem, Platonem, Diogenem, alios, ab inferis existentes, inque ipsum Lucianum, (a quo indigne habitos se arbitrabantur in proxime praecedenti Vitarum Auctione; ubi venum propositi, atque adeo omnium risui expositi fuerant) impetum facientes. Itaque Socrates ubi reliquos Philosophos quanto maximo poterat fervore animi in Lucianum incitasset, tandem labascere eos putans, Ὁμηρικῶς classicum canit,

— Ἐστὲ σοφοί, μνήσασθε δὲ θυμοῦ ὀργῆς.

Nempe *Homerus* Il. A. vs. 287.

Ἀνέρες ἐστὲ φίλοι, μνήσασθε δὲ θυμοῦ ἀλκῆς. *J. J.*

Ἐστὲ σοφοί] *Hom.* Il. A. 287. Ἀνέρες ἐστὲ, φίλοι, μνήσασθε δὲ θυμοῦ ἀλκῆς. Unde & hic ἀνέρες excidisse conjicio, quod cur rejiceret, nulla erat ratio. *M. du S.*

Ἐστὲ σοφοί] Il. Π. 270. Ἀνέρες ἐστὲ, φίλοι, μνήσασθε δὲ θυμοῦ ἀλκῆς. *J. M. G.*

Ἐστὲ σοφοί] *Brod.* Miscell. p. 2. c. 22. ait: *Hom.* Il. Z. Θ. dixisse. — μνήσασθε δὲ θυμοῦ ἀλκῆς. Recte; sed vers. Il. Θ. est 174. Et Z. 112. Adde tertium idem dicentem, loco ab *Scaliger* indicato; ubi semper habet: Ἀνέρες ἐστὲ, φίλοι, μνήσασθε δὲ θυμοῦ ἀλκῆς. quare non dubitem Ἀνέρες excidisse ex Luciano, quia amat integros versus adducere, ὀργῆς vero retinendum credo, nec in ἀλκῆς mutandum, non tam, quia memoriter ab nostro citatum est, sed quia dedita opera ὀργῆς pro ἀλκῆς dixit, ut supra πήρᾳ pro φρένες. quo *iracundiam* philosophis exprobraret, non *robur*. Immo quasi vanam sine viribus iram. *J. F. R.*

21. Ἑπτάκις] Atqui sex tantum mox numerantur: Chrysippus, Epicurus, Plato, Aristoteles, Pythagoras & Diogenes. Quis ergo septimus ille? Socratesne, qui hic loquens inducitur, quemque interfuisse constat (vid. tit. & c. 10.) an, quem jam nominavit, Aristippus? Pro VII. jam VIII. habemus. Haereo, ut ut sit, male haec prius & legebantur, & vertebantur. *M. du S.*

22. ΠΛΑΤ.] Verba quae hic uni tribuuntur Platoni, a multis tumultuantibus prolata puto. praesertim cum idem Plato paulo post aliam sententiam proferat ab his omnibus diversam, & sane nullum nomen hic reperiri in multis cod. Mss. observavit *Longol.* Empedoclem autem consulentes inducuntur, ut de crateribus suis loquens risum excitet. Legendum itaque censeo aut ΦΙΛ. aut distincte, Ἀλλ. Ἀλλ. *M. du S.*

23. Μαστιγωθέντα πρότερον] Omnia haec in interprete turbata: μαστίγωσις ante crucem nota. Sic apud *Dion. Hal.* 5. & tangunt Litterae sacrae. *J. B.*

Μαστιγωθέντα] Flagellationem praemitti solitam crucifixioni, notissimum, vid. tamen s. v. *Lipsium* de cruce. l. 2. c. 2. & *Joseph.* de bell. Jud. l. 2. c. 14. f. *J. F. R.*

24. Τοὺς ὀφθαλμοὺς ἐκκεκόφθω] Hos solebant candenti ferro perforare, ut alii docuerunt ex *Parthenii* cap. 20. *J. B.*

κόφθω, ἢ γλῶτταν αὐτὴν [a] ὀπιπολὺ πρό-
τερον ἀποτέμνωθω. σοὶ δέ τί Ἐμπεδόκλεις,
δοκεῖ; ΕΜΠ. Ἐς τοὺς κρατῆρας ἐμπεσεῖν
αὐτὸν, ὡς μάθοι μὴ λοιδορεῖσθαι τοῖς κρείττο-
σι. ΠΛΑΤ. Καὶ μὴν ἄριστον ἦν καθάπερ τι-
νὰ Πενθέα, ἢ Ὀρφέα. [b] λακιστὸν ὑπ' αὐτῶν
εὑρέσθαι μόρον, ἵνα ἀν ἔχ τὸ μέρος αὐτῶ
ἕκαστος ἔχων, ἀπαλλάττοιτο.

ΛΟΥΚ. Μηδαμῶς· ἀλλὰ πρὸς ἱκεσίου
Φείσασθέ μου. ΣΩΚ. Ἄραρεν· οὐκ ἀν ἀφε-
θείης ἔτι· ὁρᾷς δὲ δὴ ἃ τὸν Ὅμηρον ἃ λέγει, ὡς
Οὐκ ἔστι λέουσι καὶ ἀνδράσιν ὅρκια πιστά;
ΛΟΥ. Καὶ μὴν καθ' Ὅμηρον ὑμᾶς ἔγ αὐτὸς
ἱκετεύσω. αἰδέσεσθε γὰρ ἴσως τὰ ἔπη, καὶ ἐ
παρόψεσθε ῥαψῳδήσαντά μου.

Ζωγρεῖτ' ἐ κακὸν ἄνδρα, καὶ ἄξια δέχθε ἄποινα,
Χαλκόν τε, χρυσόν τε, τὰ δὴ φιλέουσι σοφοὶ περ.

linguam ipſam multo prius praecidi; tibi quid videtur Empedocles? EMP. In crateres dejici Ætnae, ut diſcat non maledicere melioribus. PLAT. Quin optimum fuerit, eum inſtar Penthei alicujus aut Orphei, lacerum invenire fatum per petras, ut etiam partem illius habens quisque diſcedat.

3. LUC. Minime vero: ſed per Jovem ſupplicum praeſidem mihi parcite. SOCR. Decretum eſt. Non amplius potes dimitti. Vides vero quid Homerus dicat,

Numquam foedera fida leonibus atque viris ſunt.

LUC. Verumtamen ex Homero & ego vobis ſupplicabo: reverebimini forte verſus, neque adſpernabimini conſuentem carmina.

Quem capitis bonus eſt donis redimendus opimis,
Aere, auro: nec enim ſapientes munera ſpernunt.

PLAT.

[a] Ἐπιπολὺ] Ἔτι πολὺ. P. nil mutat Fl. [b] Λακιστὸν] Κάκιστον Br.

30. Λακιστὸν] Σχιστὸν. V.

25. Τὴν γλῶτταν αὐτὴν ἐπιπολὺ πρότερον ἀποτεμνέσθω] Quum Pirckhaimerus mediarum vocum rationem nullam habuiſſet, Benedictus vertit *& in multas partes abſciſſa*, ſubintellecto τοῦ *prius* ex praecedentibus. Quod prorſus non placet, quum in Graecis nihil dicatur de multis partibus. Sed vel intelligi debet *magna ejus parte* vel *in multum prius abſciſa*, aut *longo tempore prius abſciſa*, in utrumque enim reſpectum vocabulo iſto ἐπιπολὺ utitur Lucianus. Mox mirum, unde *Benedictus* πρὸς Ἱκεσίου vertere potuerit *per ſupplicem Jovem*, quum debuerit *ſupplicum praeſidem*. *J.G.*

27. Κρατῆρας] Ætnae erateres, in quos praecipitem ſe dediſſe memoratur Empedocles. *J.Br.*

30. Πενθία] De hujus exitu *Euripidem* vide in Bacch. 1029. & ſeqq. Orphei mors nota. Sed verſum, quem affert, unde habeat, non liquet, niſi quod Euripideum credo. *M. du S.*

Ibid. Λακιστὸν] Placet κάκιστον. Eſt autem *Euripidis* ſenarius. *J.Br.*

Λακιστὸν] Ex *Euripide*. Cætera Homerica ſunt ex 7. & 10. Iliad. *J.B.*

Λακιστὸν] *Brodaeus* (Miſc. modo citatis) κάκιστον. Fallitur. λακιστὸν μόρον Lucianus dixit admodum ſignanter, exprimens mortis genus, quo diſcerpti magno ſtrepitu Pentheus & Orpheus. *Th. M.*

Λακιστὸν] *Brodaeus* mavult κάκιστον. Sed nihil mutandum; vid. *Τραγ.* v. 116. ubi noſter id uſurpat. *M. du S.*

33. Ἱκεσίου] Intellige Διὸς. *J.Br.*

Ἱκεσίου] In antiq. verſione hoc verbum plane omiſſum erat, in *Ed. Bened.* ridicule: *obſecro per ſupplicem Jovem*; ſed Graeca expreſſit Cl. *Geſn.* non viſa manu *Soulii*, quae, *per ſupplicum praeſidem Jovem* margini *Bened.* adleverat. Et ſic ſaepe video illi cum noſtro convenire in verſionis correctione, quod tanto majus veritatis inventae indicium. *J.F.R.*

34. Ἄραρεν] Vid. & Καλλιπλ. c. 8. & *Eur.* Med. 322. 743. Hipp. p. 224. Adde & *Suid.* *M. du S.*

35. Ὅμηρον ἃ λέγει] Il. X. Τὰ δὴ φιλέουσι σοφοὶ περ. Et mox ad Ζωγρεῖτο ſubjicit idem *Brodaeus Hom.* Il. Z. Ζωγρεῖτο Ἀτρέως υἱὸ σύ δ' ἄξια δέξαι ἄποινα &c. vers. eſt 46. *J.F.R.*

36. Οὐκ ἔστι] *Hom.* Il. X. 262. Ὡς οὐκ ἔστι λέουσι & ἀνδράσιν ὅρκια πιστά; in nota *Marcil.* in edit *Graev.* citabatur Il. 10. per errorem Literae X. Sed idem jam fuerat in nott. *Baurd.* Pariſinae Edit. adjunctis. *J.F.R.*

40. Ζωγρεῖτ'] Cento hic ex locis in margine adſcriptis confectus, non ſine falſa additione, qua Philoſophos avaritiae arguit. Vid. *Hom.* Il. K. 378. & A. 23. Item Δ. 131. *M. du S.*

42. Μὰ

PLAT. Sed neque nobis deerit Homerica reſponſio: audi modo,

Ne meditare fugam, blaſphema, barbare, lingua,
Oſtentans aurum, poſtquam mea praeda fuiſti.

LUC. Vae mihi, Homerus deſtituit, ſpes noſtra maxima: ad Euripidem nempe confugiendum: forte ille me ſervaverit.

Ne caede ſupplicem; quem jus vetat mori.

PLAT. Quid vero? Nonne & illa ſunt Euripidea,

Haud digna ferre, indigna qui patraverit.

LUC. *Sic verba propter ergo nos occiditis?* PLAT. Sic per Jovem. Ait enim idem ille,

Effrenis oris & ſtuporis impii ſolet eſſe finis infortunium.

4. LUC. Igitur cum ſtat ſententia, omnino interficere me, nec ulla arte licet mihi effugere, agite, hoc mihi dicite, qui

ΠΛΑΤ. Ἀλλ' οὐδὲ ἡμεῖς ἀπορήσομεν πρὸς σὲ Ὁμηρικῆς [c] ἀντιλογίας. ἄκουε δή,

Μή δή μοι φύξιν γε κακηγόρε βάλλεο θυμῷ,
Χρυσόν θ' λέξας, ἐπεὶ ἵκεο χεῖρας ἐς ἁμάς.

ΛΟΥΚ. Οἴμοι τῶν κακῶν. ὁ μὲν Ὅμηρός μοι ἡμῖν ἄπρακτος, ἡ μεγίστη ἐλπίς. ἴθι τὸν Εὐριπίδην δή μοι καλαφθικτέον· τάχα γὰρ ἂν ἐκεῖνός σώσειέ με.

[d] Μὴ κλεῖναι τ' ἱκέτιν· οὐ γὰρ θέμις κλανεῖν.

ΠΛΑΤ. Τί δὲ οὐχὶ κἀκεῖνα Εὐριπίδου ἐστὶν, Οὐ δυνὰ πάσχειν δυνὰ τοὺς εἰργασμένους;

ΛΟΥ. Νὴ ἂν ἔκαλι ῥημάτων κλείνετέ με;

ΠΛΑΤ. Νὴ Δία. φησὶ γοῦν ἐκεῖνος αὐτὸς, Ἀχαλίνων στομάτων ἀνόμου τ' ἀφροσύνας, τὸ τέλος δυστυχία.

ΛΟΥΚ. Οὐκοῦν ἐπειδὴ δέδοκται πάντως ἀποκλινῆναι, ἢ ὀδεμία μηχανὴ [e] τοῦ ἀφυγεῖν με, φέρε, τοῦτο γοῦν εἰπατέ μοι, οἱ τι-

[c] Ἀντιλογίας] Nihil mutant Fr. B2. H. Fl. J. [d] Μὴ κτεῖναι] Sic etiam Fl. & H. [e] Τῦ ἀφ.] Sic ſola J. reliquae τὸ male.

42. Μὴ δὴ φιλέουσι σοφοι πορ.] *Lucianus* e ſuo addidit. *J. Br.*

45. Ἀντιλογίας] Forſan λοιδορίας. vid. Ησ. c. 15. *M. du S.*

46. Μὴ δή μοι φύξιν γε] Eſt hic & Homeri verſ. Il. H. ait *J. Br.*

Μὴ δή μοι φύξιν γε] Non invenio. Sed Il. K. 447. Μὴ δή μοι φύξιν γε Δόλων ἐμοδάικτα θυμῷ. *J. F. R.*

52. Μὴ κτεῖναι] Ex qua Eurip. fabula, neſcio. *M. du S.*

Μὴ κτεῖναι] Perſpicuum eſt (ait cl. *Jenſ.* Lect. Lucian. p. 166.) in voce κτεῖναι corripi diphthongum αι etiam ſequente conſona, quod non inſolens tamen eſſe, contra cl. *Bentlejum* probat ibid. qui cum ad verſ. 87. *Callim.* hymn. in Jov. id negaſſet, omniaque ab aliis jam adducta exempla emendare conatus eſſet, pluribus redarguitur teſtimoniis a cl. *Jenſio* ſingulari excurſione, 25 paginas implente, adeoque longa nimis, quam ut pro *nota* huc inſeri queat. Quare lectorem ad cap. VI. ejus *Lect. Lucian.* remittimus, quod omnino totum legi meretur. *J. F. R.*

54. Οὐ δυνὰ] Expreſſit *Livius* poëtae Graeci ſententiam in orat. Marcelli XXVI. 31. *Quis paſſos eſſe hoſtilia, cum fecerint, indignatur?* *M. du S.*

55. Ἔκατι . . .] Imitationem Euripidis agnoſco, cui vox haec familiaris, pro ἕνεκα. vid. *Med.* 719. & alibi paſſim. p. 307. A. τίνος μ' ἕκατι κτενεῖτε. *M. du S.*

Ἕκατι] Fiat etiam hic ſenarius leviſſima trajectione. Νὴ ἂν ἕκατι ῥημάτων με κτείνετε. Patet ex reſponſo, verſum hic eſſe debere. *J. M. G.*

Ibid. Κτείνετέ με] Κτενεῖτε legend. conjicit. *F. G.*

57. Ἀχαλίνων] Laudatur etiam a *Plut.* 893. 2. & iterum apud hunc fine Ἀκοφρ. Vid. *Eurip. Bacch.* 385. *M. du S.*

60. Οὐδεμία μηχανὴ τὸ ἀφυγεῖν με] *Nullum mihi reſtat refugium*; ſic reddidit *Benedictus*, non male, quod ad ſenſum; verum haud dubie Soloecum hoc. Scribe omnino τὸ ἀφυγεῖν με. *nulla effugii mihi patet via.* Sic ſupra in Necyomantia c. 2. iisdem pene verbis, ὀδεμία μηχανὴ τῦ ἀφυγεῖν αὐτούς. Aliquando omittitur articulus; ut in Imaginibus c. 1. f. Εἰ δὲ καὶ εἰκὼν προσβλέψειέ σε, τίς ἴσως μηχανὴ ἀποσῶναι αὐτῆς; *Si vero etiam illa te adſpexerit, qua tandem ratione te ab ea avertes?* *Homerus* Il. I. vſ. 248.

——— οὐδέ τι μῆχος
Ρηϊδίως κακοῦ ἔσσ' ἄκος οὐρῆσ' ——

Neque ulla via eſt perpetrati mali medelam inveniendi.

Aliter haec locutio concipitur ab *Luciano* Noſtro in Pro Imaginib. c. 24. ἡ ὀδεμία μηχανὴ, μὴ οὐχὶ κἀ αὐτὸν σὺν ἐμοὶ ἁλῶναι. *Vel fieri non poteſt, quin & ille mecum vincatur.* in de Merc. Cond. c. 5. Τίς ἔτι μηχανὴ, μὴ οὐχὶ & πρὸς τοῦτο κακῶς βεβουλεῦσθαι δοκεῖν αὐτούς; *Qui fieri poſſit, quo minus & in eo videantur illi male fuiſſe conſulti?* Sed & in his locutionibus τῦ intelligitur. Porro pro ἀπήκεσα ὀργίζεσθε, rectius in MS. legi teſta-

τινες ὄντες, ἢ τί πεπονθότες ἀνήκεστον πρὸς ἡμᾶς [a] ἀνήκεστα ὀργίζεσθε, καὶ ὅπῃ δυνάτῳ συνειλήφατέ με; ΠΛΑΤ. Ἃ τινα μὲν εἰργασαι ἡμᾶς τὰ δεινὰ, σεαυτὸν ἐρώτα ὦ κάκιστε, καὶ τοὺς [b] καλοὺς ἐκείνους [c] σου λόγους, ἐν οἷς φιλοσοφίαν τε αὐτὴν, κακῶς ἠγόρευες, καὶ ἐς ἡμᾶς ὕβριζες, ὥσπερ ἐξ ἀγορᾶς ἀποκηρύττων σοφοὺς ἄνδρας· καὶ τὸ μέγιστον, ἐλευθέρους. ἐφ' οἷς ἀγανακτήσαντες ἀνεληλύθαμεν ὅπῃ σὲ, παραιτησάμενοι πρὸς ὀλίγον τὸν Αἰδωνέα, Χρύσιππος οὗτοσὶ, καὶ Ἐπίκουρος, καὶ Πλάτων ἐγὼ, καὶ Ἀριστοτέλης ἐκεῖνος, καὶ ὁ σιωπῶν οὗτος Πυθαγόρας, καὶ Διογένης, καὶ ἅπαντες, [d] ὁπόσους διέσυρες ἐν τοῖς λόγοις.

ΛΟΥΚ. Ἀνέπνευσα· οὐ γὰρ ἀποκτενεῖτέ με, [e] εἰ μάθετε ὁποῖος ἐγὼ περὶ ὑμᾶς ἐγενόμην· ὥστε ἀπορρίψατε τοὺς λίθους, μᾶλλον δὲ φυλάττεσθε. χρήσεσθε γὰρ αὐτοῖς τοῖς ἀξίοις. ΠΛΑΤ. Ληρεῖς. σὲ δὴ χρὴ τήμερον ἀπολωλέναι. καὶ ἤδη γε [f] λαΐνου ἕστο χιτῶνα κακῶν ἕνεκ' ὅσα ἔοργας. ΛΟΥΚ. Καὶ μὴν ὦ ἄριστοι, οὐκ ἐχρῆν μόνον ἐξ ἁπάντων ἐπαινεῖν, οἰκεῖόν τε ὑμῖν ὄντα, καὶ εὔνουν, καὶ ὁμογνώμονα, καὶ, εἰ μὴ φορτικὸν εἰπεῖν, κηδεμόνα τῆς ὁπιτηδευμάτων, εὖ ἴστε, ἀποκλεισθέντες; ἂν ἐμὲ ἀποκλείσητε, τοσαῦτα

sitis, aut quam immedicabilem a me injuriam passi sine ullo remedio mihi irascamini, & supplicii caussa me comprehenderitis. PLAT. Quibus nos injuriis adfeceris, ipsum te, scelus, interroga, & praeclaros illos tuos libros, in quibus & Philosophiae ipsi maledixisti, & contumelia nos adfecisti, tamquam in foro vendens praeconio viros sapientes, &, quod maximum, liberos. Propter haec indignati, contra te ab inferis huc venimus, commeatu brevi a Plutone impetrato, Chrysippus hic, & Epicurus, & ego Plato, & Aristoteles ille, & hic tacitus Pythagoras, & Diogenes, & omnes, quos in libris tuis laceraſti.

5. LUC. Respiravi. Nec enim interficietis me, ubi cognoveritis, qualem erga vos me praebuerim. Itaque abjicite lapides. quin servate potius: utemini enim iis contra dignos. PLAT. Nugaris: hodie enim periisse te oportet. Quin *saxea adest toga tantorum tibi poena malorum.* LUC. Enimvero scitote, viri optimi, me si interficiatis, quem unum omnium laudare oportebat, familiarem vestrum & benevolum, & earumdem sententiarum, & nisi dictu grave est, vestrorum studiorum curatorem quemdam tutoremque, qui tantum pro vobis

Εὐμενὴς ὁ Καρδιανὸς] Edd. Σαρδιανὸς, nec aliter Codd. At in nominibus propriis, si Codices consentiunt, non semper cogitandum, auctores aliter scripsisse, etsi error in nomine deprehendatur; nam & μνημονικὸν ἁμάρτημα ipsius auctoris esse potuit, quale est *Ciceronis*, in Orat. pro Ligario, quod ipse corrigit in epist. ad Att. XIII. 44. Et alibi *Ajacem* posuisse pro *Hectore*, Gell. XV. 6. animadvertit. Plura ejusmodi veterum ἀμαρτήματα vid. ap. *Perizon.* in Animadv. hist. p. 7. 8. Hic vero in re tam nota non potuit errare Lucianus; nam *Eumenem Cardianum* fuisse vid. etiam ap. *C. Nep.* in ejus vita, ibique in nott. *Bosii* cognosces itidem librarios quosdam male *Sardianus* exaravisse. Sed si scribae Graeci ex Latinis suum errorem hausissent, facilis fuisset aberratio, antiquum C id est *sigma* Graecorum, cum latino C quod hic K sonat, confundentium, & ex CARDIANUS Καρδιανὸς facientium. Quidquid sit, correctio mihi visa tam necessaria, ut mutare vulgatam non dubitaverim. *J. F. R.*

66. Ἀντὶ τοῦ ἐρρῶσθαι] Graeci enim ἔρρωσο subscribunt. *J. Br.*

67. Διονυσόδωρος] De hoc scriptore, si quidem scriptor etiam fuerit, nihil ego quidem comperio. *M. du S.*

69. Πύρ-

etiam Pyrrhi mentionem facere, viri qui secundas post Alexandrum imperii militaris tulit, & sexcentas fortunae vices subiit. Hic igitur qui semper Diis supplicaret, & mactaret, & donaria suspenderet, nec victoriam unquam, neque regni majestatem ampliorem, neque gloriam, nec divitiarum vim ab illis petebat, sed hoc unum optabat, *valere*, veluti, hoc si haberet, facile ipsi accessuris reliquis. Et praeclare, arbitror, sapuit, qui ita putaret, nihil prodesse sibi bona reliqua omnia, quoad solum illud absit, valere.

12. Ast nunc quidem, forte dixerit aliquis, proprium unicuique *verbo* & suum tempus adsignatum est: tu vero, illo immutato, etsi nihil diversum dixisti, tamen, si recte rem putemus, extra peccatum non fueris, non magis quam si tibiae galeam alliget aliquis, aut Ocream capiti. Verum, vir optime, ego quoque huic respondeam, merito ista tu quidem diceres, si quod omnino tempus esset, valitudine non indigens. Jam vero & mane, & medio die, & noctu semper valere necessarium est, & maxime imperantibus vobis, & negotia multa sustinentibus, quo magis corpore ad multas res opus habetis. Ad haec, qui

ὄντα, ἀνδρὸς μετ' Ἀλέξανδρον τὰ δεύτερα ἐν στρατηγίαις ἐνεγκαμένου, καὶ μυρίας τροπὰς τῆς τύχης ἐνεγκόντος. ἔστω τοίνυν ἀεὶ θεοῖς εὐχόμενος, καὶ θύων, καὶ ἀναθήσεις ἐκεῖνα τῶν πόλεων ἢ νίκην, ἢ βασιλείας ἀξίωμα μεῖζον, ἢ εὐκλειαν, ἢ πλοῦτον ὑπερβολήν, ἤτησε παρ' αὐτῶν, ἀλλ' ἓν τοῦτο μόνον, ὑγιαίνειν. ὡς ἑνὶ δὲ τοῦτ' ἔχῃ, ῥᾳδίως αὐτῷ τἄλλων προσγενησομένων. καὶ ἄριστα οἶμαι, ἐφρόνει, λογιζόμενος ὅτι ἐκεῖνο ὄφελος τῶν ἁπάντων ἀγαθῶν, [c] ἑνὶ δὲ [d] τὸ ὑγιαίνειν [e] μόνον ἀπῇ.

Ἀλλὰ νῦν ἑκάστῳ καιρὸς ἴδιος ὑφ' ἡμῶν ἀποδέδεικται, [f] τάχα δὲ εἴποι τις. σὺ δὲ τοῦτον ἐναλλάξας, εἰ καὶ μηδὲν ἄλλο ἔφηδα, ὅμως τῷ δικαίῳ λόγῳ οὐκ ἂν ἔξω εἴης τοῦ ἡμαρτηκέναι, ὥσπερ ἂν εἴ τις [g] τῇ κνήμῃ τὸ κράνος, ἢ τῇ κεφαλῇ τὰς κνημίδας ἐπιδήσαιτο· ἀλλ', ὦ βέλτιστε, φαίην ἂν κἀγὼ πρὸς αὐτὸν, εἰκότως ἂν ταῦτ' ἔλεγες, εἴ τις ὅλως καιρὸς ἦν ὑγείας μὴ δεόμενος. νῦν δὲ καὶ ἔωθεν, καὶ μεσούσης ἡμέρας, καὶ νύκτωρ, ἀεὶ τὸ ὑγιαίνειν ἀναγκαῖον· καὶ μάλιστα τοῖς ἄρχουσι, καὶ πολλὰ πράττουσιν ὑμῖν, ὅσῳ καὶ πρὸς πολλὰ [h] δεῖσθε τοῦ σώματος. ἔτι

[c] Ἑνὶ δὲ] Lege ἔστι, ex M. duS. [d] Τὸ] Τῷ M. [e] Μόνον ἀπῇ] Ἀπολίποι φωτί τις W. [f] Τάχα δὲ εἴποι τις] Quatuor haec verba absunt a W. [g] Πῃ] Παρὰ male P. & L. [h] Δεῖσθε] Sic P. Δεῖσθαι vulgo Edd.

69. Πύρρου τοῦ Ἠπειρώτου] De quo *Justin.* L. XVIII. G.C.

79. Οὐδὲν ὄφ.] Videtur ad sententiam illam Coi Senis L. III. de diaeta, alludere: εἰδὲν ὄφελός ἐστιν, ὅτι χρημάτων, ὅτι σώματος, ὅτι τἄλλων ἁπάντων ὑπερέχεις, ὅταν μὴ ὑγιείας. *A.V.*

80. Ἑνὶ δὲ τὸ ὑγιαίνειν] Non inepte in variantt. Lectt. notaverat *Solanus*, sic legendum, ac distinguendum: ὅτι εἰδὲν ὄφελος τῶν ἀγαθῶν ἐστι, ἂν τὸ ὑγιαίνειν μόνον ἀπῇ. nam etsi paullo praecedens illud ἑνὶ δὲ τοῦτ' ἔχῃ recte se habet, hic tamen minus aptum. Forsan tamen hoc fefellit librarios, quod bis idem eodem modo scribendum crederent. Prius autem illud pleonasmus est, qualis fere in Tab. *Cebet.* p. 8. Ed. Rel. ἀλλ' ἴσως, ἔφη, οὕτως ἔχοιτο. *Omnino vero, inquit, haec ita se habent.* *J.F.R.*

84. Μηδὲν ἄλλο] Hoc vult, credo, quasi jamjam morituro, *vale* illud male ominatum. *M. duS.*

94. Ὅσῳ] Cl. *Hemsterh.* ad marg. Ed. *Graev.* adlevat, (vid. *Duker.* ad *Thucyd.* p. 435. No. 5.) Id est ad L. VI. 89. fin. Ibi autem Cl. *Dukerus* egregie docet, post ὅσῳ, μᾶλλον intelligendum relinqui, idque Exemplis ex *Luciani* Phalar. ex hoc Dial. pro Lapsi & ex Pseudom. aliisque quinque ex *Thucyd.* petitis comprobat. Cumque nec ibidem, nec in aliis a me alibi producendis exemplis post ὅσον in tali constructione sequatur infinitivus, tanto minus quoque dubitavi vulgatum δεῖσθαι cum Mss. P. in δεῖσθε mutare. Etsi non nego alibi infinitivum posse sequi, ut Dial. seq. statim init. Ὅσον — τιμωρεῖσθαι. Sed ibi ἐστὶ intelligitur, quod vel addendum ambigit *Gujetus*, hic vero minus commode subaudiri posset. *Ael.* quoque V. H. I. 4. ὅσον ἀφεστάναι, ac bis, ter alibi cum infinitivo; non tamen ita, ut cum hujusmodi nexu concordet. Illam autem τῷ μᾶλλον omissionem fefellisse video *Meibomium* ad *Epist.* Sent. 92. illud frustra ingerere volentem; quando *Epist.* recte ait: ὅσῳ τις ἂν ἄφρων ᾖ, τοσούτῳ πλέον ἠνώχλει. Sed, si eousque opellam no-

ἔτι δὲ, ὁ μὲ χαῖρε εἰπὼν, μόνον εὐφήμῳ τῇ ἀρχῇ ἐχρήσατο, καὶ ἔστιν εὐχὴ τὸ πρᾶγμα· ὁ δὲ ὑγιαίνειν προσκελεύόμενος, καὶ χρήσιμόν τι δρᾷ, καὶ ὑπομιμνήσκει τοὺς πρὸς τὸ ὑγιαίνειν συντελοῦντων· καὶ ὁ συνεύχεται μόνον, ἀλλὰ καὶ προαγγέλλει.

Τί δ' οὐχὶ καὶ ἐν τῷ τῶν ἐντολῶν βιβλίῳ, [a] ὃ ἀεὶ καὶ παρὰ βασιλέως [b] λαμβάνετε, τοῦτο πρῶτον ὑμῖν ἐστὶ τὸ παράγγελμα, τὴν ὑγείας τὴν ὑμετέρας αὐτοὺς θεραπεύειν; καὶ [c] μάλα εἰκότως. εἰδὲν γὰρ ἂν εἴη ὄφελος ὑμῖν πρὸς τἄλλα, μὴ ὄντων ἀσχεμένων. ἀλλὰ καὶ ὑμεῖς αὐτοὶ, εἴ τι καὶγὼ τῆς Ῥωμαίων φωνῆς ἐπαίω, τοὺς προσαγορεύοντας ἀντιδεξιούμενοι, τῷ τῆς ὑγείας ὀνόματι πολλάκις ἀμείβεσθε.

Καὶ ταῦτα πάντα εἶπον, οὐχ ὡς ἐκ προνοίας ἀφελὼν μὲ τὸ χαίρειν, ὑπολαβεῖν δ' ἀντ' αὐτοῦ εἰπεῖν τὸ ὑγιαίνειν, ἀλλ' ὡς τοῦτο μοὶ ἄκων παθών, ἢ γελοῖος ἂν ἦν ξενίζων, καὶ τοὺς καιροὺς τῶν προσαγορεύσεων συναλλάττων.

Χάριν δὲ ὁμολογῶ τοῖς θεοῖς, ὅτι μοι τὸ

Gaude dicit, bene ominato tantum exordio usus est, & votum est, quidquid agitur. Sed qui *valere* jubet, etiam utile aliquid agit, & eorum admonet, quae ad valitudinem quidquam conferunt, nec una optat modo, sed etiam praecipit.

13. Quid vero? nonne & in mandatorum libello, quem semper & ab imperatore accipitis, hoc primum vobis est praeceptum, *valitudinem vestram curate.* Recte sane. neque enim usus aliquis vestrum esset ad reliqua, nisi ita constituti sitis. Verum vos ipsi adeo, si quid ego quoque de Romanorum lingua aliquid intelligo, salutantibus comiter respondentes, *valitudinis* (Lat. *Salutis*) nomen saepe reponitis.

14. Et haec dixi omnia, non qui prudens *Gaudere* illud omiserim, & *vale* pro eo dicere affectarim; sed tamquam, cui imprudenti hoc acciderit, nisi *forte* & ridiculus *studio* fui, & tempora salutationum permutavi.

15. Sed gratias Diis ago, quod error mi-

a Ὃ ἀεὶ καὶ παρὰ βασιλέως] Tria priora verba desunt in P. particula καὶ etiam abest in W. b Λαμβάνετε] Λαμβάνεσθαι W. Sed ε subscriptum est. c Μάλα] Μαλ' W.

nostram protrudendae huic Luciani editioni continuare dabitur, ad similem nostri locutionem, quae est in *Gall.* c. 18. Tom. altero: ὅσῳ δὲ ἂν ξενίζωμαι, τοσούτῳ καινότερ' ὑμῶν αὐτοῖς ἔσεσθαι, plura forsan dabimus. *J.F.R.*

1. Ἀλλὰ] Καὶ ἐν τῷ τῶν ἐντολῶν βιβλίῳ &c. *Et in mandatorum libello.* *Th.M.*

2. Ἐντολῶν] De *mandatis* principum, quod proprium harum ἐντολῶν nomen est, plenissime egit *Brisson.* de form. 3, 84. ubi neque hunc locum praetermisit. *J.M.G.*

4. Πρῶτον] Quaenam ea formula fuerit, quam hic tangit, nescio. In fine epistolarum quidem frequenter *valetudinem curare* jubebant; vide etiam Imperatoriam epistolam apud *Philostratum* in Herode, p. 562. in qua haec verba leguntur: σὺ δὲ ὑγιαίνειν τε εὔχομαι. Sed neque hoc principium epistolae, neque omnino formula hic est, cum de valetudine in antecedentibus sermo fuerit. Ab eruditissimo *Graevio*, quo nemo harum rerum peritior, dum in vivis erat, hunc locum doleo non fuisse illustratum. Aliam eamque solitam formulam vide apud *Xiphilin.* in Adriano 264. A. & sexcentos alios: *Si vales, bene est*; &c. ad quam respexisse Lucianum credo. *M. du S.*

Ibid. Παράγγελμα] Ὑγείας τὴν ὑμετέρας αὐτῶν ἐπιμελεῖσθαι. Formula illa fuit: *Valetudinem tuam cura diligenter*, aut, *da operam ut valeas*, aut, *fac ut valetudinem cures.* Quae formula in M. Tullii epistolis ad Terentiam uxorem. Sed illae in epistolis extremis, in mandatorum vero libellis primis. Ἐντολῶν vero βιβλίων esse mandatorum libellum, quem a principe accipiebant praefides & procoss. & ἐντολὰς βασιλέων esse mandata principum, patet *Dionis* Libro LIII. *Th.M.*

5. Μάλα εἰκότως] Sic Editt. quod servavi, nam apostrophus centies negligitur, vid. supra in Apol. pro Merced. c. 11. ὑπ' ἀπορίας, & ὑπὸ ἀπορίας. *J.F.R.*

10. Τῷ τῆς ὑγείας ὀν. πολ. ἀμείβ.] Formula est, *ut vales?* ut *Plauti* Rud. Sc. 29. *Th.M.*

Τῷ τῆς ὑγ. ὀν.] Respicit hic vulgares Romanorum salutandi formulas, apud quos tamen haud temere illud *vale* in occursu usurpatum invenies. Notum, *Salve Caesar. Vale Fulvi. Plut.* 902. 1. *Xiph.* Adrian. 269. D. ὅτι γε τῷ ἐωθινῷ προσρήματι τῷ χαῖρε, ἀλλὰ τῷ ἐσπερινῷ τῷ ὑγίαινε χρηταμένῳ. Adde *Muret.* var. Lect. XI. 2. *M. du S.*

9. Ἐκ

mihi meus, in longe auſpicatius quiddam verſus eſt, quod labaſcente etiam lingua in melius incidi: & forte Hygeae aut ipſius adeo Aeſculapii conſilio hoc accidit, valetudinem meo tibi ore promittentis. Quomodo enim ſine Deo hoc mihi accidiſſet, qui in longa vita nunquam ſimili ratione turbatus fuerim?

16. Si vero humanam etiam pro eo quod accidit excuſationem proferre fas eſt, nihil mirum, ſi in ſummo ſtudio ut optimis in rebus abs te cognoſcerer, prae nimia illa cupiditate perturbatus in contrarium incidi. Forte etiam recta cogitandi via excutiat aliquem multitudo militum, quorum alii quidem antrorſum urgent, alii vero ordinem ſalutandi minime ſervant.

17. Tu vero, bene novi, licet alii ſtuporem, aut ruſticam ruditatem, aut deliberationem eam rem calumnientur, pudoris ſignum & ſimplicitatis judicaſti, & animi a fori tritura & artis oſtentatione abhorrentis: ut fere inſignis in talibus fiducia a temeritate & impudentia non longe abeſt. Ac

σφάλμα ἐς ἄλλο μακρῷ αἰσιώτερον ἐξετράπη, καὶ εἰς τὸ ἄμεινον παρώλισθον. καὶ τάχα τῆς Ὑγείας, ἢ Ἀσκληπιοῦ αὐτοῦ [d] ὑπονοίᾳ τοῦτ' ἐπράχθη, δι' ἐμοῦ σοι τὸ ὑγιαίνειν ὑπισχνουμένου. ἐπεὶ ἔγωγε, πῶς ἂν αὐτὸ ἔπαθον ἄνθ' ὑμῶν, μηδέπω πρότερον ἐν τῷ [e] μακρῷ βίῳ ταραχθεὶς ὅμοιον.

Εἰ δὲ δεῖ καὶ ἀνθρωπίνῳ τινὰ ὑπὲρ ὧν γεγονότος ἀπολογίαν εἰπεῖν, οὐδὲν ξένον, εἰ πάνυ ἐσπουδακὼς ὅπως τοῖς ἀρίστοις ὑπὸ σοῦ γνωρίζωμαι, ἐκ τῆς ἄγαν ὑπερθυμίας εἰς τοὐναντίον ἀφηλαράχθην, ἐνέπεσον; τάχα δ' ἂν τινα ἐκπλήξειε τὸν κατ' ὀρθὸν [f] λογισμὸν, καὶ στρατιωτικῷ πλήθει, ὧν οἱ μὲν, προσθέουσες, οἱ δὲ, ἐν τῇ τάξει τὴν προσαγορεύσεως μὴ μένουσες.

Σὺ δ' εὖ οἶδ' ὅτι κἂν οἱ ἄλλοι εἰς ἄνοιαν, ἢ ἀπαιδευσίαν, ἢ ἀφροσύνην [g] παραφέρωσι τὸ πρᾶγμα, αἰδοῦς αὐτὸ σύμβολον, καὶ ἀφελείας ἐποίησω, καὶ ψυχῆς μηδὲν ἀγοραῖον καὶ ἔντεχνον ἐχούσης. ὡς τό γε πάνυ θαρραλέον ἐν τοῖς τοιούτοις, καὶ πόρρω θρασύτητος καὶ ἀναισχυντίας [h] ἐστί. καὶ ἔμοιγε εἴη μη-

[d] Ἐπινοίᾳ] Sic W. Ἐπινοίᾳ vulgo Edd. [e] Μακρῷ βίῳ] Μακροβίῳ male W. Nihil a vulgata abeunt H. Fl. [f] Λογισμὸν] Λογισμῶν W. Sed ſupra ſcriptum erat o. [g] Παραφέρωσι] Ἀναφέρωσι W. [h] Ἐστί] Ἔστιν W.

11. Ἐκ προνοίας] Sic infra Tom. ult. *Philop.* c. 1. ἐκ προνοίας σωφρονήσας. Et ſic ἐκ ſaepe apud alios pro ablativo cauſſae, & pleonaſtice, ut *Herodian.* I. 4. 21. Ἐκ μιᾶς φωνῆς. Noſter *Catapl.* c. 11. med. ἐκ τινὸς αἰτίας. *Ael.* V. H. III. 9. ἐξ Ἄρεως — ἐξ ἱματίου μανῆναι. *Cic.* ad Att. VI. 1. ἐξ ἀφαιρέσεως *ſanare.* *J.F.R.*

13. Ὑγιαίνειν] Ut Auguſtus, apud Plutarchum περὶ ἀδολίας. p. 902, 1. *H. Steph.* ad Fulvium ſecreti proditorem, χαῖρε Καῖσαρ dicentem, ὑγίαινε, inquit, φούλβιε, quae vox irae Caeſaris nuntia, & voluntariae mortis Fulvio cauſſa fuit, certe occaſio. *J.M.G.*

20. Ὑγιείας] Quae Aeſculapii fuit filia. *J. Brod.* Miſcel. IX. 15. Ceterae autem ejusdem filiae commemorantur ap. *Ariſtoph.* Plut. v. 702—3. *Jaſo* & *Panacaea.* Addit tertiam Scholiaſt. *Aeglen*, omittit *Hygeian*, ac dubitat num *Jaſo* Aeſculapii, an potius Amphiarai filia ſit dicenda, quod hic inquirere nihil attinet. Alii certe *Hygiam* filiabus Aeſculapii adnumerant. Ὑγιείαν illam Deam etiam Ὑγίειαν vel Jonice Ὑγίην dictam invenio in inſcript. veteri Albae Juliae reperta, ap. Gruter. pag. 68.

ΚΥΡΙΩ ΑΣΚΛΗ-
ΠΙΩ ΚΑΙ ΥΓΙΗ
ΘΕΟΙΣ ΕΠΙΚΟΥΡΙΟΙΣ.

Quod jam notavit Cl. *Cellar.* in libello Antiquit. medicar. p. 21. Ubi etiam docet hanc non prorſus eamdem eſſe, quae *Salus* Romanorum Dea eſt; nam *Saluti* templum jam dicatum erat ante advectam Aeſculapii religionem, & plus Romani a *Salute* petierunt, quam ab *Hygeia* Graecorum, i. e. praeter valetudinem firmam, etiam florentem rerum ſuarum ſtatum. Non tamen latine *ὑγιὴς* aliter jam olim verti ſolebat, quam *Salus*, vid. *Macrob.* I. Sat. 20. *J.F.R.*

Ibid. Ἐπινοίᾳ] Sic W. pro vulgato ἐπινοίᾳ haud ſpernendo quidem, ſed, ut puto, tamen minus vero. *M. du S.*

28. Ἄγαν ἐπιθυμίας] Graeciſmus vulgatiſſimus, adverbii pro adjectivo, ut ſupra, *Apolog.* c. 12. ὁ ἀεὶ χρόνος, ubi quaedam ſimilia jam dedimus. *Herodian.* I. 3. 5. διὰ τὸ ἄγαν ἀκμαίας. *Ael.* V. H. XIII. 15. ὑπὸ τὸ ἄγαν μανίας. Plura Cl. *Jenſ.* ad Dial. *Amor.* *J.F.R.*

32. Ἐν τῇ τάξει] Vid. *Briſſon.* de formulis, ubi de mandatis principum agit. *A.V.*

μηδὲν ἐμὲ [a] τοῦτον [b] σφάλλεσθαι, εἰ δὲ συμ-
βαίη, πρὸς εὐφημίαν αὐτὸ τρέπεσθαι.

Ἐπὶ γὰρ τοῦ πρώτου Σεβαστοῦ, καὶ τοιόνδέ τι λέγεται γενέσθαι. ὁ μὲν ἔτυχε, δίκην τινὰ δικάσας ὀρθῶς, καὶ [c] ἀπολύσας ἐγκλήματος οὗ μεγίστου ἀδίκως συκοφαντούμενον ἄνθρωπον· ὁ δὲ, χάριν ὁμολογῶν, μεγάλῃ τῇ φωνῇ, χάριν οἶδά σοι, ἔφη, ὦ αὐτοκράτωρ, ὅτι κακῶς καὶ ἀδίκως ἐδίκασας. καὶ τοῦ μὲν Σεβαστοῦ ἀγανακτησάντων, καὶ ἁρπάσαι τὸν ἄνθρωπον ἐθελόντων, Παύσασθε χαλεπαίνοντες, ἐκεῖνος ἔφη· εἰ γὰρ τὴν γλῶτταν αὐτοῦ, ἀλλὰ τὴν γνώμην ἐξετάζειν ἄξιον. ἐκεῖνος μὲν, [d] ἔστω. σὺ δ' εἴτε τὴν γνώμην σκέψαιο, πάνυ εὔνουν εὑρήσεις· εἴτε τὴν γλῶτταν, εὔφημος καὶ αὐτή.

Εἰκὸς δ' ἐνταῦθ' ἤδη γενόμενον, εἰκότως ἄλλο τι φοβηθήσεσθαι, μή τισι δόξω ἐξεπίτηδες ἡμαρτηκέναι, ὡς τὴν ἀπολογίαν ταύτην συγγράψαιμι. καὶ εἴη γε, ὦ φίλτατε Ἀσκληπιέ, τοιοῦτον φανῆναι τὸν λόγον, ὡς μὴ ἀπολογίαν, ἀλλ' ἐπιδείξεως ἀφορμὴν εἶναι δοκεῖν.

mihi quidem contingat; nihil tale peccare; si vero eveniat, in bonum id ipsum quoque omen verti.

18. Primo quidem Augusto imperante etiam tale quid factum narratur. Causſam ille quamdam recte judicaverat, hominemque maximo crimine per ſummam illi calumniam impacto liberaverat. At ille gratias agens, magna voce, *Gratiam tibi habeo*, inquit, *Imperator, tam male & injuſte judicaſti.* Cumque ii, qui eſſent circa Auguſtum, indigne ferrent, & dilacerare hominem vellent, ille, *definite*, inquit, *iraſci: neque enim linguam hominis ſed mentem examinare aequum eſt.* Atque ille quidem ſic. Tu vero ſive animum ſpectes, benevolentiſſimum reperies, ſive linguam, bene omipata etiam haec eſt.

19. Caeterum huc delatus non ſine cauſſa videor alterum quiddam vereri, ne ſint, quibus dedita opera peccaſſe videar, ut defenſionem hanc ſcriberem. Ac ſane contingat mihi, Aeſculapi optime, talem videri hunc libellum, ut non defenſio, ſed oſtentandae orationis *petita* eſſe occaſio videatur.

a Τοιοῦτον] Sic Edd. omnes. Idem quoque fuerat in M. Sed eraſa deinceps eſt litera N. b Σφάλλεσθαι] Σφάλλεσθαι Fl. Sed cum vulgata etiam facit M. c Ἀπολύσας — ἄνθρωπον] Septem haec verba ſic legi in Fl. H. Coll. & M. notavit *Soulius*. Neſcio quare; nam J. A1. P. & S. quoque ſic legunt, & ſana ſunt omnia. d Οὕτω] Οὕτως Fl. & M.

45. Τοῦ μεγίστου, ἀδίκως συκοφαντούμενον ἄνθρωπον *. G.

* Nihil aliud in hoc Scholio reperio, quam repetitionem verborum Luciani, ideo tamen additur, ut adpareat ea eodem modo ab Scholiaſte lecta eſſe; quo in Edd. legantur. Num vero eorum expoſitio exciderit, neſcio. J. F. R.

40. Τοιοῦτον] Sic erat in M. Sed eraſa deinceps eſt litera N. Sic etiam habent Edd. M. du S.

Τοιοῦτον] Recte, & Attice pro τοῦδε. Vide not. ſupra ad c. 15. *Vit. auct.* Et Noſtrum ubique. J. F. R.

HER-

HERMOTIMUS, SIVE DE SECTIS.

LYCINUS.

QUantum licet, Hermotime, ex libro tum ex incessus celeritate colligere, festinare ad magistrum videris. Commentabaris enim aliquid inter eundum, & movebas cum leni murmure labia, & manum huc illuc transferebas, tanquam qui orationem aliquam intra te disponeres, aut altercationem, aut tortuosum quiddam componeres, aut Sophisticam quaestionem cogitatione persequereris, ut ne in via quidem otio indulgeas *nimirum*, sed operosus sis, & serium quiddam agas, quodque ad doctrinam tibi prosit. HERM. Per Jovem, Lycine, tale quiddam *erat*. Etenim hesternam auditionem, & quae dixit nobis,

ΕΡΜΟΤΙΜΟΣ, Η ΠΕΡΙ ΑΙΡΕΣΕΩΝ.

ΛΥΚΙΝΟΣ.

1 Ὅσον, ὦ Ἑρμότιμε, τῷ βιβλίῳ καὶ τῇ τοῦ βαδίσματος σπουδῇ [a] τεκμήραιο, παρὰ τὸν διδάσκαλον ἐπειγομένῳ ἔοικας, ἐνενόεις γοῦν τι μελαττὸν προϊὸν, καὶ τὰ χείλη διεσάλευες, ἠρέμα ὑπομορμύζων, καὶ τὴν χεῖρα ὧδε κἀκεῖσε μετέφερες, ὥστ' ὦ τινα ῥῆσιν ὄντα [b] σαυτῷ διαπιθέμενος· ἐρώτημα δὲ, ἢ τί τῶν ἀγκύλων συλλιθεὶς, ἢ σκέμμα σοφιστικὸν ἀναφορτίζων, ὡς μηδὲ ὁδῷ βαδίζων σχολὴν ἄγοις, ἀλλ' ἐνεργὸς εἶ, καὶ ἀεί σπουδαῖόν τι πράττων, καὶ ὃ προὸν ὁδοῦ σοι γένοιτ' ἂν εἰς τὰ μαθήματα. ΕΡΜΟΤ. Νὴ Δί', ὦ Λυκῖνε, τοιοῦτό τι· καὶ γὰρ χθιζὴν σωφροσύνην, καὶ ἃ εἶπε πρὸς

ΛΥΚΙΝΟΣ] Ab hac persona recte incipiunt *J. H.* & *A1.* Deest in P. & Fl. & M. in quibus numquam in capite scribuntur personarum nomina. Sed *B2.* Λυκίνου καὶ Ἑρμοτίμου. Vid. infra c. 48. 49. Ceterum in personis per totum dialogum distinguendis Florentina plerumque integre exprimit. ΗΡΜΟΤΙΜΟΣ & ΛΥΚΙΝΟΣ. *a* Τεκμήραιο] Lege τεκμαίροιο Ex *Marc. Soulius*; sed nihil mutat M. nec Edd. *b* Σαυτοῦ] Ἑαυτοῦ W. at prius servant Edd.

ΕΡΜΟΤ.] Menecratis hic filius dicitur c. 50. vir, ni per hunc libellum foret, ignotus & obscurus. De Hermotimo Clazomenio dicetur alibi, neque ad eum hic alluditur. Vid. *Muia.* c. 7. *M. du S.*

1. Ἑρμότιμε] In *H.* & *P.* nomina propria spiritibus non sunt praedita, pro more literarum quadratarum, in *Junt.* vero aliisque Ἑρμοτ. & similia semper cum suo spiritu, quem retinuimus, quoties non est persona loquens. In personis autem, a quibus sermo inchoatur, omisimus, quod ita ab initio institutum videmus, & sic decet, quia tum omnes literae sunt quadratae. *J. F. R.*

2. Ὅσον τεκμήραιο] *Gujet.* ait: an τὸ ἰσὸν desideratur, an subintelligendum? Posterius verum est, & ἰσὸν recte omittitur: vid. *Aelian.* V. H. XIII. 1. Ὅσον τι ἀψαμένῳ τεκμήραιο. Unde simul confirmatur τεκμήραιο recte se habere, & male *Soulium* illud mutatum velle. Usitatius tamen praeseus τεκμαίροιο, ut hoc Dial. c. 19. & alibi. Plura autem exempla ellipsi τοῦ ἰσοῦ post ὅσον, vid. in Ind. Aeliani. quod cum & aliis frequens sit, miror quid *Gujetus* dubitet. *J. F. R.*

Ibid. Τεκμήραιο] *Conjicere licet.* *J. Br.*

4. Μελαττὸν προϊὸν] Ne credas male cohaerere μελαττὸν προϊὸν, καὶ διεσάλευες, memineris μελαττὸν eleganter cum participio jungi, ut μελαττὸν πίνων, *inter bibendum*; adeoque & hoc loco participium pro infinitivo vel gerundio positum nihil commune habere cum seq. verbo. Conf. supra *Somn.* §. 17. Μεταξὺ δὲ λέγοντος. *Char.* vel *Contempl.* §. 6. Infra, *de Domo* 21. Et saepe alibi. Item *Xenoph.* p. 977. μεταξὺ θύουσαι. *Dionys. Hal.* L. XI. p. 720. 23. μεταξὺ διατοῦντες. Et ubi non? *J. F. R.*

8. Ἀγκύλων] Intellige σοφισμάτων. *J. Br.*

11. Καὶ ὃ προὸν ὁδοῦ] *Et quod utile sit.* *J. Br.*

Καὶ ὃ προὸν ὁδοῦ σοι γένοιτ' ἂν εἰς τὰ μαθήματα] Quum Vincentius Opsopaeus vertisset in editione Basil. *adeo ut itineris quoque laborem ad disciplinarum exercitium referre soleas*, adscripsit pater, *quodque processui, incremento esse possit.* Id videtur intellexisse Benedictus, vertens *quodque ad praecepta tibi conferat*, etsi non capiam, cur μαθήματα reddat *praecepta*, quod facit ubique. Eadem loquutio in principio Galli, ἢν μέλλῃ πρηπίδα ἐργάσασθαι, πρὸ ὁδοῦ ἴσως τοῦτο εἰς τὰ ἄλφιτα. Et hinc in Abdicato. πολλὰ γὰρ πρὸ τούτου γενέσθαι δεῖ, καὶ προσδοκῆσαι τὴν πόσιν. *J. G.*

13. Ἃ εἶπε] Ὁ διδάσκαλος scilicet. *F. G.*

πρὸς ἡμᾶς, ἀνεπεμπαζόμην, ὀφεῖλον τῇ μνήμῃ ἕκαστα. χρὴ δὲ μηδένα καιρὸν, οἶμαι, παριέναι, εἰδότας ἀληθὲς ὂν τὸ ὑπὸ τοῦ Κῴου ἰατροῦ εἰρημένον, ὡς ἄρα Βραχὺς μὲν ὁ βίος, μακρὴ δὲ ἡ τέχνη. καίτοι ἔνιοι περὶ ἰατρικῆς μὲν ταῦτ' ἔλεγεν, εὐμαθέστερα πράγματος· φιλοσοφίαν δὲ ἂν μακρῷ τῷ χρόνῳ ἀνέφικτος ἂν ἦν μή τις ἐγρηγόρως ἀτενὲς ἀεὶ καὶ γοργὸν ἐπιβλέπῃ εἰς αὐτήν· καὶ τὸ κινδύνευμα οὐ περὶ μικρῶν, ἢ ἆθλον εἶναι ἐν τῷ πολλῷ τῷ ἰδιωτικῷ συρφετῷ [a] παπολόμενον, ἢ εὐδαιμονῆσαι φιλοσοφήσαντα.

repetebam, memoria percurrens singula. Oportet autem, puto, tempus nullum praetermittere, qui sciamus verum esse illud a Coo dictum medico, *Brevem vitam esse, artem vero longam.* Quamquam ista de medicina dixit ille, re ad discendum faciliore: ad philosophiam vero aliquis ne longo quidem tempore pervenerit, nisi vigilanti admodum animo defixos & acres in illam oculos habeat; nec de parva re periculum, *cum id agatur*, ut aut miser sis & in multa vulgi colluvie pereas, aut beatum in philosophia aevum agas.

ΛΥΚ. Τὰ μὲν ἆθλα ὦ Ἑρμότιμε, θαυ-

2. LYC. Praemia quidem, quanta dixisti,

a Παπολόμ.] Παπολλόμ. *Fl.* Reliqq. vulgatam tuentur.

16. Τῷ Κῴου ἰατροῦ] Ἱπποκράτους. *V.*

16. Ὑπὸ τοῦ Κώου] Ab Hippocrate Coo. *J. Br.*

17. Βραχὺς μὲν ὁ β.] Primus Aphorismorum Hippocratis in quem multa Gal. sic p. 311. Ed. Paris. *J. B.*

21. Ἐγρηγόρως] *Vigilans.* *J. Br.*

Ἐγρηγόρως] An ἐγρηγορὼς? *F. Gujetus*, recte credo, conjicit; nisi ἐγρηγορότως malis; nam adverbium ἐγρηγόως non jam legere me alibi memini: participium vero praeteritum quasi pro praesenti satis est usitatum. Sic *Hom.* Il. E. 591. Κεκληγὼς. *Vociferans*, vel postquam vociferatus erat, sed potius: *cum clamore.* Idem Il. A. 37. ὃς χρύσην ἀμφιβέβηκας. *Qui Chrysen undique tueris.* i. e. tuitus es, & adhuc tueris, more aoristorum. Addo Il. Δ. 107. Διστγμὶν excipiens, (licet ibi passivum active exponendum, qualia multa dedit Cl. *Jens.* Lect. Lucian. p. 246. —7.) Conf. Il. Δ. 434. Μυρίαι ἐστήκασιν. *Innumerae stant.* Et adi omnino notam Illustr. *S. Clarckii* ad Il. A. 34. qui illud tempus praesens praeteritum egregie illustrat ex *Virg.* Aen. 2. 12. *Quamquam animus meminisse horret, luctuque refugit.* Et ex *Ovid.* Met. V. 677. de Pieridum in picas metamorphosi: *Nunc quoque in alitibus facundia prisca remansit.* Ubi monet, nuperum Interpretem Clariss. fruftra *Tunc* velle, pro *nunc* legi, quia, si retineres *nunc*, dicendum esset *remanet*, non *remansit* &c. quae Lectu digna de hujusmodi temporis potestate ap. Clarckium vide. *J. F. R.*

24. Παραπολόμενον] Castigo παπολλόμενον. *J. Br.*

26. Θαυμάσια ἰλίγξας] Vid. supr. *Somn.* c. 5. vel 6. & nott. ad c. 76. hujus *Hermot.* *M. du S.*

31. Σχεδὸν εἴκοσιν ἔτη] Conf. infra hujus Dial. c. 59. f. *M. du S.*

32. Οὐδὲ ἅπαξ] Legendum ἅπαν. *J. Br.*

Οὐδὲ ἅπαξ] Sed illud ἅπαν jam inveni in plerisque Edd. *J. F. R.*

35. Ὑπομνήματα] Cicero filius Tironi sub 16, 21. extr. *Peto a te ut quam celerrime mihi librarius mittatur, maxime quidem Graecus: multum mihi enim eripitur operae in exscribendis hypomnematis.* *J. M. G.*

37. Οὐδὲ ὕπαρ...] Tantae intentionis exemplum ipse vidi. Juvenis optimus, qui *Graevium* audiebat, cum serius ad studia literarum animum applicuisset, tam vehementer iisdem tum dabat operam, ut noctu dormiens quaecumque interdiu legisset, recitaret: donec ab amicis medicisque monitus remisit aliquid de nimio illo studio, ut valetudini detrimentum inde capturae consuleret. *M. du S.*

Οὐδὲ ὕπαρ ποτὲ ἀνέσας σαυτὸν] Non cepit haec verba interpres prior, vertens: *adeo ut somni quoque parcissimus mihi visus sis*; quum significent: *ne per somnum quidem unquam relaxasti te ab labore*, fraudi illi fuit ὕπαρ sine praepositione, ideoque sensum non inveniens, *somnum sibi indulgere*, significari credidit; sed ὕπαρ idem esse quod κατ' ὄναρ, quis Graece sciens ignorare potest? Noster de Merc. cond. c. 17. & *Pseud.* c. 49. Ὡς ὄναρ τοῦ θεοῦ ἀκούων, *Tim.* c. 20. f. ὅτι μὴ ὄναρ πλουτοῦσιν. & *Ael.* V. H. XII. 63. ὕπαρ αὐτῇ συνεγένετο — *per somnium cum illa rem habuit.* Plura *Bos* de ellipsi p. 301. Alia Lexicogr. ideo plura addere non erit operae. *J. F. R.*

38. Οὕτως ὅλῳ] Dialogus quem Lucianus *Hermotimum*, sive de Sectis, inscripsit, est haud dubie non modo circumspectissimi, verum etiam acutissimi ingenii foetus: quamquam non ignoro, quam prorsus seorsum judicet *P. Petitus* IV. Miscellan. Observ. cap. 1. At haec disquisitio ab instituto nostro est aliena.

xisti, admirabilia. Ac puto equidem te non longe ab illis abesse, si quidem conjicere illud fas est & tempore, quo philosopharis, & labore insuper, quem minime mihi mediocrem a longo inde tempore sustinere videris. Si quid enim memini, prope viginti ipsi anni sunt, ex quo te nihil aliud vidi, quam ad magistros itare, & ut plurimum libro imminere, & commentarios disputationum tibi exscribere, pallidum semper curis, & callo quodam aridum corpus habentem. Videris autem mihi adeo totus in hac re esse, ut ne per somnum quidem te remittas. Haec ergo cogitanti

μάσια, ἡλίκα εἴρηκας. οἶμαι γε μὴν ὑπόρρω σε εἶναι αὐτῆς, εἴ γε χρὴ εἰκάζειν τῷ τε χρόνῳ ὁπόσον φιλοσοφεῖς, καὶ προσέτι τῷ πόνῳ οἷον μοι δοκεῖς μέτριον οὐ πολλοῦ ἤδη ἔχειν δοκεῖς. εἰ γάρ τι μέμνημαι, σχεδὸν εἴκοσιν ἔτη ταῦτά ἐστιν, ἀφ' οὗ σε οὐδὲν ἄλλο ποιοῦντα ἑώρακα, ἢ πρὸς τοὺς διδασκάλους φοιτῶντα, καὶ ὡς τοπολὺ ἐς βιβλίον ὑπικνούμενον, ὑπομνήματα τῶν συνουσιῶν ἀπογραφόμενον, ὠχρὸν ἀεὶ ὑπὸ φροντίδων, καὶ τὸ σῶμα καλεσκληκότα. δοκεῖς δέ μοι ἀλλ' οὐδὲ ὅναρ ποτὲ ἀνιέναι σαυτὸν, ὅτως [b] ὅλος εἶναι ἐν τῷ πράγματι. ταῦτ' οὖν σκοπουμένῳ μοι, φαί-

[b] ὅλος] ὅλῳ Bz. & W. ὅλως Edd. reliquae omnes. Sed ὅλον L.

na. In hoc libello cum *Hermotimo* Stoicae disciplinae sectatore rem se habere fingit Auctor; cumque eo quum de variis sectis, tum de difficultate & fere ἀδυνάτῳ, certo inveniendi verissimae Philosophiae disciplinam optimam, disputat. Itaque ubi Luciano professus esset *Hermotimus* se Philosophiae animum suum applicuisse jam dudum, omnemque ei disciplinae vitam porro dicaturum, ut tamdem bonorum ex ea profluentium compos fieret; respondet Lucianus, sibi satis, ex multis, quae adfert, argumentis persuasum esse, eum serio Philosophiae a multo tempore fuisse deditum. Δοκεῖς δέ μοι, pergit, ἀλλ' οὐδὲ ὅναρ ποτὲ ἀνιέναι σεαυτὸν, ὅτως ὅλως εἶναι ἐν τῷ πράγματι. Posset quis suspicari, Lucianum scripsisse ὅλῳ. ὅτως ὅλῳ εἶναι ἐν τῷ πράγματι, *adeo totus in negotio esse*, scilicet *videris*. Ut in Deorum diah. XII. *Veneris & Cupid.* fin. dicitur Rhea ὅλη ὅσα ἐν τῷ Ἄττῃ, & similiter alibi. Sed satis probum est vulgatum: sic de Saltatione c. 3. Σὺ δὲ, καὶ δι' ὀφθαλμῶν ἔοικας ὅλως δεδουλῶσθαι. *Tu vero totus quantus es, videris in servitutem redactus.* Sic in Deor. dialogis XIX. f. Diana dicitur ὅλως πρὸς τῇ θήρᾳ εἶναι, *nil nisi venatum curare*; se totam venatui tradidisse. Ibid. Dial. XX. §. 15. Καὶ ὁ μὲ Ἔρως, ὅλως παρελθὼν εἰς αὐτὴν, ἀναγκάσει τὴν γυναῖκα ἐρᾶν. in his manifestissime ὅλως idem quod ὅλῳ, valet. Nec aliter in Dialogis Meretriciis X. §. 13. ὅλως περὶ τὸ μειράκιόν ἐστι. Graeci itaque pro adjectivis utuntur nonnumquam adverbiis, ut jam ex allatis exemplis patet. Minus id perspexisse videtur Amplissimus *Cuperus* III. Observ. cap. 12. ubi in Aeliani Ποικιλ. lib. III. cap. 9. [λέδοικε δὲ τὸ ἔτερον, ἅτε οὐ θεῷ κατόχως ἐνθουσιῶντα] legendum censet κάτοχον. Commodissime κατόχως ibi pro κάτοχον exponi potest ex usu Graecorum, adverbia non raro ita adhibentium, ut jam vidimus, & mox ultra videbimus. Adde ibi Eruditissimum *Kuhnium*, istius Aelianei loci vindicem. Ad hoc idem adhaesit quoque *Jac. Tollius*, (p. 75.) qui apud Lucianum in De non temere cred. Calumn. §. 14. in verbis [καὶ ἡ Στρατονίκη πρὸς αὐτὸν· ἐμοὶ μὲν ἀνδῶς, καὶ ὅλως ἱροπρεπῆ.] legit pag. 416. edit. Amst. ἀνδῶς pro ἀνδῶς. Idem ergo fieri oportebit in his ejusdem Luciani, in Phalaride c. 5. §. 5. ὅτι ἀφυλάκτως ὀλίγου δεῖν ληφθεὶς, ἐζήτουν τινὰ σωτηρίαν περὶ ἑαυτόν. quia nempe sicut hic ἀφυλάκτως ληφθείς, ita in citato De non temere cred. Calumn. libello c. 12. legitur quis ἀφύλακτ῾ ληφθείς· quemadmodum apud *Xenophontem* I. Κυροπ. οἱ δ' ἐξαπατῶντες τοὺς πολεμίους δύνανται Θ ἁρπάσαι ποιήσαντες ἀφυλάκτους λαμβάνειν. Apud *Demosthenem* quoque I. contra Philipp. Ἀφύλακτ῾ ληφθῆ, in margine notatur in alio libro legi ἀφυλάκτως. Promiscue itaque locuti sunt Graeci. Iterum Noster adverbio ita utitur in de Astrologia §. 18. vel 19. Φαίνου δὲ, τῶν ἀστέρων δρόμου ἐπιμελούμενος, ἢ μὴν γε ἀτρεκέως, ἀλλ' ἀτελῆ τὸν λόγον ἀπολιπών, ἀπίθανε. Et hic ἀτρεκέως pro ἀτρεκίᾳ, sive ad δρόμου, sive λόγον referas. Clare quoque *Isocrates* in Panathen. pag. 262. E. Ἐν ὀλίγαις ἡμέραις ἑώρων τοὺς τε νόμους ἀναγεγραμμένους, καὶ ὁμοίως τοῖς τῶν πολεμίων, καὶ τοσαύτης ταραχῆς καὶ τοσούτων ἐναντιώσεων μεστούς. *Paucis diebus leges in tabulas relatas, & publice propositas viderunt; non his, quas nunc habemus, similes, neque confusionis plenas, & inter se pugnantes.* Patet ὁμοίως hic plane pro ὁμοίους positum, sequitur quoque μεστούς. *J. J.*

Ibid. Ὅλον] Ὅλῳ in W. & Bz. Nos ὅλον ex L. restituimus pro vulgato ὅλως. *M. du S.*

Ὅλῳ] Ὅλον ait *Solanus* se restituisse; sed quis restitui desiderat, ubi pristina sunt sana; quare ei non obsecundavi, adverbium enim se recte habere, satis docuit Cl. *Jensius*. Et si quid ab adverbio recedendum propter cacophoniam ὅτως ὅλως, potius jam amplector ὅλῳ duobus testibus & frequenti usu munitum, quam durius illud ὅλον, quod ὄντα potius requireret, quam εἶναι. Eligat interim quod quisque volucrit; singula enim suos patronos invenient. *J. F. R.*

φαίνῃ οὐκ ἐς μακρὰν ὀπτιλήψεσθαι τὴν εὐδαιμονίας, εἴ γε μὴ λέληθας ἡμᾶς καὶ πάλαι αὐτῇ συνών. ΕΡΜΟΤ. Πόθεν ὦ Λυκῖνε, ὅς γε ἄρχομαι νῦν προσκυπλεῖν ἐς τὴν ὁδὸν; ἡ δ' Ἀρετὴ πάνυ πόρρω τι τοῦ Ἡσιόδου οἰκεῖ, ἔστιν ὁδὸς αὐτὴν μακρός τε καὶ ὄρθιος, καὶ τραχὺς, ἱδρῶτα οὐκ ὀλίγον ἔχων τοῖς ὁδοιπόροις. ΛΥΚ. [a] Οὐχ ἱκανὰ ἂν ἱδρῶσαί σοι ὦ Ἑρμότιμε, καὶ [b] ὠδοιπόρηκε; ΕΡΜ. Οὐ, φημί. οὐδὲν γὰρ ἐκώλυέ με παντὸς εἶναι, ὅτι τῷ ἄκρῳ γενόμενον. τὸ δὲ νῦν, [c] ἐρχόμεθα ἔτι ὦ Λυκῖνε.

ΛΥΚ. Ἀλλὰ τήν γε ἀρχὴν ὁ αὐτὸς οὗτος Ἡσίοδος ἥμισυ τοῦ παντὸς ἔφη εἶναι, ὥστε τι μέσῳ τὴν ἄνοδον εἶναί σε ἤδη λέγοντες, οὐκ ἂν ἁμάρτοιμεν. ΕΡΜ. Οὐδέπω οὐδὲ τοῦτο· πάμπολυ γὰρ ἂν ἡμῖν ἦν τοῦτο. ΛΥΚ. Ἀλλὰ ποῦ γάρ σε φῶμεν τὴν ὁδὸν τυγχάνειν ὄντα; ΕΡΜ. Ἐν τῇ ὑπωρείᾳ κάτω ἔτι, ὦ Λυκῖνε, ἄρτι προβαίνειν βιαζόμενον, ὀλισθηρὰ δὲ, καὶ τραχεῖα, καὶ δεῖ χειραγοῦ ὀρέγοντος. ΛΥΚ. Οὐκοῦν ὁ διδάσκαλός σοι τοῦτο [d] ἱκανὸς ποιῆσαι, ἄνωθεν ἐκ τοῦ ἄκρου καθάπερ ὁ τοῦ Ὁμήρου Ζεὺς, χρυσῆν τινα σειρὰν καθιείς, τοὺς αὐτοῦ λόγους, ὑφ' ὧν [e] σε

mihi videris non ita multo post comprehensurus istam felicitatem, nisi forte fugit nos, te olim cum illa versari. HERM. Qui *possim*, Lycine, qui nunc tandem incipiam inspicere in viam? Longe autem habitat Hesiodo teste virtus, & est via ad illam longaque & praerupta, & aspera, sudorem excutiens non parvum viatoribus. LYC. Nondum ergo satis tibi sudatum est, Hermotime, nec viae satis factum? HERM. Nondum, inquam. Nihil enim prohibebat me undique beatum esse, in summo si essem: nunc vix, Lycine, incipimus.

3. LYC. At initium idem ille Hesiodus totius dimidium ait esse. Itaque nihil erraverimus, si circa medium te adscensum esse dicamus. HERM. Nondum, ne hoc quidem. Multum enim sic effectum esset. LYC. Sed ubinam viae versari te dicemus? HERM. In ipsis adhuc montis radicibus, Lycine, sed summa jam vi conantem progredi, lubrica autem est, & aspera, & opus est, qui manum nobis porrigat. LYC. Magister ergo tuus, qui hoc faciat idoneus, qui desuper ex summo ut Homericus ille Jupiter auream catenam demittat, sermones suos, quibus nimirum at-

a Οὐχ] Οὐκ male *J.* Οὐχ recte *P. A1. S.* &c. b Ὠδοιπόρηται] Sic recte *B1.* & 2. ac W. Ceterae Edd. male ὁδοιπόρηται prima brevi. c Ἀρχόμεθα] Ita bene *B2.* & W. Nam ἀρχόμεθα minus convenienter *H. Fl. S. P. A1.* d Ἱκανὸς] Ἱκανῶς W. male. Prius servant Edd. antiqq. & recentt. omnes. e Σε] Δὲ M. Σε Edd. omnes.

40. Οὐκ ἐς μακρὰν] Οὐκ εἰς μακρὸν χρόνον. *J. Br.*

44. Ἡσιόδου οἰκεῖ] Lin. 1. Oper. haec tota dissertatio *Hesiodum* de via illa virtutis interpretatur. *J. B.* Ἡσιόδου οἰκεῖ] *Hesiod.* Ἔργ. 288. *M. du S.*

48. Ὠδοιπόρηται] Lucianus ex numero annorum, quos jam Philosophiae studio dederat Hermotimus, colligens eum non longe ab ipsa Virtute, quam pro summo bono petebant Philosophi illi, abesse, ubi contrarium ex Hermotimo intelligit, ait, οὐχ ἱκανὰ ἂν ἱδρῶσαί σοι ὦ Ἑρμότιμε, καὶ ὠδοιπόρηται; Et hic scilicet locus argumento est, quam immunis sit ab inquinatissimis maculis exquisitae hic elegantiae scriptor. Emenda ὠδοιπόρησαι. Melius Grammaticae leges in hoc verbo servatae sunt infra c. 27. τοῖς γὰρ προωδοιπορηκόσιν ὦ Λυκῖνε, πιστεύσας, &c. & in Vera Hist. c. 4. συνοδοιπόρουν ἡμῖν ὦ Σοφίστης. Eadem tamen spurcities simili in voce occurrit in Lexiphane c. 22. pr. προοδοποίηται pro προωδοποίηται. Ibid. §. 24. pari labe maculatus est ille libellus ab sequioribus editoribus, qui pro προπαρασκευασμῷ dederunt προπαρασκιασμῷ. *J. J.*

52. Ἀρχὴν . . . Ἡσιόδου] Hesiodeum cur non videatur, dixi ad Ἔρυπν. c. 3. *M. du S.*

53. Ἡσιόδου ἥμισυ] Etiam in marg. Ed. *Junt.* notaverat *Solanus* falsam hanc esse citationem. Sed & *Seidelius* in *Portula L. Gr. aurea* p. 8. Hesiodo adscribit, non indicato tamen loco. *Erasmus* in *Adag. principium dimidium totius*, Lucianum in *Hermot.* id hemistichium ex *Hesiodo* adferre ait; sed & *Aristoteli* & *Platoni* usurpatum indicat. Sed forsan Lucianum fefellerit hoc *Hesiodi* Ἔργ. 40. — ὅσῳ πλέον ἥμισυ παντός. Sed V. nott. ad Somn. §. 3. p. 5. *J. F. R.*

56. Πα-

attrahat te & levet ad se & virtutem, cum olim ipse adscenderit. HERM. Rem ipsam, Lycine, dixisti. Quantum enim in illo est, olim extractus in altum essem, & cum illis versarer. Sed ipse nimis adhuc sum imbecillus.

4. LYC. Verum considere oportet, & bonum habere animum, & finem viae spectare, supernamque illam felicitatem, illo praesertim una animum studiumque adhibente. Interea quam tibi spem ostendit, quando futurum sit ut enitaris? proximone anno conjicit in arce te futurum, verbi caussa post mysteria altera, aut Panathenaea? HERM. Pauxillum narras, Lycine. LYC. Sed proxima Olympiade? HERM. Et hoc parum est, ut ad virtutis exercitationem, possessionemque felicitatis. LYC. Post duas ergo Olympiadas omnino: alioquin multam quis socordiam vestram accusaverit, si neque tanto tempore illud possitis, quo facile sit ter a columnis inde Herculis ad Indos abire, indeque redire; etiamsi nec recto itinere neque semper progrediatur aliquis, sed in gentibus interjectis oberret. Quamquam, quanto vis altiorem, & magis lubricum,

ἀνασπᾷ δηλαδή, καὶ [f] ἀνακουφίζει πρὸς αὐτόν τε καὶ [†] χρητὴν αὐτὸς πρὸ πολλοῦ [g] ἀναβεβηκώς. ΕΡΜ. Αὐτὸ ἔφηθα, ὦ Λυκῖνε, τὸ γιγνόμενον. ὅσον γοῦν ἐπ' ἐκείνῳ πάλαι ἀνεσπάσμην ἄνω, καὶ σωῆν αὐτοῖς· τὸ δ' ἐμὸν, ἔτι ἐνδεῖ.

ΛΥΚ. Ἀλλὰ θαρρεῖν χρὴ, καὶ θυμὸν ἔχειν ἀγαθὸν, ἐς τὸ τέλος τ' ὁδοῦ ὁρῶντα, καὶ [†] ἄνω εὐδαιμονίαν, καὶ μάλιστα ἐκείνῃ [h] συμπροθυμουμένῳ. πλὴν ἀλλὰ τίνα σοι ἐλπίδα [i] ὑποφαίνει, ὡς δηπόθεν ἀναβησομένῳ; ἐς νέωτα εἶχεν ὅπῃ τὸ ἄκρον ἔσεσθαί σε, οἷον [k] μὴ τὰ μυστήρια τὰ ἄλλα, ἢ Παναθήναια; ΕΡΜΟΤ. Ὀλίγον φῂς, ὦ Λυκῖνε. ΛΥΚ. Ἀλλ' ἐς [†] ἑξῆς Ὀλυμπιάδα; ΕΡΜ. Καὶ τοῦτο ὀλίγον ὡς πρὸς χρητῆς ἄσκησιν, καὶ εὐδαιμονίας κτῆσιν. ΛΥΚ. Μετὰ δύο μὴν δὴ Ὀλυμπιάδας πάντως ἢ πολλήν γ' ἂν ὑμῶν ῥᾳθυμίαν καταγνοίη τις, εἰ μηδ' ἐν τοσούτῳ χρόνῳ δύναισθε, ὅσον τρὶς ἀπὸ Ἡρακλείων στηλῶν εἰς Ἰνδοὺς ἀπελθεῖν, εἶτ' ἐκανελθεῖν ῥᾴδιον, εἰ καὶ μὴ [l] εὐθείαν, μηδ' ἀεὶ βαδίζοι τις, ἀλλ' ἐν τοῖς μεταξὺ μέσοις ἔθνεσί περιπλανώμενον. καίτοι πόσῳ τινὶ βέλει ὑψηλοτέραν καὶ λιοτέραν θῶμεν εἶναι [†] ἄκραν, ἐφ'

f Ἀνακουφίζει] Sic Edd. omnes bene, item M. Sola *F.* ἀνακουφίζοι male. g Ἀναβεβηκώς] Ἐναβεβ. rursus male *F.* Ceterae vulgatam tuentur cum M. h Συμπροθ.] Συμπροθ. W. i Ὑποφαίνει] Sic Edd. recte. Ὑποφαίνειν W. male. k Μετὰ] Sic Edd. & M. l Εὐθεῖαν] Ita habent G. W. P. L. Edd. vulgo εὐθύ.

75. * Εἰς νέωτα] † Μέλλων. *V.*

* Εἰς] Parvi est, quod εἰς citatum relinquo, quum in Auctore ipso tamen legatur εἰς, id quod Luciano longe frequentius quam ἐς, & licet hic perinde sit, tamen interdum praestat ἐς, interdum εἰς, ad plenioremm sonum. Sed εἰς νέωτα dicitur in proverbiali locutione ap. *Theocritum*, qui ait: Ἀεὶ γεωργὸς εἰς νέωτα πλούσιος. *Semper agricola in novum annum dives.* *J. F. R.*

† Μέλλων] Deest ἐναντία. In Exc. G. legitur μέλλον. *M. des S.*

56. Παντόλυ] Placet πάμπολυ. *J. Br.* Sed & hoc jam habent Edd. *J. F. R.*

63. Ὁμήρου Ζεὺς] Iliad. Δ. *J. Br.* Ὁμήρου Ζεὺς] Il. Θ. 18. Conf. supra *Deor. Dial.* XXI. pr. *M. des S.*

68. Ὅσῳ] Lege ὅσον invitis omnibus nostris libris. *M. des S.*

77. Παναθήναια] De quibus, & aliis sacris ceremoniis dico copiose σὺν Θεῷ alibi. *J. B.*

80. Ἀρετῆς ἄσκησιν] Hoc illud est quod Philosophos omnes exercuit tamdiu, de quo locus alius dicendi, ut & de illo seq. εὐδαιμονίας κτῆσιν. *J. B.*

86. Εὐθεῖαν] Etsi εὐθὺ defendi possit; merito tamen hic auscultaverus quatuor Mss. & stylum nostro usitatum sequimur. Vid. infra c. 15. plura exempla in indice fortan adparebunt. Εὐθεῖαν, τραχεῖαν &c. autem, omisso ὁδὸν, & aliis frequens esse, vid. *Bos* de Ellips. p. 207. Nisi hoc nimis vulgare. *J. F. R.*

90. Ἡμῖν]

ἐφ' ἧς [a] ὑμῖν ἡ ἀρετὴ οἰκεῖ, τὴν Ἄορνο ἐκεί-
νης, ἣν ἐντὸς ὀλίγων ἡμερῶν Ἀλέξανδρος κατ-
ράτος εἷλεν.

ponamus verticem illum, in quo virtus vobis habitat, Aorno illa, quam paucos intra dies vi cepit Alexander?

5. ΕΡΜ. Οὐδὲν ὅμοιον, ὦ Λυκῖνε, οὐδ' ἔστι τὸ πρᾶγμα τοιοῦτον, οἷον σὺ εἰκάζεις, ὡς ὀλίγῳ χρόνῳ καὶ εὐεργαδῆναι, καὶ ἁλῶναι, οὐδ' ἂν μύριοι Ἀλέξανδροι προσβάλωσιν, ἐπεὶ πολλοὶ ἂν οἱ ἀνίσονες ἦσαν. νῦν δὲ ἀνέρχονται μὲν οὐκ ὀλίγοι μάλα ἐρρωμένως, καὶ προσέρχονται ἕως ποσὸν, οἱ μὲν, ἕως πάνυ ὀλίγου, οἱ δὲ, ἕως πλέον. ἐπειδὰν δὲ κατὰ μέσην τὴν ὁδὸν γένωνται πολλοῖς τοῖς ἀπόροις καὶ δυχερέσιν ἐνευγχάνοντες, ἀποδυσπετοῦσί τε, καὶ ἀναστρέφουσιν, ἀθυμαίνοντες, καὶ ἱδρῶτι ῥέομενοι, καὶ φέροντες τὰ κάμαλον. ὅσοι δ' ἂν εἰς τέλος ἀφικνῶνται, ἔνθεν πρὸς τὸ ἄκρον ἀφικνεῖται, καὶ τὸ ἀπ' ἐκείνου, εὐδαιμονοῦσι θαυμάσιόν τινα βίον τὸν λοιπὸν βιῶντες, οἷον, μύρμηκας ἀπὸ ὕψους ἐπισκοποῦντές τινας τοὺς ἄλλους. ΛΥΚ. [b] Πάπαι, ὦ Ἑρμότι-
με, ἡλίκους ἡμᾶς ἀποφαίνεις, οὐδὲ κατὰ τοὺς

5. HERM. Nihil quidquam simile est, Lycine, neque res talis est, qualem tu imaginaris, quae exiguo tempore confici possit & capi; non, si sexcenti simul Alexandri aggrediantur: sic enim multi ascenderent. Jam vero aggrediuntur quidem non pauci valde animose, & aliquantum procedunt, alii parum admodum, alii longius. Cum vero circa mediam jam viam sunt, atque in impedita multa atque aspera incidunt, difficultate victi pedem referunt, anhelantes, sudore affluentes, ac laboris plane impatientes. Quotquot vero ad finem perseverant, hi in arcem perveniunt, & ab eo inde tempore felices, admirabilemque vitam, quae reliqua est, viventes, velut formicas de alta quadam specula reliquos intuentur. L Y C. Papae, Hermotime, quantillos nos facis? ne aequales quidem Py-

a Ὑμῖν] Sic Edd. octo vett. & mss. M. Sola *Junt.* ἡμῖν. b Πάπαι] Βαβαὶ L. Nihil vulgatam movent *H. Fl. J. P.* &c.

90. Ἡμῖν] Sic optime Ed. *J.* Reliquae ὑμῖν, quod scio neminem probaturum, qui Lucianum attente legerit. *M. du S.*

Ὑμῖν] Quantumvis blandiatur *Juntinae* lectio ἡμῖν exhibentis, non tamen eam recipere ausim; quin perlectis praemissis, jam vulgatam ὑμῖν praefero. Nam cum *Lucini* persona supra inducatur quasi ignara quam longum & arduum sit iter ad virtutem, non immerito videtur etiam hic dicere: *petram, ubi vobis Philosophis & Heroibus virtus habitare creditur.* Conf. omnino c. 2. a vers. 42. ad fin. *J. F. R.*

Ibid. Τῆς Ἄορνου ἐκείνης] Diodor. L. ιζ. & Arrian. γ. *J. Br.*

Τῆς Ἄορνου ἐκείνης] De hoc loco Id. Dial. Philipp. & Alex. Arr. Curt. alii. *J. B.*

98. Προσέρχονται] Verti, ac si legatur προσέρχονται, quod verum puto. *J. M. G.*

7. Καὶ τὸ ἀπ' ἐκείνου] *Ac deinceps.* *J. Br.*

8. Οἷον μύρμηκας] Atque indignos qui hominum appellatione nominentur. *J. Br.*

9. Τινὰς τοὺς ἄλλους] Subduxerat *Solanus* pronom. τινὰς asteriscoque & numero notaverat variantem lectionem quaesiturus atque additurus, at non invenit, nec opus est; etsi vel τινὰς vel articulus τοὺς abesse queat. Sed est pleonasmus usitatus, ut supra *Dial.* omnium primo, s. *Somn.* haud longe ab init. ταχύτητα τινα τὴν ἐκείνων, ubi conf. not. Cl. *T. Hemsterh.* Adde, si lubet, *Budaei* Comment. p. 593. f. qui ex *Aristotele* adfert: Οὐ γάρ ἐσι γένος ἄνθρωπος τῶν ἀνθρώπων. Et nos alios ejusmodi articulorum pleonasmos indicantes, ad c. 26. hujus Dial. *J. F. R.*

10. Πάπαι ὦ Ἑρμότιμε, ἡλίκους ἡμᾶς ἀποφαίνεις, οὐδὲ κατὰ τοὺς πυγμαίους ἐκείνους, ἀλλὰ χαμαὶ παντάπασιν οὐ χρῆ τὰ γῆς] Interpres: *Papae Hermotime, quantulos nos facis, neque cum pygmaeis nos comparas, sed omnino cum humi repentibus animalibus.* Sed χαμαὶ οὐ χρῆ τὰ γῆς num sunt humi repentia animalia? non sic Graeci loquuntur, sed dicendum fuisset τοὺς χαμαὶ ὄντας, aut ῥέπουλας. sicut statim, ὅσοι χαμαὶ ἑρπόντων ἐσμὸν, sed veram scripturam nobis ostendit Mss. Ἀλλὰ χαμαιπετεῖς παντάπασιν οὐ χρῆ τὰ γῆς. In praecedente pag. 507. non frustra idem codex: εἰ δὲ μὴ εὐθείαν, μηδ' ἀεὶ βαδίζει τις. sane ἀπλικώτερον hoc est quam vulgatum εὐθύ. Solet enim ὀδὸς in his frequentissime omitti. sic apud *Xenoph.* εὐθείας ἐξεπλάνων. *a recta via aberrare.* exempla passim obvia, nec tyronibus ignota. *J. G. G.*

12. Χαμαὶ . . .] *Homeri* & *Hesiodi* loca, quae primus indicavi, qui non viderit, dubitare hic non mirabor

— ἐπὶ

Pygmaeis illis, ſed humi omnino, in ipſa quaſi telluris cute, *deprimis.* nec mirum: jam enim altum ſapis, & e ſummo: nos vero colluvio illa, & quotquot humi repimus, cum diis vos etiam veneramur, jam ſuperatis nubibus, eo quo feſtinatis, olim delatos. HERM. Modo contingat ille adſcenſus, Lycine. Sed nimis multum ſupereſt.

6. LYC. Tamen non dixiſti, quantum, ut tempori comparare poſſemus. HERM. Nempe nec ipſe accurate ſcio: conjicio tamen, viginti non amplius annos futuros, quibus interjectis, omnino quondam in ſummo futuri ſimus. LYC. Hercules tuam fidem! multum narras. HERM. Etenim de maximis rebus laboratur. LYC. Iſtuc quidem forte verum fuerit. Sed de viginti annis, utrum te illis victurum, magiſter tibi tuus promiſit, ceu non ſapiens modo, ſed divinus quidam aut fatidicus, aut ex eorum numero aliquis, qui Chaldaeorum rationes norunt? ajunt quippe ſcire talia. neque enim veri ſimile eſt, te re-

Πυγμαίοις ἐοικότες, ἀλλὰ [c] χαμαιπετεῖς [d] πανταπασιν ὀλίγῳ τι γῆς εἰκότως. ὑψηλὰ γὰρ ἤδη φρονεῖς, ὦ ἄνωθεν ἡμεῖς δὲ ὁ συρφετὸς, καὶ ὅσοι χαμαὶ [e] ἐρχόμενοι ἐσμὲν, μετὰ τῶν θεῶν ὑμᾶς προσθυξόμεθα ὑπερφέλεις γενομένους, ὦ ἀνελθόντας οἱ πάλαι σπεύδετε. ΕΡΜΟΤ. [f] Εἰ γὰρ γένοιτο ὦ ἀνελθεῖν, ὦ Λυκῖνε. ἀλλὰ πάμπολυ τὸ λοιπόν.

ΛΥΚ. Ὅμως οὐκ ἔφησθα ὁπόσον, ὡς χρόνῳ [g] παρεσκευῆν. ΕΡΜ. Οὐδ' αὐτὸς γὰρ οἶδα, ὦ Λυκῖνε, τἀκριβές. εἰκάζω μέντοι ὡς πλείω τῶν εἴκοσιν ἐτῶν ἔσεσθαι, μεθ' ἃ πάντως σε [h] ἐν ὀλίγῳ τῷ ἄκρῳ ἐσόμεθα. ΛΥΚ. Ἡράκλεις, πολὺ λέγεις. ΕΡΜ. Καὶ γὰρ περὶ μεγίστων ὦ Λυκῖνε οἱ πόνοι. ΛΥΚΙΝ. Τυτὶ μὲν ἴσως ἀληθές. ὑπὲρ δὲ τῶν εἴκοσιν ἐτῶν, ὅτι βιάσῃ τοσαῦτα, [i] πότερον ὁ διδάσκαλός σου καθυπέσχετο, ἢ μόνον σοφὸς, ἀλλὰ καὶ μαντικὸς ὢν, ἢ χρησμολόγος τις, ἢ ὅσοι τὰς Χαλδαίων μεθόδους ἤσκησαν; φασὶ γὰρ εἰδέναι τὰ τοιαῦτα. εἰ γὰρ δή σέ γε εἰ-

c Χαμαιπετεῖς] Sic mſ. G. P. L. χαμαὶ tantum Edd. omnes & M. d Παντάπασιν] Πάντα πασῶν W. male. e Ἐρχόμενοι] Ἐρπόμενοι *Gron.* male. *M. du S.* f Εἰ] Sic recte ſine accentu Fl. *P.* Nam εἰ male *J. H.* g Παρεσκευῆν] Dedi ex W. P. L. Παρασκευῆ Edd. h Καὶ] Deeſt in W. Agnoſcunt Edd. i Πότερον] Ita recte Edd. & M. Πρότερον male *Fl.*

18. Εἰ] Εὐξείνου τὸ εἰ. πολὺ δὲ ὦ θεοὶ Πλάτωνι τοῦτο. M.

——— ἐπεὶ οὔ ποτε φῦλον ὅμοιον
Ἀθανάτων τε θεῶν, χαμαὶ ἰοχεαίρων τ' ἀνθρώπων.

At nemo qui contulerit, dubitabit. χαμαιπετεῖς de tardis avibus uſurpatur, quae tamen volantes radunt, ut anſeres domeſtici &c. Vid. Ἰκαρ. c. 10. Uſurpat etiam *Pindarus Ol.* IX. Genuina & vere Lucianea ea eſt ſcriptura quam ſecutus ſum. Vid. Ἰκαρ. c. 6. Reperitur etiam in M. *M. du S.*

13. Ἐν χρῷ τῆς γῆς] *In ſuperficie terrae.* *J. Br.*

15. Καὶ ὅσοι χαμαὶ ἐρχόμενοι] Quum Opſopaeus verterit *& quotquot per humum repentes ſumus*, Benedictus *& quotquot per humum repimus*, videntur legiſſe, quod pater margini adſcripſit, ἑρπόμενοι. Sed praeterea, quum Baſileenſes ediderint μετὰ τῶν θεῶν ὑμᾶς, exiſtimans in ordine horum quatuor vocabulorum τε debere poni primum, non quartum, ut fecerunt *Bourdelotius* & *Benedictus*, putavit reponendum ἡμεῖς δὲ ὁ συρφετὸς ἐσμὲν καὶ ἑρπόμενοι ἐσμὲν, τε μετὰ τῶν θεῶν ὑμᾶς &c. in quo tamen non ſtatuendum contra ſcriptos libros. *J. G.*

Ibid. Χαμαὶ ἐρχόμενοι] *Hom.* Il. E. 442. & *Heſiod.* Θεογ. 272. Repetit in Ἰκαρ. c. 6. Videtur tamen Cl. *Graevius* legiſſe in ſuo Cod. Mſ. ἑρπόμενοι, uti etiam legendum conjecerat Cl. *Gronovius.* *M. du S.*

21. Περιβαλεῖν] W. P. & L. In vulg. θεραπεῦσαι. *M. du S.*

Περιβαλεῖν] Etſi non ſatis adfirmare queam, quae vera ſit lectio; tamen tribus optimae notae Codicibus obtemperaſſe, increpabit nemo. Verum *Anonymus* quidam margini Ed. *Hagen.* in qua aeque ac ceteris legebatur παρασκευῆ, adleverat παρασκευῆν, quod melius profecto. Ex manu autem conjicio, fuiſſe *Joannem Bellagrium*, qui nomen fronti hujus libri inſcripſerat. *J. F. R.*

26. Περὶ μεγίστων] Ἀγαθῶν. *J. Br.*

31. Χαλδ. μ.] Vide *Gell.* XIV. 2. *A. V.*

εἰκὸς, ὅτι τῷ ἀθλίῳ, εἰ βιώσῃ μέχρι πρὸς τὴν ἀρετὴν, τοσούτους πόνους ἀνέξεται, καὶ ταλαιπωρεῖν πείσῃ καὶ μεθ' ἡμέραν, οὐκ εἰδότα, εἰ σε πλησίον ἤδη τὸ ἄκρον γενόμενον, τὸ χρεὼν ὀφεῖσαν, καλαισπάσει λαβόμενον τοῦ ποδὸς, ἐξ ἀτελοῦς τὴν ἐλπίδα. ΕΡΜ. Ἄπαγε. δύσφημα γὰρ ταῦτα, ὦ Λυκῖνε. ἀλλ' εἶναι βιῶναι, ὡς μίαν γοῦν ἡμέραν εὐδαιμονήσαντα, σοφὸς γενόμενον. ΛΥΚ. Καὶ ἱκανή σοι ἀντὶ τοσούτων καμάτων ἡ μία ἡμέρα; ΕΡΜ. Ἐμοὶ μὲν καὶ ἀχαριστίου ὁπόσον ἱκανόν.

ΛΥΚ. Τὰ δὲ δὴ ἄνω ὅτι εὐδαίμονα, καὶ τοιαῦτα, ὡς πάντα χρὴ ὑπομεῖναι δι' αὐτὰ, πόθεν ἔχεις εἰδέναι; οὐ γὰρ δὴ αὐτός γε ἀνελήλυθας. ΕΡΜ. Ἀλλὰ τῷ διδασκάλῳ πιστεύω λέγοντι· ὁ δὲ πάνυ οἶδεν. ἄτε ἀκρότατον ἤδη ὤν. ΛΥΚ. Ἔλεγε δὲ πρὸς θεῶν, ποῖα τὰ ἐκεῖ αὐτῷ, ἢ τινα τὴν εὐδαιμονίαν εἶναι τὴν ἐκεῖ; ἆρα τινὰ πλοῦτον, καὶ δόξαν, καὶ ἡδονὰς ἀνυπερβλήτους; ΕΡΜ. Εὐφήμει, ὦ ἑταῖρε. οὐδὲν γὰρ ὅτι ταῦτα, πρὸς τὸ σὺν τῇ ἀρετῇ βίον. ΛΥΚ. Ἀλλὰ τίνα φησὶ τἀγαθὰ, εἰ μὴ ταῦτα ἔξειν πρὸς τὸ τέλος τῆς ἀσκήσεως ἐλθόντας; ΕΡΜ. Σοφίαν, καὶ ἀνδρίαν, καὶ τὸ καλὸν αὐτὸ, καὶ τὸ δίκαιον, καὶ τὸ πάντα ὀφθαλμῷ βεβαίως πεπεισμένον, ἢ ἕκαστα ἔχει. πλούτους δὲ, καὶ δόξας, καὶ ἡδονὰς, καὶ ὅσα τοῦ σώματος, πάντα ταῦτα κάτω ἀφῆκε, καὶ ἀποδυσάμενος, ἀνέρχεται, ὥσπερ φασὶ τὸν Ἡρακλέα ἐν τῇ Οἴτῃ καλαχαυθέντα, θεὸν γενέσθαι. καὶ γὰρ ἐκεῖνον ἀπο-

bus incertis, an vitam ad virtutem usque perducturus sis? tot labores sustinere, & aerumnis vexari noctes ac dies, cum nescias, an non te jam prope fastigium enixum, instans fatum ex imperfecta spe pede prehensum detrahat. HERM. Apage. mali enim ominis sunt ista: sed vivere liceat, ut unum certe diem sapientiae possessione beatus sim. LYC. Ac satis tibi est pro tot laboribus unus ille dies? HERM. Mihi quidem minuta quamvis temporis particula satis est.

7. LYC. Supera autem illa beata esse ac talia, propter quae sustinere omnia consultum sit, unde potes scire? neque enim ipse unquam adscendisti. HERM. Ego vero magistro fidem habeo dicenti, ille quidem omnino novit, fastigium jam adsecutus scilicet. LYC. Qualem autem dixit, per ego te Deos oro, illorum conditionem, aut quam ibi esse felicitatem? num quid divitias, & gloriam, & voluptates inexsuperabiles? HERM. Bona verba, amice, nihil enim ista ad vitam cum virtute conjunctam. LYC. Quae igitur dicit bona, si haec non dicit, habituros, qui ad finem exercitationis pervenerint. HERM. Sapientiam, & fortitudinem, & ipsum honestum, & quod firma persuasione novit, quomodo se habeant singula. Divitias autem, & glorias, & voluptates, & quaecumque sunt corporis, ea infra reliquit omnia, iisque exutus adscendit, ut Herculem aiunt, cum in Oeta conflagrasset, Deum factum. Etenim

a ΛΥΚ.] Male deerat haec persona in *J. Ald. Fr. H.* Aderat in reliqq. & marg. *A1.* M. duo puncta, quibus personae solent designari. b Ἀνδρίαν] Ἀνδρείαν W. c Ὅσα] Ὅσαι W. Ὅσα *J.* male.

36. Τὸ χρεὼν ἐπιστὰν] *Fatum imminens.* *J. Br.*

43. Ἀκαριαίου] Vid. rursf. infr. c. 62. *M. du S.*

53. Πρὸς τὸν σὺν τῇ ἀ. β.] Πρὸς τὸν σὺν τῇ ἀρετῇ βίον· ἀλλὰ τίνα. &c. Excidit persona Λυκίνου. Scilicet fuisse: πρὸς τὸν σὺν τῇ ἀρετῇ βίον. ΛΥ. ἀλλὰ τίνα. *Th. M.*

Ibid. Τῇ ἀρετῇ βίου] Post verba haec scribe. ΛΥ. *J. Br.*

59. Πλούτους] Conf. supr. *Mer.* c. 12. *M. du S.* Et nos de plurali illo rariore mox infra, hoc Dial. c. 9. *J. F. R.*

62. Ἡρακλέα ἐν τῇ Οἴτῃ καλαχαυθέντα] Quod supra narravit in Deor. Dial. JOVIS, AESCULAPII & HERCULIS. Vulgo autem credi solitum homines igne purgari, defunctosque igne quo crematabantur expurgari atque ad Deos transire, vide pluribus probantem Rever. *Jac. Elsner.* ad I. ep. ad Corinth. III. 15. *J. F. R.*

Minervam, & Neptunum & Vulcanum de artis praestantia interceſſiſſe; & a Neptuno quidem effictum taurum, a Minerva excogitatam domum, compoſitum a Vulcano hominem. Cum ad Momum veniſſent, quem arbitrum ſibi nempe ſumſerant, perſpecto ille uniuscujusque opere, quid in reliquis reprehenderit, dicere jam ſuperfluum fuerit: in homine autem hoc deſideravit, & increpuit architectum illius Vulcanum, quod non & valvas pectori illius applicuiſſet, quibus apertis nota fierent omnibus, quae is vellet atque cogitaret, atque utrum mentiretur an vera diceret. Ille igitur ita de hominibus ſentiebat, tanquam qui hebeti *circa illos* viſu eſſet. Tu vero ſupra Lyncea illum nobis acute vides, & quae intus ſunt trans ipſa, opinor, praecordia cernis, & patent tibi omnia, ut non quae velit modo, & quae cogniſcit unusquisque, ſcias, verum etiam uter melior ſit aut deterior.

21. HERM. Ludis, Lycine. Ego vero fecundo numine elegi, neque optionis illius meae me poenitet, ſatis autem hoc, mihi quidem, eſt. LYC. Mihi tamen

ἐρίσαι Ἀθηνᾶν, καὶ Ποσειδῶνα, καὶ Ἥφαιστον εὐτεχνίας [a] περί· καὶ † ᾧ Ποσειδῶν, ταῦρόν τινα ἀναπλάσαι· † Ἀθηνᾶν δὲ, οἰκίαν ἐπινοῆσαι· ὁ Ἥφαιστος δὲ, ἄνθρωπον ἄρα συνεστήσατο. καὶ ἐπειδὴ ἐπὶ † Μῶμον ἦκον, ὃν ἅπαντα δικαστὴν προείλοντο, θεασάμενος ἕκαστα τὸ ἔργον, † ᾧ ἄλλων, ἅτινα ἠτιάσατο, πλεῖστον ἂν εἴη λέγειν· ἐπὶ δὲ τούτῳ ἐμεμψατο, καὶ † τὸν τεχνίτην [b] ἐπέπληξε † Ἥφαιστον, διότι μὴ καὶ θυρίδας ἐποίησεν αὐτῷ κατὰ τὸ στέρνον, ὡς ἀναπτερωθεῖσαι, γνώριμα γίγνεσθαι πᾶσιν ἃ βούλοιτο, καὶ φαίνοι· καὶ [c] ἢ ψεύδοιτο, ἢ ἀληθεύοι. ἐκεῖνος μὲν οὖν ἅτε ἀμβλυώττων, οὕτως ἐδόκει τὰ ἀνθρώπων διανοεῖσθαι. σὺ δ' ὑπὲρ † Λυγκέα ἡμῖν δέδορκας, καὶ ὁρᾷς τὰ ἔνδον, ὡς ἔοικε, καὶ τὰ στέρνα, καὶ ἀνέῳκταί σοι τὰ πάντα, ὡς εἰδέναι μὴ μόνον ἃ βούλοιτο, καὶ ἃ γιγνώσκει ἕκαστος, ἀλλὰ καὶ πότερος ἀμείνων ἢ χείρων.

ΕΡΜ. Παίζεις, ὦ Λυκῖνε· ἐγὼ δὲ, καὶ θεὸν εἱλόμην· καὶ οὐ μεταμέλει μοι † αἱρέσεως. ἱκανὸν δὲ τοῦτο πρὸς γοῦν ἐμέ. ΛΥΚ. Ὅμως οὐκ

[a] Πέρι] Sic r. *Junc.* Aliae περὶ. [b] Ἐπέπληξε] Sic *F. H. M. P.* Item M. & P. Ἐξέπληξε male Fl. & P. [c] Ἢ] Ei *Ba.* Ἤ reliqq. & M.

etſi propter proxime praecedens καὶ, forſan melius foret εἰ pro ἢ. Sed ſi καὶ plane abeſſet, ac tum ἢ—ἢ legeres, nihil deſiderarem: at noſter nimis amat illud καὶ; quod vel ad nauſeam infarcit in *Somn.* c. 1. 2. 3. *F. F. R.*

70. Ὑπὲρ † Λυγκέα] *Lynceo perſpicacior.* Perſpicaces intelligentes & acute ſubtiliterque videntes *Lyncei* dicuntur, non a Lynce animali, ſed a Lynceo Argonautarum uno, qui dictitabat ultra parietem videre, *Hieron.* contra Jea, Origeniſtam. *Val. Flacc.* L. I.

— — *cumque aethera Juppiter umbra*
Perdiderit ſolus, tranſibat ſydera Lynceus.

Elin. L. IV. c. 10. *Cic.* de eo. *Lucian.* Icaromenip. & Dial. Menip. & Tireſiae. *G. C.*

Ὑπὲρ † Λυγκέα] Ut in Contempl. *F. B.*

Ὑπὲρ † Λυγκέα] Ita corrupte, ut exhibui, verſus *Val. Flacc.* exſtat ap. *Cogn.* quem *Graev.* Edit. eodem modo ex Pariſina deſcripſit. Sed vid. Edit. Cl. *Burmanni* L. I. 466. ubi leges

— — *cumque aethera Juppiter umbra*
Perdiderit, ſolus tranſibit nubila Lynceus.

F. F. R.

71. Λυγκέα] Vid. *Ariſtoph.* Schol. in Pluto. *A. V.*

76. Κατὰ θεὸν] *Dei auſpicio, divinitus.* *F. Br.*

Κατὰ θεὸν] Conf. hujus *Dial.* c. 15. *M. du S.*

Κατὰ θεὸν] Adducit haec Luciani verba Rever. *Jac. Elſtor.* ad 2. Corinth. VII. 10. & interpretatur κατὰ θεὸν εἱλόμην: *Ego divino beneficio elegi*, firmatque ex *Jamblich.* Vit. Pythag. c. 26. p. 97. Ἀφ' ὧν δὴ καὶ κατὰ θεὸν ἀνωμάσθη αὐτῷ τὰ προθύματα. *laetus itaque, quod propoſitum ſibi non ſine divina ope ſuccederet.* Licet κατὰ θεὸν λόγον in Nov. Foed. potius ſit *triſtitia ſecundum Deum*, quam *a Deo immiſſa*, quod recte ex locis N. T. ſimilibus probat idem. Quodque etiam ſimilibus poſſet probari, ex profanis Scriptoribus, ſi quid opus foret. *F. F. R.*

79. Καὶ

οὐκ ἂν εἴποις, ὦ ἑταῖρε, ἢ πρὸς ἐμὲ, ἀλλὰ παρορᾷς με [a] παραπολύμενον σὺν πολλῷ τῷ συρφετῷ; ΕΡΜ. Οὐδὲν γὰρ [b] ἄν σοι δόξειεν, ὃν ἂν εἴπω. ΛΥΚ. Οὐκ, ὦ γαθέ. ἀλλ' οὐδὲν [c] ἐθέλεις εἰπεῖν ὁποῖον ἄν με δόξειεν. ἐπεὶ δ' ἔστι σὺ ἐκὼν ἀποκρύπτῃ, ἢ φθονεῖς ἡμῖν, ὡς μὴ ἐξ ἴσου γενοίμεθά σοι φιλοσοφήσαντες, ἐγὼ πειράσομαι ὅπως ἂν οἷός τε ὦ κατ' ἐμαυτὸν ἐξευρεῖν τὴν ἀκριβῆ περὶ τούτων κρίσιν, ἢ τὴν ἀσφαλεστάτην αἵρεσιν. ἄκουε δὲ ἢ σὺ, εἰ βούλει. ΕΡΜ. Ἀλλὰ βούλομαι, ὦ Λυκῖνε. ἴσως γάρ τι γνώριμον ἐρεῖς. ΛΥΚ. Σκόπει δὴ, ἢ μὴ καταγελάσῃς, εἰ παντάπασιν ἰδιώτικως ἀναζητῶ αὐτό. ἀνάγκη γὰρ οὕτως, ἐπεὶ μὴ σὺ ἐθέλεις σαφέστερον εἰπεῖν, εἰδὼς ἄμεινον.

Ἔστω δή μοι ἡ μὲν ἀρετὴ, τοιόν δέ τι, οἷον πόλις τις εὐδαίμονας ἔχουσα τοὺς ἐμπολιθομένους (ὡς φαίη ἂν ὁ διδάσκαλος ὁ σὸς, ἐκεῖθέν ποθεν ἀφιγμένος) σοφοὺς ἐς τὸ ἀκρότατον, ἀνδρείους ἅπαντας, δικαίους, σώφρονας, ὀλίγου θεῶν ἀποδέοντας· οἷα δὲ πολλὰ γίγνεται παρ' ἡμῖν, ἁρπαζόντων ἢ βιαζομένων, ἢ πλεονεκτούντων, οὐδὲν ἂν εἴδῃς, φασὶν, ἐν ἐκείνῃ τῇ πόλει τολμώμενον, ἀλλ' ἐν εἰρήνῃ ἢ ὁμονοίᾳ ξυμπολιτεύοντας, μάλα εἰκότως. ἃ γὰρ ἐν ταῖς ἄλλαις πόλεσιν, οἷ-

hoc non dixeris ſufficere; ſed negliges me in multa illa colluvione pereuntem cum reliquis? HERM. Nihil enim tibi placet, quidquid dixero. LYC. Non ita eſt, bone vir. Sed nihil tu vis dicere, quod placere mihi poſſit. Quandoquidem vero tu volens occultus es, & nobis invides, ne aeque ac tu philoſophemur: ego tentabo, quantum ejus facere potero, pro me invenire accuratum de his judicium, & ſectam certiſſimam. Audi vero & tu, ſi volueris. HERM. Ego vero volo, Lycine. forte enim cognitu aliquid dignum dixeris. LYC. Conſidera igitur, ſed noli irridere, ſi hominis omnino rudis in morem illud diſquiram: neceſſe enim eſt ita *facere*; cum tu, qui melius ſcias, dicere clarius nolis.

22. Sit igitur mihi virtus tale quiddam, velut civitas quaedam beatos habens cives (ut dicat forte tuus magiſter, inde aliqua via huc delatus) ſapientes ſummo gradu, fortes univerſos, tum juſtos, temperantes, parum Diis minores. Eorum vero, quae multa apud nos fiunt, cum rapiant, homines, vim faciant, juſto plus ſibi arrogent, nihil videas, ajunt, in ea urbe quemquam audere, ſed per pacem & concordiam civitate una fruuntur. Nec mirum. Quae enim, puto, aliis in civitatibus ſeditiones &

a Παραπολούμενον] Παραπολλύμενον Fl. Sed pro vulgata ſtant *H. P. S.* &c. & P. Παραπολόμενον W. b Ἂν] Rectius abeſt ἂν in W. c Ἐθέλεις] Ἐθέλῃς *F.* male. Ἐθέλεις quinque Edd. priſcae, & M.

77. Καὶ πρὸς ἐμὲ] Vid. ſupr. *Prometh.* c. 3. *M. du S.*

78. Ἐν πολλῷ τῷ συρφετῷ] Sic ſupra c. 1. f. hujus *Dial.* σὺν τῷ πολλῷ τε ἰδιωτῶν συρφετῷ. *F. F. R.*

79. Γάρ σοι] Ἂν, quod hic inſerebatur in omnibus, duce W. delevimus. *M. du S.*

81. Ἂν μοι ἀρέσειεν] Modo dixerat, ἄν σοι ἀρέσειε, jam vero accuſandi caſum adjungit eidem verbo; utrumque vero uſitatum eſſe non monerem, niſi ſuſpicatus eſſem, *Solanum* noſtrum dubitare de hoc caſu. Dativus tamen vulgo notior. Accuſativ. vid. ap. *Ariſtoph. Plut.* 353. Adde eumd. *Ran.* 103. Σὲ δὴ ταῦτ' ἀρέσκει. Plura *Spanh.* ad Plut. l. c. adfert, ut *Veſp.* 769. *Acharn.* 188. *Eurip.* Oreſt. 210. *Thucyd.* I. c. 128. &c. tamen leviter aberravit in proferendis *Thucydidis* verbis, ſcribens: ὅτι σε τούτων ἀρέσκει; cum ap. *Thucyd.* legatur: εἴ τι σὲ τούτων ἀρέσκει. Conf. ibi Scholiaſt. qui Atticiſmum eſſe ait, accuſativum pro dativo. *F. F. R.*

Ibid. Μοι ἀρεσ.] Sic edi ex conjectura curavimus, quamvis in omnibus Edd. & ipſo M. ſcriptum ſit μι. Vid. *Emr.* p. 195. B. 198. A. *M. du S.*

Μοι ἀρεσ.] Quia ſcilicet paullo ante praeceſſit σὺν σοι ἀρέσκει, ideo & hic ἀρέσκειν cum dativo conſtructum voluit *Soulius*; ſed hoc non ſatis eſt cauſſae priſtinam eamque conſtantem lectionem mutandi ex mera conjectura: vix autem mihi perſuadeo, eum ignoraſſe hoc verbum etiam frequenter accuſativum perſonae, aeque ac rei adſciſcere, id quod ſatis multis jam probavit *Stephanus* in Theſ. Adde nos nota proxima. *F. F. R.*

92. Ἄμεινον] Repone: ἀμείνων ἢ χείρων. *F. Br.*

1. Ἂν εἴδῃς] Εἰδεῖς *F. Gujet.* Sed vide quae ſupra notamus ad c. 8. hujus Dialogi. *F. F. R.*

26. Κλεω-

& contentiones excitant, quorum cauſſa mutuas ſibi inſidias ſtruunt homines, illa e medio ſublata apud illos ſunt omnia. Neque enim amplius aurum, neque voluptates, neque glorias ſpectant, de quibus certent: ſed olim civitate illa exegerunt, non neceſſaria rati, quae in ea verſentur. Itaque tranquillam quandam & undique beatam vitam vivunt, cum bonis legibus, & aequalitate, & libertate, & bonis reliquis.

23. HERM. Quid ergo, Lycine, nonne dignum eſt omnes concupiſcere civitatem eam adipiſci, nec laborem imputantes viae, neque animum deſpondentes propter longitudinem viae, ſi futurum ſit, ut ubi pervenerint adſcribantur & ipſi *in tabulis publicis*, civitatemque conſequantur. LYC. Per Jovem, Hermotime, omnium maxime in hoc elaborandum eſt, reliquorum vero cura abjicienda; neque ſi haec *antiqua* patria manum injiciat, multam habere rationem *oportet*, neque liberis aut parentibus, ſi cui ſint, retinere cum ploratu volentibus, frangi; ſed primum quidem hortari & illos ad eandem viam *ingrediendum*; ſi vero nolint vel non poſſint, dimotis illis recta procedere ad beatam illam ex omni parte civitatem; & ipſo abjecto veſtimento, ſi forte illo comprehenſo

ἡμᾶς, τὰς φάσεις καὶ φιλονεικίας ἐγείρει, καὶ ὧν ἕνεκα ἐπιβουλεύουσιν ἀλλήλοις, ταῦτα πάντα ἐκποδὼν ὄντα ἐκείνοις. οὐ γὰρ ἔτι χρυσίου ἔτι, οὔτε ἡδονὰς, οὔτε δόξας [d] ὀρέγουσιν, ὡς ἀμφέρειάς περὶ αὐτῶν, ἀλλὰ πάλαι τῆς πόλεως ἐξελήλακασιν αὐτὰ, οὐκ ἀναγκαῖα ἡγησάμενοι ξυμπολίτευμα· ὅθεν γαληνόν τινα, καὶ μακαριώτατα βίον βιοῦσι, ξὺν εὐνομίᾳ, καὶ ἰσότητι, καὶ ἐλευθερίᾳ, καὶ τοῖς ἄλλοις ἀγαθοῖς.

ΕΡΜ. Τί οὖν ὦ Λυκῖνε; οὐκ ἄξιον ἅπαντας ἐπιθυμεῖν πολίτας γίγνεσθαι τῆς τοιαύτης πόλεως, μήτε κάματον ὑπολογιζομένους τὸν τῇ ὁδῷ, μήτε πρὸς τὸ μῆκος τοῦ χρόνου ἀπαγορεύοντας, εἰ μέλλοιεν ἀφικόμενοι ἐγγραφήσεσθαι καὶ αὐτοί, καὶ μεθέξειν τῆς πολιτείας; ΛΥΚ. Νὴ Δί', ὦ Ἑρμότιμε, πάντων μάλιστα ἐπὶ τούτῳ σπουδαστέον· τῆς δ' ἄλλων ἀμελητέον. καὶ μήτε πατρίδος τὴν ἐνταῦθα ἐπιλαμβανομένης, πολὺν ποιεῖσθαι λόγον, μήτε παίδων, ἢ γονέων, ὅτῳ εἰσὶν [e] ἐπικαλεχόντων, καὶ [f] κλαυθμυριζομένων, ἐπιπλάττεσθαι, ἀλλὰ μάλιστα μὲν κἀκείνους προκαλεῖν ἐπὶ τὴν αὐτὴν ὁδόν. εἰ δὲ μὴ ἐθέλοιεν, ἢ μὴ δύναιντο, [g] ἀποσεισάμενον αὐτοὺς, χωρεῖν εὐθὺ τῆς μακαριωτάτης ἐκείνης πόλεως· καὶ αὐτὸ [h] ἀποῤῥίψαντα τὸ ἱμάτιον,

εἰ

[d] Ὀρῶσιν] Nihil hic variare *H. J.* & Fl. notat *M. du S.* [e] Ἐπικατηχόντων] Sic Edd. *J. H.* Fl. *P.* &c. [f] Κλαυθμυριζομένων] Sic recte *P. A.* & M. Edd. reliqq. male κλαυθμυρίζ. [g] Ἀποσεισάμενον] Sic Edd. antiqq. Ἀποσεισαμένους mſ. *P.* Ἀποσεισάμενος Cod. Angl. [h] Ἀποῤῥίψαντα] Sic *P.* Ἀποῤῥίψαντας Edd. & M. male.

9. Διατριβόντων] Διατρεχόντων. *V.*

26. Κλαυθμυρίζ.] M. *P.* & *A.* In aliis mendoſe κλαυθμυριζομένων. *M. du S.*

29. Ἀποσεισάμενον] Angl. ἀποσεισάμενος. Mend. *J. B.*

31. Ἀποῤῥίψαντα] Cum finxiſſet Hermotimus, Virtutem eſſe beatiſſimam civitatem; inque eam rogaſſet num aequum eſſet, ut omnes contenderent, & cives ibi fieri geſtirent, *Maxime vero*, reſpondet Lucianus, *eo aſpirandum eſt, reliqua autem omnia negligenda; neque multum curare oportet retinentem patriam; neque liberis vel parentibus, ſi cui ſint, revocantibus ejulantibuſque, flecti & verti; ſed & eos maxime ad eandem viam hortari: ſin autem nolint, vel nequeant, amoventem illos* (ſive *amotis illis*) *recta ad undique beatam illam urbem contendere: quin & ipſum abjicientem pallium* (ſive *ipſo abjecto pallio*) *ſi eo apprehenſo detinerent, illuc feſtinare.* Hic quidem Auctoris ſenſus eſt: ſed in Graecis aliquid eſt, ad quod offendas. Καὶ αὐτὸ ἀποῤῥίψαντα τὸ ἱμάτιον, εἰ τούτου ἐπιλαμβανόμενοι κατέχοιεν, ἐστρέφεσθαι ἐκεῖσε, &c. Si ſequentium juxta & praecedentium habeatur ratio, vel puero pateat legendum ἀποῤῥίψαντα. *J. J.*

Ἀποῤῥίψαντα] Omnes libri impreſſi, & ipſe M. ἀποῤῥίψαντας mendoſe. Diſplicet etiam duplex illud ἐκεῖσε. *M. du S.*

εἰ τύτῳ ἐπειλημμένοι καλεφύκοιεν, ἐσύμβων ἐκεῖσε. ὁ γὰ δέος μή σέ τις ἀποκλείσῃ, [a] ἢ γυμνὸν ἐκεῖσε ἥκοιμι.

Ἤδη γάρ ποτε ἤ ἄλλοτε πρεσβύτου ἀνδρὸς ἤκουσα διεξιόντος, ὅπως τὰ ἐκεῖ πράγματα ἔχοι, καί με παρῄνεσε ἑπεσθαί οἱ πρὸς τὴν πόλιν· ἡγήσεσθαι γὰρ αὐτός· ἤ ἐλθόντα ἐγγράψειν, ἤ Φυλέτιδι ποιήσασθαι, ἤ [b] Φρατρίας μεταδώσειν τῶν αὐτῶν, ὡς μὴ πάντων εὐδαιμονίην. ἀλλ' ἐγὼ [c] ὁ πιθόμην ὑπ' ἀνοίας, ἤ νεότητος τότε, πρὸ πεντεκαίδεκα ἐτέων. ἴσως δ' ἂν αὐτὰ ἤδη ἀμφὶ τὰ πράστεια, ἤ πρὸς ταῖς πύλαις ἦν ἄν. ἔλεγε δ' ἐν τοῖς τῆς πόλεως, [d] εἴ γε μέμνημαι, ἄλλα τε πολλὰ, [e] ἤ ἤδη ἤ τάδε, ὡς ξύμπαντες μὲν ἐπήλυδες ἤ ξένοι εἶεν, αὐτόχθων δὲ οὐδείς. ἀλλὰ καὶ βαρβάρους ἐμπολιτεύεσθαι πολλοὺς, ἤ δούλους, ἤ ἀμόρφους, ἤ μικρούς

impediant, eo erumpere. neque enim metus est, ne quis excludat vel nudum eo advenientem.

24. Jam enim alias quondam senem audivi enarrantem, uti se res illae haberent; isque me hortatus est, uti ad eam se civitatem sequerer; ipsum enim se praeiturum, & adscripturum *civibus* cum advenissem, & tribulem facturum, & curiae mihi suae jus impertiturum, ut cum omnibus beatam vitam viverem. Ego vero prae juvenili tum insciția, quindecim fere anni sunt, non sum obsecutus: forte circa ipsa jam suburbia, & ad portas essem. Dicebat autem de civitate illa, si bene memini, tum alia multa, tum ista etiam: Omnes ibi advenas esse & peregrinos, indigenam neminem: sed & barbaros in civitate versari multos & servos, & deformes, & parvos, & paupe-

res;

a Καὶ] Deest in B. & Angl. C. Adest in Edd. & M. *b* Φρατρίας] Sic recte *B2. S.* & Schol. Φατρίας corrupte *J. H. A1.* Fl. *F. P.* & M. *c* Οὐ πιθόμην] Sic *H.* Fl. *P. A1.* Οὐκ ἐπιθόμην *B2.* & *S. d* Εἴ γε] Sic *J. H. A1. P. S.* Ὡς εἴγε Fl. & W. Sed εἴγε supra scriptum erat, vid. nott. *e* Καὶ ἤδη ἐ τάδε] Sic esse in Fl. *H.* & M, notat *M. du S.* Sed & *B2. A1. P.* & *S.* ita habent.

31. * Ἐσύμβων] Ὁρμώμενον. *V.*
Ἐσύμβων] Ὅμηρος (Il. Z. 518.) ἦ μάλα δή σε ἐ ἰσ-
σύμενον κατερύκω. M.
39. Καὶ Φρατρίας] Συνάγμασιν. *V.*

* Ἐσύμβων] Ἐσύμενον & ἐρμόμενον male in Ed. *Cler. J. F. R.*

32. Εἰ τούτου ἐπειλημμένοι καλεφύκοιεν, ἐσύμβων ἐκεῖσε] Sic *Benedictus* & *Bourdelotius*. Basileenses *si τούτου καλειλημμένοι, καλεφύκοιεν ἐσύμβων ἐκεῖσε*. Pater notat sumptum ex Ὀδυσσ. ὁ. ἐσύμβων καλεφύκει, & Opsopæi versio est fatua. *J. G.*

Ibid. Καλεφύκοιεν, ἐσύμβων] *Hom.* Il. Z. 518. Il. 9. Odyss. O. Homericum esse, recte monuit *Vossius*. nos locum qui ei haec scribenti non succurrebat, addidimus. *M. du S.*

33. Ἀποκλείσῃ] Ut in Dial. Meret. *J. B.*

Ibid. Καὶ γυμνὸν] Καὶ deest in Mss. & Ang. Cod. *J. B.*

39. Φρατρίας] *Curiae.* Φρατρία δ' ἐστὶ τὸ τρίτον μέρος τῆς Φυλῆς. *A. V.*

Φρατρίας] Plerique libri & ipse M. prave hic Φατρίας habent, omissa litera ρ. In Scholiis. *B2.* & *S.* recte scribitur. Vid. supra Τιμ. c. 25. & infra Ἐκκλ. c. 4. ubi iterum peccant libri plerique. *M. du S.*

44. Πρὸς ταῖς πύλαις] Conf. c. 1. med. de *Merced. cond.* bis. *M. du S.*

45. Ὡς εἴγε] Ex Cod. W. pro εἴγε vulgato. *M. du S.*

Εἴ γε μέμνημαι] Εἴγε quaedam Edd. conjunctim; sed hoc eodem redit. Ὡς εἴγε *Flor.* Ed. habere; recte notaverat *Solanus*; sed non satis distincte notaverat, quid in W. legeretur; verum εἴγε supra εἴγε collocaverat. In nota tamen ecce declarat, quid voluerit; sed si jam in isto *Cod.* εἴγε legitur, non tamen illico sic ederem; sed εἴγε saltem scriberem; tumque illam lectionem ego sane non spernerem, quum ex seqq. pateat, *Lucianum* non dubitanter loqui (quod per εἴγε tamen fieret) sed ea quae probe meminerit, narrare. *J. F. R.*

57. Καὶ τὸ ἀλιτηρὸς] Ἀσχημόν. *Suid. F. G.* Sed quin aliam jam lectionem habemus, hac interpretatione nihil opus est. *J. F. R.*

Ibid. Ἀλιτηρὸς] Dicit Lucianus, si quis in illam beatorum civitatem velit adsciſci, ei sufficere σύνεσιν, καὶ ἐπιθυμίαν τῶν καλῶν, καὶ πόνον, καὶ τὸ ἀλιτηρὸς, καὶ τὸ μὴ ἐνδοῦναι. Vertitur: *intelligentia polleat, cupiditate rerum honestarum teneatur, laborem & macritatem non detrectet, non desertorem.* Primo *macritas* barbarum est, Latini dixissent *macies*, seu *macritudo*. Dein ho-

est

res, atque in universum civem esse, qui velit: legem enim illis esse, non ex censu adscribi aliquem, neque ex habitu, vel statura, vel pulchritudine, neque ex genere, neque claris ex majoribus; sed istorum nec rationem ullam haberi apud illos: sufficere autem unicuique ad hoc uti civis fiat, prudentiam, & honesti amorem, & laborem, & deliciarum contemtum, & animum, qui neque cedat temere, neque molliatur si in multas in via difficultates incidat. Atque adeo, si quis ista in se esse demonstraverit, emensusque totum ad urbem usque iter fuerit, eum civem esse continuo, & aequo jure, quisquis alioqui fuerit: ista autem *nomina*, deterior, melior, nobilis, ignobilis, servus, liber, neque esse omnino, neque nominari in ea civitate.

25. HERM. Vides, Lycine, quam non frustra, neque parvis de rebus labo-

ἢ πένητας· ἢ ὅλως, μετέχειν τοῦ πόλεως τοῦ βουλόμενον. τὸ γὰρ δὴ νόμον αὐτοῖς, μὴ ἀπὸ τιμημάτων ποιεῖσθαι, τὴν ἐγγραφήν, μηδ' ἀπὸ χημάτων, ἢ μεγέθους ἢ κάλλους, μηδ' ἀπὸ γένους, ἐνδὲ λαμπρῶν μὴ προγόνων. ἀλλὰ ταῦτα μέν, ἱκανὸν νομίζεσθαι παρ' αὐτοῖς, ἀπόχρην δ' ἑκάστῳ πρὸς τὸ πολίτην γενέσθαι, σύνεσιν, καὶ ἐπιθυμίαν τῶν καλῶν, καὶ πόνων, καὶ τὸ μὴ λιπαρὲς, καὶ τὸ μὴ ἐνδοῦναι, μηδὲ μαλακισθῆναι πολλοῖς τοῖς δυσχερέσι, καὶ τὴν ὁδὸν ἐντυγχάνοντα· ὡς ὅστις ἂν ταῦτ' ἐπιδείξῃ καὶ διέξελθοι, πορθμόμενος ἄχρι πρὸς τὴν πόλιν, αὐτίκα μάλα πολίτην τοῦτον, ὅστις ἂν ἦ, καὶ ἰσότιμον ἅπασι. τὸ δὲ, χείρων, ἢ κρείττων, ἢ εὐπαίδευτος, ἢ ἀγεννὴς, ἢ δοῦλος, ἢ ἐλεύθερος, ἐνδὲ ὅλως εἶναι, ἢ λέγεσθαι ἐν τῇ πόλει.

ΕΡΜ. Ὁρᾷς, ὦ Λυκῖνε, ὡς οὐ μάτην, οὐδὲ περὶ μικρῶν κάμνω, πολίτης ἐπιθυμῶν γε-

f Οὐδὲ] Καὶ ἔστω Fl. Οὐ τῶν M. Vulgatam servant ceterae & Cod. P. *g* Λιπαρὲς] Sic optime G. P. Erasum etiam *α* in M. Edd. vero omnes male habent ἀλιπαρὲς. *h* Ἐπιδείξηται] Ita *J. H. B2.* Fl. *P.* & M. *i* Ὅντα] Εἶναι Angl. & P. ὄντα Edd. omnes & M.

cet Latinum esset, quid hic macies facit ad jus civitatis consequendum? Mss. pro ἀλιπαρὲς scribit λιπαφὲς, & sic sine controversia scripsit Lucianus. λιπαρὲς est assiduitas, familiaris Luciani vox, quam cum τῷ πόνῳ non semel junxit. Vertendum autem *sufficit ingenium, cupiditas rerum honestarum, labor, assiduitas, non tergum dare*, sc. ad civitatem consequendam, hoc est non viam, cui te dederis, deserere. *J.G.G.*

Λιπαρὲς] *Graevio* assentiens mutavi. P. etiam λιπαρὲς, & in M. quod primo fuerat *α*, erasum est. *M. du S.*

Λιπαρὲς] Cum λιπαρὸς sit *curata bene pelle nitidus*, lautus & unctus homo; videtur non male huc convenire, ut τὸ ἀλιπαφὲς ea sit virtus, quae non modo aequo animo illis rebus careat, sed etiam, ubi copia sit, eas contemnat; sicca virtus & sobria, austera magis, tetrica ac dura, quam delicata, mollis, atque commoditatis studiosa &c. Verum facilius longe est τὸ λιπαφὲς, a *Graevio* prolatum, i. e. *assiduitas, constantia*. *J.M.G.*

58. Ἐνδοῦναι μηδὲ μαλακισθῆναι] Ἐνδιδόναι retrocedentium est in praelio, vid. Interprett. ad *Aristoph.* Plut. 488. — μαλακὸν δ' ἐνδώσετε μηδέν. Quod olim male verterant: *nihil admiscete jocosum*. Noster supra *Apol. pro merced. cond.* c. 4. p. 712. ἐνδιδόντων φυγῆς, & saepe alibi: vid. *Jens.* ad Dial. *Toxar.* ubi quoque male intellectum fuerat hoc verbum. Propria significatio est ap. *Hippocr.* Sect. 2. aph. 28. ubi ἐνδιδόναι dicitur τὸ σῶμα pro *emaciari*, vel ut nos: *inflaan*, i. e. quando expansa retro cedunt, cui oppositum ἐκδιδόναι, augeri, crescere, ibid. aph. 31. & 32. quod Lucian. de vento quoque usurpat. *J.F.R.*

60. Ἐπιδείξηται] Non immerito editionum lectionem hic contulit *Solanus*, quia insolitum videbatur diversos Modos conjunctione καὶ conjungi, nimirum ἐπιδείξηται & διέξελθοι. Sed quia ἂν utrique Modo jungi potest, licebit construere ἂν ἐπιδείξηται & ἂν διέξελθοι, ante optativum similiter ἂν intelligendo. Plura similia deinde occurrent. Sic infra c. 57. pro καταθύσῃς καὶ θυσιάσῃς *F. Gujet.* legi jubet καταθύσας & θυσιάσῃς, quod non improbarem, nisi καταθύσῃς jam ex Mss. restitutum. Interim alibi forsan dabitur occasio pluribus ostendendi, non repugnare linguae Graecae genio, optativum & subjunct. interveniente καὶ conjungere. *J.F.R.*

Ibid. Διεξέλθοι] Sic legendum pro διεξέλθοι *F. Gujet.* monuerat; verum ego optativum jam in Edd. inveni. *Salmurienf.* autem ambigue διεξέλθη. i. e. male quidem expressa syllaba posteriore, ex cujus tamen vestigiis pareat, eam διεξέλθῃ dare voluisse: & hanc jam veram Lect. credo. *J.F.R.*

61. Πολίτην ὄντα] Angl. εἶναι. *J.B.*

62. Ὅστις ἂν ᾖ] *Quicunque fuerit.* *J.Br.*

γενέσθαι καὶ αὐτὸς ὅτῳ καλῆς τε εὐδαίμονος πόλεως; ΛΥΚ. Καὶ γὰρ αὐτὸς, ὦ Ἑρμότιμε, τὰ αὐτὰ σοι ἐρῶ, καὶ οὐκ ἔστιν ὅ, τι μοι πρὸ τούτων εὐξαίμην γενέσθαι. εἰ μὲν οὖν πλησίον ἦν ἡ πόλις, καὶ φανερὰ ἰδεῖν ἅπασι, πάλαι ἂν εὖ ἴσθι μηδὲν ἐνδοιάσας, αὐτὸς ἥειν ἐς αὐτὴν, καὶ ἐπολιτθούμην ἂν ὅτι πολλῶν ἐπεὶ δὲ ὡς ὑμεῖς φατε (σύ τε καὶ Ἡσίοδος ὁ ῥαψῳδὸς) πάνυ πόρρω ἀπῴκισται, ἀνάγκη ζητεῖν ὁδόν τε τὴν ἄγουσαν ἐπ' αὐτὴν, καὶ ἡγεμόνα τὸν ἄριστον. ἢ οὐκ οἴει σὺ οὕτω χρῆναι ποιεῖν; ΕΡΜ. Καὶ πῶς ἂν ἄλλως ἔλθοι τις; ΛΥΚ. Οὐκοῦν [a] σοι μὲν δοκεῖ τὸ ὑπισχνεῖσθαι, καὶ φάσκειν εἰδέναι, πολλὴ ἀφθονία τῶν ἡγησομένων. πολλοὶ γὰρ ἕτοιμοι παρεστᾶσιν αὐτόχθονες, ἐκεῖθεν ἕκαστον εἶναι λέγοντες. ὁδὸς γε μὲν, ὦ μία καὶ ἡ αὐτὴ φαίνεται, ἀλλὰ πολλαὶ καὶ διάφοροι, καὶ οὐδὲν ἀλλήλαις ὅμοιαι. ἡ μὲν γὰρ ἐπὶ τὰ ἑσπέρια, ἡ δὲ ἐπὶ τὸν ἕω φέρειν ἔοικεν, ἡ δὲ [b] ἐπὶ τὰς ἄρκτους, καὶ ἄλλη αὖθις ἐπὶ μεσημβρίας. καὶ ἡ μὲν

rem, qui civis cupiam fieri & ipse pulchrae adeo & beatae civitatis. LYC. Nam egomet eorumdem quorum tu amore flagro: neque est, quod mihi ante ista velim contingere. Si quidem igitur in propinquo esset illa civitas, & manifesta in conspectu omnium, olim, crede mihi, ipse nihil cunctatus ad eam perrexissem, & civis illius essem a longo inde tempore. Cum vero, ut vos dicitis, tu nempe & Hesiodus consarcinator ille carminum, longo admodum spatio remota habitetur, necesse est & viam quae ducit ad illam, quaerere, & ducem optimum. An non putas hoc agendum? HERM. Et qua alia ratione perveniat aliquis? LYC. Igitur quantum ad promissiones, & scientiae professionem multa tibi ducum copia. Multi enim parati adstant, indigenas inde esse quisque se dicentes. Sed via non una atque eadem videtur, sed multae ac diversae, ac nihil altera alteri simile. Nam haec quidem ad occidentales partes, illa vero ad orientem videtur ferre; haec ad septentriones, & altera recta ad meridiem: & haec quidem per

a Σοι μὲ ἐπὶ] Sic J. H. Fl. P. Σὸν μὲ ἔτι P. b Ἐπὶ τὰς ἄρκτους] Ἐπὶ τῆς W.

23. Αὐτὸς ἥειν ἐς αὐτὴν] *Ad eam profectus essem.* J. Br.

75. Καὶ Ἡσίοδος] Μακρὰς δὲ ἐ ὁρῶ αἱμῶ ἐπ' αὐτόν. J. Br.

Ibid. Ἡσίοδος] Vid. *Hesiod.* Ἔργ. 288. M. du S.

80. Σοὶ μὲ ἐπὶ] Mend. J. B.

87. Ἐπὶ τὰς ἄρκτους] Ne quis credat melius legi ἐπὶ τὴν ἄρκτον, quia una tantum septentrionis est plaga, meminerit Graecos potissimum hic plurali num. uti, quia duae sunt ἄρκτοι, ursa major, & minor, quamvis & singulari *Strabo* saepe utatur, pro Septentrione, ut L. I. p. 109. (al. 63.) ἐξ ἡμερῶν πλοῦν ἀπέχειν πρὸς ἄρκτον, & alibi. Plurali autem *Dionys. Al. Perieg.* de situ Orbis. v. 130. Φράζεο δ' ὁπόσον πέλεται μέρος αὖθις ἐπ' ἄρκτους. Et sic alii passim, quod in vulgus notum pluribus non probo. J. F. R.

89. Εὔυδρος] P. L. Ed. J. & Ba. ἴυδρος, & sic olim fuerat in M. Sed vulgata placet. Vid. *Hist. a.* c. 28. *Rhet.* c. 7. & *Herod.* IV. 105. Usurpat tamen etiam ἴυδρος in Ed. c. 20. M. du S.

94. Ἐναντιώματα] Variae viae ad beatissimam illam civitatem ducentes, dicuntur εἰς τὰ ἐναντιώματα τελεῖσθαι. Sic quidem omnes, quas vidi, editiones. Lege tamdem aliquando ἐναντιότατα. J. J.

Ἐναντιώματα] Nescio quare Vir doctus hic pro ἐναντιώματα emendet ἐναντιότατα, quum vox sit proba, idemque valeat, quod ἐναντία. *Pollux* Onom. L. V. c. 29. ἐναντία & ἐναντιώματα ut Synonyma ponit. L. Bos.

98. Ἕκας] In his verbis itidem non nihil vitii inest. Ait Lucianus: Ἐφ' ᾗ γὰρ ἂν ἴλθω αὐτῶν (ἐδῶν) ἀνὴρ κατὰ τὴν ἀρχὴν τοῦ ἀτραποῦ ἕκας ἴφεσις, οὐ τῇ ἐσόδῳ μάλα τις ἀξιόπιστος ὁρέγει τε τὴν χεῖρα, καὶ προτρέπει κατὰ τὴν αὐτοῦ ἀπίναι, λέγων ἕκας αὐτῶν μόνος τὴν ὀρθὴν ἴσθασι. Si quid video, Lucianus scripsit ἀνὴρ κατὰ τὴν ἀρχὴν τοῦ ἀτραποῦ ἐκάστης ἴφεσις paullo post inverso spiritu αὐτοῦ, scribendum. Locum itaque integrum sic reddo: *Ad quamcumque enim earum* (viarum scilicet, quae diversae pro diversitate Philosophorum, omnes tamen ad beatam illam civitatem, Virtutem, ducere dicebantur) *venerim, homo in initio cujusque semitae stans, in ipso ingressu, quidam nimirum fide admodum dignus, & manum porrigit, & suam ut insistam hortatur, quisque eorum se solum rectam viam scire praedicans.* J. J.

Ἕκας ἴφεσις] Recte *Jensius* vitiosam lectionem detexit; sed quia aeque liceret divinare ἐκάσθη legendum, quam ἑκάστης, nulla quippe Ed. aut Mss. aliquid variationis ostendente, vitium in textu reliquo, cuique

per prata, & plantas, & umbram, irrigua & amoena, nihil durum habens, nihil incedentibus asperum: altera vero saxosa, & aspera, solem multum ac sitim & laborem denuntians. Et tamen omnes hae ad civitatem ferre dicuntur, quae una est, ipsae in maxime oppositа exeuntes.

26. Hic igitur mihi, & quidem omnis dubitatio est. Ad quamcumque enim illarum veniam, vir ad caput uniuscujusque tramitis, in ipso ingressu adstans fide dignissimus, & manum porrigit, & in suam nos abire hortatur, dicens unusquisque illorum, solum se rectam nosse, cueteros vero errare, qui nec ipsi inde venerint, neque deducere alios sequentes possint. Et si ad proximum accessero, ille quoque similia de sua via promittit, & aliis detrahit; & ille, qui juxta hunc est, similiter, & sic deinceps omnes. Haec ipsa igitur viarum multitudo, earumque ratio dissimilis

ἀφ' λειμώνων ϗ φυτῶν ϗ σκιᾶς, [c] εὔυδρος καὶ ἡδεῖα, εὐδὲν ἀντίτυπον ἢ δύσβατον ἔχουσα· ἡ δὲ, πετρώδης καὶ τραχεῖα, πολὺν ἥλιον καὶ δίψος καὶ κάματον προφαίνουσα. καὶ ὅμως αὗται πᾶσαι πρὸς τ πόλιν ἄγειν λέγονται, μίαν οὖσαν, ἐς τὰ [d] ἐναντιώματα τελευτῶσαι.

Ἔνθα δή μοι [e] καὶ ἡ πᾶσα ἀπιστία ἐστίν. ἐφ' ᾗ γὰρ ἂν ἔλθω αὐτῶν, ἀνὴρ κατ' τ ἀρχὴν τ ἀτραποῦ [f] ἕκαστος ἐφεστὼς ἐν τῇ εὐοδῷ μάλα τις ἀξιόπιστος ὀρέγει τε τ χεῖρα, ϗ προτρέπει κατ' τ αὐτοῦ ἀπιέναι, λέγων ἕκαστος αὐτῶν μόνος τ εὐθεῖαν εἰδέναι τὴν δ' ἄλλας πλανᾶσθαι, μήτε αὐτὰς ἐληλυθότας, μήτε [g] ἄλλοις ἡγήσασθαι [h] δυναμένους ἀκολουθήσαντας. κἂν ὅτι τ πλησίον ἀφίκωμαι, κἀκεῖνος τὰ ὅμοια ὑπισχνεῖται περὶ τ [i] αὐτοῦ ὁδοῦ, ϗ τὰς ἄλλας κακίζει, ϗ ὁ [k] παρ' αὐτῷ ὁμοίως, ϗ ἑξῆς ἅπαντες. τότε τοίνυν [l] τὸ πλῆθος τ ὁδῶν, ϗ τὸ ἀνόμοιον αὐ-

[c] Εὔυδρος] Sic Edd. praeter *J.* omnes; haec enim ὑποδ, cui adstipulantur P. L. Et sic olim in M. fuerat. [d] Ἐναντιώματα] Ἐναντιώτατα *Jens.* Nil mutant Edd. nec W. [e] Καὶ ἡ π. ἀ. ἐ.] Nihil hic mutant Edd. nec M. [f] Ἕκαστος] Ἑκάστης *Jens.* Sed nihil mutant Edd. nec M. [g] Ἄλλοις] Ἀλλήλοις W. Ἄλλους *B2.* male. [h] Δυναμένους] Sic *J.* Fl. *A1.* &c. & M. Δυναμένους P. & *B2.* [i] Αὐτοῦ] Nihil mutant Edd. Αὐτῆς *Vorst.* male. [k] Παρ' αὐτῷ] Παρ' αὐτὸν W. P. L. [l] Τὸ πλῆθος] Abest articul. a *B2.* & M. adest in omnibus Edd. reliqq.

que pro arbitrio corrigendum; quum liquido statuere nequeam, quid Auctor ipse dederit. *J. F. R.*

4. Δυναμένους] Sic M. Ed. *J.* & aliae quaedam rectae. *B2.* & *P.* δυναμένους. *M. du S.*

7. Αὐτοῦ] Dedi pro αὐτοῦ quod in Edd. erat. nam reciprocum est. Paullo autem supra parum refert, scribasne αὐτῆς, cum vulgata, an αὐτοῦ, quia ad ἀτραπὸν referri potest; immo si refertur, αὐτοῦ servandum est. *J. F. R.*

8. Παρ' αὐτῷ] In W. P. & L. αὐτὸν. Sed praestat vulgata. *M. du S.*

9. Τοίνυν — πλῆθος] Inter has voces antea legebatur τὸ, quod non agnoscit M. neque admissum est in *Ba.* *M. du S.*

Ibid. Τότε τε — τὸ πλῆθος] Non adsentior *Solano* artic. τὸ delendum, quia jam praecessit τὸ. Sed vel ideo omnino retinendum, & ab ignorantibus quibusdam librariis dedita opera omissum credo; nam repetitio illa articuli non est inusitata, ad numerum oratorium complendum, qui & hic longe est suavior, si addatur articulus, quam si demtur. Immo & emphasin habet; & Lucianus alibi non semel sic repetit. Vid. nos supra ad c. 5. Hermotimi; quod miror fugisse nostrum, qui hunc Auctorem tamen tam crebro pervolvit. Nam Dialogo primo, *s. Somn.* c. 15. Τῆς δὲ τ δικαιοσύνης, probat ipse, & eleganter sic saepe poni, fatetur. Addo *Theodoret.* Dial. I. c. XI. pr. Εἶτα Ἰουδαῖος τὴν δὲ τὸν περίφημον νενόμικεν. *Aristoph.* Plut. 524. Περὶ τ ψυχῆς τ ἑαυτοῦ (etsi hoc posterius paullo aliter se habeat, cum alter ille articulus aliud nomen habeat junctum, cujusmodi repetitionem nimis esse frequentem ac pueris notam dicet Lector, qualis est illa in S. Oratione Dom. τ ἄρτον ἡμῶν τ ἐπιούσιον, vel haec *Hippocratis* S. I. aphor. 16. ϗ τοῦτο ἄλλοισιν, τοῖσιν ἅτινες εὐκαιρίῃσι ἀξιστάσθαι.) Quid igitur dicas de loco isto *Galeni* ad Hippocr. art. quem *Foësius* adducit ex sua Galeni edit. p. 624. 34. ϗ οἱ τόνοι λύσι τ ἐπικαιροτάτων τ ἐν τῷ σώματι, anne ibi ex proxime praegressa syllaba male repetitum credas? Ego non. Sed addo rursum *Herodian.* L. 2. 2. 16. ὁ δῆμος ὁ Ῥωμαίων. Ejusdem, & alius generis pleonasmos articuli & pronominum vid. in nott. *Jensii*, *Solani*, & *Hemsterhusii* ad Dial. Marin. III. p. hujus Edit. 296—7. *J. F. R.*

αὐτῷ, ὃ μέλριστος ταράττει με καὶ ἀπορεῖν ποιεῖ· ἢ μάλιστα οἱ ἡγεμόνες [a] ὑπερδιαλεγόμενοι, καὶ τὰ ἑαυτῷ ἕκαστοι ἐπαινοῦντες. ὃ γὰρ οἶδα ἥν τινα τραπόμενος, ἢ τῷ μᾶλλον ἀκολουθήσας, ἀφικοίμην ἂν πρὸς τὴν πόλιν.

ΕΡΜ. Ἀλλ' ἐγώ σε ἀπολύσω τῆς ἀπορίας. τοῖς γὰρ προσδοκηθεῖσιν, ὦ Λυκῖνε, πιστεύσας, οὐκ ἂν σφαλείης. ΛΥΚ. Τίσι λέγεις; τοῖς κατ' οἰαν ὁδὸν ἐλθοῦσιν; ἢ τίνι τῶν ἡγεμόνων ἀκολουθήσασιν; αὖθις γὰρ ἡμῖν τὸ αὐτὸ ἄπορον, ἐν ἄλλῃ μορφῇ ἀναφαίνεται, ἀπὸ τῶν πραγμάτων ὅτι [b] μεταληλυθόσι. ΕΡΜ. Πῶς τοῦτο φῄς; ΛΥΚ. Ὅτι ὁ μὲν, τὸν Πλάτωνος τραπόμενος, καὶ συνοδοιπορήσας μετ' αὐτοῦ, ἐκείνῳ ἐπαινέσεται δηλονότι· ὁ δὲ, τὸν Ἐπικούρου ἐκείνῳ, καὶ [c] ἄλλος ἄλλῳ· σὺ δὲ, τὸν ὑμέτερον· ἢ πῶς γὰρ ὦ Ἑρμότιμε οὐχ [d] οὕτω; ΕΡΜ. Πῶς γὰρ οὔ; ΛΥΚ. Οὐ τοίνυν ἀπέλυσάς με τῆς ἀπορίας, ἀλλ' ἔτι ὁμοίως ἀγνοῶ τῷ μᾶλλον χρὴ πιστεῦσαι τῶν ὁδοιπόρων. ὁρῶ γὰρ ἕκαστον αὐτῷ, καὶ αὐτὸν, καὶ τὸν ἡγεμόνα, μιᾶς πεπειραμένον, καὶ ἐκείνην ἐπαινοῦντα, καὶ λέγοντα ὡς αὕτη μόνη ἄγει ὅπῃ τὴν πόλιν· ὃ μέντοι ἔχω εἰδέναι εἰ ἀληθῆ φησιν· ἀλλ' ὅτι μὲν ἀφῖκταί πρός τι τέλος, καὶ εἰδέ τινα πό-

me perturbat, & in conſilii inopiam conjicit: ac duces maxime quantum poſſunt & ultra contendentes, ſuamque ſinguli laudantes. Neque enim, in quam converſus, aut quem maxime ſecutus ad civitatem perveniam, ſcio.

27. HERM. At ego iſta te conſilii inopia liberabo. Si enim his, Lycine, fidem habueris, qui viam illam ante fecerunt, non erraveris. LYC. Quibus dicis? & qua via euntibus, aut quem ducum ſecutis? rurſus enim nobis eadem conſilii inopia alia ſe forma offert, cum a rebus ad viros tranſivimus. HERM. Quid ita ais? LYC. Quoniam hic quidem in Platonis viam digreſſus, eoque viae duce (comite) uſus illam nimirum laudabit; ille vero Epicuri viam, atque alius aliam: tu autem, veſtram: nam qui non ita fiat, Hermotime? HERM. Et cur non? LYC. Non tu liberaſti me dubitatione, ſed adhuc aeque ignoro, cui viatorum magis credendum ſit. Video enim unumquemque illorum cum ipſum, tum ducem, unius modo viae periculum feciſſe, & illam laudare, ac dicere ſolam ferre in urbem; neque tamen habeo unde ſciam vera illum dicere: Verum veniſſe illum ad finem quemdam, & vidiſſe civitatem aliquam, ſorte illi dederim.

a Ὑπερδιατεινόμενοι] Sic W. Ὑπ...ταινόμενοι Edd. b Μετεληλυθόσι] Μετεληλυθός. W. male. c Καὶ] Abeſt a W. adeſt in Edd. d Οὕτω] Sic H. J. P. S. A1. Οὕτως Fl. & M.

11. Ὑπερδιατεινόμενοι] Φιλοτιμοῦντες. V.

15. Ἀπολύσω τῆς ἀπορίας] Ut in Nigr. & Hercul. Gall. & paſſim. J. B.

18. Ἢ τίνι τῶν ἡγεμόνων] Brod. Miſcel. IX. c. 16. in ſuo exemplari legens καὶ τί τῶν ἡγεμόνων, reſtitui volebat: τίσι, non immerito: ſed cum jam τίνι inveniam in Edd. nihil opus eſt conjectura τίσι. J. F. R.

27. Οὕτω] Parvi refert quam ſcripturam hic eligas, οὕτω, an ὅτως; nam ſi ad ſequentem vocalem perſonae Ἑρμότ. reſpicias, ὅτως rectius erit; ſi vero dicas perſonarum nomina non pertinere ad filum orationis; ſed ad ſequens πῶς in legendo transitum fieri, οὕτω potius locum habebit, quia tum conſonans ſtatim poſt οὕτω ſequitur. J. F. R.

36. Εἰδὲ ἐκεῖνην εἶδεν . . .] Εἰ δὲ ἐκεῖνην εἶδεν, ἢ ἐχρῆν, εἰ ἦ ἐπιθυμοῦμεν ἐγώτε καὶ σὺ πολιτεύσασθαι. Ἡδέως εἰς Κόρινθον, ἐλθεῖν ὁ δ' εἰς Βαβυλῶνα ἀφικόμην, οἴεται Κόρινθον ἐφικέσθαι. ἄδηλον ἅμοι γ' ἔν ἔτι. εἰ γὰρ πάντως. &c. Locum totum adſcripſi, quia librariorum culpa diſtortiſſimus eſt, verbis ultro citroque peſſime trajectis. In ſeriem vero ſuam redigi & recorrigi ſic poteſt. Εἰ δὲ ἐκείνην εἶδεν, ἣν ἐχρῆν σε ἢ ἐπιθυμοῦμεν ἐγώ τε καὶ σὺ πολιτεύσασθαι. Ἡδέως εἰς Κόρινθον ἐλθεῖν ἔχω, ὁ δ' εἰς Βαβυλῶνα ἀφικόμην οἴεται Κόρινθον ἐφικέσθαι, ἄδηλον ἅμοι γ' ἔν ἔτι. εἰ γὰρ πάντως. Th. M.

38. Ἢ δέον] In omnibus ante Salmurienſem, εἰδέως legebatur, corrupte. L. ἴσως — ὡς εἶδεν, ex quo nihil boni elicias. Benedictus ex conjectura, ut videtur, ὡς δέον, quod ad verum propius accedit. Haud du-

tim. Utrum vero illam viderit, quam oportebat, cujus cives esse tu non minus quam ego volumus; an cum Corinthum eundum esset, ille Babylonem delatus Corinthum se vidisse putarit, illud mihi quidem adhuc obscurum est. Neque enim quisquis urbem vidit, Corinthum vidit, siquidem non sola urbs est Corinthus. Quod autem maxime inopem me consilii reddit, illud est, quod novi, unam necessario esse veram viam, quippe cum & Corinthus una sit, reliquas autem quovis potius quam Corinthum ducere, nisi in tantum quis desipiat, etiam eam quae ad Hyperboreos fert, & quae ad Indos, Corinthum ducere. HERM. Et quomodo hoc fieri possit, Lycine, alia cum aliorsum ducat?

28. LYC. Ergo, pulcher Hermotime, non parva deliberatione opus est, ad electionem viarum pariter ac ductorum: neque id quod est in proverbio hic agemus, *Quocumque nos pedes tulerint, eo imus:* aliquin imprudentes pro ea quae Corinthum fert, alteram quae Babylonem aut Bactra ducit, ingrediamur. Neque vero consultum est fortunae permittere, ut qui forte optimam capessituri simus, licet sine examine in unam quamcumque viarum ingre-

λιν, δέσσω αὐτῷ ἴσως. εἰ δὲ ἐκείνῳ εἶδεν, ἣν ἐχρῆν, οὐ ἢ ὑπιθυμεῦμεν ἐγώ τε καὶ σὺ πολίευσαι, ᵉ ἢ δέον εἰς Κόρινθον ἐλθεῖν, ὁ δ' εἰς Βαβυλῶνα ἀφικόμενον οἴεται Κόρινθον ἐσαφικέναι, ἄδηλον ἔμοιγ' ἔν ἔτι. ὁ γὰρ πάντως ὁ τινὰ πόλιν ἰδὼν, Κόρινθον εἶδεν, εἴ γε ἡ μόνη πόλις ἐστὶν ἡ Κόρινθος. ὃ δὲ δὴ μάλιστα εἰς ἀπορίαν με καθίστησιν, ἐκεῖνό ἐστι, τὸ εἰδέναι ὅτι πᾶσα ἀνάγκη μίαν εἶναι τὴν ἀληθῆ ὁδόν. καὶ γὰρ ἡ Κόρινθος μία ἐστίν. αἱ δ' ἄλλαι πανταχόσε μᾶλλον, ἢ εἰς Κόρινθον ἄγουσιν, εἰ μή τις ἕτῳ σαφόδρα, ᶠ παραπαίοι, ὡς οἴεται καὶ τὴν εἰς Ὑπερβορέους, καὶ τὴν εἰς Ἰνδοὺς ἄγουσαν, εἰς Κόρινθον τέλλειν.

ΕΡΜ. Καὶ πῶς οἷόν τε, ὦ Λυκῖνε; ἄλλη γὰρ ἀλλαχόσε ἄγει.

ΛΥΚ. Οὐκοῦν, ὦ καλὲ Ἑρμότιμε, μικρᾶς δεῖ βουλῆς, ὅπῃ τὴν αἵρεσιν τῶν ὁδῶν τε, καὶ ἡγεμόνων. ἐπεὶ τοῦτο δή τὸ ἐν λόγῳ ποιήσωμεν, ἔνθα ἂν ἡμᾶς οἱ πόδες φέρωσιν, ἐκεῖσε ἴωμεν, ἐπεὶ λήσομεν ἔτως, ἀντὶ τοῦ εἰς Κόρινθον ἀγούσης, τὴν ὅπῃ Βαβυλῶνος, ἢ Βάκτρων ἀπιόντες. οὐδὲ γὰρ οὐδ' ἐκεῖνο καλῶς ἔχει, τῇ τύχῃ ὅπῃρέπειν, ὡς τάχα ἂν τὴν ἀρίστην ἐλόμενοι, εἰ καὶ ἄνευ ἐξετάσεως ὁρμήσαιμεν ὅπῃ μίαν τῶν ὁδῶν ἡνιναῦν. δυνατὸν μὲν γὰρ ἦν

ᵉ Ἢ δέον] Ἤδιον Edd. omnes male, praeter *S.* quae ὡς δέον. Ἢ δέον rectè margo *AiW.* Et sic correxerat Anonym. in *H.* Ἴσως ὡς εἰδὼν. *L.* Εἰ δέον *Heinf.* Aliter *Marcil.* quem vid. ᶠ Παραπαίοι] Παραπαίη Fl. & M. a recentiore manu. Vulgatam servant reliqq.

40. Οὐ γὰρ πάντως * ὁ τινὰ πόλιν . .] Τὸ παραμυθοῦς μέντοιγε ἐκεῖνο· ὁ πάντως ἀνδρὸς εἰς Κόρινθον ἐστὶν ὁ πλοῦς. *V.*

* Ὁ τινά] Male ἀ τινὰ editum erat.

dubie scribendum ἢ δέον, quod & ad scripturam codicum proxime accedit, & rei accommodatissimum est; uti ex textu & versione nostra satis patebit. (Hanc Emendationem inter insigniores in Specimine quod anno 1708. a me Cantabrigiae editum est, locum suum tueri volui.) *M. du S.*

Ἢ δέον] Interpretatus sum, ac si legeretur pro illo ἤδιον, quod ab Aldo inde obsedit libros, tenui mutatione, ἢ, δέον κ. τ. λ. Simillima constructione mox utitur de *Homerico* sagittario. Caeterum Corinthum hic nominavit procul dubio, ut simul nos admoneret illius ὃ πάντως ἀνδρὸς εἰς Κόρινθόν ἐστ' ὁ πλοῦς, vel *Non cuivis homini contingit adire Corinthum.* *J. M. G.*

Ἢ δέον] Sic dare ex vestigiis veteris scripturae & monente *Solano*, non dubitavi, qui in marg. *Junt.* notat δέον similiter poni supra hoc *Dial.* c. 10. f. item c. 28. f. nec non c. 73. f. Quin potius vid. de *Merc. cond.* c. 11. & 31. med. ubi πολλάκις κατεπειῶς δέον, ὃ δὴ τοῦτο συγκεχώρηται. *J. F. R.*

55. Ἔνθα ἂν οἱ πόδες φέρωσιν] *Erasm.* in Proverb. *quocumque pedes ferunt.* *J. Br.*

64. Δυ-

ὲ τοῦτο γενέσθαι· ἢ ἴσως ποτὲ ἐγένετο ὲν τῷ μακρῷ χρόνῳ. ἡμᾶς δέ γε περὶ τ̃ ὅτου μεγάλου, οὐκ οἶμαι [a] δεῖν ῥᾳδίως ἀναρίπτειν, ὑδ' ἐς στενὸν κομιδῇ καλαγλοίειν τ̃ ἐλπίδα, ὅτι ῥιπὸς ὡς ἡ παροιμία φησὶ, τ̃ Αἰγαῖον, ἢ τ̃ [b] Ἰόνιον ἀλσπλεῦσαι θέλοντας. ὅτε ὲδ' αἰτιασαίμεθ' ἂν εὐλόγως τ̃ τύχην, εἰ τοξεύσας, ἢ ἀκοντίσας, μὴ πάντως ἔτυχε [c] ἢ ἀληθὲς, ἑνὸς ὄντος ὲν μυρίοις ταῖς ψεύδεσιν, ὅσῳ ὲδὲ τῷ Ὁμηρικῷ τοξότῃ ὑπῆρξεν. [d] ὃς δέον τ̃ πελειάδα καλατοξεῦσαι, ὁ δὲ, τ̃ μήρινθον [e] ἔτεμεν· ὁ Τεῦκρος, οἶμαι. ἀλλὰ ῥᾳδιολὸν ἐκεῖνο εὐλογώτερον τ̃ πολλῶν [f] τρωθήσεσθαι ἢ πεπε-

diamur. Etenim poteſt quidem id quoque fieri, & forte aliquando in longo tempore factum eſt. At nos de tantis rebus non puto oportere periculoſam temere aleam jacere, neque in anguſto adeo concludere ſpes noſtras, *viminea*, quod eſt in proverbio, *ſcapha Aegeum* Ioniumve mare auſos *trajicere:* ubi nec fortunam cum ratione accuſaremus, ſi ea ſagittando vel jaculando non omnino feriat verum, quippe quod unum ſit inter mille mendacia: quale quid nec Homerico illi ſagittario contigit, qui cum columba dejicienda eſſet, lineam telo rupit, Teucrum fuiſſe arbitror. Sed multo rationabilius eſt ſperare futurum ut de multis *quiddam* (*quodcumque ſit*) feriatur, & in

a Δεῖν] Sic Edd. Δεῖ P. b' Ἰόνιον] Recte Edd. Ἰόνιον Cod. M. prave, vid. nott. c Τῦ] Τῆς W. Nihil mutant Edd. vett. d Ὃς] Sic F. Fl. At. S. & M. Ὡς P. H. Fr. B2. male. e Ἔτεμεν] Ἐκέτμει W. f Τρωθήσεσθαι] Τιτρωθήσεσθαι Pell.

66. Ὡς ἡ παροιμία φησὶ] Παροιμία, Θεοῦ θέλοντος κἂν ἐπὶ ῥιπὸς * πλέοι. V.

* Πλέοι] Πλέοις editum fuerat; ſed πλέοι in V. & M. legi notaverat *Scamus*; itaque illi quidem obſecundavi, etſi πλέοις verum credam; nam & ſic edidit Cl. *Hemſterh.* in fragm. *Menandr.* quas in notis mox adlego, & ſecunda perſona proverbiis propria. *F. F. R.*

64. Δεῖν] Recipiendam credes ſcripturam Cod. P. ac legendum οὐκ οἶμαι, δεῖ; ſi conferas mox c. 36. f. ubi μᾶλλον, οἶμαι, δεῖ ſine variatione legitur; ſi vero minus hiantem orationem amas, vulgatam praefe-res. *F. F. R.*

Ibid. Παραβόλως ἀναρρίπτειν] Fieri quidem poſſe ait Lucianus, ut quis optimo Philoſophiae generi operam dare cupiens, nulloque de eligendo optimo, examine habito, forte in optimum incidat, ἡμᾶς δέ γε, inquit, περὶ τ̃ ὅτου μεγάλου, οὐκ οἶμαι δεῖν παραβόλως ἀναρρίπτειν, ὑδ' ἐς στενὸν κομιδῇ καταγλοίειν τὴν ἐλπίδα, ἐπὶ ῥιπὸς, ὡς ἡ παροιμία φησὶν, τ̃ Αἰγαῖον, ἢ τ̃ Ἰόνιον ἀλσπλεῦσαι θέλοντας. Vertit Benedictus, *Nec equidem par eſſe puto, ut de rebus adeo magnis ſpem temere abjiciamus, aut in anguſtum coctam concludamus, virgultea ſcapha, quod ajunt, Aegaeum aut Ionium mare transmittere volentes.* Sed profecto cum Lucianus dicit, ἡμᾶς δέ γε περὶ τ̃ ὅτου μεγάλου, οὐκ οἶμαι δεῖν παραβόλως ἀναρρίπτειν, non id vult, quod finxit Interpres, *Nec equidem par eſſe puto, ut de rebus adeo magnis ſpem temere abjiciamus*, verum longe aliud quid. Nimirum diſputaverat in antecedentibus de tot diverſis Philoſophorum ſectis, qui tamen ſinguli ſe jactarent veros eſſe ad ipſam Virtutem (ſive ſummum bonum) ὁδηγούς. At fieri non poſſe, contendit Noſter, ut omnes, ſinguli diverſam ab aliis inſiſtentes viam, ad petitum terminum ducant; quare in ſummo verſetur is errandi & numquam ad optatum finem perveniundi diſcrimine, qui ut quaeque ſe prima ipſi obtulerit, illi ſe ſectae tradat: nam unam tantum veram eſſe poſſe viam. Atque adeo *nos quidem*, pergit, *oportere arbitror in rebus tanti momenti non ita temere aleam jacere*, & rem fortunae permittere (ut praeceſſit) *neque ſpem noſtram in anguſtiam quamdam* (quae facile ſcilicet nos poſſit fallere & perdere) *redigere, virgultea ſcapha Aegeum Ioniumve mare tranſmittere volentes.* Ἀναρρίπτειν hoc in loco per ellipſin τῦ, κύβου, eſt *aleam jacere*. Integram locutionem habes in Harmonide c. 3. med. ἐφ' ἑνὸς ἀνδρὸς ἀναρρίψαντα τ̃ κύβον, & in Pro Imaginibus c. 16. Τολμήσαν ἀναρρίψαι τ̃ κύβον. De Ἀναρρίπτειν per ellipſin τῦ, κύβου, vide plura apud *Iſ. Caſaubonum* ad Suetonii Julium, cap. 32. *F. F.*

66. Ἐπὶ ῥιπὸς] *Eraſm.* in proverbio: *Aegeum ſcapha trans mittere.* *F. Br.*

Ἐπὶ ῥιπὸς] Paroemiogr. hoc autem proverbium εἰρῆσθαι ἐπὶ τ̃ πάνυ ἀπόρων καὶ θεοῦ μόνου εἰς λόγον ἐκπεραιουμένου. *F. B.*

Ἐπὶ ῥιπὸς] *Crate viminea.* *F. G.*

Ἐπὶ ῥιπὸς] Θεοῦ θέλοντος, κἂν ἐπὶ ῥιπὸς πλέοις, inquit Poë-

in telum quasi incidat, quam unum illud omnino ex omnibus. Non parvum autem esse periculum, si spe illa inducti, futurum ut melius fortuna pro nobis eligat, pro recta via in erronearum aliquam ignorantia incidamus, ita me puto colligere: neque enim redire jam & retro navigare ad salutem facile est, si quis semel spiranti se *aurae*, solutis retinaculis, permiserit; sed necesse est in pelago jactari nauseantem plerumque, metuentem, & gravato ob agitationem capite: cum oportuisset ab initio, ante aliquando, quam portu exires, conscensa specula videre, ferensne sit & secundus ventus Corinthum navigare volentibus;

σειᾷ τῷ τοξεύματι ἐλπίζειν, ἢ πάντως ἐκεῖνο τὸ ἓν ἐξ ἁπάντων. ὁ δὲ κίνδυνος. ὅτι μὴ μικρὸς, εἰ ἀντὶ τοῦ ἐπ' εὐθὺ ἀγώσης, ἐς τὴν πεπλανημένην μίαν ἀγνοοῦντες ἐμπέσοιμεν, ἐλπίζοντες ἄμεινον αἱρήσειν τὴν τύχην ὑπὲρ ἡμῶν, εἰκάζειν οἶμαι. οὐδὲ γὰρ ἀναστρέψαι ἔτι, ἢ ἀνασωθῆναι ὀπίσω ῥᾴδιον, ἢν ἅπαξ ὀπίσω τῆς πλεύσῃ τις αὐτὸν, τὰ ἐπόγεια λυσάμενον· ἀλλ' ἀνάγκη ἐν τῷ πελάγει ἀλφέρειν, ναυτιῶντα ὡς τὸ πολὺ, καὶ δεδιότα, καὶ καρηβαροῦντα ὑπὸ τοῦ σάλου, δέον ἐκ λιμένος πρὶν ἐκπλεῦσαι, ἀναβάντα ὅτι σκοπήν τινα, σκέψασθαι εἰ εὔφορόν ἐστι καὶ ἥριον τὸ πνεῦμα τοῖς ἐς Κόρινθον ἀλφπλεῦσαι ἐθέ-

g Εἰς Κόρινθον] Κόρινθόν δε W. P. Nihil mutant Fl. J. H. P. &c.

Poëta ἄδηλον. Similiter *Aristoph.* in Pace. Κίρδους ἕνεκα, καὶ ἐπὶ ῥητὸς πλέοις. *AE. M.*

Ἐπὶ ῥητὸς] Meminit hujus proverbii *Aristoph.* in Εἰρήνῃ, quem vide, & ejus Schol. *A. V.*

Ἐπὶ ῥητὸς] *Plut.* 720. Θεοῦ δίλοντος καὶ ἐπὶ ῥητὸς πλέοις. ait *M. du S.* Et quia *Vossius* modo *Aristophanis* mentionem fecit, crederes *Plutum* Aristophanis indicari; sed *Plutarchum* innuit; qui id ut *Pindari*, sed addubitans tamen, adducit. Illa autem scribendi ratio molesta est, & quoties *Herod.* scribit noster, haereas, num *Herodotus* an *Herodianus* intelligendus. Vel *Arist.* sitne *Aristoteles*, *Aristides* an *Aristophanes*. *Aristoph.* vero Εἰρ. v. 698. idem proverb. habet, sed de avaro usurpat. Inter *Menandri* sententt. rectius videtur relatum ab Cl. *Hemsterhusio* No. 22. p. 161. textus Graeci. *J. F. R.*

67. Ἰόνιον] Recte vulgata, nam sic scribitur, secunda brevi, vid. *Strab.* L. 2. p. 185. (al. 123. 124.) bis, & non semel alibi: *Dion. Alex.* de sit. Orb. 94. Ἧι τι δ' Ἰονίην ἀθρόως ἐκδέξατο. Etsi Ἴων natio secunda producta exaratur. Vid. eumd. *Strab.* L. VIII. p. 588. (al. 383.) & seqq. plus decies, ut auctoritt. poëticas in re notissima omittam. effertur autem masc. gen. ὁ Ἰόνιος, quia κόλπος intelligitur. *J. F. R.*

70. Ἑνὸς ὄντος ἐν μυρίοις] Hoc fert casus saepe, ut qui verbi caussa ad orbem clavis multis confixum collineet, unum quemcumque clavum de tam multis feriat, ejiciatque: at unum aliquem & certum v. g. qui in ipso centro, aut in summa apside sit fixus, excutere, artis est, aut casus rarissimi. *J. M. G.*

71. Ὁμηρικῇ τοξότης] *Hom.* ad finem Il. Υ. *J. Br.*

Ὁμηρικῇ τοξότης] *Hom.* Il. Υ. 865. *M. du S.*

72. Ὃς δὴ] Similem casum expressit etiam *Virg.* Æn. V. *M. du S.*

73. Ἔστιον] Non opus est lectione Cod. W. ἵστιον

Tom. I.

μεν. Sed si quid mutatione indigeret locus, ἀπίσταμεν, vel ἀπίσταμεν ex ipso potius *Hom.* reponendum, qui ait l. c. Ἀντίκρυ δὲ λιὴ μάλιθον τάμε πίκρὸς ἀκτή. Verum nulla mutandi necessitas; nam alioqui etiam μὲ ingerendum, quod in Homero quoque praecedit, & ad ἢ refertur. Sed & hoc saepe omittitur, vid. supr. de *Merced. cond.* c. 4. Plura addere temporis angustia prohibet. *J. F. R.*

75. Τῶν πολλῶν] *Unum e multis quae ferire destinamus.* *J. Br.*

Τῶν πολλῶν] An ἓν πολλῶν τι; *F. G.*

78. Ἀγούσης] Intellige ἡ ἀὴρ. *J. Br.*

83. Τῇ πλεούσῃ] Interpretatus sum non τῇ πλοίῳ sc. νηΐ, *navi euntí* quod insolens mihi videbatur, sed quasi legeretur tenuissima mutatione πνεούσῃ, *spirantí*, nimirum *aurae*. *Vela ventis dare*, *navem austro permittere*, solennia sunt, & lexcenties tali in re usurpata. *J. M. G.*

Τῇ πλεούσῃ] Omnino adsentior Reverendo *Jac. Elsmero*, ad Act. Apost. XXVII. 15. p. m. 483. monenti πνεούσῃ legendum, intellecto ἀύρᾳ, veluti eod. cap. vers. 40. ἐπάραντες τὴν ἀρτέμωνα τῇ πνεούσῃ. Quod pluribus adsertum vid. ibidem. Etsi enim πλεούσῃ, intellecto νηΐ aliquem sensum habere videtur, alterum tamen longe melius; nam si ad λυσάμενον, quocum connectendus est sensus, respicias, videbis rectius procedere, si vento te credere dicaris, postquam jam soluta sit navis, quam navi, cui te commisisse dici potius deberes ante, quam solveretur. *J. F. R.*

Ibid. Πλεούσῃ] Quid hoc sit, nescire me fatedr. Forsan πνεούσῃ. Sed neque sic satis, unde habeat, assequor. *M. du S.*

Ibid. Τὰ ἀπόγεια λυσάμενον] *Qui jam oras resolverit.* *J. Br.*

ἐθέλωσι. χ', νὴ Δία, κυβερνήτην ἕνα τ' ἄρι-
στον ἐκλέξαϑ', χ' ναῦν εὐπαγῆ, οἵαν ἀγα-
κέσαι πρὸς τηλικοῦτον κλύδωνα.

ΕΡΜ. Οὕτω γε ἄμεινον, ὦ Λυκῖνε, παρα-
πολύ. πλὴν οἶδά γε ὅτι ἅπαντας ἂν κύ-
κλῳ περιελθὼν, οὐκ ἄλλους ἂν εὕροις, ὅτε
ἡγεμόνας ἀμείνους, ὅτε κυβερνήτας ἐμπειροτέ-
ρους τ' Στωϊκῶν. καὶ ἢν ἐθελήσῃς γε ἀφικέ-
ϑαι ποτὲ [a] πρὸς Κόρινθον, ἐκείνοις ἕψῃ, χτ' τὰ
Χρυσίππου χ' Ζήνωνος ἴχνη προϊών· ἄλλως
δὲ, ἀδύνατον. ΛΥΚ. Ὁρᾷς τοῦτο ὡς κοινὸν,
ὦ Ἑρμότιμε, εἴρηκας; εἴποι γ' ἂν αὐτὸ χ'
ὁ τῷ Πλάτωνι ξυνοδοιπορῶν, χ' ὁ Ἐπικούρῳ
ἑπόμενος, καὶ οἱ ἄλλοι, μὴ ἀνελθεῖν με εἰς
τὴν Κόρινθον, εἰ μὴ μεθ' ἑαυτοῦ ἕκαστον. ὥστε,
ἢ πᾶσι πιστεύειν χρὴ, ὅπερ γελοιότατον, ἢ
ἀπιστεῖν ὁμοίως· μακρῷ [b] γ' ἀσφαλέστατον
[c] τὸ τοιοῦτον, ἄχρις ἂν εὕρωμεν τἀληθῆ
ὑπισχνούμενον.

Ἐπεὶ φέρε, εἰ καθάπερ νῦν ἔχω ἀγνοῶν
ἔτι ὅστις ἐξ ἁπάντων ἐστὶν ὁ ἀληθεύων, ἑλοί-
μην τὰ ὑμέτερα, σοὶ πιστεύσας, ἀνδρὶ φί-
λῳ, ἀτὰρ μόνα γε εἰδότι τὰ τ' Στωϊκῶν,
καὶ μίαν ὁδὸν ὁδοιπορήσαντι ταύτην, ἔπειτα
θεῶν τις ἀναβιῶναι ποιήσειε Πλάτωνα, καὶ
Πυθαγόραν, χ' Ἀριστοτέλην, χ' τοὺς ἄλλους·
οἱ δὲ περιστάντες ἐρωτῷέν με, καὶ, νὴ Δί'; εἰς
δικαστήριον ἀγαγόντες, ὕβρεως ἕκαστον δι-
κάζοιντο, λέγοντες, ὦ βέλτιστε Λυκῖνε, τί

29. HERM. Ita quidem, Lycine, multo melius. Verum novi equidem, te, si circulo omnes obeas, nec duces meliores inventurum, neque peritiores gubernatores Stoicis: & si quidem pervenire aliquando Corinthum volueris, illos sequere, per Chrysippi Zenonisque vestigia progressus: aliter vero fieri non potest. LYC. Vides, quam commune illud, Hermotime, dixeris. Eodem enim modo & qui cum Platone viam faciat, & qui Epicurum sequatur, & reliqui, non perventurum me Corinthum, nisi secum, quisque dixerit. Itaque aut credere omnibus oportet, quod maxime ridiculum, aut fidem denegare similiter. Longe enim tutissimum tale quid fuerit, dum qui vera promittat inveniamus.

30. Nam, age, si ita uti nunc habeo, ignarus adhuc quis ex omnibus verum dicat, vestra eligam, fide tibi habita, viro amico, sed qui sola tamen Stoicorum *dogmata* didiceris, & unam hanc viam iveris; ac deinde Deus aliquis in lucem revocet Platonem, & Pythagoram, & Aristotelem, & reliquos: iique circumstantes me interrogent, quin, Hercle, ad tribunal tractum injuriarum unusquisque, postulent, dicentes, quo animi impetu, bone Lycine, aut

a Πρὸς] Εἰς τὸν W. P. Vulgatam retinent Edd. omnes. b Γ' ἂν] Nihil hic variare Edd. notat *M. du S.* c Τὸ τοιοῦτον] Sic Edd. *J. Fl. H. P. A.* Τὸ τοιοῦτο M.

93. Παραπολύ] *Brodaeus* inveniens παιπόλο, monuerat legendum: ὦ Λυκῖνε παράπολυ. Sed sic jam, ut ille emendat, invenio ubique, excepto accentu, qui melius erat in vulgatis: ita ut nesciam, unde tot vitiosas lectiones hauserit. *J. F. R.*

8. Τὸ τοιοῦτον] Recte, vid. quae supra dixi ad Dial. *pro Lapsi.* c. 17. & *Vit. auct.* 15. Immo sic ubique noster, ut fere credam, quotiens uno alteroque loco τοιοῦτο invenias, in τοιοῦτον mutandum, semper enim una alterave prisca editio sic habet; sed quia & alterum probum, leve fuerit, si forte hic illic a nobis neglectum sit. *J. F. R.*

25. Ἐξαμύσει] Quo Lucianus convincat Hermotimum, sedulum esse omnium sectarum instituendum examen ante, quam quis se huic illive committat; nec ullius sequendam esse auctoritatem; hoc utitur argumento: *Quid si ego ignarus, quis ex omnibus Philosophis veram teneat viam, vos sequerer, tibi, homini amico, at ea tantum, quae sunt Stoicorum, scienti, unamque hanc viam calcanti, credens; deinde Deus aliquis ab inferis existere faceret Platonem, Pythagoran, Aristotelem, alios; illi vero circumstantes me rogarent, & profecto in jus rapientes me, singuli centumeliae accusarent, dicentes,* Luciane, Bone Vir, qua re motus, vel cui tamdem fide habita, Chrysippum, & Zenonem, homines nuperrime natos, praetulisti

nos-

Ibid. Ἐπ' ἀμφότερα πιστοὶ] Benedictus, *ſpectata utrinque fidei.* Quid intellexerit, ipſe viderit : certe nequaquam ad Graeca. Opſopoeus, *quorum fides in utraque fortuna ſpectata ſit.* Abſurdiſſime : nec enim huc adverſa vel ſecunda quidquam faciunt. Immo *ad utrumque*, vel *in utroque*, nempe & reprehendendo & approbando. *J. G.*

61. Ἐπαινέσονται] Ubi legimus, εἰ τούτοις φημὶ ἐπιδείξαιο τὰ αὐλήματα, καὶ ἔτοι ἐπαινέσονταί σε, ἅπασιν Ἕλλησι νομίζε ἤδη γεγενῆσθαι γνώριμον. non dubito quin haec quoque oratio vitio unius literae decorem ſuum amiſerit ; legendumque ſit ἐπαινέσωνται. Timotheus nempe Harmonidae tibicini viam monſtraturus, qua per compendium poſſet fieri clarus inter omnes Graecos ; jubet eum ſeligere ex omnibus Graecis optimos, eosque paucos & principes, quibus artem ſuam probet. *His*, ait, *ſi artem tibiis canendi oſtenderis, iisque te laudarint, jam te omnibus Graecis cognitum eſſe factum exiſtima.* *J. J.*

66. Τί σοι δεῖ τοῦ πολλοῦ] Ut mima illa : ſatis eſt equitem mihi plaudere. *J. B.*

73. Ἴσασι] Aliquid excidiſſe mihi videbatur, antequam ex L. hanc ſcripturam, pro ἀεὶ, quod in aliis eſt, vidiſſem. *M. du S.*

τῆσαί πῶλε, καὶ συρίσας, κρίνοι δὲ ἑπτὰ, ἢ πέντε, ἢ ὅσοι [a] δή. ταῦτα ὁ μὲν Ἁρμονίδης οὐκ ἔφθη ποιῆσαι. μέλλοντι γὰρ αὐλῶν, φασιν, ὅτε τοπρῶτον ἠγωνίζετο, φιλοτιμότερον ἐμφυσῶν, ἐναπέπνευσε τῷ αὐλῷ, καὶ ἀπεφάνθη ἐν τῇ σκηνῇ ἀπέσανε, τὸ αὐτὸ καὶ πρῶτον καὶ ὕστατον αὐλήσας ἐν Διονυσίοις.

Ὁ μέντοι γε Τιμοθέου λόγος, [b] οὐκ αὐληταῖς, οὐδ' Ἁρμονίδῃ μόνον εἰρῆσθαί μοι δοκεῖ, ἀλλὰ πᾶσιν, ὅσοι δόξης ὀρέγονται, δημόσιόν τι ἐπιδεικνύμενοι, καὶ πρὸς τὸ πολλῶν ἐπαίνου δεόμενοι. ἐγὼ δὴν ὁπότε καὶ αὐτὸς ἐνενόουν τὰ ὅμοια περὶ τῶν ἐμαυτοῦ, καὶ ἐζήτουν ὅπως ἂν τάχιστα γνωσθείην πᾶσι, τῷ Τιμοθέου λόγῳ ἑπόμενος, ἐσκοπούμην ὅς τις ἄριστος εἴη τε ἐν τῇ πόλει, καὶ ὅτῳ πιστεύσουσιν οἱ ἄλλοι, καὶ ὃς ἀντὶ πάντων ἀρκέσειεν ἄν.

judicant vero aut ſeptem aut quinque, aut quotcumque tandem. Illa quidem Harmonides perficere non potuit. Inter canendum enim, narrant, cum primum in certamen deſcenderet, contentius prae honoris cupiditate dum inflat, in ipſam quaſi tibiam exſpiravit, & ſine coronae honore in tabernaculo mortuus eſt.

3. Verum Timothei illa oratio, non tibicinibus neque Harmonidi ſolum dicta mihi videtur, ſed qui gloriam adamarunt omnibus, cum publicum quiddam profitentur, cum populari laude opus habent. Ego igitur, cum & ipſe cogitarem de mea ratione ſimiliter, & quomodo celerrime poſſem innoteſcere omnibus, quaererem: Timothei ſermonem ſecutus, diſpiciebam quis in hac urbe eſſet praeſtantiſſimus, cui fidem reliqui habeant, quique unus ſit inſtar

a Δὴ] Δῶ L. Δὴ Fl. *J.* P. &c. b Οὐκ] Deeſt haec particula in Ed. Fl. Adeſt in cett. & in P.

92. Οὕτω . . . ἔμελλες] Οὕτω δὴ ἄρα σὺ ἔμελλες ἡμῖν φαίνεσθαι τῷ δικαίῳ λόγῳ, ὅτι περ τὸ κεφάλαιον ἀρετῆς ἁπάσης ὁ γνώμων φασὶ, καὶ ὀρθὸς κανὼν τῶν τοιούτων. In hoc loco vertendo aliud egerunt interpretes. Salmurienſis: *Tu igitur nobis revera talis videri debebas, quoniam virtutis omnis caput es, ut ajunt, gnomon & recta regula.* Alii pejus. Laborat locus prava diſtinctione, quae ſic eſt emendanda: οὕτω δὴ ἄρα σὺ ἔμελλες ἡμῖν φαίνεσθαι τῷ δικαίῳ λόγῳ, ὅτι περ τὸ κεφάλαιον, ἀρετῆς ἁπάσης ὁ γνώμων, φασὶ, καὶ ὀρθὸς κανὼν τῶν τοιούτων. *Tu igitur revera talis nobis eſſe exiſtimaris, nimirum princeps civitatis, quodque ſane praecipuum eſt, omnis virtutis norma, ut ajunt, & talium regula.* Κεφάλαιον inepta copulari cum ἀρετῆς, & omiſſa copula, & inepte ſententia oſtendit. Μέλλω eleganter hic eſt δοκιμάζομαι exiſtimor, ita me comparo, ut pro tali habear & exiſtimer, ut apud *Homerum*, quem Lucianus ubique ſequitur:

Καὶ γὰρ ἐγὼν ποτ' ἔμελλον ἐν ἀνδράσιν ὄλβιος εἶναι.
Ego quoque olim judicabar inter homines beatus eſſe.

Ubi Scholiaſtes: ἔμελλον, ἐδόκουν, ἐνομιζόμην. *J.G.G.*

Οὕτω δὴ ἄρα] Lucianus ad amicum quemdam ſuum, virum principem, Ἐσκοπούμην, inquit, ὅστις ἄριστος εἴη τε ἐν τῇ πόλει, καὶ ὅτῳ πιστεύσουσιν οἱ ἄλλοι, καὶ ὃς ἀντὶ πάντων ἀρκέσειεν ἄν. Οὕτω δὴ ἄρα σὺ ἔμελλες ἡμῖν φαίνεσθαι τῷ δικαίῳ λόγῳ, ὅτιπερ τὸ κεφάλαιον ἀρετῆς ἁπάσης γνώμων φασὶ, καὶ ὁ ὀρθὸς κανὼν τῶν τοιούτων. Apparet reſcribendum οἷσθ' pro οὕτω. Lucianus ſcilicet ipſe quoque notus fieri cupiens omnibus, Timothei conſilium ſecutus, *Cogitabam*, inquit, *quis civium eſſet optimus, & cujus conſilium ſequerentur reliqui, quique mihi futurus eſſet inſtar omnium. Is vero tu jure merito mihi videri debebas; quodque ſane praecipuum eſt, omnis virtutis norma, ut ajunt, ac recta talium regula.* In ultimis ſecutus ſum interpretationem *Graevii*, quam Vir ille Cl. vulgata multo meliorem dat p. 978. Sequitur, εἰ δέ σοι δείξαιμι τάμα, καὶ σὺ ἐπαινέσειας αὐτὰ, μὴ δὴ οὕτω φανησοῖς, καὶ δὴ ἐπὶ πέρας ἥκειν με τῆς ἐλπίδος καὶ μιᾷ ψήφῳ τὰς ἁπάσας λαβοῦσα. Sic connectenda haec arbitror; ſublato poſt φανησοῖς puncto, quod in vulgato conſpicitur. Verto: *Si autem tibi oſtendiſſem mea, tuque ea laudaſſes, foret ut ita viderer jam ſpei meae terminum tetigiſſe, in unius ſuffragio ſuffragia omnium complexus.* *J.J.*

Οὕτω] Sic L. uti emendari juſſerat *Jenſius*. *M. du S.*

Ibid. Ἔμελλες] Verbi μέλλειν vis apud noſtrum interdum haec eſt, ut veriſimilitudinem quandam eo fere modo indicet, ut Latinorum *debet*, *oportet*, & ſimilia. Luculentum praeſertim exemplum eſt in Scytha p. m. 593. εἰ χαλεπῶς ἔμελλε τὸ αὐτὸν γνώσεσθαι. Et p. 597. extr. καὶ ἔμελλον οὕτω ἀφρονέστατοι ἔσεσθαι. *J. M.G.*

Ἔμελλες] Huc quadrant quae Clar. *Jenſ.* in Lectt. Lucian. p. 20. contra *Th. Magiſtr.* adfert, dicens: Ἤμελλον, ait *Th. Mag.* Ἀντὶ τοῦ, οὐκ Ἔμελλον. Atqui paſ-

ſtar omnium. Ille igitur tu nobis videri vir debebas jure meritoque, virtutis omnis, quod quidem caput eſt, norma, ajunt, & recta talium regula. Si vero tibi mea oſtendiſſem, tuque ea laudaſſes, (atque utinam ita tibi videatur!) Scilicet ad finem me ſpei venire *putabam*, in uno qui ſuffragio ferrem univerſa. Aut quis eſt, quem tibi ſi praeferam, non merito inſanire videar? Igitur verbo quidem in uno homine jaciemus aleam; re autem vera idem eſt, quaſi omnibus undecumque hominibus vim dicendi oſtenderem. Apertum enim eſt, te & ſingulis, & collectis in univerſum omnibus, eſſe praeſtantiorem. Lacedaemoniorum Reges, calculos reliquis ſingulos habentibus, ſoli habebant binos. Tu vero & ephororum, & ſenum inſuper, *calculos*; & omnino omnium in doctrina ampliſſimum

c οὕτω δὲ ἄρα σὺ ἔμελλες ἡμῖν φαίνεσθαι τῷ δικαίῳ λόγῳ, ὅτιπερ τὸ κεφάλαιον, ἀρετῆς ἁπάσης ὁ γνώμων, φασὶ, καὶ ὁ ὀρθὸς κανὼν 95 τ τοιούτων. εἰ δέ σοι δείξαιμι τἀμὰ, καὶ σὺ ἐπαινέσειας αὐτὰ (εἴη γὰρ ὅτῳ φανήσεται) καὶ δὴ ὀπὶ πέρας ἥκειν με τ ἐλπίδος, ὃν μιᾷ ψήφῳ τὰς ἁπάσας λαβόντα. ἢ τίνα γὰρ ἂν πρὸ σοῦ ἑλόμενος, οὐχὶ παραπαίειν ἂν εἰκότως νομισθείην; ὥστε λόγῳ μὲν ἐφ' ἑνὸς ἀνδρὸς ἀναρρίψομεν τ κύβον, τὸ δ' ἀληθὲς, ὥσπερ ἂν εἰ τοῖς ἁπανταχόθεν ἀνθρώποις ἐπιδεικνύμην τὸν λόγον. δῆλον γὰρ ὡς καθ' ἕνα τε, καὶ σὺν ἅμα πᾶσιν συνειλεγμένοις, μόνος αὐτὸς ἀμείνων ἂν εἴη. οἱ μέν γε τ Λακεδαιμονίων βασιλεῖς, τ ἄλλων ἑκάστῳ μίαν ψῆφον φερόντων, ἐκεῖνοι μόνοι ἑκάτερος αὐτῶν, δύο ἔφερον. σὺ δὲ, καὶ τὰς τ Ἐφόρων, καὶ τὰς τ γερόντων προσέτι, καὶ ὅλως ἁπάντων ὁ πολυ-

c Οὕτω] Οὕτω Edd. quas vidi, omnes. Sed ἔτ- recte L.

94. Γνώμων] Γνώμων λέγεται ὁ σωστὸς ϛ * κανονικόν τι μηχανικὸν, καὶ χῆμα † γεωμετρικόν. *V.*

* Κανονικὸν] Κανόνιον. C.

3. Ἐπιδεικνύμην] Ἡ ἐπιδεικνύμην ὑπερσυντελικὸν, ἢ ἐπιδεικνυοίμην εὐκτικόν. *V.*

† Γεωμετρικὸν] Vid. Schol. in *Lexiphanem* & 2. Lib. *Euclid.* *M. du S.*

paſſim Lucianus, Scriptor Ἀττικώτατος, Ἔμελλον, ἔμελλες, ἔμελλε. In *Harmonide* (h. l.) σὺ ἔμελλες ἡμῖν φαίνεσθαι. &c. In *Scytha*, Πολλὴ ἐδὸς ἔμελλον αὐτῷ ἵστασθαι. Ibid. ἔμελλε ϛ αὐτὸν γνώσεσθαι Ἀνάχαρσιν. In *Hermotimo*, Ὁ δὴ ϛ δηλοῖ ἔμελλον ὑμῖν τ ἥξειν. Iterum in *Scytha*, καὶ ἔμελλον ἤτοι ἀξιώσειν τὸν γνώμονα. Et in ipſo *Thucydidis* loco, quem poſt in voce ΠΕΡΑΙΟΥΜΑΙ adducit ipſe *Thomas*, ὡς ἔμελλον τ Ἡλιάστοτον περιιόντα. Haec *Fenſius*. Cum *Th. Magiſtro* tamen etiam facit *Moeris Atticiſta*. Et verum quidem eſt, Atticos plurimum dicere ἤμελλον. Sed & ἔμελλον *Thucyd.* iterum VII. c. 20. Igitur prudentius *Phavorin.* ἐβουλόμην ait, eſſe ὡς Ἀττικώτερον, & ſic *Suid.* Vid. *Maſtaire* de Dialectt. p. 58. nec amat Noſter ὑπερατττικίζειν. Vid. ejus *Lexiphan.* & *Rhet. Praecepta.* *J. F. R.*

96. Φυήσεσθαι] Punctum poſt hoc verb. quod erat in *Salm. Fenſ.* deletum voluit; ſed in *Pariſ.* haec parentheſi includebantur; quare ea ſic reliquimus. *J. F. R.*

1. Ὥστε λόγῳ μὲν ἐφ' ἑνὸς ἀνδρὸς ἀναρρίψομεν τ κύβον τὸ

δ' ἀληθὲς] *Itaque juxta proverbium in uno viro aleam jaciemus, ac revera perinde fuerit.* At λόγῳ non ſignificat *juxta proverbium*, ſed verbo, & opponitur ei τὸ ἀληθὲς, *re ipſa*. Verte igitur locum: *Itaque verbo quidem ſuper uno viro aleam jaciemus; ſed re ipſa*, &c. Sic in *Reviviſc.* c. 6. Λόγῳ μὲ ἐμὲ ζηλοῦσι τ ἀισθολογίας· τὸ δὲ ἀληθὲς ὑμᾶς. Ubi rurſus male Interpres: *neque oratione ob hoc florilegium commendant, imo vero vos ipſos.* Debuit: *verbo quidem me collaudant ob florilegium; re vera vos.* In *Timone.* c. 8. dixit pro eo *Lucian.* Οὕτωσι μὲ εἰπεῖν, & ὡς δὲ ἀληθῶς λόγῳ. *L. Bos.*

Ὥστε λόγῳ — τὸ δ' ἀληθὲς] Hunc Luciani locum laudat etiam Cl. *Duker.* ad *Thucyd.* VIII. c. 92. p. 563. not. 7. & ex aliis *Thucyd.* locis quoque docet, τὸ ἀληθὲς & τὴν ἀλήθειαν ſaepe opponi ſimulationi, προφάσει — & λόγῳ, ut VI. 33. & II. 41. Addo *Iſocrat.* Nicocl. p. 76. Τῷ βασιλεῖ τῷ μὲ λόγῳ διηγαγμένου, τῇ δ' ἀληθείᾳ τραχέως ἔχοντι. Plura vid. ap. Rev. *Jac. Elſner.* ad ep. ad Coloſſ. c. 2. 23. *J. F. R.*

2. Ἀναρρίψομεν τ κύβον] Vid. Paroemiogr. ſic. p. 604. (i. e. pro Imagg. c. 16.) *J. B.*

12. Τὸν

λυψηφόταλος ὁ παιδεία. σύ γε ἢ μάλιστα ὅσῳ ἡ λθικὴν ἀεὶ καὶ σώζουσαν φέρεις, ὃ καὶ θαῤῥεῖν με τῷ παρόντι ποιεῖ, ἀφ' γε τὸ μέγεθ ᾧ τολμήμαλ ᾧ, καὶ πάνυ δικαίως ἂν φοβηθέντα. κἀκεῖνο δὲ, νὴ Δία, προσέτι ἢ αὐτὸ θαῤῥεῖν ποιεῖ, τὸ μὴ παντάπασιν ἀλλότριον τἀμὰ εἶναί σοι· ὃς πόλεώς τε ἐκείνης εἰμὶ, ἣν πολλάκις εὖ ἐποίησας, τὸ μὲ πρῶτον, ἰδίᾳ, τὸ δὲ δεύτερον, κοινῇ μὲ παντὸς ᾧ ἔθνους· ὥ ε ἦν πω ἢ νῦν ἐμοὶ ἐς τὸ χεῖρον ῥέπωσιν αἱ ψῆφοι ὁ τῷ λόγῳ, ἢ ἐλάτλους ὦσιν αἱ ἀμείνους, σὺ τ ᾽ Ἀθηνᾶς

suffragandi jus habes ; ea maxima de causſa , quod candidum ſemper & ſalutarem fers calculum : quae res etiam mihi in praeſenti facit fiduciam , qui propter rei quam conor magnitudinem , merito pertrear. Adhaec illud etiam profecto animum mihi addit , quod non plane aliena tibi ſunt mea , qui tum ex ea urbe ſim , quam ſaepe tu ornaſti , primo quidem privatim ipſam , iterum vero publice cum gente univerſa. Itaque ſi forte nunc etiam in ſequiorem partem inclinent , dum loquor , calculi , paucioresque ſint meliores , tu adjecto illo Mi-

a Αὐτὸ] Sic recte L. Αὐτῷ male Edd. Αὐτὸν *Pell.* b Ἀλλότριον] Ita Edd. *J.* Fl. *H. P.* &c. niſi quod ἀλλότριαν *B2.* male. Ἀλλότρια *Jenſ.* & *Pell.* quod cur non admiſerim , vid. nott. Et quia ex aliis Codd. hic nihil variationis notatum , non dubito quin ii omnes vulgatum ἀλλότριον ſervent.

12. Τὴν λδικὴν] Δύο ἦ ψῆφοι τοῖς γενικηκόσιν ἀνέκειντο, λδικὴ ᾧ πλήρης , ὥσπερ τοῖς ἡτ]ημένοις ἡ μίλαινα ᾧ ἡ τέρμημένη. *P. V.*

* Hoc Scholium in Edit. *Clar.* relatum erat ad verbum paullo praecedens , πολυψηφότατος. Id vero mutavit *Solanus*, ſed parvi eſt , & jam ſupra non ſemel de eadem re dictum. *J. F. R.*

12. Τὴν λδικὴν] De his calculis res nota. *J. B.*

16. Αὐτὸ θαῤῥεῖν] Non facile puto ex his verbis [κἀκεῖνο δὲ νὴ Δία προσέτι ᾧ αὐτῷ θαῤῥεῖν ποιεῖ, τὸ μὴ παντάπασιν ἀλλότριον τἀμὰ εἶναί σοι] concinnum erui poſſe ſenſum. Sed videor mihi veriſſimam adſequutus ſcripturam, ubi legerim , κἀκεῖνο δὲ νὴ Δία προσέτι, ἢ αὐτὸ θαῤῥεῖν ποιεῖ, τὸ μὴ παντάπασιν ἀλλότρια τἀμὰ εἶναί σοι. Dixerat Lucianus Virum illum principem, cui uni ſe probare geſtiebat , quemque unum ſibi inſtar omnium fore dixerat , ſemper album & ſervantem ſecum ferre calculum, atque adeo ſe magno , qui ſe caeteroquin in negotio tanti momenti ſuſcepto gravaret , timore levari. *Sed profecto* , pergit , *illud quoque ipſum me amplius confirmat , quod res meae non ſunt a te prorſus alienae.* *J. F.*

Αὐτὸ] *Vorſtii* & *Jenſii* Emendationem firmat L. Codicis auctoritas , in quo pro vulgatarum αὐτῷ legitur , ut hic , αὐτό. *M. du S.*

17. Ἀλλότριον] *Vorſtius* & *Jenſius* ἀλλότρια mallent. Ego nihil muto. *M. du S.*

Ἀλλότριον τἀμὰ] Recte fecit *Solanus* , qui nihil hic mutaverit ; nam , etſi mirum nonnullis videbitur, ſingularem ita adjungi plurali , tamen eſt Graeciſmus verus , qui exponi poteſt per ellipſin χρῆμα , vel τι, ut ſignificet : *meas res tibi eſſe alienum quid.* Quod eodem modo Belgice efferimus. Exempla ex Graecis auctoribus poſſem dare haud pauca , ſed ſufficiant ſequentia , Noſter ſupra , *Zeux.* c. 4. οἷον εἰσιν ἵπποι. *Aelian.* V. H. III. 1. p. m. 167. Λέγεται δὲ τὰ ὕδατα ταῦτα ᾧ τοῖς λουσαμένοις ἀγαθὸν εἶναι. *Hippocr.* Sect. I. Aph. 15. Σημεῖον αἱ ἡλικίαι, ἢ οἱ ἀθληταί. *Thucyd.* I. 6. Σημεῖον ὅ' ἐστὶ ταῦτα τ ᾽ Ἑλλάδ ᾧ. Nam quia neutrum plurale amat verbum ſingulare , ideo jam indifferens erit , num propter ἐστὶ addas ſubſtantiv. ſingulare σημεῖον an propter ταῦτα addas plurale σημεῖα. Ita quoque adjectiva gerundiva ſingulari num. ſolent addi pluralibus , eadem analogia : ut : *Epict.* §. 37. Ed. *Reland.* p. 68. Ταῦτα μὲ ᾧ σὺ παρέργα ποιητέον. *Hippocr.* S. 1. Aph. 15. Τὰ προσάρμοσια δοτέον. *danda ſunt alimenta* ; i. e. Alimenta ſunt aliquid quod dandum eſt. (Etſi eadem gerundiva alibi quoque plurali num. efferri notum eſt.) Sic inquam ille canon de neutris plur. cum verbo ſing. cujus tam varias *rationes* reddunt Grammatici , ſimpliciſſime omnium exponitur per ellipſ. χρῆμα vel τι , ut τὰ ζῶα τρίχει proprie ſit : *animalia* , ſive *pecus eſt aliquid currens.* Omnia enim verba originem vel ſaltem terminationem ſuam debere priſco ἴω *ſum* , recte conjicit *S. Clarke* ad Homer. Alius autem ſingularis & plur. concurſus viciſſim per intellectum ἐστὶ conciliatur. Sed ταῦτα fere perpetuo in plurali effertur , etſi refertur ad ſingularem , vel collective ad totam orationem praemiſſam , ut apud Noſtrum *de Salt.* c. 1. Ἀνὴρ δέ τις — ἢ ταῦτα, παιδιᾶς σύντροφ ᾧ & *Ariſtoph.* Plut. 17, Sed melius convenit hoc *Ariſtoph.* Plut. 887. Ταῦτα ὐχ ὕφις , πολλὴ ἐστὶ ; alibi τάδ' ὕφις , vid. Ind. *Kuſteri.* *J. F. R.*

22. Τῆς Ἀθηνᾶς] Alludit ad hiſtoriam Oreſtis, quem ſuffragiis in Areopago damnandum ſuo calculo ſervavit Minerva. Vid. *Eurip.* Iphig. in Taur. 1469. Conſu-

Minervae, de te, quae deficiunt, exple: ac domesticum tibi & familiare videatur prava *hic etiam* corrigere.

4. Etenim neque illud mihi satis est, si multi ante me admirati sunt, si nobilis jam ego, si laudantur ab his, qui audierunt, orationes: omnia illa *somnia*, quod ajunt, *vento concepta*, & irrita, *umbrae verborum*: verum autem jam apparebit. Hic accuratus meorum finis. Nihil in utramque partem amplius accipietur, aut ita ut dubitare quis possit; sed oportebit aut optimum circa doctrinam me putari, si quidem tibi ita videatur, aut omnium - - - Sed bene ominari fas est ad tantum certamen euntem.

προστιθεὶς, ἀναπλήρω τὸ ἐνδέον ᾧ σοὶ σαυτῷ, ᾗ τὸ ἐπανόρθωμα οἰκεῖόν σοι δοκεῖτω.

Καὶ γὰρ οὐδὲ ἐκεῖνό μοι ἱκανὸν, εἰ πολλοὶ ἐθαύμασαν πρότερον, εἰ ἔνδοξος ἤδη ἐγὼ, εἰ ἐπαινοῦνται πρὸς τῶν ἀκουσάντων οἱ λόγοι πάντα ἐκεῖνα, ὑπηνέμια ὀνείρατά, φασι, καὶ [c] ἐπῶν σκιαί. τὸ δ' ἀληθὲς, ἐν τῷ παρόντι ἀποδειχθήσεται. ὅτου ἀκριβὴς ὅρος τῷ ἐμοί, οὐδὲν ἀμφίδοξον ἔτι, οὐδ' ὡς ἄν τις ἐνδοιάσειεν, ἀλλ' ἢ ἄριστον κατὰ παιδείαν δόξει νομίζεσθαι, σοί γε δόξαν, ἢ πάντων. . . . . εὐφημεῖν δὲ χρὴ πρὸς ὅτου μέγαν ἀγῶνα χωροῦντα.

9 Ἐπῶν] Sic Edd. omnes. Ἐπαίνων *Angl.* P. & L. item marg. *Alw.*

28. Ὑπνήμια] Ἀδύματα. *V.*

sule etiam, si lubet, Schol. *Aristoph.* 244. D. & nostrum in Ἀναξ. c. 21. ubi eandem fabulam tangit. Utitur etiam *Philostr.* p. 568. Ed. Lipsi. proverbio *Minervae calculus.* *M. du S.*

24. Ἐπανόρθωμα] Hoc puto velle Sophistam: cum soleas, ut praeses, & *rector* provinciae, quaecumque depravata sunt *corrigere* & restituere: tui muneris partem esse putato, peccata etiam mea emendare. *J. M. G.*

29. Ἐπῶν σκιαὶ] Sic legunt Interpretes & Paroemiographi. In Angl. Cod. rectius ἐπαίνων σκιαὶ, ut σκιᾶς ὄναρ apud Pindarum. *J. B.*

Ἐπῶν σκιαὶ] Λόγου ἔργου σκιὰ, proverbium a Democrito profectum, apud *Diog. Laert.* Democr. 246. D. & *Plut. π. παιδ. ἀγωγ.* 16. 2. λόγου γὰρ ἔργου σκιὰ κατὰ Δημόκριτον. P. tamen & L. cum A. ἐπαίνων. *Philemon* Casaubono laudatur ad *Theophr.* 282. ἄλλο μηδὲν πλὴν σκιά. De amicis in adversis. Vid. *Eur.* p. 295. B. *M. du S.*

30. Οὗτος ἀκριβὴς . . . . ἢ πάντων] Non intellexerunt interpretes haec verba, ὅτου ἀκριβὴς ὅρος τῷ ἐμοῖ. οὐδὲν ἀμφίδοξον ἔτι, οὐδ' ὡς ἄν τις ἐνδοιάσειεν ἀλλ' ἢ ἄριστον κατὰ παιδείαν δόξει νομίζεσθαι, σοί γε δόξαν ἢ πάντων. Salmurienses sic transtulit: *Hic lucubrationum mearum exactus terminus. Non amplius est dubium, nec quisquam ambiget, quin id omnium optimum juxta disciplinas existimari oporteat, quod tibi visum fuerit.* ἢ πάντων omisit in versione. Cetera satis insicite. Verte: *Hic certus meorum scriptorum scopus est. Nihil dubii reliquum, adeo ut nec in posterum quisquam dubitaturus sit, sit ne hoc omni eruditione refertissimum, quod tuum fert suffragium, an omnium.* Nimirum tuum suffragium mihi est & aliis etiam erit, instar omnium. *J. G. G.*

Ibid. Ὅρος] Ὅρος sive *finis* hic est *definitio.* Judicio viri, cui blanditur, vult constitui ac definiri, quid de se sentire debeant reliqui. σοί γε δόξαν absolute positum, ut sexcenties. *J. M. G.*

32. Ἀλλ' ἢ ἄριστον κατὰ παιδείαν δόξει νομίζεσθαι σοί γε δόξαν ἢ πάντων] Opsoporus apud Basileenses & Bourdelotium, *sed aut optimum juxta disciplinas aestimandum est, quod tibi apportet* (sic *Bourdelotius.* at in Basileensi *oportet*) *gloriam, aut omnium.* Benedictus, *quin id omnium optimum juxta disciplinas existimari oporteat, quod tibi visum fuerit.* Unde apparet illas voces σοί γε δόξαν verius fuisse intellectas ab *Benedicto*, quum certe Lucianus de judicio agat, non de gloria; & editioni *Basileensi* adscripsit pater, *tuo judicio.* Sed quum is ipse *Benedictus* non perciperet, quo postrema ista ἢ πάντων referenda essent, omissis duabus adversativis ἢ ineptissima licentia vocem πάντων superioribus immiscuit, quum tamen simpliciter verti deberet, ac clarissima sit aposiopesis, verentis aliquid arrogantius vel invidiosius proferre, quod post vocem πάντων tamen promittebat sermonis cursus. Verte igitur: *quin id vel optimum ad doctrinam existimari oporteat, quod tibi visum fuerit, vel omnium.* *J. G.*

33. Ἡ πάντων . . . . εὐφημεῖν δὲ] Elegans λαπσιπραγία, quae fugit omnes interpretes, praeter Clarissimum *Gronovium.* Nimirum ubi dixisset, sibi non sufficere, quod vulgus ipsum admiratum fuerit, quodque sermones sui laudentur ab auditoribus: ea omnia esse vana: at nunc, si verus ille rerum existimator judicarit, id quod verum sit, demonstratum iri; idque ut fiat, se unice petere. οὐδὲν ἀμφίδοξον ἔτι, persequitur, οὐδ' ὡς ἄν τις ἐνδοιάσειεν, ἀλλ' ἢ ἄριστον κατὰ παιδείαν δόξει νομίζεσθαι, σοί γε δόξαν, ἢ πάντων. εὐφημεῖν δὲ χρὴ πρὸς ὅτου μέγαν ἀγῶνα χωροῦντα. *Nihil*

χωρῆντα, δόξαιμεν γὰρ, ὦ θεοὶ, λόγου ἄξιοι, καὶ βεβαιώσαιτε ἡμῖν τὴν τῶν ἄλλων ἔπαινον, ὡς τὸ λοιπὸν θαρρῆντας ἐς τοὺς πολλοὺς παρεῖναι. πᾶν γὰρ ἤδη στάδιον ἧττον φοβερὸν τῷ Ὀλύμπια τὰ μεγάλα νενικηκότι.

Videamur enim, o Dii, digni hodie, quorum ratio habeatur! & firmate nobis laudem *tributam* ab aliis, ut reliquo tempore cum fiducia in multitudinem procedere poſſimus. Stadium enim omne minus formidabile ei, magna qui Olympia vicerit.

amplius, quod ſit ambiguum, nec de quo quisquam dubitare poſſit, ſed vel optimum eruditione oportebit cenſeri, ſi tibi quidem ita viſum fuerit, vel omnium. Aſt bene ominari oportet eum, qui ad tantum certamen progreditur. Manifeſtum eſt, voluiſſe Lucianum, *oportebit judicari vel optimum eruditione, ſi tibi, unice arbiter, ita viſum fuerit, vel omnium peſſimum. Neque nunc amplius locus dubio incertove relinquendus eſt, dum alii ſcilicet aliter judicent, & ſic de univerſa exiſtimatione omnium nihil certi queat decerni. Sed tuum judicium ſecuturis omnibus, qualis habendus ſim, conſtabit.* At ne verbo male ſibi ominaretur Lucianus, in voce πάντων repreſſit loquendi curſum; quum debuiſſet ſequi χείρισον, vel ſimile. *J. J.*

Ἢ πάντων . . . . Εὐφ. δὲ χ.] Sic cum punctis edi curavimus, quibus ἀποσιώπησις deſignaretur; quo facto liquida jam omnia. Senſus autem adeo perſpicuus eſt, ut mirer qua ratione factum ſit, ut Viros doctiſſimos fugerit, praeſertim cum poſterior Interpres recte apoliopeſin obſervarit. Nota autem veterum ſuperſtitio in rebus agendis inchoandis, cujus exempla paſſim apud Auctores occurrunt; de qua *Caſaub.* ad Theophr. Car. p. 322. Hanc nunc ſilentio huic praetexit, *M. du S.*

38. Πᾶν γὰρ ἤδη στάδιον ἧττον φοβερὸν τῷ Ὀλύμπια τὰ μεγάλα νενικηκότι.] Hoc loco τὰ μεγάλα non παρέλκει, ſed eo quod in pluribus locis Graeciae certamina ſacra celebrabantur ſub Olympiorum nomine, ideo dixit Olympia magna, ad differentiam eorum quae minus celebria erant. Intelligit igitur Olympia magna, quae Piſae ad Alpheum celebrabantur, quae & antiquiſſima a Pelope & Hercule erant, & celeberrima non ſolum in tota Hellade, ſed etiam Italia, Sicilia, Aſia, Ægypto, Syria, Cyrenaica, concurrentibus ad ſpectaculum, & athletas & quadrigas eo mittentibus: Minora vero Olympia erant, quae celebrabantur Dio Macedoniae ab Archelao rege inſtituta, quod nos docet Demoſthenis Scholiaſtes ad orationem περὶ παραπρεσβείας, his verbis: Τὰ Ὀλύμπια δὶ πρῶτον Ἀρχέλαος ἐν Δίῳ τῆς Μακεδονίας κατέδειξεν, ἤγετο δὲ ἐπ' ἴσης, ὡς φησὶν, ἡμέρας ἰσαρίθμους ταῖς Μούσαις. Eodem nomine erant etiam Athenis, ut docet *Pindari* Schol. ad Olymp. 7. ad haec verba, χρυσαῖς ἐν Ἀθήναις. Sic enim commentatur: εἰσὶ δὲ ἀγῶνες Παναθηναϊκὸς ἢ τὰ Ἡράκλεια, ἢ τὰ Ὀλύμπια &c. Vetus inſcriptio Romana, de qua *Joſ. Scaliger* lib. de Emend. temp. quinto, p. 476. Olympia etiam poſt Panathenaea recenſet *Heſychius*, Ὀλύμπια ὁ Ἀθήνησιν ἀγών. Item alia Olympia, quae Smyrnae, & alia quae Pergami, & alia Alexandriae, quorum mentionem fieri in Pandectis aſſerit idem *Scaliger*. Reſpectu igitur horum omnium certaminum, quae ſub nomine Olympiorum diverſis locis celebrabantur, dicta ſunt Olympia magna ea, quae Piſae committebantur. *J. P. a G.*

39. Τὰ Ὀλύμπια τὰ μεγάλα] Conf. ſupra *Herodot.* c. 1. *M. du S.*

SCYTHA, SEU CONCILIATOR HOSPITII.

NOn primus e Scythia Athenas venit Anacharsis Graecae disciplinae caussa: sed Toxaris etiam ante ipsum, sapiens vir & pulchrarum rerum amans, optimorumque institutorum studiosus. Domi vero non regii generis erat, neque pileatorum, sed Scytharum de multis unus & plebeiorum, quales apud illos sunt qui Octipedes vocantur, hoc autem significat boum duorum dominum esse, & unius plaustri. Hic Toxaris neque rursus ad Scythas rediit, sed Athenis mortuus est. Neque ita multo post pro Heroe est habitus, sacrificantque illi, ut *HOSPITI*

ΣΚΥΘΗΣ, Η ΠΡΟΞΕΝΟΣ.

ΙΟΥ [a] πρῶτος Ἀνάχαρσις ἀφίκετο ἐκ Σκυθίας Ἀθήναζε, παιδείας ἐπιθυμίᾳ δὴ Ἑλληνικῆς, ἀλλὰ καὶ Τόξαρις πρὸ αὐτοῦ σοφὸς μὲν, καὶ φιλόκαλος ἀνὴρ, καὶ ἐπιτηδευμάτων φιλομαθὴς τῶν ἀρίστων· οὐκ ἐκ δὲ, εἰ καὶ βασιλείου γένους [b] ὢν, εἶδε τὴν πιλοφορικῶν, ἀλλὰ Σκυθῶν τὴν πολλῶν καὶ δημοτικῶν, οἷοί εἰσι παρ' αὐτοῖς οἱ ὀκτάποδες καλούμενοι· τοῦτο δέ ἐστι, δύο βοῶν δεσπότην εἶναι, καὶ ἁμάξης μιᾶς. ἐτελεύτησε δὲ ὁ Τόξαρις, εἰδ' ἀπῆλθεν ἔτι ὀπίσω ἐς Σκύθας, ἀλλ' Ἀθήνησιν [c] ἀπέθανε· καὶ μετ' εἰ πολὺ καὶ ἥρως ἐδόξε, καὶ ἐτέμενος αὐτῷ Ξέν-

νῳ

ΣΚΥΘΗΣ] ΣΚΥΘΙΟΣ W. Sed recte Edd. Σκύθης. conf. c. 7. pr. *a* Πρῶτος] Sic *B2. P. S. A.* Πρῶτον *Ald. Fl. Fr. H.* Obliterata est vox in M. vitio temporis. *b* Ὤν] Sic recte Edd. vett. Ὢν male recentiores. *c* Ἀπίθανε] Ἀπίθανεν W. Prius vero servant Edd.

13. Ἐντίμουσιν] Ἐναγίζουσι. *V.*

ΣΚΥΘΗΣ] Προσλαλιὰ. Habita vero in Macedonia, & quidem ut conjecturam feceris, Thessalonicae. Patescet legenti p. 540. & sequentem. *Th. M.*

ΣΚΥΘΗΣ] Quam *Marcilius* paginam indicat, ea est Parisinae editionis, i. e. *Astrolog.* a c. 4. ad 10. Sed vereor ut numerus recte sit expressus. *J. F. R.*

1. Πρῶτος Ἀνάχαρσις] Vid. hujus vitam & Epitaphium apud *Laërtium.* *G. C.*

Πρῶτος] Sic recte, & patet hac narratione. mendose in aliis πρῶτον. *J. B.*

Πρῶτος] Sic emendatum in *B2. P. S.* & *A.* In antiquioribus prave legebatur πρῶτον. *M. du S.*

Ibid. Ἀνάχαρσις] Meminit hujus *Galenus* in προτρ. ad Artes. *A. V.*

Quae de Anacharside hic habet, narrantur etiam apud *Plut.* p. 26. F. & *Diog. Laërt.* Sed aliter. Item ap. *Herod.* IV. 46. p. 155. *M. du S.*

6. Οὐ τῶ βασ. γένους] Hoc a Luciano observatum, quia quem nominavit, Anacharsis e regia stirpe erat oriundus. Vid. *Herod.* p. 155. f. *M. du S.*

Ibid. Ὤν] Turparunt editores novitii sinceram veterum editionum lectionem, dum dederunt, ὢ τῶ βασιλικῶ γένους ὤν, nempe ὤν pro ὄν. *J. J.*

7. Πιλοφορικῶν] Quis hoc memoraverit, me latet. *M. du S.*

Ibid. Σκυθῶν τῶν πολλῶν] Sic infra Τοξ. c. 45. med. Πόντια — τῶν Σκυθῶν τῶν πολλῶν. *M. du S.*

8. Ὀκτάποδες] Scythico proverbio dicebantur, quibus rusticanae tantum opes erant, quique duos possiderent boves, & currum unum: inter opes enim rusticanas praecipue recensetur *Hesiod.* bovem aratorem. *G. C.*

12. Μετ' ὀ πολὺ] Immo post CXXX. minimum annos; tot enim inter Solonem & pestem, de qua mox, intercesserunt. *M. du S.*

13. Καὶ ἐντίμουσιν αὐτῷ ξένῳ ἰατρῷ] Ξένος ἰατρὸς. *F. G.* Ita in nott. ejus Mss. invenio, an igitur voluit ξένῳ nomen viri facere? Sed quia honoris titulus, & quasi Numinis est, ideo majori litera distinxit, quod quia *Solanus* quoque voluit, facile admisimus. *J. F. R.*

Καὶ ἐντίμουσιν αὐτῷ ξένῳ ἰατρῷ οἱ Ἀθηναῖοι] Male Interpres: *Et ipsi quamquam peregrino Medico, Athenienses hostias immolant.* ἐντίμουσιν αὐτῷ ξένῳ ἰατρῷ. hoc est, *ipsi hostias immolant, sub nomine peregrini Medici.* *AE. M.*

Καὶ ἐντίμουσιν αὐτῷ ξένῳ ἰατρῷ οἱ Ἀθηναῖοι] Monuerat in marg. Ed. *Graev.* Clar. *Hemsterh.* adeundum *Duker.* ad *Thucyd.* V. p. 325. n. 84. ubi is haec Luciani verba adfert. Verba autem *Thucyd.* c. 12. his consona, haec sunt: ὡς ἡρῷ δὲ ἐντίμουσι. *Spanh.* Dissert. IX. de praest. & us. Num. p. 565. laudatur ibid. *J. F. R.* *Ibid.*

νω [a] Ἰατρῷ οἱ Ἀθηναῖοι· τοῦτο γὰρ τὄνομα, ἥρως γενόμενος, ἐπεκτήσαλο. Τὴν δ' αἰτίαν τῆς ἐπωνυμίας, καὶ ἀφ' ὅτου ἐς τοὺς ἥρωας καλελέγη, καὶ τῶν Ἀσκληπιαδῶν εἷς ἔδοξεν, οὐ χεῖρον ἴσως διηγήσασθαι, ὡς μάθητε οὐ Σκύθαις μόνον ἐπιχώριον ὂν ἀπαθανατίζειν, καὶ πέμπειν [b] πρὸς τὴν Ζάμολξιν, ἀλλὰ καὶ Ἀθηναίοις ἐξεῖναι θεοποιεῖν τοὺς Σκύθας ἐπὶ τῆς Ἑλλάδος.

Κατὰ τὸν λοιμὸν τὸν μέγαν, ἔδοξεν ἡ Ἀρχιτέλους γυνὴ, Ἀρεοπαγίτου ἀνδρὸς, ἐπιτάξαι οἱ τὸν Σκύθην κελεῦσαι εἰπεῖν Ἀθηναίοις, ὅτι παύσονται τῷ λοιμῷ ἐχόμενοι, ἢν τοὺς τοίχους οἴνῳ πολλῷ ῥάνωσι. τοῦτο συχνάκις γενόμενον, οὐ γὰρ ἠμέλησαν Ἀθηναῖοι οἱ ἀκούσαντες, [c] ἔπαυσε μηκέτι λοιμώττειν αὐτούς· εἴτε ἀτμούς τινας πονηροὺς ὀσμῇ σβέσας τῇ ὀδμῇ, εἴτε ἄλλο τι πλέον

MEDICO Athenienſes. hoc enim nomen, cum Heros eſſe juberetur, accepit. cauſſam vero cognominis, & cur in Heroas relatus ſit, & pro Aeſculapii poſterorum uno habitus, enarrare haud abs re forte fuerit, ut diſcatis, non Scythis modo patrium eſſe immortalitatem credere, & abolegare nuntios ad Zamolxin; ſed Athenienſibus etiam licere Deos facere in ipſa Graecia Scythas.

2. In magna illa peſtilentia viſa ſibi per quietem eſt videre Architelis Areopagitae uxor, adſtantem ſibi Scytham, qui juberet dicere Athenienſibus, *a peſtilentia ipſos vexari deſituros, ſi vicos urbis vino multo conſpergant.* Hoc ſaepius factum (neque enim neglexerunt qui audierant Athenienſes) finem peſtilentiae apud illos impoſuit, ſeu vapores quosdam malos odore delente vino,

a Ἰατρῷ] Ἰατροῦ male W. b Παρὰ] Sic recte Fl. S. A. Item Codd. M. & L. Περὶ male J. H. &c. c Ἔπαυσε] Ἡ ἐπαύσατο L.

23. Ἀρχ. γυνὴ] Ἡ Δαιμαινέτη. G.

24. Ἐπισάντα] Multo ante vita functum. G.

Ibid. Ἐντίμωσαι ξένῳ ἰατρῷ] Loquitur, ut de Braſida Thucyd. V. 11. Οἱ Ἀμφιπολῖται τειμήξαντες αὐτοῦ τὸ μνημεῖον, ὡς ἥρωί τε ἐντίμωσαι, (Schol. ἐναγίζουσιν, ἐναγίσματα προσφέρουσι, θύουσιν) καὶ τιμὰς διδόασιν, ἀγῶνας καὶ ἐτησίους θυσίας. *Heroas* Graecorum cum *Divis ſ. conſecratis* Romanorum conferendos eſſe etiam *Spanhemius* docuit de uſu & praeſt. num. diſſ. 9. p. 329. Ἐντίμωσαι verbum interpretatur Scholiaſtes ἐναγίζουσιν, ἐναγίσματα προσφέρουσι, θύουσιν. ἐναγίζειν etiam de ſacrificiis, quae Heroibus, non immortalibus Diis, offeruntur, *Herodot.* 2, 44. *J. M. G.*

Ibid. Ξένῳ Ἰατρῷ] AG. IV. 883. *M. du S.*

19. Σκύθαις — ἀπαθανατίζειν] Conf. infra T. ult. Ἕρμ. c. 9. Τοιγαροῦν οἱ Σκύθαι καὶ οἱ Γέται . . . αὐτοὶ ἀπαθανατίζουσι, καὶ θεοὺς χειροτονοῦσιν. *M. du S.*

20. Καὶ πέμπειν πρὸς τὸν Ζάμολξιν] Morem hunc mittendi ad Zamolxim ſcribit *Herod.* in 4. *Strab.* in 7. *Suid.* in dictione Ζάμολξις. *G. C.*

Καὶ πέμπειν πρὸς τὸν Ζάμολξιν] Καὶ πέμπειν ὡς τοὺς πρὸς τὸν Ζάμολξιν. *Th. M.*

Ibid. Πέμπειν] Πέμπειν πρὸς τὸν Ζάμολξιν. Dico alibi. *J. B.*

Ibid. Παρὰ] M. L. & Edd. Fl. S. & A. recte; & ſic *Herodotus* ipſe, qui hunc morem deſcribit in IV. p. 159. 2. In reliquis Edd. peſſime legitur πρὸς. De Zamolxide vid. *Menag.* ad *Diog. Laërt.* p. 205. *M. du S.*

Παρὰ τὸν Ζάμολξιν] Puto ego totum hoc ſumtum ab *Herodot.* IV. 94. atque ita legendum, ἀθανατίζειν, καὶ πέμπειν πρὸς τὸν Ζάμολξιν. Nominaverat Γέτας τοὺς ἀθανατίζοντας. Tum paucis interjectis, ἀθανατίζουσι δὲ τόνδε τὸν τρόπον· ὅτε ἀποθνήσκειν ἑαυτοὺς νομίζουσι, ἴσασι τε τὸν ἀποκύμενον πρὸς τὸν Ζάμολξιν δαίμονα. Deinde narrat quam ridicula crudelitate ſingulis quinquenniis interjectis ſorte aliquem delectum mittant ad Zamolxin, πέμπουσι vel ἀποπέμπουσι πρὸς τὸν Ζάμολξιν, ἐντελλόμενοι τῶν ἂν ἑκάστοτε δέωνται. Hoc itaque in verſione ſecutus ſum. Deinde verba ἐπὶ τὴν Ἑλλάδα omnino praecedentibus jungo. Quid enim? diſcere ne debebant homines, Areopagum & Athenas eſſe in Graecia? an illud, barbarum hominem & Scytham pro Heroë, pro auxiliari Graeciae numine, in Graecia agnitum? *J. M. G.*

Ibid. Ἀλλὰ — ἔδοξεν] Ἀλλὰ καὶ Ἀθηναίοις ἐξεῖναι θεοποιεῖν τοὺς Σκύθας ἐπὶ τὴν Ἑλλάδα. κατὰ τὸν λοιμὸν τὸν μέγαν ἔδοξεν. Sic diſtinguit *Bourdelotiana*, & interpretatio Opſopoei eſt, *ſed Athenienſibus quoque licitum eſt in Gracia Scythas Deos facere. Quo tempore ſeva peſtilentia populus Athenienſis infeſtabatur.* Benedictus ita mutavit diſtinctionem τοὺς Σκύθας, ἐπὶ τὴν Ἑλλάδα κατὰ, vertens tamen *Scythas in Gracia Deos facere. Quo tempore ſeva peſtilentia graſſabatur Athenis.* Unde apparet, quantum ſibi permiſerit uterque interpres,

no, ſeu aliud quid amplius videns Toxaris Heros, quippe Medicinae peritus, conſuluit. Merces igitur curationis hodieque illi perſolvitur, equus albus in ipſius monumento immolatus, *illo ipſo loco*, unde oſtendit Dimaenete progreſſum ipſum, illa de vino praecepiſſe: & inventus ibi fuerat ſepultus Toxaris, tum inſcriptione agnitus, etſi ea non omnibus jam apparebat, & maxime, quod in columella inſculptus erat Scytha, ſiniſtra quidem arcum intentum habens, dextra vero, ut videbatur, librum. Videas jam adhuc ultra dimidiam ejus partem, arcum autem integrum atque librum: reliqua vero columellae, & ipſam faciem, tempus olim jam abolevit. Eſt autem non multum a Dipylo *ſive Jano*, ad ſiniſtram in Academiam euntium, tumulus non magnus, & humi jacens columella.

εἰδὼς ὁ ἥρως ὁ Τόξαρις, ἅτε ἰατρικὸς ὢν, συνεβούλευσεν. ὁ δ' ὃν μισθὸς τῆ ἰάσεως ἔτι καὶ νῦν ἀποδίδοται αὐτῷ, λευκὸς ἵππος καλαθυόμενος ὅτι τῷ μνήμαλι· ὅθεν [d] ἔδειξεν ἡ Δειμαινέτη προσελθόντα αὐτὸν, ἐπείλατο ἐκεῖνα τὰ [e] περὶ τοῦ οἴνου. καὶ εὑρέθη κεῖθι ὁ Τόξαρις τεθαμμένος, τῆ τε ἐπιγραφῆ γνωσθεὶς, [f] εἰ καὶ μὴ πᾶσα ἐφαίνετο [g] ἔτι· καὶ μάλιστα, ὅτι ἐπὶ τῆ στήλη Σκύθης ἀνὴρ [h] ἐγκεκόλαπτο, τῆ λαιᾷ μὲν, τόξον ἔχων ἐντεταμμένον· τῆ δεξιᾷ δὲ, βιβλίον, ὡς ἐδόκει· ἔτι καὶ νῦν ἴδοις ἂν αὐτοῦ ὑπὲρ ἥμισυ, καὶ τὸ τόξον ὅλον, καὶ τὸ βιβλίον. τὰ δ' ἄλλα στήλης, καὶ τὸ πρόσωπον, ὁ χρόνος ἤδη ἐλυμήνατό που. ἔστι δὲ οὐ πολὺ ἀπὸ τοῦ Διπύλου, ὃν δεξιᾷ εἰς Ἀκαδημίαν ἀπιόντων, οὐ μέγα τὸ χῶμα, καὶ ἡ στήλη χαμαί, πλὴν ἀλλ'

[d] Ἔδειξεν] *Pell.* an ἤδοξεν ut ante? [e] Περὶ] Sic Edd. & M. Sola *J.* male ὑπὲρ. [f] Εἰ] Erasa priore ſcriptura haec ſuperinducta eſt in M. quam etiam adgnoſcunt Edd. [g] Ἔτι] Punctum poſt ἔτι eſt in W. Idem aderat in *P.* quare id ſervavi, etſi abeſſet a *J.* & Fl. quae male comma ante ἔτι collocarant. [h] Ἐγκεκόλαπτο] Ἐκκόλαπτο W. male.

48. Χῶμα] Tumulus. *G.*

pres, quum & de populo Athenienſi nihil dicant Graeca, & tantundem de Benedicti Athenis. Certe quidem in ea urbe luem graſſatam nemo ita caecus eſt, qui non ſatis ex ſerie orationis videat. Sed an propterea non etiam potuit graſſari extra urbem illam per Graeciam? & quum graſſaretur ita per univerſam non minus Graeciam quam Athenas, an non potuit ſingulare monſtrari remedium urbi Athenarum, aeque ut aliis privatis urbibus? Nemo contrarium dixerit. Et prorſus tale factum memoratur ab Harpocratione in Ἀσαφῆς. Jam verba illa ἐπὶ τῆ Ἑλλάδος pertinent omnino ad ſequentia, quibus rectiſſime conveniunt, quum praecedentibus adhaereant prorſus quod ad ſyntaxin κακοζήλως, (& quis dicet διατοιοῦν ἐπὶ τῆ Ἑλλάδος?) quod ad rem ipſam, nugaciter; quum Athenienſes nequeant διατοιοῦν, niſi in territorio ſuo: neque Luciano contrarietas in his quaeſita eſt, ſed in Scythis & Athenienſibus. *J.G.*

23. Λοιμὸν τὸ μ.] Tempore belli Peloponneſiaci, de qua peſte *Thucyd.* videndus. *M. du S.*

25. Τὸν Σκύθην] Τὸν Τόξαριν. *AE.M.* Idem jam notaverat *F.G.*

29. Ἔπαυσε] In L. ἢ ἐποίησε. Et ſane cum παύω uſurpant, participia ſolent addere, non infinitivos, ut vocant, modos. Vide ſententiam praecedentem. *M. du S.*

Ἔπαυσε] Etſi tantum non ſemper cum participio conſtrui amat hoc verbum, tamen hoc loco participium vix conveniens eſſet. Et cum παύω quoque conſtruatur cum genitivo ſubſtantivi, quid prohibet etiam dicere παύειν τῆ νοσῳ aeque ac παύειν τὴν νόσον. Nec deſunt tamen exempla infinitivi, ut *Galen.* ad Hippocr. Prognoſt. pag. 151. verſ. 29. (monente *Foëſio* in Oecon. Hippocr.) ubi ſcribit *Galenus*: τὸ ἀφανιδῶσαί τινα τῆ παρὰ φύσιν ἕξιν αὐτοῦ, ἐ τοῦτον σημαίνει τῆ παύσασθαι φάναι. Nec tamen ἐποίησε improbem. *J.F.R.*

34. Λαβὼν ἵππον] Dico alibi. *J.B.*

39. Ἐφαίνετο ἔτι] In Scytha; Καὶ εἰρήθη, κεῖθι ὁ Τόξαρις τεθαμμένος, τῆ τε ἐπιγραφῆ γνωσθείς, εἰ & μὴ πᾶσα ἐφαίνετο. ἔτι & μάλιστα & quae ſequuntur. Diſtingue, πᾶσα ἐφαίνετο ἔτι, καὶ μάλιστα. *quamquam non integra nunc extet, & maxime.* *J.G.G.*

Ἐφαίνετο ἔτι] *Meurſ.* AG. IV. 1010. In W. poſt ἔτι punctum eſt. In reliquis cum ſequentibus jungitur. *M. du S.*

Ἐφαίνετο ἔτι] Diſtinctio quam Cl. *Graev.* poſt ἔτι fieri voluit, jam aderat in Pariſina, niſi quod pro commate punctum minus exſtabat, quod itaque intactum reliqui. *J.F.R.*

ἀλλ' ἕστηκέ γε ἀεί, φασὶ, πυρετταίνοντάς τινας ἤδη πεπαῦσθαι ἀπ' αὐτοῦ, καὶ, μὰ τὸν Δί', εἰκὸς ἄπιστον, ὡς ὅλην ποτὲ ἰάσαιτο καὶ πόλιν.

Veruntamen coronata ſemper eſt, & ajunt febri laborantes quosdam illius ope eſſe liberatos: neque profecto incredibile, qui totam olim urbem ſanaverit.

Ἀλλὰ γὰρ ἕνεκα ἐμνήσθην αὐτοῦ, ἔζη μὲν ἔτι ὁ Τόξαρις. ὁ Ἀνάχαρσις δὲ, ἄρτι καταπεπλευκὼς, ἀνῆκε ἐκ Πειραιῶς, οἷα δὴ ξένος καὶ βάρβαρος, καὶ μέτριος ταραγμένος ἔτι τὴν γνώμην, πάντα ἀγνοῶν, φοβούμενος πρὸς τὰ πολλὰ, οὐκ ἔχων ὅ, τι χρήσαιτο ἑαυτῷ. καὶ γὰρ σωτίου καταγελώμενος [a] ὑπὸ τῶν ὁρώντων ὅτι τῇ σκευῇ, καὶ ὁμόγλωττον οὐδένα εὗρισκε, καὶ ὅλως μετέμελεν αὐτῷ ἤδη τῆς ὁδοῦ, καὶ ἐδεδοίκει, ἰδόντα μόνον τὰς Ἀθήνας, ὅτι πόδα εὐθὺς ὀπίσω χαρεῖν καὶ [b] πλοίῳ ἐπιβαίνειν, πλεῖν αὖθις ὅτι Βοσπόρου, ὅθεν οὐ πολλὴ [c] ὁδὸς ἔμελλεν αὐτῷ ἔσεσθαι οἴκαδε ἐς Σκύθας. οὕτως

3. Verum enim vero, cujus rei cauſſa mentionem illius injeci, ſuperſtes erat Toxaris, cum Anacharſis navigatione modo finita, a Piraceo adſcendit, tanquam peregrinus & barbarus non mediocriter adhuc turbatus animo, ignarus omnium, ſtrepitum ſaepe quemvis exhorreſcens, de ſe quid faceret, neſcius: ſentiebat enim deriderи ſe ob habitum & arma; & linguae ſuae peritum inveniebat neminem: & in univerſum viae ipſum jam poenitentia ſubibat, decretumque ipſi erat, viſis modo Athenis, retro legere veſtigia, conſcenſoque navigio, navigare rurſus in Boſporum, unde via ſibi non longa domum ad Scythas ſuos futura eſſet. Ita affecto Ana-

a Παρὰ] Sic *J. H.* Fl. *P. S.* Ὑπὸ L. Ἐπὶ W. b Πλοίου] Sic Edd. *J. H.* Fl. *P.* Πλοίῳ W. c Ὁδὸς ἔμελλεν αὐτῷ] Inverſo ordine W. ἐμ. αὐτ. ὁδ.

57. Τοφοδὴς] Τοὺς ψόφους φοβούμενος, *τουτέστι δειλός. V.*

49. *Πυρετταίνοντας*] Infra tamen πυρέττειν pro πυρεταίνειν quatuor Codd. habent; vid. Tom. alter. Dial. 1. *quom. hiſtor.* c. 1. Hic vero nihil variationis invenio; quare, cum utrumque rectum ſit, nihil quoque hic immuto. *J. F. R.*

50. Τινὰς ἤδη] Ubi dicitur de Toxaride, Καί φασι, πυρεταίνοντάς τινας, ἤδη πεπαῦσθαι ἀπ' αὐτοῦ. At potius ita diſtinguendum, καί φασι, πυρεταίνοντάς τινας ἤδη, πεπαῦσθαι ἀπ' αὐτοῦ, *& ajunt, quosdam, febri jam correptos, ab eo liberatos eſſe.* Certe puriſſima illa Florentina editio caret diſtinctione poſt τινας. Non ſemel hic libellus prava diſtinctione corruptus eſt ſive a librariis, ſive editoribus. Sic paullo ſupra pulchre vidit *Graevius*, V. Cl. legendum, καὶ εὐρίσκε καθ' ὁ Τόξαρις τεθαμμένος, τῇ τε ἐπιγραφῇ γνωσθείς, εἰ δὲ μὴ πᾶσι ἐφαίνετο ἔτι· καὶ μάλιστα ὅτι ἐκ τῆς σήλης Σκύθης ἦν ἐγκεκόλαπτο. *Ac inventus illic eſt ſepultus Toxaris, cum ex inſcriptione, licet ea non omnibus exſtaret integra, cognitus, tum vel maxime quod in monumento* VIR SCYTHA *inciſum erat.* ubi vulgo male, εἰ καὶ μὴ πᾶσι ἐφαίνετο. ἔτι δὲ μάλιστα, &c. Sic c. XI. a prava interpunctione male ſe habent haec, Καὶ ἄς μᾶλλον θαυμάσεις, μιᾶς δὲ τῶν αὐτῆς οἰκίας ἐσὸν, υἱὸς, καὶ πατήρ. ὁ μέν, εἴ τινα Σόλωνα, ἢ Περικλέα, ἢ Ἀριστείδην ἀνιοῖς. ὁ δὲ, υἱός. καὶ ὀφθεὶς μὲν αὐτίκα, ἀναπήγνυσί σε. ἔστω μόγις ἐσὶ, καὶ καλὸς ἀφέντων τινὰ τὴν σύμφορίαν. εἰ δὲ δὴ καὶ φθέγξαιτο μόνον, ἀνέσπασταί σε λαβὼν ἅπαντων ἀναθησάμενος. Sed legendum, ὁ δὲ υἱὸς, καὶ ὀφθεὶς μέν, αὐτίκα ἀπάγεταί σε. *Atque ut impenſius mireris, unius ejusdemque ſunt familiae, filius & pater: hic quidem ſi Solonem, aut Periclem, aut Ariſtidem animo verſas* (h. e. Pater talis cenſendus eſt, qualis fuit vel Solon, vel Pericles, &c.) *Filius vero ſimul ac videris eum, te abripiet; adeo magnus eſt, & maſcula quadam forma decorus: qui ſi tantummodo vocem ediderit, ducet te auribus revinctum.* Atque ita recte habet editio Florentina. *J. F.*

Τινὰς ἤδη] Male *Salm.* punctum poſt ἤδη collocaverat. In *Pariſina* comma erat, rectius nihil diſtinctionis habet Fl. & *Obſopoeus* quoque continuo filo verterat, *Ajuntque nonnullos febre laborantes jam ab illo ſublevatos eſſe.* Quod cum recte ſe habeat, *Senſum* quidem ſecutus ſum in tollenda poſt τινὰς diſtinctione; nec tamen novam poſt ἤδη addidi, quia non opus eſt. *J. F. R.*

60. Παρὰ] Ex ſolo Cod. L. *Solanus* ὑπὸ legi voluit, ut in marg. *Junt.* innuit. Sed id non adeo neceſſarium puto, quin ὑπὸ, etſi alibi non idem ſit quod ὑπὸ, hic tamen non ſit ineptum. Παρὰ τινὸς enim ſaepe ſignificare *a parte illius*, ſive quod proficiſci-

Anacharsidi, obviam in ipso Ceramico sit bonus aliquis, revera, genius, Toxaris. Ac primo quidem habitus illum invitabat, patrius qui esset: deinde non difficulter debebat ipsum quoque nosse Anacharsin, generis nobilissimi virum, & Scytharum e principibus. Anacharsis autem unde illum agnosceret popularem suum esse, Graece vestitum, rasum genas, non cinctum, sine ferro, jam affabilem, indigenarum jam inum Atticorum? adeo ab ipso jam tempore immutatus fuerat.

4. Sed Scythice ipsum allocutus Toxaris, *Non tu*, inquit, *Anacharsis es Daucetei filius?* Lacrumari prae gaudio Anacharsis, quod & linguae sine peritum invenisset aliquem, eumque gnarum, quis ipse esset inter Scythas; atque rogare, *Tu ve-*

ἐχοῦσι τῷ Ἀνα χάρσιδι, ἐντυγχάνει δαίμων τις ἀγαθὸς, ὡς ἀληθῶς, ὁ Τόξαρις ἤδη ἐν τῷ Κεραμεικῷ. καὶ τὸ μὲν πρῶτον, ἡ στολὴ αὐτὸν ἐπεσπάσατο, πατριῶτις οὖσα; εἶτα μέντοι καὶ χαλεπῶς ἔμελλε καὶ αὐτὸν γνώσεσθαι τὸν Ἀνάχαρσιν, ἅτε γένους τοῦ δοκιμωτάτου ὄντα, καὶ ἐν τοῖς πρώτοις Σκυθῶν. ὁ Ἀνάχαρσις δὲ, πόθεν ἂν ἐκεῖνον ἔγνω ὁμοεθνῆ ὄντα, Ἕλληνι ἐοικότα, ἐψαλμένον, καὶ ὑποξυρημένον τὸ γένειον, ἄζωστον, ἀσίδηρον, ἤδη στωμύλον, αὐτῷ τῷ Ἀττικῶν ἕνα τῶν αὐτοχθόνων; οὕτω μεταπεπαίκει ὑπὸ τοῦ χρόνου.

Ἀλλὰ Τόξαρις Σκυθιστὶ προσειπὼν αὐτὸν, Οὐ σὺ, ἔφη, Ἀνάχαρσις εἶ τοῦ Δαυκέτου; ἐδάκρυσεν ὑφ' ἡδονῆς ὁ Ἀνάχαρσις, ὅτι καὶ ὁμόφωνον εὑρήκει τινὰ, καὶ τοῦτον εἰδότα ὅστις ἦν ἐν Σκύθαις, καὶ ἤρετο,

d Τῷ δοκιμωτάτου] Τῶν δοκιμωτάτων *Angl.* P. & L. At vulgatum tuentur Edd. omnes & M. e Ὑποξυρημένον] Sic Edd. vett. & recentt. Ἐν χρῷ κεκαρμένον W. f Εἰδότα] Ἴδοντα W. Nihil mutant Edd.

69. Κεραμεικῷ] Τόπῳ. *V.*

70. Ἐπεσπάσατο] Allexit. *G.*

ciscitur ab aliquo, non solum Cl. *Periz.* ad *Aelian.* aliique ostenderunt; verum & passivis adjungitur, ut in Euang. *Lucae* I. 45. τοῖς λελαλημένοις αὐτῇ κυρίου, ubi & ὑπὸ locum habuisset. *J.F.R.*

63. Ἐπὶ πόδα εὐθὺς ὀπίσω χωρεῖν] Gallice similiter dicimus, *retourner sur ses pas.* *AE.M.*

Ἐπὶ πόδα εὐθὺς ὀπίσω χωρεῖν] Eandem Gallicam phrasin quoque ad hunc locum in *F. Gujet.* notis reperio. Et saepe alibi hi duo notant eadem. An igitur *Menagius* hunc compilavit? Hoc loco non arbitror; nam facile ejusmodi cogitatio utrumque potuit subire. Interdum tamen non abest suspicio. *J.F.R.*

69. Κεραμεικῷ] Conf. supra Ἀνάχ. c. 13. *M.du S.*

72. Τῷ δοκιμωτάτου] Angl. Cod. τῶν δοκιμωτάτων. *J.B.*

Τῷ δοκιμωτάτου] Non moveo vulgatam; interim credo lectionem Codd. numerum plural. exprimentium esse potiorem, quam si receperis, quidni tum etiam pro γένους legas, γένῳ, ut fit γένῳ τῶν δοκιμωτάτων. i. e. *quantum ad genus, erat ex probatissimis*, i. e. *dignitate conspicuis*, formula loquendi in ejusmodi narratione usitatissima. *J.F.R.*

73. Ὁ Ἀνάχαρσις] Ὁ Ἀνάχαρσις δὲ πόθεν ἂν ἐκεῖνον ἔγνω ὁμοεθνῆ ὄντα, ἐκφυσῇ ἐψαλμένον. Verte: *Anacharsis autem unde cognovisset Toxarin popularem suum esse, qui Graeco more vestitus incedebat.* deinde, ἀσίδηρον, ἤδη στωμύλον. verte *sine ferro, & jam lepidum*, seu *elegantem, in alloquio blandum*, quales erant Attici; non *facundum*, ut interpres. consuetudine Graecorum deposuerat Toxaris illam austeritatem & tristitiam frontis & oris, quae Scythis propria erat, unde dicitur, σκυθρωπὸς. ἀσίδηρον autem dixit Toxarin fuisse, quia Scythae semper ferro succincti erant: Toxaris vero Graecorum mores induerat, & palliatus incedebat, sine acinace. *J.G.G.*

74. Ἔγνω] Plura ejusmodi in quibus interpretes lapsi sunt, indicativum retinentes in versione, cum subjunctivum expressisse oportuisset, dedit Cl. *Jens.* in Lect. Lucian. p. 30. *J.F.R.*

75. Ἐψαλμένον] De habitu, ornatu, etiam *Dion. Hal.* Antiq. V. p. Ed. *Lips.* 309. vers. 8. ἐξῶσαι αὐτοὺς — κοίλῃ ἐψαλμένους ἀσπίσι. i. e. *levi armatura instructos.* Et L. XI. p. 707. 18. ἀνδρῶν — ἐψαλμένων ὁπλίσεως. Noster iterum c. 5. hujus *Dialogi.* ἕτω δημοσίᾳ ἐψαλμένον. *J.F.R.*

Ibid. Ὑποξυρημένον] Id verbum recte se habere, vid. supra *Tim.* c. 14. ex divisione *Solani*, quod jam erit cap. proximum, vel tertium ab eo. Item *Dial. mort.* IX. *SIMIL.* & *POLYSTR.* f. ubi ὑποξυρημένῳ τὸ γενείῳ. quae loca monente eodem contuli. *J.F.R.*

81. Ὁ Δαυκέτου] Unde habeat incertum; certe Gnuri filium faciunt *Herod.* IV. p. 155. *Diog. Laërt.* I. p. 26. & *Suidas.* *M.du S.*

87. Κατ'

το, σὺ δὲ πόθεν οἶδα ἡμᾶς, ὦ ξένε; καὶ αὐτὸς, ἔφη, ἐκεῖθέν εἰμι παρ' ὑμᾶς, Τόξαρις τὄνομα, ἐ τῶν ἐπιφανῶν, ὥστε κ' ἐγνωσμένος ἄν σοι κατ' αὐτό. μῶν, ἔφη, ὁ Τόξαρις εἶ, περὶ ὃ ἐγὼ ἤκουσα ὡς τις Τόξαρις ἔρωτι τῆς Ἑλλάδος, ἀπολιπὼν γυναῖκα μὲν Σκυθίαν, κ' παιδία νεογνὰ, οἴχοιτο ἐς Ἀθήνας, κ' νῦν [a] ἀφῃρίσθαι κεῖθι, τιμώμενος ὑπὸ τῶν ἀρίστων; ἐγὼ, ἔφη, ἐκεῖνός εἰμι, εἴ τις καὶ ἐμοῦ λόγος ἔτι παρ' ὑμῖν, ἐκεῖνος, ἣν δ' ὃς ὁ Ἀνάχαρσις, μαθητὴν σὲ ἴσθι μὲ γεγενημένον, καὶ ζηλωτὴν τοῦ ἔρωτος, ὃν ἠράσθης ἰδεῖν τὴν Ἑλλάδα, κ' κατά γε τὴν ἐμπορίαν ταύτην ἀποδημήσας, ἥκω σοι, μυρία παθὼν μὲν τοῖς ἀφ' μέσου [b] ἔθνεσι. κ' εἰ γε μὴ σοὶ ἐνέτυχον, ἔγνωστο ἤδη πρὶν ἥλιον δῦναι, ὀπίσω αὖθις ἐπὶ ναῦν κατιέναι, ὕτως ἐτεθαμβήμην, ξένα καὶ ἄγνωστα πάντα ὁρῶν· ἀλλὰ πρὸς ἀκινάκου, κ' Ζαμόλξιδος, τῶν πατρῴων ἡμῖν θεῶν, σύ με, ὦ Τόξαρι, φιλαβὲς ξενάγησον, καὶ δεῖξον τὰ κάλλιστα τῆς Ἀθήνησιν, εἶτα κ' τὰ ἐν τῇ ἄλλῃ Ἑλλάδι, νόμων τε τὰς ἀρίστας, κ' ἀνδρῶν τοὺς βελτίστους, κ' ἥθη, κ' πανηγύρεις, καὶ βίον αὐτῆς, κ' πολιτείαν, δι' ἃ δὴ σύ τε, κἀγὼ μὲν σὲ, τοσαύτην ὁδὸν ἤκομεν,

ro, *Hoſpes, unde noſti nos? Et ipſe*, inquit, *ſinde ſum, e vobis, Toxaris mihi nomen, non e nobilibus, ut eo tibi notus ſim. Numquid*, inquit, *ille tu Toxaris es, de quo audivi ego, Toxarin quendam Graeciae amore, uxore relicta in Scythia & parvis pueris, Athenas abiiſſe, & nunc ibi vivere, & in honore eſſe apud optimos quosque? Ille ipſe*, inquit, *ego ſum, ſi quis de me adhuc ſermo apud vos eſt.* Tum, *Noris ergo*, inquit Anacharſis, *diſcipulum me tuum factum eſſe, & aemulum amoris, quo flagrabas, videndae Graeciae. Hujus negotii ſtudio profectus venio tibi ſexcenta perpeſſus mala ab interjectis gentibus. Ac niſi in te incidiſſem, decretum jam erat, ante ſolis occaſum retro rurſus deſcendere ad navim, adeo perturbatus ſum, cum peregrina & ignota mihi viderem omnia. Sed per* ego te *acinacem, & Zamolxin, patria numina*, obſecro, *tu me, Toxari, adſumtum tanquam peregrinum circumducito, & ea, quae Athenis pulcherrima ſunt, oſtendito, tum & reliqua in Graecia, leges optimas, viros praeſtantiſſimos, mores, celebritates, vivendi rationem & adminiſtrandae reipublicae, propter quae & tu, & poſt te ego, tantum itineris fecimus; ne-*

a Διατρίβοι] Sic W. Διατρίβει Edd. b Ἔθνεσι] Sic Edd. Ἔθνεσιν W.

87. Κατ' αὐτό] Καὶ αὐτὸς ἔφη ἐκεῖθέν εἰμι παρ' ὑμῶν, Τόξαρις τὄνομα, ἐ τῶν ἐπιφανῶν, ὥστε κ' ἐγνωσμένος ἄν σοι κατ' αὐτό. Cur in Latinis verſionibus praeteritur κατ' αὐτό? Videtur ſignificare *pariter*. *Non ſum ex illuſtribus natus, ut ego tibi notus ſim pariter*, ſicut tu mihi. εἰς αὐτὸ & κατ' αὐτό. ſaepe eſt *pariter*, *ſimul*. *J.G.*

Κατ' αὐτό] Notaverat Cl. *Hemſterh.* in marg. videndum *L. Bos* ad L. E. I. 18. Is igitur ad Evang. *Lucae* l. d. haec habet: Κατὰ τί γνώσομαι τοῦτο; (ait Evangeliſta) Reperitur haec locutio apud LXX. Intt. *Geneſ.* XV. 8. Subaudiendum in κατὰ τί vocabulum σημεῖον, ut ſit: *ex quo ſigno?* Apud Lucianum ſimili ellipſi occurrit, ἐγνωσμένος κατ' αὐτὸ in *Scytha* h. l. In Latinis verſionibus praeteritum eſſe illud κατ' αὐτὸ, notavit Eruditiſſimus *Graevius*, reddens id *pariter*. Si mihi vel tantillum a tanti judicii Viro diſcedere liceret, verterem: *ex eo*, ut ſenſus ſit: *Non ſum ex illuſtribus natus, ut ex eo tibi notus eſſem.* Haec ille. Sic fere *Dionyſ. Hal.* περὶ τ. Δημοσθ. δειν. p. 168. verſ. 4. Ed. *Lipſ.* Κατὰ τί δὴ ταύτην ἡγοῦμαι τὴν λέξιν ἁρμόττειν τῇ Θουκυδίδου; κατ' ὃ κἀκεῖνος πεποίηται μάλιστα ἀφῃρῆσθαι τῶν ἄλλων. Et ita parvi interdum refert vertasne *ex*, *ſecundum*, an *propter*, ut e. c. ap. eumd. *Dion. Hal.* antiq. Rom. I. p. 63. 30. κατὰ τίνα γίνεται μάλιστ' αἰτίαν ubi, *ex* qua cauſſa, *ob*, *per*, *ſecundum* quam cauſſam verteris, non multum intererit. *J.F.R.*

91. Διατρίβοι] Sic ſolus noſtrorum Codicum W. melius quam quod in aliis eſt, ἀφῃρίσθαι. *M. du S.*

93. Οὐκοῦν, ἦδ'] Οὐκοῦν, ἦδ' ὃς ὁ Ἀνάχαρσις, μαθητήν σου ἴσθι με γεγενημένον, κ' ζηλωτὴν τοῦ ἔρωτος. *Proinde*, *inquit Anacharſis*, *ſcias factum me diſcipulum tuum*, *tuique amoris aemulum.* Hic etiam in interpre-

neque patere me his non viſis domum redire.

5. *Illud quidem*, inquit Toxaris, *minime pro amatore dicebas, te ad ipſas cum januas veniſſes, abitum paraſſe. Verum bono es animo. neque enim, ut ajebas, abieris, neque te ita facile urbs haec dimiſerit, neque pauca adeo habet pro hoſpitibus delinimenta: ſed valide te complectetur, adeo ut neque uxoris jam, neque liberorum, ſi qui tibi jam ſint, memoriam ſervaturus ſit. Quomodo vero celerrime omnem videas Athenarum urbem, aut Graeciam potius totam, & bona Graecorum ac pulchra, ego tibi ſubjiciam. Eſt hic vir ſapiens, indigena ille quidem, ſed multum per Aſiam & Aegyptum peregrinatus, & verſatus cum hominibus praeſantiſſimis, caeterum non divitum unus, ſed oppido pauper; videbis ſenem ita, ut me, plebeium in morum veſtitum. verum propter ſapientiam virtutemque aliam, maximo illum in honore habent, adeo ut legislatore etiam illo ad conſtituendam civitatem utantur, & ſecundum illius praecepta vivere velint. Hunc ſi amicum tibi conciliaveris, & quantus vir ſit didiceris, totam te in illa Graeciam habere putato, & ſummam jam noſſe bonorum quae hic ſunt. Itaque non eſt quod majus*

καὶ μὴ δεῖσθαι ἀθέατον αὐτὴν [c] ἀναστρέφουσα.

Τοῦτο μὲν, ἔφη ὁ Τόξαρις, ὕστερα ἐραστικὸν εἴρηκας, ὅτι τὰς θύρας αὐτὰς ἀλθόντα, οἴχεσθαι ἀπιόντα· πολὺ ἀλλὰ θάρρει· οὐ γὰρ ἂν, ὡς φῂς, [d] ἀπέλθοις, οὐδ' ἂν ἀφίη σε ῥᾳδίως ἡ πόλις, οὐχ ὕτως ὀλίγα τὰ θέλγητρα ἔχει πρὸς τοὺς ξένους, ἀλλὰ μάλα βιαίως ἐπιλήψεταί σου, ὡς μήτε γυναικὸς ἔτι, μήτε παίδων, εἴ σοι ἤδη εἰσὶ, μεμνῆσθαι· ὡς δ' ἂν τάχιστα πᾶσαν ἴδοις τὴν πόλιν τὴν Ἀθηνῶν, μᾶλλον δὲ τὴν Ἑλλάδα ἅλλην, καὶ τὰ Ἑλλήνων καλὰ ἐγὼ ὑποθήσομαί σοι. Ἔστι σοφὸς ἀνὴρ ἐνταῦθα, ἐπιχώριος μὲν, διαδεδημιουργὸς δὲ μάλα. πολλὰ δὲ τε Ἀσίαν, καὶ ἐς Αἴγυπτον, καὶ τοῖς ἀρίστοις τῶν ἀνθρώπων συγγενόμενος, τἄλλα, εἰ τὸ πλουσίων, ἀλλὰ καὶ κομιδῇ πένης· ὅμως γέροντα ἔτω δημοτικῶς ἐσταλμένον· πολὺν μέντοι γε τὸν σοφίαν, καὶ τὴν ἄλλην ἀρετὴν, πάνυ τιμῶσιν αὐτὸν, ὥστε καὶ νομοθέτῃ χρῆσθαι πρὸς τὴν πολιτείαν, καὶ ἀξιοῦσι τοὺς ἐκείνου προστάγματα βίου. εἰ τοῦτον φίλον κτήσαιο, καὶ μάθοις οἷος ἀνὴρ ἐστὶ, πᾶσαν νόμιζε τὴν Ἑλλάδα οἰκεῖν, καὶ τὸ κεφάλαιον ἤδη ἂν εἰδέναι τῆδε ἀγαθῶν, ὡς οὐκ ἔστιν ὅ, τι ἂν μεῖζόν σοι

[c] Ἀναστρέψουσα] Ita dedi ex W. & L. Ἀναστρέφουσα enim Edd. omnes. [d] Ἀπέλθῃς] Ἀπέλθοις W. Nihil vulgatum mutant *J. Fl. H. P.*

17. Θέλγητρα] Θέλγητρα, * τὰ εἰς ἡδονὴν ἄγοντα, καὶ εὐφροσύνην, καὶ ἀπάτην. *V.*

28. Δημοτικῶς ἐ.] Nota frugi hominem. *G.*

* Τὰ] Aniculum in Edit. omiſſum ſupplevit *M. du S.*

pretatione ὃς omiſſum, nec poterat verti, niſi diſtinctio apponatur. ἐκεῖνον, ἦ δ' ὃς, ὁ Ἀνάχαρσις, μαθητήν σου. *Erga, inſit ille, Anacharſis ſcilicet, ſcito me tuum diſcipulum eſſe, & aemulatorem tui ameris.* Sic paullo poſt, pag. ſeq. Εὐφήμει, ἦ δ' ὃς, ἐκείνῳ τὰ μέγιστα χαρίσεσθαί μοι δοκῶ. *Bona verba quaeſo, inquit ille, rem gratiſſimam me ei facturum puto.* Nihil apud Platonem crebrius, quam ἦ δ' ὃς, *inquit ille.* Paullo poſt κατὰ δαίμονα male vertitur *forte quadam*, cum ſit *bona fortuna, bonis avibus.* *J.G.G.*

3. Ἀκινάκου] Vide Toſ. c. 38. *M. du S.*

11. Ἀναστρέψ.] Sic W. & L. Reliqui libri ἀναστρέφ. *M. du S.*

23. Σοφὸς] Solonem intelligit, cujus aetate tradunt hiſtorici Athenas appuliſſe Anacharſidem. Vid. *Plut.* in Solone. *M. du S.*

28. Δημοτικῶς ἐσταλμένον] Vid. ſupr. c. 4. *J.F.R.*

σοι καλὸν χάρισμα δωσαίμην, ἢ συστήσας ἐκείνῳ.

Μὴ τοίνυν μέλλωμεν, ἔφη, ὦ Τόξαρι, ὁ Ἀνάχαρσις, ἀλλά με λαβὼν, ἄγε πρὸς αὐτόν· ἀτὰρ ἐκεῖνο δέδια, μὴ [a] δυσπρόσοδος, καὶ σὲ παρέργῳ ληταί σε τὴν ἔντευξιν ὑπὲρ [b] ἡμῶν εὑρόμενον, ἢ ὅς, ἐκείνῳ τὰ μέγιστα χαριεῖσθαί μοι δοκῶ, ἀφορμὴν παραχὼν τῷ ξένον ἄνδρα εὐποιΐας ἔτι μᾶλλον, εἰσηγησάμενος ὅσην [c] περὶ τοὺς ξένους ἡ αἰδὼς, καὶ ἡ ἄλλη ἐπιείκεια, καὶ χρηστότης. μᾶλλον δὲ αὐτὸς δαίμονά τινα τῶν αὐτὸς ἡμῖν πρόσοισον, ὁ ἐπὶ σοφίας, ὁ λαλῶν ἑαυτῷ, καὶ ἅμα προσεπικωμῶν τῷ Σόλωνα, τοῦτό σοι, ἔφη, δῶρον μέγιστον ἥκω ἄγων, ξένον ἄνδρα, φιλίας δεόμενον.

Σκύθης δέ ἐστι τὸ γένος ἡμῖν εὐπαλιρδῶν, καὶ ὅμως τάχει πάλαι ἀφεὶς, ἥκει συνεσόμενος ὑμῖν, καὶ τὰ κάλλιστα ἀφόμενος τῆς Ἑλλάδος, καίτοι θαυμάσιόν τινα ταύτην ἐξευρηκὼς αὐτῷ, ὅπως ῥᾷστα καὶ αὐτὸς μάθοι πάντα, καὶ γνώριμος γένοιτο τοῖς ἐρίστοις· τοῦτο δ' ἦν σοι προσαγαγεῖν αὐτόν. εἰ τοίνυν ἐγὼ Σόλωνα οἶδα, οὕτω ποιήσεις, καὶ προξενήσεις σοι, καὶ ποιήσῃ αὐτὸν, καὶ πολίτου γήσιον ἀποφανεῖς τῆς Ἑλ-

tibi donare bonum possim, quam illi si te commendem.

6. Ne igitur cunctemur, Toxari, inquit Anacharsis, sed prehensum me ad ipsum deduc. verum illud timeo, ne difficiles accessus habeat, tuamque pro me deprecationem non magni faciat. Bona verba! inquit, quin maxime illum affecturus videor, submittendo illi beneficentiae in hospitem occasione. Sequere modo, scies enim quantus sit illius circa peregrinos pudor, & reliqua aequitas, & benignitas. Quin divinitus ille ipse ad nos accedit, cogitabundus ille, ille secum ipse loquens, & simul Solonem allocutus. Hunc tibi, inquit, donum maximum adduco, peregrinum hominem, indigentem amicitiae.

7. Scytha autem est, generosus apud nos, & tamen relictis, quae ibi sunt omnibus, huc venit, ut vobiscum versetur, ut ea quae pulcherrima sunt in Graecia, videat, ego autem compendiariam hanc illi viam reperi, ut facile & ipse discat omnia, & innotescat praestantissimis; haec vero in ea inerat, ut ad te illum deducerem. Si igitur Solonem ego novi, ita facies, & tanquam publico illum hospitio accipies, & germanum Graeciae civem ef-

[a] Δυσπρόσοδος] Nihil variare Edd. notat *M. du S.* recte, nisi quod nonnullae δυς πρόσοδος sejungunt. [b] Ἡμῶν] Sola Fl. hic male ὑμῶν. Sed ἡμῶν cum ceteris Edd. M. [c] *Περὶ τοὺς ξένους*] Πρὸς τὸ ξένιον W. & L. Sed nil mutant Edd.

56. Ταύτην ἐξεῦρον] Τὴν ὁδὸν, puta. *G.*

60. Καὶ προξενήσεις] Προξενῶν αὐτοῦ ἴσχ. *V.* Ibid. ex altero MS. in fol. ad eadem verba legitur: Ἀντὶ τοῦ προξενῶν αὐτοῦ γένοιο. *V.*

46. Περὶ τοὺς ξένους] Etsi αἰδὼς πρὸς τινὰ frequentius occurrit quam περὶ, ut supra indicavimus, tamen non rejicio vulgatam. Sic fere infra, in *quom. hist.* c. 4. μηδὲ τοῦτο δίσῃς περὶ ἐμοῦ. Ubi quoque παρὰ posses substituere; sed non est opus. Et cum εὐσέβεια περὶ τοὺς θεοὺς & similia recte dicantur, quae vel Lexicographi habent, non video satis causae, ut cum *Solano* παρὰ recipiam. *J.F.R.*

56. Ἐπιτομόν τινα ταύτην] Supple ὁδὸν. *AE. M.* Idem & *Gajetus* dixit. Et quilibet ejusmodi observationes facere potest; quare compilationis suspicio hic nulla: ὁδὸν enim alibi addit Noster, ut supra *Herodot.* c. 3. *J.F.R.*

60. Καὶ προξενήσεις] Sic *Demosth.* Προίξωσι αὐτῶν. *F.G.*

Ibid. Προξενήσεις αὐτῷ] Προξενήσεις αὐτὸν, non simpliciter est, *suscipies illum*, ut vult interpres, sed *hospitio publico suscipies illum, eris publicus ejus hospes, loca lautia praebebis*, ut Romani loquebantur. *J.G.G.*

Προξενήσεις αὐτοῦ] Non credo Cl. *Gravium* dedita opera scripsisse αὐτὸν pro αὐτοῦ, quod recte Edd. habent. Licet enim accusandi casus recte quoque huic verbo possit adjungi, genitivum tamen in hujusmodi compositis amant Graeci, ratione propositionis, quae in composito inest. Quare sufficiat exemplum genitivi ab *Gajeto* jam adductum; num tamen eodem indicare voluerit, προξ. in priore syllaba Attice scribendum, nescio, neque magnopere curo, Nostrum non solere ὑπερατθίζειν sciens, ut non lon-

go

efficies. Et, Quod tibi paullo ante dicebam, Anacharsi, omnia vidisti, viso Solone. Hic Athenae. Hic Graecia. Non jam hospes es. Norunt te omnes, omnes te amant. Tantum est in hoc sene. Omnium quae sunt in Scythia oblivionem capies, cum hoc si fueris. Habes praemia peregrinationis tuae, finem tui amoris. Haec tibi norma Graecanica, hoc Atticae philosophiae specimen. Ita igitur judica, te esse felicissimum, qui cum Solone futurus sis, & amico illo sis usurus.

λάδ. ᾗ ὅτε σοι ἔφην μικρὸν ἔμπροσθεν, ὦ Ἀνάχαρσι, πάντα ἑώρακας ἤδη Σόλωνα ἰδών· τοῦτο αἱ Ἀθῆναι· τοῦτο ἡ Ἑλλάς. οὐκ ἔτι ξένος, σύμπαντές σε ἴσασι, πάντες σε φιλοῦσι· τηλικοῦτόν ἐστι τὸ κτῆμα τὸ προσβύτην τοῦτον ἀπάντων ἐπιλήσῃ τῶν ἐν Σκυθίᾳ, συνὼν αὐτῷ. ἔχεις τὰ ἀποδημίας τὰ ἆθλα, τὸν ἔρωτα τὸ τέλος. οὗτός σοι ὁ Ἑλληνικὸς καιρὸς, τοῦτο δεῖγμα τῆς φιλοσοφίας τῆς Ἀττικῆς. οὕτω τοίνυν γίγνωσκε, ὡς εὐδαιμονέστατος εἶ, ὃς συνέσῃ Σόλωνι, καὶ φίλῳ χρήσῃ αὐτῷ.

8. Longum fuerit jam commemorare, quam delectatus sit munere Solon, & quae dixerit, & quomodo ab eo inde tempore una vixerint, cum alter quidem, Solon, institueret & doceret pulcherrima quaeque, & amicum omnibus conciliaret Anacharsin, & bonis cum Graecorum admoveret, omni ratione curans, uti quam suavissime in Graecia aetatem ageret: alter vero, Anacharsis, sapientiam hujus admiraretur, nec latum pedem ab illo sua voluntate discederet. Ut enim promiserat illi Toxaris, ex uno viro Solone, brevissimo tempore cognoscebat omnia, & innotescebat omnibus, & in honore apud omnes erat. Ne-

Μακρὸν ἂν εἴη διηγήσασθαι, ὅπως μὲ ἥσθη ὁ Σόλων τοῦ δώρου, οἷα δὲ εἶπεν· ὡς δὲ τὸ λοιπὸν συνῆσαν, ὁ μὲν, παιδεύων καὶ διδάσκων τὰ κάλλιστα, ὁ Σόλων, καὶ φίλον ἅπασι ποιῶν τὸν Ἀνάχαρσιν, καὶ προσάγων τοῖς Ἕλλησιν καλοῖς, καὶ πάντα τρόπον ὁπωσοῦν, ὅπως ἥδιστα [d] διατρίψῃ ἐν τῇ Ἑλλάδι· ὁ δὲ, τελέως τὸν σοφίαν αὐτοῦ, καὶ μηδὲν τῶν ἄλλων πάντα ἐκὼν εἶναι ἀπολιπόμενον. ὡς γὰρ ὑπέσχετο αὐτῷ ὁ Τόξαρις ἐξ ἑνὸς ἀνδρὸς τοῦ Σόλωνος, ἅπαντα ἔγνω ἐν ἀκαρεῖ, καὶ πᾶσιν ἦν γνώριμος,

[d] Διατρίψῃ] Sic L. Item *Vorst.* ac *Gr.* In W. videtur fuisse διατρίψῃ. Sed alia manus διατρίψῃ fecit. Διατρίψῃ corrupte etiam Edd. omnes.

74. Ἥδη] Laetatus est. G.

go hinc intervallo, ad verbum ἔμελλε pro ἤμελλε dico. *J. F. R.*

80. Ἥδιστα διατρίψῃ] Eadem pagina vitiose legitur, &, ut vara sequitur vibiam, vertitur insulsissime hoc: καὶ πάντα τρόπον ἐπιμελούμενος, ὅπως ἥδιστα διατρίψῃ ἐν τῇ Ἑλλάδι, *tum omne studium adhibens, ut quam jucundissime in Graecia vivens renidesceret.* Quid est; *jucundissime renidere in Graecia?* Erratum leve mirum tot editoribus & interpretibus imposuisse: lege ὅπως ἥδιστα διατρίψῃ ἐν τῇ Ἑλλάδι, *ut suavissime in Graecia aetatem ageret, ex animi sententia viveret in Graecia.* Paullo ante cap. 4. εἰχεῖτο δὲ Ἀθῆναι, καὶ νῦν διατρίβει *mihi, ivit Athenas, & nunc ibi habitat.* Sexcenties alibi. Saepe autem ψ & π permutantur a librariis. Sic superius pro ὑπερεῖν restituimus reſcribendum esse ὑπερπεῖν. *J. G. G.*

Ibid. Διατρίψῃ] In W. videtur olim fuisse διατρίψῃ, sed alia manus διατρίψῃ fecit. In ferculo literario refert *Jensius.* Ego vero Emendationem Cl. *Graevii* secutus sum, quam etiam in Excerptis *Longolii* invenio, non tamen ut scripturam ipsius Codicis, sed tantum ut conjecturam. *M. de S.*

81. Τέλεως] Hoc verbum a Scapula omissum vid. ap. *Steph.* in Thesaur. qui satis de eo egit. Occurrit rursum c. seq. *J. F. R.*

82. Εἶδος] Legendum puto ἤθους, quod pronomen a calligraphis cum compendio verbi εἶναι quam facile confundatur, supra jam observatum est in *Hermot.* Certe ita interpretatus sum. *J. M. G.*

καὶ ἐτιμᾶτο δι' ἐκεῖνον. εἰ γὰρ μικρὸν ἦν Σόλωνα ἐπαινῶν, ἀλλ' οἱ ἄνθρωποι [a] καὶ τοῦτο, ὡς νομοθέτῃ ἐπείθοντο, [b] ἐφίλουν θ' ὃς ἐκεῖνος δοκιμάζοι. καὶ τελευταῖον ἐξ ἁπάντων ἄνδρας [c] εἶναι. τὰ τελευταῖα καὶ ἐμυήθη μόνος βαρβάρων Ἀνάχαρσις, δημοποίητος γενόμενος, εἰ χρὴ Θεοξένῳ πιστεύειν καὶ τοῦτο ἱστορήσαντι αὐτῷ. καὶ οὐκ ἂν [d] οἶδε ἀνέστρεψεν, οἶμαι, ἐς Σκύθας, εἰ μὴ Σόλων ἀπέθανε.

Βούλεσθε οὖν ἤδη [e] ἐπαγάγω τῷ μύθῳ τὸ τέλος, ὡς μὴ ἀκέφαλος ᾖ τοιοῦτος; ὥρα γάρ εἰδέναι με τίνος μοι εἵνεκα, ὁ Ἀνάχαρσις ἐκ Σκυθίας, καὶ Τόξαρις ταχὺ ἐς Μακεδονίαν ἥκετον, ἔτι καὶ Σόλωνα γέροντα ἄνδρα [f] ἐπαγομένω Ἀθήνηθεν. φημὶ δὴ ὅμοιόν τι καὶ αὐτὸς παθεῖν τῷ Ἀναχάρσιδι, καί, πρὸς Χαρίτων, μὴ νεμεσήσητέ μοι τὴν εἰκόνα, εἰ βασιλικῷ ἀνδρὶ ἐμαυτὸν εἴκασα. βάρβαρος μὲν γὰρ κἀκεῖνος, καὶ οὐδέν τι φαίης ἂν τοὺς Σύρους ἡμᾶς φαυλοτέρους εἶναι τῶν Σκυθῶν. ἀτὰρ, οὐδὲ τὸ βασιλικὸν εἰκότως τἀμὰ

que enim parvum quiddam erat laudans Solon; sed homines hac etiam in re illi, tanquam legislatori obsequebantur, amabantque quos ille probaret, & viros optimos esse credebant. Denique ad mysteria etiam admissus est Anacharsis, solus barbarorum, civitatis ante jure donatus, si fides habenda est Theoxeno, hoc etiam de illo narranti. Et ne rediturus erat, puto, in Scythiam, nisi Solon esset mortuus.

9. Vultin' igitur jam inducam etiam finem & *coronidem* fabulae, ne sine capite oberret. Jam enim sciendum est cujus mihi rei caussa Anacharsis e Scythia inde Toxarisque nunc in Macedoniam venerint, adducentes insuper Solonem, senem virum, Athenis. Ajo nimirum simile mihi quiddam Anacharsidi usu veniisse. Et, per *ego vos* Gratiarum *numen rogo*, nolite irasci mihi ob istam imaginem, si regii generis viro me assimilavi. Barbarus enim & ille; neque Syros nos Scythis ulla in re deteriores *temere* dixeris. Ego vero non quantum ad regiam nobilitatem, similitudinem il-

a Καὶ τοῦτο] Τοῦτο solum, sine καὶ B2. Sed vulgatam tuentur J. Fl. H. P. & M. Καὶ τοῦτο L. b Ἐφίλουν] Καὶ ἐφίλουν B2. Sed abest καὶ a reliquis & M. c Εἶναι] Punctum post εἶναι est in W. quod abest ab Edd. Comma est in Fl. d Οὐδὲ] Οὐδὲν J. male. e Ἐπάγω.] Sic Edd. J. Fl. H. P. &c. Ἀπάγω W. f Ἐπαγομένῳ] Sic recte J. H. Fl. Ἐπαγομένην male Ald. & P.

91. Δημοποίητος] Δημοποιητὸς ἐτὼ ὁ ψήφῳ δήμου πολίτης γενηθείς. V.

86. Οἱ γὰρ μωρὸν τὸν Σόλωνα ἐπαινῶν] Aut imprudenter admodum, aut imperite interpretes, alter *neque enim mediocri laude Anacharsis virtutes solebat extollere Solon*, alter *non enim Solon parvum eum laudabat*; quum debuissent, *neque enim parvum momentum erat Solon laudans*; non exigua res aut pretium erat, si quis ab Solone laudaretur. J.G.

87. Καὶ τοῦτο] Ἀλλ' οἱ ἄνθρωποι καὶ τοῦτο ὡς νομοθέτῃ ἐπείθοντο, ἐφίλουν, ὃς ἐκεῖνος δοκιμάζοι. cur in versione praetermittunt καὶ τοῦτο? Sic enim Salmuriensis: *Verum homines, ut legislatori parebant, sic amabant, quos ille probaret.* Alius: *Verum hominibus & hoc moris erat, ut legislatori parebant, sic amabant quos ille probaret.* Scribae cum in distinctione non nihil aberrarint, tenebras offuderunt interpretibus. Sic distingue, ἀλλὰ οἱ ἄνθρωποι, καὶ τοῦτο ὡς νομοθέτῃ ἐπείθοντο, ἐφίλουν ὃς ἐκεῖνος δοκιμάζοι, & verte, *homines autem, & in hac re tanquam legislatori suo obsequebantur, amabant quos ille probabat.* J.G.G.

89. Καὶ ἐπὶς δυσὶ ἀρίστους ἄνδρας εἶναι τὰ τελευταῖα. καὶ ἐμυήθη μόνος βαρβάρων Ἀνάχαρσις] Sane sic etiam attente interpretes, alter *ac prorsus eosdem in reliquum vires optimos esse credebant. Solus vero ex Barbaris Anacharsis initiatus est:* alter, *eosque vires optimos denique esse credebant. Solus vero ex Barbaris initiatus est Anacharsis.* Atqui turbant illa vel *in reliquum* vel *denique*; & si vis vel Graecismum vel sensum congruum, distingue, καὶ ἐπὶς δυσὶν ἀρίστους ἄνδρας εἶναι. τὰ τελευταῖα δὲ ἐμυήθη. J.G.

90. Ἐμυήθη μόνος] De antiquis temporibus hoc intelligendum; aut Romanos sub Barbarorum nomine non includi statuendum. Constat enim initiatos fuisse Syllam, Pomponium Atticum, Augustum, & Luciani aetate, M. Aurelium Imperatorem (vid. Xiphil. Capitol. 27. & *Dionem.*) Quod tamen de M. Aurelio dixi, nolim ita intelligi, ut statuere videar, fa-

illam affecto; ſed quantum ad illa *priora*. Cum enim primum peregrinus veſtram in urbem veni, ſtatim quidem perculſus ſum conſpecta magnitudine, & pulchritudine, & civium numero, & reliqua omni facultate ac ſplendore. Itaque diu ad iſta ſtupebam, nec par eram admirationi, quale quid illi de inſula adoleſcenti accidit ad Menelai domum. Et debebam ita animo affici, qui viderem, urbem in eo culmine conſtitutam, & ſecundum poëtam, bonis omnibus florentem, queis vigere urbes ſolent.

10. Ita nempe habens, quid agendum eſſet, jam conſiderabam. Et facultatis quidem dicendi ſpecimen vobis praebere, decretum olim fuerat. Quibus enim praeberem aliis, ſi ſilentio talem urbem praeterirem? Quaerebam enim, (neque verum celabo) qui eſſent principes, & quibus quis applicans ſe, & patronis ſibi adſcitis, dein-

ἐς τ ὁμοιότητα, κατ' ἐκεῖνα δὲ· ὅτε γὰρ πρῶτον ἐπεδήμησα ὑμῶν τῇ πόλει, ἐξεπλάγην μὲν εὐθὺς ἰδὼν τὸ μέγεθος, καὶ τὸ κάλλος, καὶ τ ἐμπολιτευομένων τὸ πλῆθος, καὶ τ ἄλλην δύναμιν, καὶ λαμπρότητα πᾶσαν· ὥστε ἐπιπολὺ ἐτεθήπειν πρὸς ταῦτα, καὶ οὐκ ἐξήρκουν τῷ θαύματι, οἷόν τι καὶ ὁ νησιώτης ἐκεῖνος νεανίσκος ἐπεπόνθει πρὸς τ τοῦ Μενελάου οἰκίαν. καὶ ἔμελλον οὕτω διαθήσεσθαι τ γνώμην, ἰδὼν πόλιν ἀκμάζουσαν ἀκμῇ τοσαύτῃ, καὶ κατ τ φυσιν ἐκεῖνον, ἀνθοῦσαν ἀγαθοῖς, πᾶσιν, οἷς θάλλει πόλις.

Οὕτω δὴ ἔχων, ἐσκοπούμην ἤδη τὸ τ πραχτέον. καὶ τὸ μὲν δεῖξαι g τὴν λόγων h ὑμῖν, πάλαι ἐδέδοκτο. τίσι γὰρ ἂν ἄλλοις ἔδειξα, σιωπῇ παροδεύσας τηλικαύτην πόλιν; ἐζήτουν γὰρ (εὖ δ' ἀποκρύψομαι τἀληθές,) οἵ τινες οἱ πρόεχοντες εἶεν, καὶ οἷς ἄν τις προσελθὼν, καὶ i συγγραφάμενος πρὸς τάν-

10. πρῶτον] Ita Edd. Πρῶτον male L. ait *M. du S.* ἐπεδήμησα] Ita Edd. Ἐπεδήμησα male Fl. ὑμῶν] Ita Edd. Ἡμῶν male Fl. τῇ πόλει] Ita Edd. Τὴν πόλιν male L. ait *M. du S.* ἐξεπλάγην] Ita Edd. Ἐξεπλάγη male Fl. ἐμπολιτευομένων] Ita Edd. Ἐμπολιτευομένους male Fl. ἐτεθήπειν] Ita Edd. Ἐτεθήπεσαν male Fl. ἐξήρκουν] Ita Edd. Ἐξήρκουσαν male Fl. ἐκεῖνον] Ita Edd. Ἐκεῖνο male Fl. ἀνθοῦσαν] Ita Edd. Ἀνθοῦσα male Fl.

g Τῶν λόγων] Ita rectè Edd. Τὸν λόγον male L. ait *M. du S.* h Ὑμῶν] Et ſic rectè Edd. plurimae cum Cod. M. Ἡμῶν male Fl. i Συγγραψάμενος] Sic Edd. & M. Ἐπιγραψάμενος L.

15. Νησιώτης] Τὸν Τηλέμαχόν φησι, ut in Odyſſea Homerus ait. *G.*

factum hoc ante hunc libellum a Luciano ſcriptum; nam ab eo nondum celebri videtur habita haec oratio, cum in Graeciam primum appulit; niſi forte in reditu malis habitam, vid. c. ſeq. *Cic.* I. de Nat. Deor.

Omitto Eleuſinam ſanctam illam & auguſtam,
Ubi initiantur gentes orarum ultimae.

Adde etiam *Potterum* 46. 1. ubi plures recenſet. *M. du S.*

10. Δημωνακτος γυμνάρχου] Anacharſis ab Athenienſibus civitate donatus. *F. G.*

93. Οὐκ ἂν] Similem locutionem habes Πωρατ. c. 45. Sed non eandem prorſus. *M. du S.*

Ibid. Οὐδὲ] Sic legendum, non ἠδὲ, vid. ex Πωρατ. c. 45. δεινὸν δὲ ἐδὲ ἀναπαύσασθαι τοσούτων, εἰ μὴ ἐν Ἀγαμέμνονι ἀκούσαι. *M. du S.*

2. Ἐπιγραμμάτων] Delevi jota ſubſcriptum, quod in *Pariſina* Ed. ſenſum turbabat, non enim eſt dativus, ſed nominativus dualis. *J. F. R.*

15. Νησιώτης ἰκεῖνος] *Telemachus* ſcilicet ex inſula Ithaca, *Homer.* Od. Δ. Menelai domum ex auro, argento, electro, & ebore concinnatam cum ſtupore quodam miratur. *G. C.*

Νησιώτης ἰκεῖνος] *Telemachus* apud *Homer.* Odyſſ. repetit alibi. *J. B.*

Νησιώτης ἰκεῖνος] *Telemachus.* *F. G.*

Νησιώτης ἰκεῖνος] Vid. *Homer.* Odyſſ. Δ. 74. *M. du S.*

19. Ποιητὴν] Quem innuat nondum reperi. *M. du S.*

23. Δεῖξαι] Καὶ τὸ μὲ δεῖξαι τ λόγων ὑμῖν. eſt & ſpecimen dare meorum orationum. Sic ἀπόδειξις eſt ſpecimen. uſus etiam Petronius: *Rogo te, mihi apodixin defunctoriam redde*, hoc eſt, ede leve aliquod ſpecimen, ut rectè exponit *Joannes Frid. Gronovius* lib. IV. obſerv. c. 13. *J. G. G.*

Δεῖξαι τ λόγων] Malim δεῖξαι τ λόγον ut in principio Zeuxidis & alias. Sed nec damnare auſim δεῖξαι (δεῖγμα) τ λόγων, vel δεῖξαι (τι) τ λόγων. *J. M. G.*

28. Ἐπιγραμμάτων] Ex L. haec ſcriptura. Sic Δωρ. c. 29. & Περ. c. 11. *M. du S.*

Συγγραψάμενος πρεσβύτας] Etſi non improbo ſcripturam Cod. L. ἐπιγραψάμενος, non tamen ideo cum *Solano* illico in textum recipio, contra auctoritatem ceterorum Codd. quum nihil abſurdi habeat vulgata; ſic ſaltem apud *Gregor. Nyſſen.* Orat. funebr. in Baſilium

τάτας, συναγωγὰς χρῆτο πρὸς τὰ ὅλα. οὐλαῦθά μοι οὐχ εἷς, ὥσπερ τοῦ Ἀναχάρσιος καὶ ὅτῳ βάρβαρος, ὁ Τόξαρις, ἀλλὰ πολλοί, μᾶλλον δὲ πάντες, τὰ αὐτὰ, μόνον οὐκ αὐταῖς συλλαβαῖς ἔλεγον, ὦ ξένε. πολλοὶ μὲν ἄλλοι χρηστοὶ, καὶ δεξιοὶ ἀνὰ τὴν πόλιν, καὶ οὐκ ἂν ἀλλαχόθι [a] τοιούτους εὕροις ἄνδρας ἀγαθούς· δύο δὲ μάλιστα ἐστὸν ἡμῖν ἄνδρε χρήσιμω, γένει μὲν, καὶ ἀξιώματι, πολὺ πρέποντες ἁπάντων παιδείᾳ δὲ, καὶ λόγων δυνάμει, τῇ Ἀττικῇ [b] δικάδι πολὺ βάλλοις ἄν. ἡ δὲ πρὸς τὸ δῆμον εὔνοια, πάνυ ἐρωτικὴ πρὸς αὐτούς· καὶ τοῦτο γίγνεται, ὅ, τι ἂν [c] ὦσι βέλωνται, ἐθέλουσι γὰρ ὅ τι ἂν ἄριστον ᾖ τῇ πόλει. τὴν μὲν γὰρ χρηστότητα, καὶ τὴν πρὸς τοὺς ξένους φιλανθρωπίαν, καὶ τὸ σὺν μεγέθει τοσούτῳ ἀνεπίφθονον, καὶ τὸ μετ' αἰνείας αἰδέσιμον, καὶ τὸ πρᾷον, καὶ τὸ εὐπρόσοδον, αὐτὸς ἂν ἄλλους διηγήσαιο, πειραθεὶς μικρὸν ὕστερον.

de auxiliatoribus uti ad universa posset? Hic mihi non unus aliquis, ut Anacharsidi; isque barbarus, Toxaris, sed multi, quin omnes eadem, tantum non iisdem syllabis, dixere, *Multi quidem, hospes, & alii boni dextrique in urbe viri, nec aliàs tot bonos viros invenias. Duo autem maxime sunt nobis viri optimi, genere quidem & dignitate multum superiores omnibus, doctrina autem & eloquentia Atticae illos decidi comparaveris. Tantum autem populari gratia florent, ut plane amentur: idque ipsum magna cum utilitate reipublicae accidit. Fitque quidquid hi volunt, volunt enim quidquid optimum est. Benignitatem enim, & in hospites humanitatem, & quod in tanta magnitudine nullum invidiae locum relinquunt, & quod in illa se benevolentia venerabiles tamen praestant, & quam sint placidi, quam faciles accessus habeant; tute aliis enarrare poteris, periculo paullo post facto.*

II. Ut-

a Τοιούτους] Sic W. recte. Τοιούτους Edd. b Δικάδι] Sic Edd. Δικαίᾳ W. c Ὅτου βέλωνται. Id. 7. e. τ. a.] Haec septem verba in Edd. omissa, ex Cod. W. restituta.

39. Τῇ Αττ. δικ.] Τοὺς περὶ * Δημοσθένην λέγει δίκας ῥήτορος Ἀττικοῦ, Αἰσχίνου, καὶ τοὺς ὁμοίους. V.

* Δημοσθένην] Δημοσθένους erat in Editis exemplaribus, sed mutavit *Solanus*; sine dubio ex collat. Cod. V. Sin minus, recte tamen mutavit; nam περὶ non hic *de*, sed *circa* significat. Ne quem autem offendat terminatio in ν, cum Δημοσθένα Δημοσθένη scribere jubeant Grammatici, videat noster in *Demosth. Encom.* c. 32. & alibi; ubi Δημοσθένης scribere solet; velut alii Ἀριστοφάνα, alii Ἀριστοφάνη amant. *J. F. B.*

lium T. III. p. 480. συγγράφειν τινί, *operis socium adscribi*, inveniri, testis est *Suicerus* in Thesaur. Eccles. Vide etiam Cl. *P. Wesseling.* Obs. II. 6. p. 162. (quem consulendum Cl. *Hemsterh.* in marg. monuerat.) Ubi is Interpretem in vertendis his verbis offendisse animadvertit, quippe qui ea reddiderit: *Ea quae aggressus, praesides conscripta de illis historia (praesules* est ap. Benedict.) quum debuisset: *quibusque adsciscis patronis*; id enim significare προσάπτω νόμον, γράφειν, ἐπιγράφειν, ἐπιγράφειν & συγγράφειν, ibidem docet *Wesselingius*. Cum vero ex *Luciani* bis accusat. c. 29. ἐπιγράφεσθαι ὑπισχνεῖται προσέτι ἑαυτῶν adferat; nec τὸ συγγράφων προσάπτω aliis exemplis confirmet, & ἐπιγράφειν Luciano in his locutt. usitatius sit, non repugnaverim, si quis & hic illud recipere malit. *J. F. B.*

39. Τῇ Ἀττικῇ δικάδι] *Vincentius* Obsopoeus interpres sic vertit (*Attica Musa*) quomodo legerit, nescio: videtur tamen legisse Ἀττικῇ δικάσῃ, & sibi intellexisse μούσῃ, quasi fuerit quaedam decima Musa Athenis. Sed ea δίκας non ad Musas referri debet, sed ad decem illos oratores celebriores, qui Athenis floruerunt, & quorum vitas scripsit *Plutarchus*, quod (credo) satis manifestum videbitur nostro lectori. *J. P.*

Ibid. Ἀττικῇ δικάδι] Vide apud *Philostratum* p. 564. μούσῃ δὲ ἐπ' αὐτὸν τὸν Ἑλλάδα, καὶ κατάσκοπος αὐτῶν ἐστὶ δίκα, &c. De Herode sermo est, qui respondet id solum, *se Atticide muliercm*. In notis ad eum locum de *secunda* etiam *decade* monemur. Certe & hic in Cod. W. scriptum est δικάδι. Quod an Lucianeum sit, viderint alii, mihi nunc de eo dispicere non vacat. *M. du S.*

42. Ὅτι ἂν ὦσι] Haec verba: Ὅτου ἂν ὦσι βέλωνται, βέλωνται γὰρ, in W. sola reperiuntur. *M. du S.*

Ibid. Ὅτου βέλωνται . . . . γὰρ, τὸ ἂν ὦσιν] Scripsit ad me Cl. *Geisler.* super hoc loco his verbis: „ Hunc „ locum ita interpretatum esse video Cl. *du Soul*: Ita-

„ que

11. *Utque magis mireris, ex una eademque domo sunt, filius & pater. Hic quidem, si Solonem aliquem aut Periclem, aut Aristidem cogitas: filius vero, ubi primum videris, statim te amicum sibi abducet; ita procerus est, & virili quadam formositate pulcher: si vero locutus solum fuerit, ilicet auribus te devincto abibit, tantam in lingua Venerem habet juvenis. Urbs quidem universa hiantes audiunt quoties in concionem prodierit, id quod ajunt Athenienſibus, qui tum erant, in Cliniae filio accidiſſe: niſi quod illos quidem non ita multo poſt amoris illius, quo proſecuti Alcibiadem fuerant, poenituit; hunc vero non amat modo civitas, ſed reverentia jam dignatur. Denique unum hoc publicum noſtrum bonum eſt, & maxima omnibus utilitas, hic vir! Si igitur & ipſe & ipſius pater recipiant te, & amicum ſibi fa-*

Καὶ ὡς μᾶλλον θαυμάσῃς, μιᾶς καὶ τ αὐτῆς οἰκίας ἐστὸν, υἱὸς ἡ πατὴρ, ὁ μὲν, εἴ τινα Σόλωνα, ἢ Περικλέα, ἢ Ἀριστείδην ὀπτεύοις. ὁ δὲ υἱὸς, καὶ ὀφθεὶς μὲν αὐτίκα [d] ἀπάξεταί σε, ἔστιν μέγας ἐστὶ, καὶ καλὸς ἀρρενωπήν τινα τ εὐμορφίαν. εἰ δὲ καὶ φθέγξαιτο μόνον, [e] οἰχήσεταί σε ἀπὸ τ ὤτων ἀναδησάμενος, τοσαύτην Ἀφροδίτην ὑπὸ τῇ γλώττῃ ὁ νεανίσκος ἔχει. ἡ γέ τοι πόλις ἅπασα κεχηνότες [f] ἀκούουσιν ὁπότ' ἂν δημηγορήσων [g] παρέλθοι· ὁποῖόν φασι τὸν τότε Ἀθηναίους, περὶ τ τοῦ Κλεινίου πεπονθέναι, πλὴν ὅσον τοῖς μὲν, οὐκ εἰς μακρὰν μετεμέλησε τοῦ ἔρωτος, ὃν ἠράσθησαν τοῦ Ἀλκιβιάδου· τοῦτον δὲ, ἡ πόλις οὐ φιλεῖ μόνον, ἀλλὰ καὶ αἰδεῖται ἤδη ἀξιοῖ, καὶ ὅλως, ἐν τοῖς ἡμῖν δημόσιον ἀγαθόν ἐστι, καὶ μέγα ὄφελος ἅπασιν, ἀνὴρ οὗτος. εἰ δὴ αὐτός τε καὶ ὁ πατὴρ αὐτοῦ, δέξαιντό σε, καὶ [h] φίλον ποιή-

[d] Ἀπάξεται] Sic Edd. vett. & M. Ἀπάξεται male *S.* & *A.* [e] Οἰχήσεται] Sic Edd. & W. Niſi quod in eo abeſt σε. [f] Ἀκούουσιν] Αἰτοῦσι ἀκούουσιν W. Sed verius abeſt pronomen ab Edd. Fl. *J. H. P.* &c.. [g] Παρέλθοι] Παρέλθῃ W. Nihil vulgatam mutant *J.* Fl. *H. P.* [h] Φίλον ποιήσαιντο] Φιλοποιήσαιντο W.

60. Κλεινίου] Ἀλκιβιάδου. *E.*

„ que in civitate, quidquid hi volunt, volunt enim, „ quidquid optimum eſt. Legit igitur, καὶ τοῦτ' γίγνεται ἐν τῇ πόλει, ὅ, τι ἂν βούλονται· βούλονται δ' ὅ, τι ἂν ἄριστον ᾖ τῇ πόλει. Si ex libro aliquo, plane accedo: Sin ex ingenio, laudo conjecturam, „ tanto credibiliorem, quod repetitio τ ὅ, τι omiſſioni locum dare potuerit: recipere tamen non auſim". Sic ille: Ego itaque verba illa in Edd. deficientia recepi, quia ex Codice ſunt deſumta, & verſionem *Solani* retinui. Coeperat enim & is priſtinam verſionem plurimis in locis corrigere. Et quia Cl. *Geſner.* ex illa correctione verba Graeca divinare debuit, nihil mirum, ſi ipſiſſima Graeca, quae *Soulium* legere ait, proferre non potuerit, ſed ſimilia illis adtulerit. *J. F. R.*

52. Ὁ δὲ υἱὸς, καὶ ὀφθεὶς μὲν, αὐτίκα] Male Salm. ὁ δὲ, υἱὸς. καὶ &c. quam diſtinct. merito improbat Cl. *Jenſ.* Sed *Pariſ.* rectius habebat ὁ δὲ υἱὸς. Paullo poſt vero, eadem prava diſpunctione laborabat, ſcribens καὶ ὀφθεὶς μὲν αὐτίκα, ἀπάξεταί σε. Quam itaque monente *Jenſio* correxi. *J. F. R.*

55. Οἰχήσεταί σε ἀπὸ τ ὤτων ἀναδησάμενος] Lege ἑλκυσθήσεταί σε ἀπὸ τ ὤτων ἀναδησάμενος, & ita videtur legiſſe interpres. *J. P. aG.*

Οἰχήσεταί σε ἀπὸ τ ὤτων ἀναδησάμενος]. Violentiſſime profecto *Palmerius* pro οἰχήσεται legi jubet ἑλκύσεται. Non ſanum quidem, quantum ego video, eſt vulgatum οἰχήσεται, quum οἴχομαι ſit *fugio*, *abeo*, *diſcedo*, idque huic loco non conveniat: mollior tamen adhiberi poteſt medicina; nempe una extrita literula, legendum ὀχήσεται, *vehet*, *raptabit*. *J. J.*

Οἰχήσεται] Nihil mutandum. Reſpicit ad Ogmium illum Gallorum Herculem: qui catenis ex ore ſuo ad aures audientium pertinentibus non profecto alligatos tantum ſtanti ſibi habet, ſed abducit, trahit, rapit, quocumque ipſi ire placeat. Haec vis verbi οἰχήσεται hanc nos verbis *ilicet* & *abibit* exprimere ſtuduimus. *J. M. G.*

Ibid. Ἀπὸ τ ὤτων] Vide hiſtoriam Herculis Gallici picti, ad quam hic alludit. Exſtat autem in libello, cui *Hercules* titulum fecit Noſter, & apud A. Gell. XVI. 3. *M. du S.*

60. Πρὸς τ τοῦ Κλεινίου] Legend. *Plut.* in Alcibiad. *J. B.*

61. Ἠράσθησαν τοῦ Ἀλκιβ.] Hoc abunde ſcribit *Plut.* in Alcibiad. *Ariſtoph.* in Ran. *Valer. Max.* Lib. 7. *G. C.*

68. Ἐπι-

ποιήσαιτο, πᾶσαν ἔχειν τὴν πόλιν, ἢ [a] ἐπισεῖσαι χρὴ τὴν χεῖρα, τοῦτο μόνον, ἢ οὐκ ἔτ' ἀνδιάσιμα τὰ σά. ταῦτα νὴ τὸν [b] Δί' ἅπαντες ἄλεγον, εἰ χρὴ ἢ ὅρκον ἐπάγειν τῷ λόγῳ. καί μοι [c] ἤδη πειρωμένῳ, τὸ πολλοστὸν τῶν προσόντων εἰρηκέναι [d] ἔδοξαν· οὐχ ὁρᾷς τοίνυν, οὐδ' ἀμβολᾶς ἔργον, ὡς ὁ Κεῖος [e] φησίν, ἀλλὰ χρὴ πάντα μὲν καλῶν κινεῖν, πάντα δὲ πράττειν, ἢ λέγειν, ὡς φίλοι ἡμῖν τοιοῦτοι γένοισθε· ἢν γὰρ τοῦθ' ὑπάρξῃ, εὐδία πάντα, καὶ πλοῦς ὑρι[illegible], καὶ λειοκύμων ἡ [f] θάλασσα, ἢ ὁ λιμὴν πλησίον.

ciant, civitatem habes universam: & hoc solum opus est, ut manu significationem voluntatis edant, neque amplius de tuis fortunis dubitare licebit. Haec ita me Jupiter, (si jusjurandum adjicere orationi fas est) dixerunt universi: & mihi jam experienti, vix aliquam de multis partem eorum, quae insunt, dixisse videntur. Non igitur desidendi, aut differendi, ut Ceüs poëta ait, jam tempus est, sed funem omnem movere oportet, facereque & dicere omnia, hi ut amici nobis fiant. Hoc enim si contigerit, serena omnia, & secunda navigatio, & molli fluctu leniter motum mare, & portus in proximo.

a Ἐπισεῖσαι χρὴ τὴν χεῖρα] Ἐπισεῖσαι χρυσὴν χεῖρα. W. b Δί'] Δία Fl. & M. Ceterae Edd. sic, ut dedimus. c Ἤδη] Ἤδη S. & A. male. Ἤδη recte Edd. vett. & W. d Ἔδοξαν] Ἔδοξα Edd. & M. e Φησὶν] Φασὶν male Fl. Recte cett. f Θάλασσα] Θάλασσα W.

74. Ὁ Κεῖος] Ἀνακρέων. G. (fallitur, vid. notam nostram. *M. du S.*)

68. Ἐπισεῖσαι] Quid hoc sit, clarius ex ὑ Εἰκ. c. 4. discès, ubi laudata mulier τὴν χεῖρα ἐπισείειν dicitur, intra modum probans quod dabatur encomium. Adde Δικ. c. 28. ubi τὸ ἐπισεῖσαι τὴν χεῖρα ἐντὸς τῶν ὅρων, inter modestas laudandi & probandi rationes ponitur. Passim usurpat noster. Vid. Ῥητ. c. 22. & Οἰκ. c. 2. *M. du S.*

69. Τὴν χεῖρα] Distinguendum: ἢ ἐπισεῖσαι χρὴ τὴν χεῖρα, τοῦτο μόνον, ἢ οὐκ ἔτ' ἀνδιάσιμα τὰ σά. *Manus protendenda est, hoc solum* sc. si fecerit, *res tuae non amplius fluctuabunt.* *J.G.G.*

72. Ἤδη] Καί μοι ἤδη. Lege ἤδη. *F.G.*

73. Ἔδοξαν] Καί μοι ἤδη πειρωμένῳ τὸ πολλοστὸν τῶν προσόντων εἰρηκέναι ἔδοξαν. sic leges. vulgo male ἔδοξα, sententia refragante. *Et mihi, jam experto vix millesimam partem, quae illis insunt, dixisse visi sunt.* sc. πάντες, vel οἱ πολλοὶ, qui vestras virtutes praedicabant. *J.G.G.*

Ἔδοξαν] Clar. *Graevii* Emendationem invitis omnibus impressis & ipso M. Codice in textum recepimus. *M. du S.*

74. Ἀμβολᾶς ἔργον] Tangit hunc versum *Heliod.* L. 2. Ἔργ.

Αἰεὶ δ' ἀμβολίεργον ἀνὴρ ἄτασσε πελείῃ.

J.B.

Ἀμβολᾶς ἔργον] Pro *Heliod.* lege in nota *Bourdelotii Hesiod.* & vid. illum in Ἔργ. ἢ ἡμ. vers. 413. Ubi quoque cognoscès, ἀμβολίεργον, secunda correpta, scribendum; nisi id ex versu jam sponte vidisti. *J.F.R.*

Ibid. Κεῖος . . . . .] Locus a *Bourdelotio* indicatus, est vers. 411. Ἔργ. *Hesiodi.* Sed alium certe respicit Lucianus; aut quomodo ex *Aserae Ceüs* factus Hesiodus? Deinde ubi ἤδη? &c. Cujus itaque, inquies, verba haec? *Bacchylidis*, cui tribuuntur ab *Athenaeo* XIV. p. 631. C. & a *Dionys. Hal.* de Struct. orat. p. 234. Edit. Uptonianae. Verba ipsa Bacchylidis habes apud *Steph.* Lyr. p. 570. οὐχ ὁρᾷς ἔργον, οὐδ' ἀμβολᾶς, ἀλλὰ χρυσαιγίδων Ἰτωνίας χρὴ παρ' εὐδαίδαλον ναὸν ἱλλόντας ἀερόντι δίζας. Fuisse autem *Ceüm* inde colligas, quod Simonidis ἀδελφιδοῦς, qui haud dubie *Ceüs*. Vid. *Macrob.* c. 26. & ut id obiter moneam, emendandus Index Auctorum ab Athenaeo laudatorum, in quo non in voce *Simonides*, sed in voce *Ceüs* comparet. Testatur autem diserte *Strabo* Lib. X. ubi de *Ceo* insula agit. *Plutarchus* etiam, *Aelianus*, *Stephanus*, *Byzant.* & alii. Ne ergo credas *Lil. Gyraldo* Boeotum facienti, praesertim cum apud *Lutatium* sive *Lactantium* ad Statium, quo auctore id asseruit, nihil tale, teste Cl. *Fabricio*, inveniatur, cujus vid. Biblioth. Gr. 551. In *Collectaneis* Cl. *Galaei*, Anacreonti, sed falso, tribuuntur haec verba. *M. du S.*

Κεῖος] Non *Simonidem* hic laudari, quod *F. Ursino* visum erat, sed Ceum alterum, *Bacchylidem*, ex *Colomesio* ad Gyraldum p. 463. observat *Fabricius* Bibl. Gr. 2, 15. p. 594. *J.M.G.*

FINIS TOMI PRIMI.

AD TOM. I.

TANAQUILLI FABRI
NOTÆ ET ANIMADVERSIONES IN
TIMONEM LUCIANI.

CAPUT I.

Timon quo tempore vixerit. quo anno haec acciderint quae a Luciano finguntur. Κολυττός. *Ἀλαί duplices. Heliodorus eodem in loco bis emendatus.* ῥυθμός. *de arca Deucalionis & Noachi. Lycoreus mons, quis. Liacura in Graecia barbara quid, & unde.* σωτὴρ, *& de illa voce judicium Ciceronis.* ἰχματιά. *de Epimenidis aevo. Lucianus emendatus.* Οἴτης *pro* Αἴτης. *de Jovis sepulcro ex historia sacra Evemori. Scholiastes Callimachi emendatus. In Luciano tentata emendatio. Hecatomba. de ἄσυ contra ea quae apud Diodorum leguntur. Lucianus emendatus.*

PAg. 98. Τίμων] Quandoquidem libelli hujus πρωταγωνιστὴς erit Timon, ille cognomento μισάνθρωπος, de eo pauca visum est dicere. Vixit igitur Athenis belli Peloponnesiaci tempore. Nam cetera argumenta ut omittam, Lucianus Demeam rhetora sic loquentem inducit: ἐν ἀρίστοις δὲ (de Timone loquitur) ὑπὲρ τοῦ πατρίδος πόνοις πρὸς τοὺς Ἀχαρνέας, (quem locum infra explicabimus) *& strenue se fortiterque gessit pro republica anno superiore, cum Peloponnesii Acharnenses obsiderent.* Acharnæ autem δήμου Ἀττικῆς anno primo belli Peloponnesiaci obsessæ sunt, ut ex Thucydide locupletissimo teste constat. Quamobrem ea quæ hic a Luciano narrantur, in annum cccxxii. urbis Romanæ conjici debent, qui est ante Christum natum cccxxix. Erat autem Timon ex eo Atticae populo seu oppido, cui Κολυττὸς nomen. Indidem oriundus Plato Philosophus. Κολυττὸς autem ad radices montis Hymetti jacebat. Quare non temere est quod a Luciano scribitur, τίς ἐστός ἐσιν, ὦ Ἑρμῆ, ὁ πεπραγὼς ὁν τὸ Ἀτλικῆς δῆμον τὸ Ὑμηττὸν, ὁν τῇ ἐσχατιᾷ; Patrem habuit Echeratidem nulla alia re insignem, quam quod Timonem genuit. De hominis moribus nil attinet dicere, cum eam rem Plutarchus ἀξιολογωτάτως in vita M. Antonii absolverit. Hoc addam tantum, Timonem virum bonum fuisse, & moribus adeo factis ad humanitatem, nihil ut ipso χρηστότερον, nihil benignius extiterit. Nam quod illum μισάνθρωπον cognominarunt, id hercle perperam fecere. Quemadmodum enim qui Mercurium, Venerem, Sylvanum, & alias id genus nugas Deos esse olim negabant, non recte ἄθεοι vocarentur (neque enim Sylvanus Mercuriusque Dii sunt) sic Timon non recte μισάνθρωπος appellabitur. Quid ita? inquies. Quia non homines ille, sed feras oderat, quibus aetas illa scatebat. Certe qui Aristophanis fabulas, veram Attici ingenii imaginem, ut ajunt veteres magistri, legerit, de his mecum tria non commutabit verba. Accedat his Platonis testimonium, qui ita scripsit in epistola xxiv. inter illas quæ non ita pridem a Leone Allatio vulgatæ sunt. Quo enim loco ait se in fundum Hephestiadeum migrasse (Ἡφαιστιάδων debuit scribere Leo ex Diogene Laërtio & Hermolao ἐν ἰδιωτικοῖς, non autem Ἐφεσιάδων) ut ubi ἄπαθεν τῶν ἄσεως vivat, addit: συνέγνων ὅτι Τίμων οὐκ ἦν ἄρα μισάνθρωπος, μὴ συρίσκων μόνοις ἀνθρώποις, οὐκ ἠδύνατο θηρία φιλεῖν. *Cognovi ego, Timonem non fuisse μισάνθρωπον sed cum homines nanciscì in urbe non posset, belluas amare haud poterat.* Extat ejus Epitaphium olim a Callimacho scriptum; & item alterum, quod homo providus sibi fecerat. En tibi, ut quidem tali dignum ingenio est:

Ἐνθάδ' ἀπορρίξας ψυχὴν βαρυδαίμονα κείμαι·
Τὸν θνητὸν δ' ἐ πεύσεσθε, κακοὶ δὲ κακῶς ἀπόλοισθε.

Ait Plutarchus sepultum eum fuisse Ἀλῇσι· sed cum duæ sint Ἀλαί, locum illum Plutarchi de Araphenidibus intelligas, non de Æxonidibus: nam priores Ἀλαὶ ad tribum Ægeida pertinebant, alteræ non item. Ceterum hunc libellum ita venustum, ita elegantem judico, eum ut inter politissimos Luciani non dubitem referre. Ita ingeniose & facile compositus est, ut ei nulla comoedia possit comparari. Tum porro, si usquam alibi, pura in eo oratio est, atque ita castigata, ut nihil supra. Habet quidem initium vehementius paulo & tragicum spirans, sed ita hominis fortunis & moribus conveniens, ut nihil ἠθικώτερον fingi queat. Ceterum, ita habeto, Lector, nunquam post renatas meliores literas puriorem editum fuisse libellum hunc. Idque ita verum est, ut satis mirari non possim hominis illius impudentiam, qui ausus est posteris imponere, professusque est editionem illam Parisiensem in forma maxima ex Mss. Codd. regiæ bibliothecæ expressam esse.

Νῆφε δ μοίρησον ἀπιστεῖν, ἄρθρα ταῦτα τῶν φρενῶν.

Nil verius, mi Lector, neque magis in vita degunda utile.

Pag. 98. vs. 1. Ὦ Ζεῦ φίλιε καὶ ξένιε] Haec Jovis cognomina, & plura item alia, diligentissime sunt & ingeniosissime a Dione Chrysostomo explicata Oratione I. de regno pag. 8. editionis Morellianæ. Ceterum, quod in interpretatione illa omnia Graece, uti se habebant, reliqui, id non temere factum est: & qui κριτικοὶ sunt, facile causam videbunt.

Pag. 99. 6. Ὑπερείδης] (Ὑπερείδις erat in Ed. *Graev.*

harum nott.) Hujusmodi carminum fulcra Latini tibicines vocabant; eaque voce olim usus est Virgilius, referente anonymo Biographo. Sed admonet me hoc verbum, ut meum de quodam Heliodori loco judicium aperiam; mihi enim vehemens suspicio fit, corruptum eum esse. Is ita ubique legitur: *Μηρῷ δὲ τῷ δεξιῷ τὸ ἀγκῶνα θατέρας χειρὸς ἐφεδράζουσα, καὶ τοῖς δακτύλοις τὴν παρειὰν ἐπιτρίψασα*, &c. Est ibi elegantissima moerentis Charicliæ descriptio. lego *τὴν παρειὰν ἐπιρρίσασα*, doctis fortasse non dissentientibus. sed quia non uno vitio hunc locum laborare judico, iterum mihi tentandus est. Quis enim unquam audivit dici, *ἀγκὼν χειρός*? Scio quidem, & monent veteres magistri, *ἀγκὼν* quandoque esse *ἐπικαμπὲς τῆς χειρός*; sed hic ex descriptionis serie non potest. Itaque sic mihi persuadeo legendum esse, *ἀγκῶνα θατέρᾳ βραχίονος*. Totam illam descriptionem legito, si te, si me, amas. Ad illud autem *ἐπιρρίσασα* ut revertar, non omittendum illud quod in Milite glorioso Plauti est, *os columnatum*; sed *κωμικώτερον*.

Ibid. 7. *Ῥυθμοῦ*] *Ῥυθμὸς* & *μέτρον* non sunt eadem: itaque recte distinxit Lucianus; proprie enim *ῥυθμὸς* ad incessum pertinet, ut mihi ex Platone demonstrare facile fit lib. III. de Republica, & lib. II. de legibus; ex Scholiaste quoque *Æschyli* in *ἑπτὰ ἐπὶ Θηβ.* qui ait, *βαίνονται δὲ οἱ ῥυθμοὶ, τὰ δὲ μέτρα οὐ βαίνεται*. pag. 74. edit. *Stephanianæ*. Ex Luciano praeterea ipso in *περὶ τῆς ὀρχήσεως*, cum ait de iis, qui inepte & perperam saltant, *ἕτερα μὲν ἡδὺ ὁ ποιῶν, ἕτερα δ' ὁ ῥυθμὸς λέγει*. Atque utinam veteres illos poëtas datum nobis esset semel recitantes audire, eorumque choros spectare. Quam multa hodie teneremus, quæ nos aeternum latebunt circa *μέτρον* & *ῥυθμόν*! mira enim veterum circa hanc rem diligentia. Itaque apud Scholiasten *Aristophanis* legas, *ἀρχαῖα ἡ τῶν μέτρων καὶ ῥυθμῶν διδασκαλία*.

Pag. 103. 28. *Ὑπὸ μανδραγόρᾳ*] Illius enim vis *ὑπνοποιὸς* est, seu somnifica, ut loquitur Plinius. Xenophon in Symposio. *τῷ γὰρ ὄντι ὁ οἶνος ἅμα τοὺς ψυχὰς, τοὺς μὲν λύπας, ὥσπερ ὁ μανδραγόρας τοὺς ἀνθρώπους, ποιμίζει*. Est & tale aliquid in sexto Platonis *περὶ τῆς πολιτείας*, ubi *ναύκληρος* dicitur *μανδραγόρᾳ ἢ μέθῃ συμποδισθείς*.

Pag. 105. 41. *Κασκινηδόν*] *Παίζει χαριέστατος* scriptor *περὶ τὸ ὁμοιοκατάληκτον*, in adverbiis scilicet similiter exeuntibus, *πιτηδὸν, σωρηδὸν, κοσκινηδόν*. Ceterum cum ait *σεισμοὺς* fieri *κοσκινηδὸν*, intellige ita frequentes, ita crebros, ita sibi invicem instantes, ut eam cribri agitationem referre videantur, quæ fit, cum grana incernuntur.

Ibid. 44. *Ῥαγδαῖοι*] Notandum hoc Luciani judicium, qui *ὑετὸς ῥαγδαῖος* dici *φορικῶς* in prosa scilicet oratione existimat. At Suidas proprie dici credidit. Nam hominem *ῥαγδαῖον*, quomodo Alexandrum vocavit Plutarchus, ait dici *κατὰ μεταφορὰν ἀπὸ τῆς ὁμβρου*. Haec & alia hujusmodi sedulo observanda judico, ut ad proprietatem Graeci sermonis perveniri possit. Ceterum non *ὑετός τε*, legendum est, sed *ὑετοί* tantum. Quod autem vocem hanc *ῥαγδαῖοι* in versione Latina reliqui, id fieri debuit.

Pag. 106. 47. *Κεφάτιον*] Locus apprime notandus; convenit enim cum Historia sacra, nisi quod, ut ait Comicus, *male divisa sunt haec temporibus*. Quæ enim de Noacho scripta a principe historicorum Mose fuerant, ad Deucalionem suum transtulerunt Graeci. Ceterum quod *κιβώτιον* Luciano in hac historia dicitur, aliis *λάρναξ* est, vox ejusdem significationis. Usus ea quondam fuerat Nicolaus Damascenus, cum de primo diluvio ageret. locus est apud Josephum. Eadem quoque occurrit apud Plutarchum, in eruditissimo libro de solertia animalium, quo loco, mirum, & columbae meminit; sed eam tamen ad fabulatores remittit. *οἱ μὲν οὖν μυθολόγοι*, ait, *τῷ Δευκαλιῶνί φασι περιπεσεῖσαν τὴν λάρνακα ἀφιεμένην δίλυμα γενέσθαι χειμῶνος· μίαν μὲν οὖσαν πάλιν ἐξ δυοῖν, εὐδίας δὲ ἀπαντώσης*. id est, *Fabulatores quidem produnt columbam ex arca omissam indicium tempestatis Deucalioni fuisse, cum se rursus in eam conferret, serenitatis vero, cum prorsus avolasset*. pag. 968. edit. Paris.

Ibid. 48. *Λυκωρεῖ*] Parnassus est, aut certe illius pars, (nam ad Parnassum appulit Deucalion) ibi quoque olim fuit urbs Lycorea, ut ex veteribus Geographis constat. hinc itaque quod hodieque a Graecis incolis Parnassus Liacura dicitur.

Pag. 107. 69. *Ὦ θαυμάσιε*] Honesta appellatio: nihil apud Graecos scriptores frequentius. ita *ὦ γενάδα, ὦ γενναῖε, ὦ δαιμόνιε*, & alia sexcenta.

Pag. 108. 72. *Δευκαλίωνες*] Etsi constet plures fuisse Deucaliones, eo tamen confugere nihil necesse est; sed locus tantum explicandus. Intellige igitur poenas & calamitates *θηλάτους*, quibus humanum genus sub Deucalione paene periit, leviores esse quam ut &c.

Pag. 110. 86. *Μηδὲ ἀναγνόντες*] Verti *ne legentes quidem*; nam metaphora est ducta *ἀπὸ τῶν σηλῶν ἀνατετραμμένων*.

Ibid. 89. *Σωτῆρα ἐπὶ σύργετλω*] Fere plerumque has duas voces conjungebant; exempla ita crebra, ut pigeat colligere: aliquando etiam dicebant *σωτὴρ ἐπὶ θεός*. Plutarch. in vita Dionis. Ceterum miror quod dixit Cicero, *σωτὴρ Latino uno verbo exprimi non potest*, nam *servator* idem facit Latine quod Graece *σωτήρ*. Terentius: *servatrix mea*. In Graeco haud dubie erat *σώτειρα*, quid enim aliud?

Ibid. 91. *Ἐπὶ ταύτῃ τὴν ἰσχατιὰν*] Cave sis idem cum illo sentias, qui vertit, *ad extrema redactus consilia*. nihil nequius dici aut fingi potest, Dii boni! Saltem meminisset *Homerici* illius;

Ἀγροῦ ἐπ' ἰσχατιήν. ὀθι δῶματα, &c. Odyss. 4. item.
Ὡς δ' ὅτε τις δαλὸν σποδιῇ ἐνέκρυψε μιλαγῇ
Ἀγροῦ ἐπ' ἰσχατιῆς, ᾧ μὴ πάρα γείτονες ἄλλοι. Odyss. 5.

ἰσχατιὰ hoc quidem loco nihil aliud quidquam est quam solitudo, secessus, pars ruris remotior. Hesych. & Harpocration. Lucianus infra vocabit simpliciter *ἀγρόν*.

Pag. 111. fin. *Νηδύμου*] Reliqui vocem Graecam in versione, est enim respectus ad Hom. locum.

Ibid. *Ἐπιμενίδου*] Somnus Epimenidis notissimus est ex Diog. Laërtio, Suida, & quo non? Sed in primis observandum est quod jam dicam. Auctor est Diogenes eum Olympiade XLVII. Athenas venisse, urbem lustrasse, ac pestilentiam sedasse. Sed id qui fieri

fieri potuit, cum dicat, Niciam illum Nicerati filium, clade Sicula nobilem, in Cretam ad eum missum fuisse? Quod evenire non potuit, nisi annis post plus minus CLXX. *Plato* autem lib. I. de Legibus, ait advectum eum Athenas περὶ τὴν Περσικὴν δίκην ἡνίκα: id erit circa Olympiadem septuagesimam. Id vero qui pote, cum omnes uno ore asserant fuisse ipsum Solonis familiarem? Viderint itaque alii. Certe ἀμφοῖν θάτερον nam aut necesse est in unum Epimenidem collatum fuisse, quod de pluribus dictum fuerat; (id quod saepe usu venisse constat in multis) aut verum illud erit quod de illo quondam dixere Cretes, annos videlicet CCXC. vixisse. Esset hic latissimus campus scripturienti. Ceterum miror diligentissimum Casaubonum haec ad Diogenem praeteriisse..

Pag. 112. 3. Οὖτος] Error manifestus. legendum enim Αἴτνης, fulmina Jovis ex Ætna, qui mons olim perpetuo ardebat incendio, accendi ait Lucianus. De Oeta nil tale legas. At ibi, inquies, Hercules crematus est: fateor. quid tum? Ex eone tempore mons arsit? Ne dixeris.

Ibid. 4. Ἐνανσάμβῳ] Libentius legerim ἀναυσάμενῳ maxime cum *Erasmus* verterit, *redaccenso*, &c. quamobrem in suo codice legit non ἐναυσάμβῳ, sed ἀναυσάμβῳ.

Ibid. 6. Σᾶς ταφῆς] Locum Callimachi respicit, hymno in Jovem, quem profert quoque Origenes adversus Celsum Epicureum. is ita se habet:

Κρῆτες ἀεὶ ψεῦσαι· καὶ γὰρ τάφον, ὦ ἄνα, σεῖο
Κρῆτες ἐτεκτήναντο· σὺ δ' οὐ θάνες· ἐσσὶ γὰρ ἀεί.

Semper mendaces sunt Cretes. etenim sepulcrum tuum, ô rex Jupiter, construxerunt; tu vero non es mortuus; semper enim es. Ad quem locum doctissimus Scholiastes haec habet, si minus vera, at certe ingeniosa. Ἐν Κρήτῃ ἐπὶ τῷ τάφῳ τοῦ Μίνῳ ἐπεγέγραπτο, ΜΙΝΩΟΣ ΤΟΥ ΔΙΟΣ ΤΑΦΟΣ. τῷ χρόνῳ δὲ τὸ τοῦ ΜΙΝΩΟΣ ἀπηλείφθη, ὥστε καταλειφθῆναι ΔΙΟΣ ΤΑΦΟΣ. ὃν τούτου ἕνεκεν ἔχειν λέγουσι Κρῆτες τὸν τάφον τοῦ Διός. *Sepulcro Minois inscriptum fuerat*, MINOIS JOVIS [F.] SEPULCRUM. *lapsu autem temporis illud*, MINOIS, *deletum est, ita ut relictum sit tantum*, JOVIS SEPULCRUM. *hinc est quod ferunt Cretes esse apud se Jovis sepulcrum.* Ceterum in loco Scholiastae legendum est non τὸ τοῦ Μίνῳ, sed τὸ, Μίνῳ, ut sit positum ἁλικῶς, ut vulgo loquuntur. Quod vero dixi supra, ea mihi videri si non vera, at certe ingeniosa, non temere dixi. Nam ex Evemeri sacra Historia, quam olim Latinam fecerat Ennius, suspicio est, totum illud negotium se se aliter habuisse. Locus est apud Lactantium: *Jupiter aetate pessum acta in Creta vitam commutavit, & ad Deos abiit; eumque Curetes filii sui curaverunt*, (intellige τὸν περὶ τὴν νικρὰν θεραπείαν) *decoraveruntque: & sepulcrum ejus est in Creta, in oppido Gnoso; & dicitur Vesta hanc urbem creavisse* (ita loqui amat Ennius; isthuc autem *creare* Graecum est κτίζειν, quod & condere significat) *inque sepulcro ejus est inscriptum antiquis literis Graecis*, Ο ΖΕΥΣ ΤΟΥ ΧΡΟΝΟΥ. Ceterum in cod. Reg. legitur ἡ τοῦ ἰκεῖ ταφῆς. unde fortasse legendum τ' σῆς ἰκεῖ ταφῆς. verum non est tanti.

Ibid. 9. Παρὰ τὸ Ὑμηττόν] Ibi enim erat Κολυττὸς δῆμος, ex quo oriundus Timon. quod supra monui.

Pag. 113. 16. Καθ' ἱερῶν τελείων ἑξιάσους] Nota. alii enim dicerent τελείων ἑξῶν, non καθ' ἑξῶν.

Ibid. 17. Ἑκατόμβας] De quibusvis pecudibus dicitur, contra quam plerisque videtur: nam apud Diodorum memini me legere ἑκατόμβην καμήλων; apud *Hom.* autem ἑκατόμβας αἰγῶν. Quin etiam citatum video in Schol. Graecis ὅταν ἑκατόμβας, quod & apud veterem scriptorem legisse me scio. Ceterum duplex hecatomba: altera centum pecudibus constabat; altera quinque & viginti, ex Schol. *Hom.* in Iliad. A. itaque minores has hecatombas quasi ἑκατὸν βάσεις vocabant: per pedes enim, seu βάσεις numerabant.

Ibid. 18. Διάσια] Jovis sacra. *Dialia*, opinor, recte vertas, itidem ut *flamen Dialis* dicebatur, qui Jovi proprius erat. Emenda Schol. *Aristophanis* ad νεφέλας; ubi enim scriptum est διάσια dicta fuisse λὼ τῷ φυγῶν τὰς ἄτας, legendum est ἄσας, id est λύπας. unde apud *Hesychium* hodieque legitur ἀσάζειν pro λυπεῖν, & ἀσηθεὶς pro λυπηθεὶς, & apud Herodotum in Thalia, ἰδίζετο ἐπ' ᾧ ἂν μάλιστα τὴν ψυχὴν ἀσηθείη ἀπολομένῳ τῷ κειμηλίῳ.

Pag. 114. 24. Οὕτωσὶ μὲ εἰπεῖν, &c. ὡς δὲ ἀληθεῖ λόγῳ] Locus adprime faciens ad proprietatem Graeci sermonis. Vix millesimus quisque haec observat: dicam tamen quod sentio. οὕτωσὶ μὲν εἰπεῖν hoc loco est, *si quis minus exacte loqui velit*, &c. quod in versione mea expressi. Itaque οὕτωσὶ εἰπεῖν & ἀληθεῖ λόγῳ, quodam modo opponuntur.

Ibid. 27. Ἀκμισία περὶ τοὺς φίλους] In Mss. Reg. legitur περὶ τὸ φίλων, non placet; neque adeo injuria.

Pag. 115. 41. Ἄσυ] Admonet me haec vocula loci cujusdam, qui apud *Diodorum* legitur, lib. I. pag. 24. edit. Rhodomannianae. Ibi enim sunt qui probare conantur, Athenienses Saitarum (in Ægypto sunt Saitae) colonos esse; hancque afferunt rationem, quod παρ' Ἀθηναίοις μόνοις τὴν Ἑλλάνων, πόλις ἄσυ καλεῖται, idque ducta, ut ajunt, appellatione ab urbe seu pago Ægypti, cui nomen Asty (meminit Hermolaus ex Ἐθνικοῖς.) Rem ipsam in medio relinquam; sed argumentum illud dico telum esse plane plumbeum, qui sciam passim apud Homerum, Herodotum, & antiquissimos quosque scriptores reperiri ἄσυ pro πόλις: quaecunque illa sit urbs. Quin recentiores quoque Graeci ita usurpant. nam apud Plutarchum est Θεμιστοκλέους ἄσυ, in vita Themistoclis. Terentii autem locus, *An in astu venit*; nihilo magis probat. scena enim Athenis esse fingitur. hic quoque Luciani nostri, qui nobis in manibus est, tantumdem efficit. nam scena hujus δράματος in Attica est. Sique Alexandriae res ageretur aut Epidauri, liceret dicere, *An in astu venit*, pro, *an in urbem venit*, seu illa Epidaurus foret, seu Alexandria. Itaque loci illius auctoritate, qui apud Diodorum est, non est quod tantopere moveamur.

Ibid. 46. Ἠγωάπτει] Lego ἀγωνάπτει, & ποιήσωμεν.

CAPUT II.

Lucianus sex septem locis emendatus. in Xenoph. conjectura. Proserpina & Ceres Θεσμοφόροι. Diogenes Laërtius emendatus in V. Bionis. τιλεῖν ἐπὶ τύμβα, recte dici. Lucianus emend. ut & Hesychius in Ἑρμῆς. Lucianus emend. δὴ pro δεῖ. Dionis Chrysostomi locus in Ὀλυμπικῷ emendatur ἀλλὰ παρεκδάσεως. de hac voce ἡσθὲν, contra Bud. & Vallam. ὀρχηθὲν, & alia quaedam.

Pag. 116. 48. *Τοσαῦτα μιόταλα ταύρων*] Ajunt esse Atticismum, *μιόταυρα αἰγῶν*; at ego ajo solos barbaros Graece dicere *τοσαῦτα μιόταλα*. Itaque locus vitio non caret. hoc enim loquendi genus Graecae consuetudinis non est. Haec ad oram libri annotaveram, cum ex Codd. Regg. cognovi locum mutilum esse: nam in iis planissime legitur, *τοσαῦτα μηρία ταύρων*, &c. *tot femora taurorum*, &c. notum enim femora in sacris praecipue absumpta. Testes qui petat, non Homerum, non Aristophanem, nec poëtam denique ullum legerit. Itaque supersedebo afferendis testimoniis.

Pag. 117. 64. *Λήρους μεγάλη*] Puto scripsisse Lucianum *λήρους μεγάλους μεγάλῃ τῇ* &c. Terent. *magno conatu magnas nugas*. alioqui istud *λήρους* nullo adjecto nomine non satis efficax videtur.

Ibid. 66. *Συνίδῃ πρὸς ἡμᾶς*] Etiamsi nullum in Mss. Codd. subsidium esset, nemini tamen, ut opinor, difficile foret persuadere, legendum *πρὸς ἡμῶν*. Video sane plerosque omnes in hac esse opinione, Luciani textum, uti vocant, esse perquam emendatissimum; sed qui ita censent, nae illi haud satis attendunt, quid legunt. Nam hoc loco *πρὸς ἡμᾶς* solœcismus est; & tamen ex tot editoribus nemo animadvertit. ὦ hominum expromptam diligentiam!

Pag. 119. 79. *Πρώην* &c. *Ἀναξαγόραν*] Hinc facile cognoscas, quo tempore vixerit Timon. Legendus Plutarchus in Pericle, Diogenes in Anaxagora.

Ibid. 85. *Συντρίβη ὥσθ' ἡ πίτυρα*] Locus corruptus, etsi primo secus videatur: cum enim scripsisset Lucianus, *σωτερίβη περὶ τῇ πίτυρᾳ*, nescio qui male conciliati tam bonam lectionem *παρεδιόρθωσαν*, fecerunt que *ὥσθ' ἡ πίτυρα*; sed longe alius est sensus, si *παρὰ τὴν πίτυραν* legas, alius, si *περὶ τῇ πίτυρᾳ*. Illud enim *juxta petram*, significat, hoc autem *ad petram*. Illud ridiculum, *fulmen juxta petram*, aut *prope petram*, hoc non item, *ad petram*. Hanc emendationem Ms. codicis auctoritas confirmat.

Pag. 120. 3. *Καὶ μόνον οὐχὶ διηράνης ἐξεδίδει μου τὰ σπλάγχνα, καθάπερ οἱ τὸ πῦρ τῇ χειρῶν ἀπορρίπτοῦντες*] Locus corruptus. Qui pote, inquies. Quaeso nonne *ἀνακόλλυδον* sit, si quis dicat, *fere me furca extrudebat, velut qui ignem ex manibus excutiunt*? Videlicet tota labes ex unius voculae defectu, quae propter similitudinem literarum facile excidit, *ἢ* scilicet, *ἢ καθάπερ οἱ* &c. quae una efficiet, ut omnia constent, sic, *me veluti fuscina extrudebat, & ut ii facere solent, qui excussa manu carbones ardentes amoliuntur*. Dices, non erat tanti; sane quidem, si sententiae tam exiguae non obfuisset; sed, ut opinor, non est quod me, atque adeo quemquam literaturae politioris studiosum, hujus diligentiae pudeat.

Pag. 122. 24. *Ἄλλοτε δὲ τύπτοντος ἠγανάκτεις*] Respicit locum qui in Pluto Aristophanis est: quem huc transferre non vacat, ut nec alia *μυρία ὅσα*. nam ex Aristophanis Pluto haec magnam bonamque partem educta sunt.

Pag. 124. 58. *Πάλαι μέν σε αἰτιᾶσθαι*] Non potest stare hic locus, nisi legas *σε* pro *σε*. Sensus est: *numquid ab omni ratione alienum est, te olim haec queri, nunc autem plane contraria Pluto objicere?* alioqui *αἰτιᾶσθαί σε ταῦτα* significabit, *te in his accusare*, vel, *te rerum harum accusare*, quod nihil ad rem, nunc quidem, facit.

Pag. 125. 62. *Τῷ τε γὰρ Τίμωνι τὸ ἀνεμμένον*] Melius scribi judico, *τοῦτο γὰρ Τίμωνι τὸ ἀνεμμένον*.

Ibid. 63. *Εὐνοϊκὸν ἂς ἐμοὶ*] Legerim *εὐνοϊκὸν εἰς ἐμοὶ*, etsi aliter verterim. Siquis autem existimat *εἰς ἐμοὶ* in lingua communi, & *ἂς ἐμοὶ* in lingua Attica, idem esse, fallitur: nam *ἂς ἐμοὶ* Atticum, semper *ad me*, vel *in domum meam* significat, non *erga me*.

Ibid. 65. *Καταλλιτον ὦ θύραις*] Suspicor legendum *θήκαις*, *in arca*. forte etiam pro *θύραις* scriptum fuerit *θύλαξι*, quae vox aliquando cistulam significat, aliquando sacculum. Deinde si hac voce *θύραις* uti voluisset, haud dubie dixisset *ὑπὸ θύραις*, non *ὦ θύραις*, quemadmodum scripsit supra, *καλαικαλεῖσθαι ὑπὸ μοχλοῖς & κλεισὶ*.

Pag. 126. 71. *Ὑπὸ τοσούτοις δημοῖς καταστόπους*] Ita *Xenophon* de avaris: *οἱ μὲ ἐπειδὴ τῇ ἀρκούντων ἐφείτο τὰ κτήσεται, τὰ μὲν αὐτῶν κατορύξασι, τὰ δὲ καλαστέγασιν*. mox sequitur locus mihi suspectus: *τὰ δὲ ἀριθμοῦντες, ἢ μετροῦντες, ἢ ἱστάντες, ἢ ἀλφυχοῦς*. libenter legerim *ἀλφυχοῦς*, eos ut designet, qui pecuniam suam fricant, ut aeruginem avertant. Locus est lib. 8. *Κύρ παιδείας* pag. 211. edition. postremae Leunclavianae.

Ibid. 76. *Μέτρον*] Respicit proverbium notissimum, *μέτρον ἄριστον*.

Ibid. 79. *Ὦ Ζεῦ πρὸς τῦ Διός*] Hujusmodi facetia apud Aristophanem est.

Pag. 127. 84. *Ἀπάγου μου χειθησομένην*] Cum sequatur mox *ἀνοίγου τὰς θύρας*, non possum concoquere istud *ἀπάγου*; qua voce significatur puellam a marito foras permolendam duci, quod contra Lucianus, qui *μεγάλας μυστήριας* domi fieri innuit. Itaque lego non *ἀπάγου*, sed *προάγου*, unde *προαγωγὸς*, verum talis meriti nomen. Deinde in codice *Erasmi* ita legebatur; quod ex ipsius versione facile intelligitur. Sic enim habet, *Vel producat ultro*.

Ibid. 90. *Ἐπ' ἀρότῳ παίδων γνησίων*] Tragicum est. Ita in illo maxime inclyto oraculo, quod olim Lajo datum fuit;

> *Μὴ σπεῖρε τέκνων ἄλοκα δυσμενῶν βίᾳ.*
> *Heus, liberorum ne sulcum feras Diis*
> *Invitis.* ——

Pag. 128. 1. *Τῇ Θεσμοφόρῳ*] Virg. *Legiferae Cereri*. Causam explicat *Diodor.* lib. 5. nec ipsa tantum Ceres dicta fuit Θεσμοφόρος, sed & Proserpina. Unde apud Plutarchum in vita Dionis legas *Θεσμοφόρου τέμενος*, *Cereris & Proserpinae*, &c.

Ibid.

Ibid. 2. Ταῦτα] Forte melius τ' αὐτὰ, ita ut dicat Lucianus non *haec*, ſed *eadem*.

Ibid. 5. Στιγματίας] *Notis compunctus*, Cicer. a Luciano autem alibi hujusmodi ſervus καλλιγράφος dicitur. a Plauto autem literatus. Inde amarus ille *Ariſtoph.* in Samios jocus,

Σαμίων ὁ δῆμός ἐστιν ὡς πολυγράμματος.

Apud Plutarchum in vita Periclis, quem adito.

Ibid. 8. Καλὴν τὴν δίκην] Ut Galli dicunt in ſermone, *Une bonne amende*. Ubi *bona* nihil aliud eſt quam *magna*, ut apud Horat. *At bona pars hominum*, &c. quae tamen hominum pars minime bona eſt; nam avaros deſcribit, homines nec ſibi nec aliis bonos. Ita Lucian. in *Pſeudomanti* dixit, χρηστὸν δῆγμα, *morſum bonum*, pro vehementi & acri.

Pag. 129. 19. Δανα΄ιδων] Diog. Laërt. mihi in vita Bionis emendandus eſt; ubi enim de iis, qui apud inferos aquam vaſis pertuſis ferebant, loquitur, ſic ſcribit; ἔλεγε τοὺς εἰς ἄδου μᾶλλον ἂν κολάζεσθαι ἐν ὀλοκλήροις ἢ μὴ τετριμμένοις ἀγγείοις ὑδροφόρειν. At pro τετριμμένοις legendum eſt τετρημένοις, vel, quod eodem recidit, τετρυπημένοις. Nam illud τετριμμένοις, hoc loco nulli rei eſt.

Ibid. 21. Πρὶν εἰσρυῆναι χεόμενον ἐκχυθησομένου] Facile ſane; prius paene effundetur, quam infuſum fuerit. Tale aliquid apud Ariſtophanem eſt, in πλούτ. de ſervo oblivioſo,

Ὅσις σκαλάθυρμά τι ἄττ' ἐμικρὰ μανθάνων,
Ταῦτ' ἐπιλέλησαι πρὶν μαθεῖν. ——

Ibid. 26. Καὶ οἷς ἅπαξ] Forte aliter diſponenda verba ſunt, ad hunc modum; ἐκεῖν' εἰ μὴ εἰς τὸ ἅπαξ ἐμφρίζεται τὸ κακὸν, &c.

Pag. 130. 39. Ἀμφοτέροις] Ἐκέλευσε videlicet.

Ibid. 40. Ὡς μόλις τελεῖν ἐπὶ τὸ τέρμα] Iſtud τελεῖν ἐπὶ τὸ τέρμα non pertractate dictum, neque ita frequenter occurrit tale loquendi genus apud ſcriptores mere Graecos. hinc itaque eſt quod in Cod. Reg. mutatum fuit τελεῖν in ἐλθεῖν: ſed eam lectionem cave admittas, quae ab ignoratione exſcriptoris profecta ſit. Optime enim dicitur τελεῖν ἐπὶ τὸ τέρμα. Ita in erudito illo Luciani libello πῶς δεῖ ἱστορίαν συγγράφειν, legitur: Ῥᾷστον δὲ ἂν ἐς εὐμενέστερον τελέσειεν ἄκρῳ καὶ πρὸς τὸ σκοπόν. *Facilius ad usque ſcopum perveneris.* Idque Thucyd. imitatione, qui pag. 305. edit. 2. *Stephanianae*, de Braſida loquens dixit: ἐς Φάρσαλον ἐτέλεσεν. Quamobrem hoc quidem loco Mſ. Cod. lectionem rejiciemus, quamvis ſe facilitate commendet.

Ibid. 43. Ὠκύτερον] *Horat.* de Fortuna.

—— *ſi celeres quatit Pennas*

ſed quod in Mſ. Cod. legitur, impenſius placet, ὀπαῖς videlicet, quae & alata finguntur.

Ibid. 44. Ἔπεσε δὲ ὑσπληγξ] Bene ἔπεσε. nam cum parati omnes eſſent, qui ad currendum convenerant, tunc repagulum illud, quod equis & curribus objectum erat, dejiciebatur. Lucian. in libello περὶ τοῦ μὴ ῥᾳδίως πιστεύειν τῇ διαβολῇ. ſic habet: κἀκεῖ γὰρ ὁ μὲν ἀγαθὸς δρομεὺς τὸ ὑσπληγξ εὐθὺς καθαιρεύσης, &c.

Ibid. 47. Ἔχω δὲ καὶ πολλούς] Mſ. Cod. ἔχω δὲ τοι-

Ibid. 49. Οὐδ' ἑκόλων ἂς πρίαιο βρόχου] *Ex laqueti pretium*, ait ille.

Pag. 131. 57. Πλούτων] Nunc de pecunia legataria ſeu teſtamentaria acturus eſt, quae cum nemini niſi morte alterius obvenire poſſit, illam a Plutone Manium Deo dari fingit Lucianus.

Pag. 132. 63. Φορηδὸν] Verti, *per bajulos domo efferunt*; etſi ſcio vocem hanc Latine reddi ſervata proprietate ſatis commode non poſſe.

Ibid. 64. Πρόκεινται] Signanter dixit. Nam de mortuis proprie dicitur; unde alicubi memini legere προκείμενον pro θανόν.

Ibid. 67. Ἐπελπίσαι] Non temere in hoc ſignificatu vocem hanc reperias. Sane nusquam alibi, quod meminerim, legi. Nam ἐπελπίζειν *in ſpem inducere* eſt: hic autem de iis dicitur, qui ea ſperant, quibus alii praeter ſpem fruuntur.

Ibid. 71. Λῶν] Quo utebantur veteres, ut nos hodie ſerico ad vinciendas epiſtolas, teſtamenta, &c.

Pag. 133. 80. Πυῤῥίᾳ, Δρόμων] Servorum nomina. Πυῤῥίας Latinorum Comicorum Byrria eſt, eadem mutatione, qua olim apud veteres Latii poëtas ſcribebatur Bryges pro Phryges, apud Livium Andronicum, & Pacuvium ſcilicet. Tibius ſervile quoque nomen eſt; unde in libello περὶ τῆς ὀρχήσεως junxit Davos & Tibios. οἷα Δάων καὶ Τιβίων &c. Contra autem Megacles, Megabyzus, Protarchus, nobilium hominum nomina: ſed Megabyſus Aſianum eſt.

Pag. 136. 85. Ὁ θύννος] *Horat.* in hacce materia:

Plures annabunt thynni, & cetaria creſcent.

Ibid. 89. Παχύδερμος] Tardus, hebes, ſtolidus; ex phyſiognomonia petitum. qui enim cute ſunt craſſiore, eos fere plerumque tardiores eſſe videmus. Neque vero obſcura cauſa eſt. Poteſt & aliorſum referri hoc loco; ſi cui videlicet occalluerint manus opere faciundo.

Ibid. 90. Καὶ εἰ παρίαν ἄλλος μαστίξειέ τις] Error: legendum enim ἔλλας, id eſt *forte*, *temere*, *aliud agendo*.

Ibid. 97. Ἀποστροφίας] Νήστις νύς, ut ait Comicus, δίνη φαγεῖν (id eſt δυσπαγὴς) ἐστίν.

Ibid. 99. Εὐγνώστου Κόδρου] Vide Suidam in Εὐγνώστου Κόδρου. Hujus proverbii meminit & Themiſtius εἰς βασανιστήν.

Pag. 137. 12. Ἱππονίκου καὶ Καλλίου] Eorum meminit ſaepe Plutarchus, Herodotus etiam alicubi. haud dubie Athenienſium ditiſſimi fuere.

Pag. 138. 18. Ἑρμοῦ προσκυνῶν] Lucrum enim inſperatum a Mercurio objici credebant. Ceterum etſi quod dicturus ſum, a Luciano noſtro alienum eſt, dicam tamen, hac voce admonente, ut locum Heſychii, qui hactenus corruptus legitur, emendem. Ubi enim eſt, Ἑρμοῦ ἐπὶ πτώσεως ἰδίως ἔλεγον, καθάπερ ἀγαθοῦ δαίμονος, καὶ Διὸς σωτῆρος, ibi emendandum eſt, Ἑρμοῦ ἐπὶ πόσεως ἰδίας &c. nihil certius. Ultimum enim poculum Mercurii erat. Cauſam apud *Homer.* habes.

Ὦ νυμφίῳ σπένδεσθον, ὅτε μνησαίατο πότου.

His addas licet *Jul. Pollucis* teſtimonium, Ἑρμῆς, inquit, πολυτιμία πόσις. Apud Athenaeum legas quae

que Ἐριωῦς εἰδὼ πόσως ὦδε Στρατιδι. Itaque certa emendatio est.

Ibid. 24. Δυσυίριτον &c. ἐκλελοιπός] Hujus Δημοίας veluti σπέρμα in Pluto *Aristophanis*. *Terentius* autem mirabiliter in his versibus sane quam moratis:

Nae illius modi jam magna nobis civium
Penuria est, &c. —— item:
Quam gaudeo, ubi etiam hujus generis reliquias
Restare video! Vah, vivere etiamnum lubet.

His addi & illud potest quod apud *Diogenem Laërtium* est, λείψανα τῦ χρυσοῦ γένους.

Pag. 139. 43. Βαθυκήτεια πόντου] In Mſ. Cod. βαθυκύτεια. Videlicet βαθυκύτης. nihil aliud erit, quam qui βαθὺ κύτος habet, id est, *altas cavitates*. Quod etsi verum esse potest, mihi tamen nulla potest ratione probari, qui sciam prioris syllabæ modum in κύτος brevem esse; sciam praeterea allusisse Lucianum ad locum illum *Theognidis*, qui omnibus in ore est;

Ἦν (πενίαν scilicet) δὴ χρὴ φώγοντα θ᾽ ἰὼ μεγακήτεα πόντον

Ῥίπτειν θ᾽ ἱστοῦ, Κύρνε, κατ᾽ ἠλιβάτων.

Videmus secundum versum paene integrum a Luciano sumptum esse. Legendumne igitur censes, inquis, μεγακήτεα pro βαθυκήτεια? Non ausim sane affirmare. Quid ita? Quia apud Stobaeum & alios varietatem lectionis reperi: memini praeterea ita a Plutarcho scriptum esse, ut a Luciano lectum est, βαθυκήτεια scilicet. locus est in libello περὶ Στοϊκῶν ἐναντιωμάτων.

Pag. 141. 67. Τί ὖν θ᾽ ἐν αὐτῷ ἦδη] Mſ. Τί ὖν ὅτι κῇ ἐν &c. Quod si non melius est, at certe venustius aliquanto.

Ibid. 71. Οὐ γὰρ δεῖ] Mendum est. Nam pro δεῖ legendum δὴ, idque ante videram, quam Mſ. Cod. lectiones consuluissem. Alioqui quo tandem pacto stare possit haec oratio, ὃ γὰρ δεῖ εἰκός? &c. ridiculum, si quidquam aliud.

Pag. 142. 89. Δυσκάθεκτος] Mſ. Cod. δυσκάτοχος. sed eodem recidit.

Ibid. 91. Ὥσπερ ἐγχέλεις] Mſ. Cod. ὥσπερ οἱ ἐγχ.

Ibid. 94. Ἐκπεφυκότα] Mſ. ἐμπεφυκότα hoc loco male.

Ibid. 97. Ἀλλὰ μεταξὺ ἤδη φλυαροῦν τὰς ἡμᾶς] Disponenda verba sunt, ut & ratio & libri scripti monent; ἀλλὰ μεταξὺ φλυαροῦντας ἡμᾶς πρᾶγμα ἦδη &c.

Pag. 143. 3. Καταλείπων] Mſ. καλαλείπων αὖ, ut sibi morem esse hunc perpetuum significet.

Ibid. 10. Ἱπποκόλῳ θ᾽ Κλίνει] Homines sunt sua μοχθηρία nobiles. Plutarch. Aristoph. & scripta in eum Scholia.

Pag. 144. 17. Καὶ ἡ ἀιδρία] Dabunt, uti spero, hanc mihi veniam elegantiores homines, si a Luciano tantisper abeam, dum *Dionis Chrysostomi* locum in Ὀλυμπικῷ emendem. pretium operæ erit. sic habet p. 197. ὃ γὰρ λαμβάνει μαθητὰς, εἰδὼς ὅτι οὐδένα ἔχοιμι διδάσκειν, ἅτε οὐδὲν αὐτὸς ἐπισάμενος, οὐτε ψευδεσθαι κῇ ἐξαπατᾶν ὑπεχούμενος. οὐκ ἔχω ταύτην τὴν ἀνδρίαν. Emenda meo praesidio, οὐκ ἔχω ταύτῃ τὴν ἀναίδειαν. Videlicet homo modestissimus Dion fatetur ingenue non esse in se sitam illam vim, alios ut erudire possit, quippe qui indoctus ipse sit; vanis autem promissis homines lactare, id esse a moribus suis alienissimum; se enim eo impudentiæ non processisse. locum ipsum legito, & a me haud diversus abibis. Idque clarissimum & diligentissimum virum *Isaac. Casaubon.* non vidisse miror.

Pag. 145. 36. Ἐγχειρήσας] Legendum hoc loco ἐγχειρίσας. Ita passim alibi circa hanc vocem erratum est.

Ibid. 38. Ῥάκος] Notanda metaphora; quasi qui vestem recentem & integram alteri commodarit, post certum tempus detritam recipiat.

Pag. 146. 43. Ἀπολείψει] Leg. vel ἀπολίκῃ, vel ἀπολείψῃ.

Ibid. 49. Ἡμεῖς δὲ προσίωμεν] Mſ. ἡμεῖς δὲ κῇ προσίωμεν.

Pag. 147. 72. Ἀθηναίων τὰ πρῶτα] Ita Lucret. *Prima virorum*, pro flore vel principibus gentis, ita infra πρῶτα τῦ κολάκων.

Ibid. 79. Τύνδι Δὶ] Versus *Hom.*

Pag. 148. 97. Τῶν πολλῶν ἐκείνων] Duobus locis *vulgaria* vertit *Erasmus*, fallitur. οἱ πολλοὶ quidem, ut nemini ignotum est: *vulgus* significat; at τὰ πολλὰ ἐκεῖνα non significat *vulgaria illa*. neque id patitur Graeci sermonis consuetudo.

Pag. 149. 12. Πάντας ἀνθρώπους ἡδηδὸν] Certe hic unus locus per se satis probarit, non semper sumi ἡδηδὸν ut sumi debere contendunt viri doctissimi. Quamvis enim ab *Eustathio* vertatur καθ᾽ ἡδονὰς, constat tamen eam significationem perquamplurimis locis non posse convenire. Ita apud *Herodot.* lib. 6. ubi scribit Milesios, cum Sybaris a Crotoniatis esset capta, dolorem suum publico luctu esse testatos: Συβάριος γὰρ ἁλούσης ὑπὸ Κροτωνιητέων, Μιλήσιοι πάντες ἡδηδὸν ἀπεκείραντο τὰς κεφαλὰς, κῇ πένθος μέγα προεθήκαντο. Quid? puberes tantum caput raserint, ceteri minime? Cave credas; nam Μιλήσιοι πάντες ἡδηδὸν, nihil aliud est quam, Μιλήσιοι ἀπεξέκειραν, *omnes omnino Milesii*. Scio *Budaeum*, scio *Vallam*, viros undiquaque doctos aliter censuisse; id tamen scio, neque in hoc Luciani loco, neque porro in illo Herodoti, verti debere ἡδηδὸν per, καθ᾽ ἡδονὰς, aut κατὰ νύστην, sed ἀθρόον, vel πάσας καθ᾽ ἡλικίας, ut *Suidas* ex veteribus glossis vertit. Quin etiam memini me legere in Lexico Herodoteo, quod ex Cod. Mſ. Goldasti evulgatum est, ἡδηδὸν conversum per ἀρχηδὸν, at illud ἀρχηδὸν legitur apud *Herodotum* in 7. ubi nil aliud significare potest quam quod Latini dicunt *viritim*, vel, quod propius ad vocis originem accedit, *una serie*, *uno & perpetuo ordine*. Historia sic se habet. Cum grandis pecunia è reditu metallorum, quæ ad Laurium Atticæ erant, in aerario esset, cives autem Athenienses viritim ex ea decem drachmas essent accepturi, auctor iis fuit *Themistocles*, ut ducentarum navium classem ex ea pecunia construerent: Graece sic: τὸ δὲ λαυρεϊκὸν μετάλλων ἔμελλον λάξιοι ἀρχηδὸν ἕκας δέκα δραχμὰς &c. Sed ibi iterum Valla *ad puberes* suos rediit; quia fortasse apud *Hesychium* legerat vocem illam ἀρχηδὸν per ἡδηδὸν conversam fuisse. Ceterum in hac voce corruptus *Suidas*; at illum, monitus, facile emendes.

Pag. 149. 17. Οὗτοι ἀπόλλυτα] Ex *Homeri* versu.

Οὔτοι ἀπόλλυτ᾽ ἶσ᾽ θεῶν ἱριήρεα δῶρα.

Pag.

Pag. 150. 28. Προσδμίας] De hoc honore lege quae ab *Is. Casaub.* annotata sunt ad Theophrasti Character. pag. 161.

Ibid. 33. Ὑπὸ παλλακῆς] Ut qui libidini alienae subjiciunt puelli aut puellae teneritudinem.

Ibid. 35. Ἐπιβουλεύουσί μοι] Legendum arbitror σοι.

Ibid. 39. Ἐπὶ κεφαλὴν ἐξωθεῖς] Latine, *capite protrusus foras.* Phaedr.

Ibid. 43. Μηθ' ἥκειν] Mss. μηκέθ' ἥκειν.

CAPUT III.

Lucianus emendatus. Parodia ex Pindaro. lectio in Luciano confirmata. Ἑλεῖ βωμός. *Lucianus emendatur. Lucianus iterum emendatur in* ἐκστῖναι τ' ἄλλων. *Pollux & Philostratus emendati; ut & Lucianus.* Ἐρωτ. τοὶ δακτοὶ διθύραμβοι *quomodo intelligendum.* διδάσκειν, διδάσκαλ. *discipuli apud Terentium.* ἄσημι τὰ τῆ διελλῆ *quomodo intelligendum.* Ἐπικηδεῖν. *Lucianus emendatur. Josephus emendatur duobus locis. Callimachi locus apud Schol. Pindari emendatus.* ὄθμα *quid. Lucianus duobus locis correctus.* καρύκη. *Plutarchi locus contra Amiotum explicatur in Alex. Glossema ex Luciano ejectum. Plauti locus adversus Palmerium confirmatus.*

Pag. 151. 61. Εἰρεσία τ' πτερῶν] Ita Virg. *remigio alarum.* Ita γεωμάτωρ poëta Lucret. de avibus dixit;

Remigii oblita pennarum vela remittunt.

Ibid. 64. Σί φημι] Ita dicere solebant cum urgebant, vocabant, aut revocabant, cessatores inclamitabant. Aristoph. saepe. Latini dicunt. *Heus, heus, tibi dico.* Terent. & ante ipsum Plaut. Qui aliter intelligunt, ad has res sapiunt minus.

Pag. 152. 67. Ὑμῖν ὑπεκήσομαι] Legendum ἐγὼ δὲ νῦν ὑπεκήσομαι. *Nunc vero abibo.* nam jam antea abituriebat. deinde istud ὑμῖν non potest stare. nemo enim ibi praeter unum Timonem erat.

Pag. 153. 74. Ἄνθρακας σύρει] Notum proverbium, ἄνθρακας ὁ θησαυρός.

Ibid. 78. Ὦ χρυσέ] Versus *Euripidaeus*; quae autem sequuntur, αἰδόμεν γάρ &c. ea ex Pindaro sunt. Sed quia dixerat ille Thebanus vates, χρυσὸν διαπρέπειν ὡς τὸ πῦρ νυκτὶ, facetus scriptor sensum invertit, quasi dixerit *Pindarus* aurum noctu lucere (quod aliter est, scripsit enim *aurum fulgere inter homines, ut lucet ignis noctu.*) Itaque addit Lucianus aurum non νύκτωρ tantum, sed etiam μεθ' ἡμέραν λαμπρύνειν, facetia & ingenii elegantia Syro nostro dignissima.

Pag. 154. 85. Τὰ ἐν Δελφοῖς ἀναθήματα] Singillatim *Pausanias.* Quaedam etiam *Herodotus.*

Ibid. 89. Πανὶ τούτῳ] Recte τούτῳ; quippe cujus imago ibi, in ἐκατιᾷ scilicet. Nam ἐκατιὰ est χωρίον νομὰς ἔχον, quibus in locis fere plerumque Panos imago. Neque adeo mirum, pecoris enim Deus Pan. adde quod διφθερίας pingebatur. *Justinus* lib. 43. *In hujus radicibus templum Lycaeo, quem Graeci Pana, Romani Lupercum appellant, constituit: ipsum Dei simulacrum nudum caprina pelle* (διφθέρα est) *amictum est, quo habitu nunc Romae Lupercalibus decurritur.* itaque non abs re est quod διφθέραν suam Pani dedicat. Haec igitur nostra est de hoc loco sententia. Clariss. autem *Menagius*, praeclararum artium παιήγυρις, & elegantiorum, quantum est, hominum amor, aliter censet, legique, ut audio, postulat. Πλούτῳ τούτῳ, pro Πανὶ τούτῳ. Nam quod alius quidam legendum existimat Πενίᾳ ταύτῃ, fugit illum ratio. Cetera enim ut mittam, non potuisse dicere ταύτῃ. quid ita? quia jam abierat Penia. Sed cum vir ille qui ita scripsit, uti audio, is sit qui personas, δίκας, judicia denique, atque adeo omnia in Luciano ἄνω κάτω vertat, si rogites cur ita faciat; nil ab eo feras aliud, quam quod apud Comicum est. *Mihi sic verum esse lubet.* ἐμοὶ, παπαὶ βόμβαξ.

Ibid. 96. Ὑπροψίᾳ] Editi quidam habent ὑποψίᾳ, sed eodem errore quo apud *Philostrat.* in vita Apollon. lib. 3. cap. 9. primulo statim initio, τ' τι ὑποψίας ἐπαλάβετο. lege fidenter ὑπερῳψίας.

Ibid. 97. Ἑλεῖ βωμὸς] Hujus aras meminit quoque alibi Lucian. in Demonacte, ἐν δικαστηρίοις; Philostrat. in vita Pollucis Sophistae, & Pausan. in Atticis. Ceterum huic Deo Ἑλεῖ primi omnium aram sacrarunt Athenienses, ut ex illa luculentissima Nicolai oratione apud Diodorum liquet.

Pag. 155. 98. Ἐπιχορῆσαι] In Cod. *Erasmi* legebatur ἐπαρκῆσαι, vertit enim *suppeditare.*

Ibid. 1. Ἐθῶν] Mss. ἠθῶν.

Ibid. Μονήρης δίαιτα] Hanc vitam qui vivebant, ii μονήρεις & ἰδιάζοντες dicebantur. Laërt. in Thalete.

Ibid. 16. Εὐαγχεῖται] Legendum εὐωχεῖσθαι. nam εὐαγχὲς significat *aliquem convivio accipere*, εὐωχεῖσθαι autem *epulari.* error turpissimus.

Pag. 156. 17. Ἐκστῖναι τ' ἄλλων] Hic vero locus est, qui me, si quisquam alius, torsit; neque, ut opinor, injuria. Non enim Graece dici potest ἐκστῆναι τινὸς, sed τινός; itaque pro ἐκστῖναι τ' ἄλλων, mihi vehemens suspicio est legendum ἐκὰς ὢν τ' ἄλλων, *longe ab aliis*, vel, *ab aliis remotus.* Non poëtae tantum, sed & *Thucydides*, & *Herodotus*, ita hac voce utuntur. Si quid habes melius, Lector doce, & favebo.

Ibid. 19. Στέφεσθαι] Mortui enim in Graecia olim coronati testimonia passim. Neque tantum mortuos, sed & sepulchra & cippos coronare mos fuit.

Ibid. 22. Δυσκολία] Emenda *Pollucem* lib. I. cap. 2. περὶ τυράννου. Ubi enim legitur, τύραννος ἀνὴρ, εὐκολος, palam est legi debere δύσκολος. Et miror postremum editorem non vidisse. Emendes quoque licet *Philostrat.* lib. 3. *Apollon.* cap. 8. Nam ubi legitur φιλόμυθα τ' ἀνιᾶσθαι τι ἐν ὠκόλοις, haud dubie legendum ἀνιᾶσθαι τι ἐν δυσκόλοις.

Pag. 157. 25. Πίττῃ ἐν ἰλαίᾳ] Quo majus incendium fiat scilicet.

Ibid. 29. Βαπτίζοιλα] Male in libris scriptis πίττοιλα.

Ibid. 31. Τίμων Ἐχεκρατίδης] Mendum est. lege Τίμων Ἐχεκρατίδου, *Timon Echecratidae filius.* quod & supra visum est, & infra occurret. Quis igitur negligentiam priorum interpretum & editorum non miretur?

Pag. 159. 48. Γναθωνίδης] Apud Terentium Gnathonici ex Menandro.

Ibid. Ἕρανον αἰτήσαντι] Qui *coenam* vertunt, ii mihi.

hi dormire videntur. Longe enim aliud ὕπνος, aliud δίπνον; neque hic quidquam commune habent. Sed cum ea vox diligentissime fuerit a viro undiquaque doctissimo explicata in eruditis illis in *Theophrast.* commentariis, p. 272. addam tantum ita esse exponendum *Philostrat.* p. 95. & 527. postremae editionis; ita etiam intelligendum esse locum *Dionis Chrysostomi* p. 116. Locos ipsos afferre piget. Ceterum vocem Graecam in interpretatione retinui, idque Plin. junioris judicium secutus, & inopia linguae Latinae coactus.

Ibid. 60. Νεοδιδάκτων διθυράμβων] *Qui nuper evulgati sunt.* διδάσκειν enim ad ἐπιδείξεις theatricas pertinet; inde illa frequenter legas, κωμῳδοδιδάσκαλος, τραγῳδοδιδάσκαλος, διθυραμβοδιδάσκαλος. quin etiam aliquando διδάσκαλος simpliciter pro eo qui drama aliquod edit; ut apud *Aristoph.* in Pluto:

Οὐ γὰρ πρεπῶδές ἐστι τῷ διδασκάλῳ.

Inde apud Terentium *discipuli* pro actoribus. *Num immemores discipuli?* id est, num actores tui animo sunt ita omisso, ut &c. Quo loco qui legunt, *Num immemor es discipuli*, ποῦ τὰς φρένας ἔχουσι; inde est etiam quod in comoedia Italica Doctor saepe prodit. Inde etiam διδάσκειν per se solum pro *comoediam* vel *tragoediam* docere, (Latini enim usurpant quoque) apud *Diodor.* lib. 14. Ἀγυδέμας ὁ τραγῳδὸς τότε πρῶτον ἐδίδαξεν. Ita igitur hoc loco διθύραμβοι νεοδίδακτοι. Qui aliter explicant, quasi diceret Gnathonides, se modo illa carmina didicisse, male explicant.

Pag. 160. 62. Ἐλεγεῖα ἄσῃ] Quia elegia ab origine prima luctui dicata erat. Inde est quod & apud *Hesych.* ἐλεγεῖα dicuntur ἐπιτάφια ποιήματα.

Ibid. Ἄσῃ ὑπὸ τῇ δικέλλῃ] Ridicule qui vertunt, *ab hoc doctus ligone*; nihil enim in Luciano tale. Sed quod Latine dicitur *canere*, vel *saltare ad tibiam*, *ad citharam*, id Graece est ᾄδειν vel ὀρχεῖσθαι ὑπὸ τοῖς αὐλοῖς, ὑπὸ τῇ κιθάρᾳ; & hinc tota loci hujus venustas pendet. Lucian. lib. περὶ ὀρχήσεως sic loquitur. διδάσκουσι πολλὰ τῶν πάλαι ὑπ' αὐλοῖς ἐν κυμβάλοις. Aliter quoque dixisse puto, nimirum ἐν αὐλῷ; ibidem, παίδων χορὸς σωιελθόντες ἐν αὐλῷ ἐν κιθάρᾳ. Sed non memini me alibi legere. Interim vides, Lector, quam exigua res venustissimum sensum perdat.

Ibid. 80. Καὶ προσῆλθον] *Erasmi* codex habebat, ἢ γὰρ &c. scilicet ἀφ' ἑσπέρας.

Pag. 161. 87. Ἐνιαύσιοι] Vocem Graecam retinui, veteres secutus. Ceterum priusquam hinc abis, emenda *Pollucem* lib. 1. cap. 7. ἐπιδιετὴς δὲ, ἡδάσκων ἢ ἐξ ἐφήβων δύο ἔτη, certissime legendum est unica voce, ἐξεφηβῶν δύο ἔτη, id est, qui ex ephebis excessit a duobus annis.

Ibid. 88. Ἐπιπηδᾷν] Non significat insultare, sed avidius, cupidius, immodestiusque aliquid appetere. Ita *Themistius* oratione prima: ἀλλ' ἐμοὶ ἐπιπηδᾷν ὑπολήψονται ἐπιβατεύειν, ἢ ἁρπάζειν μὴ ἐθελόντων διδόναι.

Pag. 162. 2. Ἔσαι ταῦτα] Ita dicebant pro, ταῦτα ἀσφαλῆ ἐν βέβαια τυγχάνει. Latini, *sic erit*, pro, haud dubie, at alias aliud.

Ibid. 14. Ἐρεχθεΐδι] Mendum est. legendum enim Αἰγηΐδι; quippe Κολυττὸς erat tribus Ægeidis, teste *Harpocrat.* δήμος ἐστὶ τῆς Αἰγηΐδος φυλῆς Κολυττός. Ceterum tempore *Suidae* nondum hic locus Luciani corruptus erat. Nam ubi ait Colyttum tribus Ægidis fuisse, Timonem Luciani laudat. Miror elapsum hoc fuisse diligentiae clarissimi viri *Joannis Meursii* in libello de populis Atticae, in quem infinitas correctiones congessit, quae ad horum locorum appellationes pertinent.

Ibid. 14. Θεωρικόν] De aere rhetorico diligentissime *Harpocration* ex quo verbum de verbo transtulit *Suidas* quae de hac voce habet. Legendi quoque Demosthenis interpretes.

Ibid. 17. Ὄφελον] Josephum bis emendo hujus verbi occasione, ἐν τῇ τ' ἀρχαιολογ. γ'. κεφ. β'. Ubi enim in Basiliensi editione, & postrema etiam, omnium, quotquot fuerunt, inquinatissima, legitur, ᾗ τ' ἐπὶ τροφῇ χάριτος, πότε μὴ παρόντος, ᾖδειν. Locus est ita corruptus, ut nisi addatur haec vox ὄφελος, a nemine sanae mentis verti possit. Initio quoque pro ᾗ, legendum, ὡς, & totus locus ita concipiendus: ὡς τ' ἐπὶ τροφῇ χάριτος, πότε μὴ παρόντος, ὄφελον ᾖδειν ὤν. diligens Lector Josephum adibit. Istud autem ὄφελον ᾖδειν ὤν, verti ea ratione debet, qua δίον εἰπεῖν, & δόξαν τῇ βουλῇ, id est, κατὰ τὸ δόξαν τῇ βουλῇ. Atque utinam praestantibus ingeniis luberet aliquando tanti scriptoris emendationem suscipere; symbolam certe daremus; quadringentos amplius locos ex ingenio emendatos conferre possemus. Plura facere esset sane perfacile, sed doctioribus, & qui Lutetiae vitam agerent, & codicibus Regiae bibliothecae frui possent; *Nobis non licet esse tam beatis.*

Ibid. 18. Ἔρεισμα τῶν Ἀθηναίων] Magnifice sane. Ita Pindarus olim Athenas vocaverat ἔρεισμα τ' Ἑλλάδος, cujus loci meminit *Plutarchus*, & Schol. *Aristoph.* Ceterum non possum hic praeterire Josephi locum, in quo gravissimum mendum est, quia verbum ἐρείδω, unde natum ἔρεισμα est, corruptum fuit: ita habet: ὅτι μὲ νῦν ἂν ἡμαρτε μήκει τὸ φρονεῖν ἐπερισμένον, nullo aut ridiculo sensu. Nam istud ἐπερισμένον nihil ad rem. Itaque mihi certius certo est legendum; μήκει τὸ φρονεῖν ἐρηρισμένον, id est, κατὰ τὸ φρονεῖν, vel κατὰ φρόνησιν, *Qui prudentia satis firmus nondum est.*

Pag. 163. 20. Βυλαὶ ἀμφότεραι] Scilicet ἡ ἄνω καὶ ἡ κάτω. Locus est apud Heliodorum, ubi Cnemon casus suos commemorat. est aliquid etiam apud *Liban.* argumento Orat. κατ' Ἀνδροτίωνος. eum adito, si vacat.

Pag. 164. 28. Τελείῳ ἅρματι] Cum duodecies circa metam currus flectebatur: πωλικῷ vero, cum octies tantum. Scholiastes *Pindari* edit. Rom. in Pyth. φασὶ δέ τινες ὅτι δώδεκα δρόμους ἀνύει τὸ τέλειον ἅρμα· τὸ δὲ πωλικὸν, ὀκτώ. Tum vero affert Callimachi locum, cui ἵππια φάρμακα πάσσειν decretum est. sic habet:

Δωδεκάκις περὶ δίφρον ἰσάγαγεν ὄθματα δίφρου.

Sed quid hoc, quaeso, εἰσάγαγεν ὄθματα δίφρου περὶ δίφρον? Davus profecto sum, inquies, non Oedipus. Igitur sic existimato, illud δίφρον nulli rei esse; scripserat enim *Callimachus* νύσσαν (ita metam vocabant) in illis autem verbis ὄθματα δίφρου nil corruptum, sed vox tantum explicanda, quae nullibi, quod sciam, reperitur, ὄθμα scilicet. est quidem apud *Hesychium* ὄθματα, ὄμματα τοῖς νεωτέροις (emenda & scribe, ὡς Αἰολεῖς; nam ὄθματα Aeolice ὄμματα sunt;) sed in hoc *Callimachi* loco ὄθμα nihil est aliud quam *motus*, vel

agi-

agilitas; *celeritas*, *rapiditas*. Nata autem haec vox est, (quam nos primi eruimus) ex ὄθθαι, quod κινεῖσθαι aliquando significat, ut ex Eustathio discere est. Quemadmodum autem Horatius alicubi dixit, *flaminum celeres lapsus*, ἀντὶ τῶ flamina celeriter labentia, ita Callimachus dixit ὄθμια δίφρα (δίφρα est ἅρματος) ἀντὶ τῦ, κινήσιμα ἅρματα. Itaque Callimachi versum Latine sic vertas licet: *Duodecies circa metam egit celerem currum*. In eodem versu lego, ἐπήλασεν pro ἐπήγαγεν; quod improbaturum scio neminem, qui quidem ad has reculas sapiat.

Ibid. 33. Πρὸς Ἀχαρνέας] Ἀχαρναὶ, ut auctor Thucydides· οὐ πρώτη, erat, χωρίον μεταξὺ τῆ Ἀττικῆς τῆ ἄστεως. distabat ab urbe 60. stad. sed non est quod quis existimet atrocem ibi pugnam pugnatam fuisse. Nam equites tantum certavere ἐν Φρυγίοις (locus est Atticae) & quidem ἱππομαχίᾳ βραχείᾳ. itaque hinc facile cuivis apparet quam rhetorice loquatur Demea, mendaciolo rem, ex praescripto artis, pingens; cum ibi ingentem stragem editam fuisse significat. Ceterum ἀριστεύειν πρὸς Ἀχαρνέας ὑπὲρ τῆ πόλεως, non est, ut puto, quod vulgo volunt; debet enim istuc significare, *fortiter pro patria*, seu *urbe pugnare adversus Acharnenses*, ut πολεμεῖν πρὸς τινάς. Idque si verum est, error hic erit, isque manifestissimus. Acharnenses enim Attici erant, Timon autem Athenienfis; qui tamen laudatur, quod adversus Acharnenses strenue pugnavit. Itaque legendum mihi videtur: περὶ Ἀχαρνέας, quomodo in hac ipsa re loquitur Thucydides; περὶ Ἀχαρνὰς, inquam, cum Peloponnesios, qui *circa Acharnas* erant, convellere conati sunt Attici, ut oppidum obsidione solverent.

Ibid. 34. Δύο μοίρας] Mille armatos. Nam τὴν μοῖραν ἀναπληροῦσιν ἄνδρες πεντακόσιοι. Ceterum μοίρας dicas, vel μόρας, perinde est, & Mss. Codd. variant.

P. 165. 42. Ἡλιαίᾳ] Nullum olim Athenis forum majus fuit. Harpocration, Pausanias. Nota autem differre βουλὴν, ἐκκλησίαν (quod per δῆμον intelligo) & ἡλιαίαν; quod diligenter monuit Hesychius.

P. 166. 50. Συγχίσῃς ἀγχιστεῖς] Recte. differentiam enim agnoscunt grammatici inter has voces; Hesychius minime.

P. 168. 53. Ἐγὼ δέ σοι κῆ τὸν υἱὸν ἐβουλόμην ἀγαγεῖν παρὰ σέ.] Error manifestus. Quid enim hoc sit, σοι παρὰ σέ? legendum ἐγὼ δέ τοι κῆ τὸν υἱὸν &c.

P. 169. 69. Ὀκτωδέδραχμον] Ubi aerarium. Aristophanes in extremo Pluti.

P. 170. 86. Αὐτοβορέας] Facete, ficta vox, *Ipsissimus Boreas*, qualis a Zeuxide pictus est.

P. 171. 98. Καφύκης] Erat Λύδιον ἔδεσμα ἐξ αἵματος καὶ ἄλλων ἐδεσμάτων συγκείμενον, Hesychius. sed omnium optime Erotianus: Καφύκη, εἶδός ἐστιν ὑποστρώματος ἐκ πλείονων ἀστυμάτων συντιθέμενον παρωνύμως δὲ τὸ ταράττειν, ὃν καφύκην φασὶν αἱματώδη τὸν χρῶτα ἔχοντα. ἔνιοι δὲ τὴν πυρ' ἡμῶν καλουμένην αἱματίαν, καφύκην ὠνόμασαν, ἐξ ὀρθῆς. ὅτι δὲ τρίμματός ἐστιν εἶδος ἐξ ἀστυμάτων, μαρτυρεῖ καὶ Φιλοκράτης ὁ Σάμιος, καὶ ἄλλοι. Quod autem ait Erotianus, αἱματίαν non recte vocari καφύκην, bene sane: nam αἱματία, vel, ut apud Pollucem est, αἱματία, est quod vulgo dicimus, *soupe brouillée*, ex sanguine anserino, aut leporino, aromatis praeterea, & injecto aceto; quod jus est nigrum aut certe fuscum.

P. 171. 9. Ἐπὶ τῇ κύλικι] Unde λαλίζειν & λόγοι ἐπικυλικιοῦ· unde etiam λέγειν & ᾄδειν ἐπὶ τῇ κύλικι apud Platonem pag. 332. edit. Laemarianae. Admonet me hic locus ut Amioti errorem in vita Alexandri aperiam. Neque vero id facerem, nisi Plutarcho interpretis sui error obesset: etsi enim Amioto faveo ut qui maxime, plus tamen Plutarcho favere aequum est. Locus praeterea, quo de agitur, illustris est, & non indiligenter legendus. Rem ipsam, uti se habet, paucis dabo. Harpalus Alexandrum cum fugeret, Athenas se recepit. Populus hominem ex urbe quatere volebat: pro illo stetit Demosthenes pretio corruptus (calice aureo, & talentis 20. scilicet.) Rhetor Atticus, quem muneribus expugnatum fuisse populus olfecerat, sese purgare cum studeret, nemo audire, imo obstrepere omnes, praeter, nescio quem, hominem sane elegantis ingenii, qui è consessu cum surrexisset; quid autem, ait, viri Athenienses, eum, qui calicem habeat, non audietis? (est autem mira quaedam in eo dicto gratia atque facetia) Graece sic pag. 857. οὐκ ἀκούσεσθε, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, τῇ τὴν κύλικα ἔχοντος; Si quis veterum morem teneat, quo nonnunquam σκόλια sua canebant, is venustatem hujus dicti facile agnoscet. Talis autem ille mos: sumpto *in manum* calice, canebant illa cantica, de quibus passim scriptores: quae plerumque erant βωμολῶ, quandoque etiam amatoria. Calicem qui tenebat, is ab aliis audiebatur, neque interpellebatur a quoquam. Ceterum hic mos ad oram quorumdam codicum notatus fuerat his verbis. ὁ γὰρ τοῖς συμποσίοις τὴν κύλικα ἔχων τὸ ᾠδὴν τὰ λεγόμενα σκόλια. Haec etsi vera sunt, tamen Amiotus interpretum Plutarchi, quotquot unquam fuerunt, longe doctissimus, ibi se turpiter dedit: sic enim vertit: *Comment, Seigneurs, refusez vous à ouïr un personnage qui a le langage si bien doré?* Quae autem ad oram libri addita sunt, (ab eo, necne, haud sane scio,) nihilo certe meliora sunt: *Il y a une allusion à ce mot* κηλεῖν, *qui signifie rejouïr par un doux chant, & comme enchanter*; nihilo, inquam, meliora isthaec sunt: nam inter κηλεῖν & κύλιξ nihil quidquam commune est, non certe magis quam inter λέγω & φιλία, aut voces quantumvis significatione dissitas; sed tota loci illius venustas ex iis quae sunt a me superius commemorata, pendet. Vertendum autem verbum de verbo fuerat, *Hé quoi, Messieurs, ne voulez vous pas écouter celui qui tient la coupe en main?* Tum vero Graecorum more allato, tota res erat explicanda. Sed quorsum isthaec? inquies. Non temere, ut opinor, id a me animadversum fuit, & elucidatum. Atque utinam hinc prudentiores fierent nostri homines. Nam cum omnium, qui unquam Graecos scriptores interpretandos Gallice sunt aggressi, doctissimus, in re adeo nota erraverit, quid ab iis qui hodie vivunt, expectes? quorum plerique (nam quosdam novi quam doctissimos) nec Graece sciunt, nec Latine quidem. Ex iis certe aliquis scriptorem quemdam Gallice, ut audio, convertit, cujus scriptoris si vel pagellam tantum intelligat, μωρίαν ὀφλισκάνω ἀσυνέτατα. idque ita verum est, ut, si mentiar, nil mihi vel humani quidquam, vel divini credi velim.

Abhinc autem iex ſeptem annis memini me rogatu amici cujusdam doctiſſimi viri, conferre verſionem neſcio cujus ex Ciceronis orationibus; Dii boni! Nunquam vidi literas magis illiteratas. Nuper autem, nuper, doctiſſimum poëtam (& quos non? nam nihil iſtis ardelionibus ſacrum eſt) adeo deformatum, adeo perditum vidi, eum ut agnoſcere, quantumvis mihi familiarem, nequiverim. Nihil pudere? acre vero hominis judicium! mulierculis & ſalgamariorum, ac pharmacopolarum pueris talem ſcriptorem committere? Videlicet de Dei providentia dubitare, nihil eſt; quod nunc diſcent propolæ tali interprete. Quidni Virgilium denique poſt tot alios, quidni Ariſtophanem, & Plautum corruptum eunt? Nam Homerum quidem ipſum, ſat ſcio, non attingent. Nuper enim νέῳ quidam φωσφόρῳ exortus eſt, qui pronunciavit, paedagogici ingenii eſſe, verſus Homericos, cum aliquando a veteribus producuntur, Gallice convertere. Ad ea quid dicas, Lector, niſi, δῆς, ὦ πατ, δῆς ἐμοὶ λαμάσλω, ἐμπεῖν γάρ?

P. 172. 21. Πάντοφον τὸ χρῆμα] Legendum πάνσοφόν τι χρῆμα.

Ibid. 26. Ὥσπερ οἱ τ Πλούτου] Delendum ἵστερ, & ſcribendum οἱ, jungendumque cum συνδεδρομήκασι.

P. 173. 31. Μάζα] Nihil aliud quam ἄλφιτα ἐλαίῳ περιῤῥυέντα. Ceterum dignitate pani cedebat: nam ex Solonis inſtituto μάζα pro feſtis diebus in Prytaneo dabatur. panis autem, feſtis. docet Athenaeus. Σόλων δὲ τοῖς μὲν πρυτανεύσι σιτηρεσίου μάζαν παρέχειν κελεύει, ἄρτον δὲ τοῖς ἑορταῖς ἀγωνιθέτας.

Ibid. 34. Ἐννεάκρουνος] Fons ita dictus Athenis, qui deinde Καλλιρόη vocatus eſt, ut ſcribit Harpocration, & ex eo Suidas. Heſychius autem in hac voce mutilus eſt. legendum enim apud eum eſt, Καλλιρόη κρήνη ἐν Ἀθήναις.

P. 174. 46. Κυματώδης γῆς] Gloſſema; vera autem lectio in Mſ. Cod. Reg. reperitur, κυματώγης ſcilicet; quæ vox ab Euſtathio in Odyſſ. exponitur ἀκτὴ ἔνθα δηλαδὴ τὰ κύματα ἄγνυται. monetque eam vocem apud Herodotum reperiri; & vere monet, nam ſexies ſepties apud nobiliſſimum illum ſcriptorem occurrit. Itaque indiligentiam Suidæ mirari ſubit, qui nihil ad manum habuit, cum in hanc vocem ſcriberet, praeter Agathiæ locum. Sed antiquum obtinet Suid. ſolet enim, neglectis veteribus, ad recentiores decurrere.

Ibid. 50. Αὐτῷ] Lege σωτῷ.

Ibid. 52. Τέλαττον] Mſ. ἐμοιτάλαττον.

Ibid. 58. Αἰγινητικούς] Ad ridiculum. nam menſura Æginetica ceteris menſuris erat amplior, certe Attica.

P. 175. 62. Κεφαλὴν ἐμπλήσω κανδύλων] Locus eſt apud Plautum in Aulularia.

— *Poſtquam implevisti fuſtibus ipſorum caput,*

Quem fruſtra ſollicitavit ingenioſiſſimus Palmerius legens, *implusiſti in caput.* fruſtra, inquam; id enim Graecorum imitatione dicebat Plautus; qui non in Aulularia tantum, ſed in Caſina quoque ea loquendi ratione uſus eſt.

— *Ego te implebo flagris.*

Et certe tale aliquid videor apud Ariſtophanem legiſſe.

P. 175. 66. Μῶν] In Mſ. eſt Τίμων. ſed dividuum facito, τί; μῶν &c. *quid? num te* &c.